# MNEMOSYNE.

## BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. HARTMAN, H. VAN HERWERDEN, A. E. J. HOLWERDA, H. T. KARSTEN, J. C. NABER, M. C. VALETON, J. WOLTJER.

NOVA SERIES.
VOLUMEN TRICESIMUM SEPTIMUM.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1909.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA ET BIBLIOPOLIO QUAE ANTEHAC E. J. BRILLII FUERUNT.

# INDEX.

CORRIGENDA.

Pag. 126 l. 27 Tr. 945 referatur in exemplorum genus secundum.
„ 129 l. 25 „scriberet" leg. „scripserit".
„ 150 l. 11 diductis litteris scribantur „ἐμὲ" et „ἑταίρων".
„ 154 l. 26 „dixit" leg. „dixerit".

# PLATONICA.

SCRIPSIT

S. A. NABER.

(*Continuantur ex Vol. XXXVI pag.* 448).



## AD REIP. LIBRUM SEPTIMUM.

P. 515 E: *εἰ ἕλκοι τις καὶ μὴ ἀνείη.* Quidni scribimus *ἀνιείη?*

Ibid. p. 517 A: *ἐν ᾧ ἀμβλυώττοι πρὶν καταστῆναι τὰ ὄμματα,* post *ἀμβλυώττοι* excidit adverbium *ἔτι,* quam suspicionem confirmabit p. 517 D.

Ibid. p. 518 B. Incredibilis est interpretum stupor in hisce: *ἐξ ἀμαθίας πλείονος εἰς φανότερον ἰοῦσα ὑπὸ λαμπροτέρου μαρμαρυγῆς ἐμπέπλησται.* Adnotant: „Notabis hoc *λαμπροτέρου* pro *λαμπροτέρας* dictum." Hoc demum est sapere!

Ibid. p. 519 C: *ἡγούμενοι ἐν μακάρων νήσοις ζῶντες ἔτι ἀπῳκίσθαι,* mihi otiosum videtur illud *ἔτι* et *ἔξω* praeferam, quo sensu est in Criti. 108 E: *τοῖς ὑπὲρ Ἡρακλείας στήλας ἔξω κατοικοῦσι.*

Ibid. p. 520 B: *ὑμᾶς δ' ἡμεῖς ὑμῖν τ' αὐτοῖς τῇ τ' ἄλλῃ πόλει ὥσπερ ἐν σμήνεσιν ἡγεμόνας τε καὶ βασιλέας ἐγεννήσαμεν.* Mihi quidem arridet: *ὡσπερεὶ σμήνεσιν.*

Ibid. p. 520 D: τὴν δ' ἐναντίους ἄρχοντας σχοῦσαν ἐναντίως. Nullus hic locus aoristo; lego: ἔχουσαν.

Ibid. p. 522 D post Ἀγαμέμνονος οὐδ' ὅσους πόδας εἶχεν εἰδότος, plane otiose et parum eleganter adhaeret: εἴπερ ἀριθμεῖν μὴ ἠπίςατο. Contra aliquid excidit p. 522 E: εἰ καὶ ὁτιοῦν μέλλει τάξεων ἐπαΐειν, ubi supplendum τάξεων (πέρι).

Ibid. p. 523 A. Paulo plura describam ut plane appareat quid velim: ἃ γὰρ διαιροῦμαι παρ' ἐμαυτῷ ἀγωγά τ' εἶναι οἷ λέγομεν καὶ μή, ξυνθεατὴς γενόμενος ξύμφαθι ἢ ἄπειπε, ἵνα καὶ τοῦτο σαφέςερον ἴδωμεν, κτέ. Hic primum supplebo: καὶ (ἃ) μή, deinde pro ἴδωμεν prorsus requiro εἰδῶμεν, cum praesertim paulo post sequatur: ὧδε ἃ λέγω σαφέςερον εἴσει.

Ibid. p. 526 B docemur mathesis studium omnibus prodesse, nam etiam minus cauti ὅμως εἴς γε τὸ ὀξύτεροι αὐτοὶ αὑτῶν γίγνεσθαι πάντες ἐπιδιδόασιν, sed quotidiana experientia hoc falsum esse arguit, nisi rescribas πάντως.

Minime intelligo de mathematicis p. 527 A: λέγουσι μέν που μάλα γελοίως τε καὶ ἀναγκαίως· etiam Madvigius hoc concoquere non potuit itaque proposuit ἀκάκως, quod, si forte in codicibus legeretur, et ipsum displiceret et virorum doctorum tentamina eliceret. Equidem incidi in: γελοίως τε καὶ σκαιῶς.

Paulo utilius erit corrigere p. 529 B: οὐ δύναμαι ἄλλο τι νομίσαι ἄνω ποιοῦν ψυχὴν βλέπειν μάθημα ἢ ἐκεῖνο, scribendum enim est νοῆσαι. Non dissimile vitium est apud Strabonem XI p. 517: δεῖ διαπορεῖν — τί χρὴ ποιεῖν τὰ ἐπὶ τῶν πρώτων Περσῶν, quem locum non expedies antequam νοεῖν rescripseris. Contra Strab. IX p. 404: ξενικὸν πάντα τὸν διαπόντιον νοησάντων τῶν ἀρξάντων τοῦ ἔθους τούτου, vix quisquam dubitabit quin νομισάντων verum sit.

Ibid. p. 529 E: εἴ τις ἐντύχοι ὑπὸ Δαιδάλου ἤ τινος ἄλλου δημιουργοῦ ἢ γραφέως διαφερόντως γεγραμμένοις. Deest aliquid ad loci integritatem et supplebo: (δεινοῦ) δημιουργοῦ.

Ibid. p. 533 C: ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ κατορωρυγμένον. Adiectivum delendum esse dixerim. Βάρβαρος, βόρβορος, μάρμαρος, ἁβρός confundi solent. Apud Aristophanem in Vespis 259

ἀλλ' οὑτοσί μοι βόρβορος φαίνεται πατοῦντι,

Hamakerus correxit: μάρμαρος. Secundum Polybium 37. 2. 6 Prusias Σαρδαναπάλου βάρβαρον βίον ἔζη, sed malo Sardanapali ἁβρὸν βίον appellare, sicuti Lucianus Rhet. Praec. 11 eum κατάβρον nominavit. Apud Herodotum VII 35 μέρμερά τε καὶ ἀτάσθαλα olim commendavi pro βάρβαρα. Apud Heliodorum VII 12 Regis Persarum sororem non credemus fuisse Φιλέλληνά τε καὶ Φίλαβρον καὶ ξένων εὐεργέτιν, sed Φιλοβάρβαρον. Ἐν βορβόρῳ κεῖσθαι apud Platonem ipsum est Phaed. 69 C et locutionem ἐν βορβόρῳ καλινδεῖσθαι Bakius illustravit ad Cleomedem p. 440, sed βόρβορον βαρβαρικόν nemo opinor umquam dixit, nec magis quam βόρβορον ἑλληνικόν. Praeterea cf. Cobetum *Var. Lect.* p. 283.

Quid tandem est quod legitur p. 534 D: τούς γε σαυτοῦ παῖδας οὐκ ἂν ἐάσαις ἀλόγους ὄντας ὥσπερ γραμμὰς ἄρχοντας ἐν τῇ πόλει κυρίους τῶν μεγίστων εἶναι? Cornarius, cuius plurimae sunt egregiae animadversiones, nunc quidem infelix coniector fuit, nam ὥσπερ Φρύγας Μίδας nec coelum nec terram tangit. Stallbaumii γραφάς non est multo melius. Quomodo bardos, stultos, asinos, terrae filios Graeci appellant? Multa succurrunt, sed estne inter nomina illa unum alterumve quod facile in γραμμάς abire potuit? Est, opinor. Satis notum est quod scripsit Aristophanes Nub. 1001: τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν εἴξεις καί σε καλοῦσιν βλιτομάμμας. Adde Schol. Plat. Alcib. p. 118 E: οἱ Περικλέους υἱοί, οὓς καὶ βλιτομάμμας ἐκάλουν et cf. Phrynichum in Anecd. Bk. 31. 3.

Ibid. p. 536 C: γελοῖον δ' ἐν τῷ παρόντι (τι) ἔοικα παθεῖν. Vide quid exciderit.

Ridiculum est quod legitur 537 B: κόποι γὰρ καὶ ὕπνοι μαθήμασι πολέμιοι· est ibi sermo de corporis exercitationibus, unde malo: κόποι γὰρ καὶ πόνοι. Dignus locus est qui conferatur apud Xenophontem in Memorabilibus I. 5. 1: ἄρ', ὅντιν'

ἂν αἰσθανοίμεθα ἧττω γαστρὸς ἢ οἴνου ἢ ἀφροδισίων ἢ *πόνου* ἢ ὕπνου, τοῦτον ἂν αἱροίμεθα; palam est credo insiticium ἢ *πόνου* esse; nempe fuerat olim ἢ ὕπνου et varia lectio ἢ πόνου, quam apparet esse non unius assis. Conferre poteris I. 8. 6: μὴ δουλεύειν γαστρὶ μηδ' ὕπνῳ καὶ λαγνείᾳ. Movet autem risum II 1. 1: πρὸς ἐπιθυμίαν βρωτοῦ καὶ ποτοῦ καὶ λαγνείας καὶ ὕπνου· hucusque recte, deinde praepostere additur: καὶ ῥίγους καὶ θάλπους καὶ πόνου· excidit, credo, καρτερίαν vel simile aliquod vocabulum.

Ibid. p. 539 A: ἔστι πρὸς ὁποῖον βίον ἄλλον ἢ τὸν κολακεύοντα *εἰκότως* προσχωρήσεται; Illud εἰκότως misere languet.

Ibid. p. 539 B: ὡς παιδιᾷ τοῖς λόγοις καταχρῶνται ἀεὶ εἰς ἀντιλογίαν *χρώμενοι*. Simplicissimum fuerit hic corrigere: εἰς ἀντιλογίαν *τρεπόμενοι*.

Ibid. 540 C: *παγκάλους* τοὺς ἄρχοντας ὥσπερ ἀνδριαντοποιὸς ἀπείργασαι, magis ad rem erit: *παγκάλως* adverbium et quoniam qui decem annis sunt maiores, non dicuntur maiores decennibus, p. 540 B malo πρεσβύτεροι *δέκ' ἐτῶν* quam *δεκετῶν*.

Ibid. 541 B: καὶ *ὡς* ἂν γένοιτο, δοκεῖς μοι εἰρηκέναι. Praestat: *πῶς* ἂν γένοιτο.

AD REIP. LIBRUM OCTAVUM.

P. 544 C: (πολιτεῖαι) αἵπερ καὶ *ὀνόματα* ἔχουσιν. Satis notum esse arbitror nihil interesse inter ἐπαινεῖσθαι et ἔπαινον ἔχειν, ψέγεσθαι et ψόγον ἔχειν et αἰτιᾶσθαι passivum habet αἰτίαν ἔχειν. Diximus de eo usu supra ad Menexenum. Similiter dicitur ὀνομάζεσθαι et ὄνομα ἔχειν, sed pluralis numerus hoc modo perperam adhibebitur itaque corrige *ὄνομα*. Exemplum habes in vicinia p. 565 B: αἰτίαν ἔσχον. Qui plura cupit, conferre poterit Cobetum *Mnem.* 1858 p. 12 et 1862 p. 116.

Ibid. p. 545 E: *Φῶμεν* αὐτὰς (scil. τὰς Μούσας) τραγικῶς λέγειν. Postulatur, uti arbitror, *θῶμεν*. Frequens hic error est,

sed saepe mihi quidem non facillimum est diiudicare utra lectio praestet. Si participium sequitur, expedita res est, cf. *Mnem.* 1874 p. 129. Vide quae supra scripsi ad Gorg. 487 A.

Ibid. p. 546 A: *οὐ μόνον φυτοῖς ἐγγείοις ἀλλὰ καὶ ἐν ἐπιγείοις ζῴοις φορὰ καὶ ἀφορία ψυχῆς τε καὶ σωμάτων γίγνονται.* Nonne plurali numero hoc *φοραὶ καὶ ἀφορίαι* dicendum fuit?

Ibid. p. 547 B: *τὸ μὲν σιδηροῦν καὶ χαλκοῦν ἐπὶ χρηματισμὸν καὶ γῆς κτῆσιν καὶ οἰκίας·* hoc quidem recte, sed e textu eiiciendum est quod adscriptum est: *χρυσίου τε καὶ ἀργύρου,* cum praesertim continuo post sequatur: *τὸ δ' αὖ χρυσοῦν τε καὶ ἀργυροῦν, ἅτε οὐ πενομένω κτέ.*

Ibid. p. 544 E: *ἐπὶ δὲ τοὺς θυμοειδεῖς τε καὶ ἁπλουστέρους ἀποκλίνειν.* Hic omnes corruptelam agnoverunt sed de vulnere sanando dissentiunt. Veluti Astius *ποικιλωτέρους* commendavit, quae nimis violenta mutatio est. Mihi praeplacet *ἀμουσοτέρους,* cf. 546 D: *ἀμουσότεροι γενήσονται ὑμῖν οἱ νέοι.* Cf. Valck. *Diatr.* p. 207. Idem adiectivum cum vitio ambulat p. 548 E: *αὐθαδέστερον δεῖ αὐτὸν εἶναι καὶ ὑποαμουσότερον·* quid enim prodest cum Lobeckio ad Phryn. p. 675 corrigere *ὑπαμουσότερον*? Legendum: *ὑπό τι ἄμουσον,* ut recte addi possit: *φιλόμουσον δὲ φιλήκοον μὲν, ῥητορικὸν δ' οὐδαμῶς.* Vide quid de illo *ὑπό τι* supra adnotaverimus ad Cratyl. 416 A: *ἄτοπον* (*ὑπό*) *τι ἔμοιγε δοκεῖ καὶ χαλεπὸν ξυμβαλεῖν.* Praeterea cf. Wyttenbachium ad Iulianum p. 30. Alia vide apud Herwerdenum *Mnem.* 1884 p. 327.

Ibid. p. 548 A: *κεκτημένοι ταμιεῖα καὶ οἰκείους θησαυρούς, οἷ θέμενοι ἂν αὐτὰ κρύψειαν.* Otiosum est illud *οἰκείους·* appositum autem quam maxime: *κεκτημένοι ταμιεῖα καὶ καταγείους θησαυρούς·* erant enim illi *τιμῶντες ἀγρίως ὑπὸ σκότου χρυσόν τε καὶ ἄργυρον.*

Ibid. p. 548 B: Sunt iidem illi *φειδωλοὶ χρημάτων ἅτε τιμῶντες καὶ οὐ φανερῶς κτώμενοι.* Quam languidum est illud *τιμῶντες*! Vere mihi correxisse videor: *ταμιεύοντες.* Cf. v. c. p. 550 D: *τὸ ταμιεῖον ἐκεῖνο ἑκάστῳ χρυσίου πληρούμενον.*

Ibid. p. 549 A: *δούλοις μέν τις ἂν ἄγριος εἴη ὁ τοιοῦτος, οὐ καταφρονῶν δούλων, ὥσπερ ὁ ἱ κ α ν ῶ ς πεπαιδευμένος.* Nimis tenue adverbium *ἱκανῶς·* contextus flagitat: *ὁ ἄ κ ρ ω ς πεπαιδευμένος.*

Ibid. p. 549 E: *οἱ οἰκέται πρὸς τοὺς υἱεῖς τοιαῦτα λέγουσιν [κ α ὶ] ἐάν τινα ἴδωσιν ὀφείλοντα χρήματα, ᾧ μὴ ἐπεξέρχεται ὁ πατήρ, [δ ι α κ ε λ ε ύ ο ν τ α ι] ὅπως τιμωρήσεται πάντας τοὺς τοιούτους.* Uncinis inclusa delenda.

Ibid. p. 550 D: *οὐκοῦν ὡς μεταβαίνει πρῶτον ἐκ τῆς τιμαρχίας εἰς τὴν ὀλιγαρχίαν (π ρ ῶ τ ο ν) ῥητέον.* Excidit id quod vides. Contra p. 551 A: *ὅρον πολιτείας [ὀ λ ι γ α ρ χ ι κ ῆ ς] ταξάμενοι,* delenda interpolatio est.

Ibid. p. 551 E: *quod iamdudum dicimus* Graece certe non sonat: *ὃ πάλαι ἐ λ ο ι δ ο ρ ο ῦ μ ε ν,* nec sunt sane Socratis *λοιδορίαι·* cogitavi equidem de: *ὃ πάλαι θ ρ υ λ ο ῦ μ ε ν.*

Ibid. p. 552 E offendimus *κακούργους πολλοὺς κέντρ' ἔχοντας οὓς ἐ π ι μ ε λ ε ί ᾳ β ί ᾳ κατέχουσιν αἱ ἀρχαί.* Vere perhibet Hartmannus *de Emblem.* p. 51, neminem haec lecturum quin haereat in istis *ἐπιμελείᾳ βίᾳ* itaque suspicatur vocem *ἐπιμελείᾳ* e margine irrepsisse, ubi adscripta fuerit ad indicanda ea quae postea leguntur p. 554 C. Equidem minime assentior; verum quidem est illic legi: *τὰς δὲ κακούργους* (scil. *ἐπιθυμίας*) *κατεχομένας βίᾳ ὑπὸ τῆς ἄλλης ἐπιμελείας,* sed multo plus proderit contulisse quae paucis versibus post inveniuntur: *ἐπιεικεῖ τινι ἑαυτοῦ βίᾳ κατέχει ἄλλας κακὰς ἐπιθυμίας ἐνούσας.* Atque sic illic eandem constructionem restituam: *οὓς ἐ π ι ε ι κ ε ῖ β ί ᾳ κατέχουσιν αἱ ἀρχαί.*

Ibid. p. 556 B: *ἐὰν γὰρ ἐπὶ τῷ αὑτοῦ κινδύνῳ τὰ πολλά τις τῶν ἑκουσίων ξυμβολαίων π ρ ο σ τ ά τ τ ῃ ξυμβάλλειν.* Aut totum locum equidem minus intelligo, aut restituendum erit passivum *π ρ ο σ τ ά τ τ η τ α ι.*

Ibid. p. 556 E: *ὥσπερ σῶμα νοσῶδες μικρᾶς ῥοπῆς ἔξωθεν δεῖται [π ρ ο ς λ α β έ σ θ α ι] πρὸς τὸ κάμνειν.* Apparet quid suadeam.

Ibid. p. 559 D: ὅταν νέος τεθραμμένος ἀπαιδεύτως τε καὶ φειδωλῶς γεύσηται κηφήνων μέλιτος. Ain vero? Habentne fuci suum sibi proprium mel? Cras credam; interea corrigam: κηφὴν ὤν.

Ibid. p. 560 D: ὠθοῦσιν ἔξω ἀτίμως φυγάδα, male abundat adverbium ἀτίμως, quemadmodum itidem abundat Gorg. 527 A: καί σε ἴσως τυπτήσει τις [καὶ] ἐπὶ κόρρης [ἀτίμως] καὶ πάντως προπηλακιεῖ, quod vidit Cobetus.

Ibid. p. 561 A: οὐδὲν μᾶλλον εἰς ἀναγκαίους ἢ (εἰς) μὴ ἀναγκαίους ἡδονὰς ἀναλίσκων. Iteranda praepositio, uti vides.

Ibid. p. 561 C: χαριζόμενος τῇ προσπιπτούσῃ ἐπιθυμίᾳ. Paulo ante dicebatur: τῇ παραπιπτούσῃ· nonne hoc rectius?

Ibid. p. 562 D: ὅταν δημοκρατουμένη πόλις ἐλευθερίας διψήσασα κακῶν οἰνοχόων [προςατούντων] τύχῃ. Quod facile sentitur, interpolatio fecit ut loci elegantia periret.

Ibid. p. 565 E: ὃς ἂν δήμου προεςὼς .... γλώττῃ καὶ ςόματι ἀνοσίῳ γευόμενος φόνου ξυγγενοῦς καὶ ἀνδρηλατῇ, κτέ. Absonum in tali sententia praesens est; prorsus requiro perfectum: γεγευμένος.

Ibid. p. 568 D: μᾶλλον αὐτῶν ἀπαγορεύει ἡ τιμή, ὥσπερ ὑπ' ἄσθματος ἀδυνατοῦσα πορεύεσθαι. Scripserim equidem: συμπαρέπεσθαι,, sicuti apud Xenophontem est Cyrop. II. 1. 23: καὶ ἄλλαι τιμαὶ αἱ πρέπουσαι ἑκάςοις συμπαρείποντο.

Ibid. p. 569 C: ὁ δῆμος φεύγων ἂν καπνὸν δουλείας [ἐλευθέρων] εἰς πῦρ [δούλων] δεσποτείας ἂν ἐμπεπτωκὼς εἴη, ἀντὶ τῆς πολλῆς ἐκείνης καὶ ἀκαίρου ἐλευθερίας τὴν χαλεπωτάτην δουλείαν μεταμπισχόμενος. Apparet quae vocabula cnm Herwerdeno eiicienda esse censeam et cur ita censeam; sed praeterea displicet illa ἄκαιρος ἐλευθερία· conieci: ἀντὶ τῆς πολλῆς ἐκείνης καὶ ἀκράτου ἐλευθερίας. Sic certe Plato locutus est p. 562 D.

## AD REIP. LIBRUM NONUM.

P. 571 C: ὅταν τὸ θηριῶδές τε καὶ ἄγριον ... σκιρτᾷ τε καὶ ἀπωσάμενον τὸν ὕπνον ζητῇ ἰέναι καὶ ἀποπιμπλάναι τὰ αὑτοῦ ἤθη. Prorsus sine sensu est illud ἀπωσάμενον, quod et per se satis apparet et confirmatur quum sequatur: μητρὶ ἐπιχειρεῖν μίγνυσθαι οὐδὲν ὀκνεῖ, quod certe non eius est qui τὸν ὕπνον ἀπεώσατο. Latet, nisi quam maxime fallor, αἰτιασάμενον, quod verbum prorsus eodem modo usurpatum videbis p. 599 E: σὲ δὲ τίς αἰτιᾶται πόλις νομοθέτην ἀγαθὸν γεγονέναι;

Ibid. p. 574 C: τὸν ἄωρόν τε καὶ ἀναγκαῖον πρεσβύτην πατέρα .... πληγαῖς δοῦναι. Quis patienter ferat inutiliter additum πρεσβύτην?

Ibid. p. 576 B: ὅσῳ ἂν πλείω χρόνον ἐν τυραννίδι βιῷ, malo certe διαβιῷ. Infra, p. 578 C et 579 C, invenitur compositum καταβιῶναι.

Ibid. p. 576 D: μὴ ἐκπληττώμεθα πρὸς τὸν τύραννον ἕνα ὄντα βλέποντες. Praefero quod apud Stobaeum exstat: εἰς τὸν τύραννον. Recte εἰς invenitur p. 578 B; idem recte p. 591 E: ἀποβλέπων πρὸς τὴν ἐν αὑτῷ πολιτείαν, sed correxerim quod post pauca sequitur p. 592 A: εἰς ταὐτὸν ἀποβλέπων. Operae pretium fuerit aliquando discrimen accuratius persequi.

Ibid. p. 577 A: ὃς δύναται τῇ διανοίᾳ εἰς ἀνδρὸς ἦθος ἐνδὺς διιδεῖν. In tam simplici sententia plane otiosum est addere: τῇ διανοίᾳ.

Ibid. p. 577 E: ὑπὸ δ' οἴστρου ἀεὶ ἑλκομένη βίᾳ ταραχῆς καὶ μεταμελείας μεστὴ ἔσται. Non video quomodo haec duo nomina recte copulari possint; quanto rectius foret ταραχῆς καὶ πλημμελείας!

Ibid. p. 578 A: ἐν ἀνδρὶ δὲ ἡγεῖ τὰ τοιαῦτα ἐν ἄλλῳ τινὶ πλείω εἶναι ἢ ἐν τῷ μαινομένῳ ὑπ' ἐπιθυμιῶν τε καὶ ἐρώτων;

Satis hoc est perspicuum; sed languet quod adscripsit sciolus: *τούτῳ τῷ τυραννικῷ*. Similiter p. 579 C: *ἀνὴρ ὃν νυνδὴ σὺ ἀθλιώτατον ἔκρινας*· rem satis meminimus, nec requirimus quod additum invenimus: *τὸν τυραννικόν*.

Contra aliquid excidit p. 578 B. Interrogatus: *περὶ τοῦ ἀνδρὸς τοῦ τυραννικοῦ τί λέγεις;* Glauco respondet: *μακρῷ ἀθλιώτατον εἶναι τῶν ἄλλων ἁπάντων*, sed supplendum: *ἀθλιώτατον (αὐτὸν) εἶναι*.

Ibid. p. 578 E: *ἐν ποίῳ ἄν τινι φόβῳ οἴει γενέσθαι αὐτὸν μὴ ἀπόλοιντο*. Fuit cum corrigerem futurum *ἀπολοῖντο*. Nunc nihil definio; videant alii.

Ibid. p. 580 B: *καὶ σύ — τοὺς ἄλλους ἑξῆς πέντε ὄντας κρῖναι*· quidni *κρῖνε* scribitur? Sic certe legitur p. 585 C. Deinde post pauca: *ἔγωγε ὥσπερ χοροὺς κρίνω*, futurum malim: *κρινῶ*, quemadmodum Bekkerus correxit p. 582 D.

Ibid. p. 580 E: *ὃ μέγιϛον ἐπωνομάσαμεν*, cum mox sequatur *κεκλήκαμεν*, praeferendum duco perfectum: *ἐπωνομάκαμεν*. Infra similia videbimus in Timaeo.

Ibid. p. 581 E: *τὸν δὲ φιλόσοφον ποιώμεθα τὰς ἄλλας ἡδονὰς νομίζειν;* Optime Graserus emendavit: *τί οἰώμεθα*. Cf. Madv. *Advers*. p. 18.

Ibid. p. 582 D: *ἀλλὰ μὴν δι' οὗ γε δεῖ ὀργάνου κρίνεσθαι, οὐ τοῦ φιλοκερδοῦς τοῦτο ὄργανον*. Exspectabam: *τοὔργανον*. Stallbaumius diserte admonet ne quis articulum interpolare velit, sed mihi quidem non persuasit.

Ibid. p. 583 D: *ἐν οἷς [ὅταν λυπῶνται] τὸ μὴ λυπεῖσθαι ἥδιϛον*. Inepta interpolatio.

Ibid. p. 586 C: *ὥϛε ἔρωτας ἑαυτῶν λυττῶντας τοῖς ἄφροσιν ἐντίκτειν καὶ περιμαχήτους εἶναι*. Hoc sane recte, sed addit Socrates a quo adiectivum mutuatus sit· *ὥσπερ τὸ τῆς Ἑλένης*

*εἴδωλον ὑπὸ τῶν ἐν Τροίᾳ Στησίχορός φησι γενέσθαι περιμάχητον ἀγνοίᾳ τοῦ ἀληθοῦς.* Neque olim nec nunc opus est hoc adiectivum iterare: nos quoque novimus Helenam *bewundert viel und viel gescholten.* Nunc conferat mihi quis Leeuwenium nostrum *Mnem.* 1906 p. 211.

Ibid. p. 590 A: *πολὺ ἐπὶ δεινοτέρῳ ὀλέθρῳ χρυσὸν δωροδοκεῖ ἢ Ἐριφύλη (ἡ) ἐπὶ τῇ τοῦ ἀνδρὸς ψυχῇ τὸν ὅρμον δεξαμένη.* Inserui articulum.

Ibid. p. 591 B: *ἡ ψυχὴ εἰς τὴν βελτίστην φύσιν καθισταμένη.* Malo: *μεθισταμένη.*

Ibid. p. 592 B: *παράδειγμα ἀνάκειται τῷ βουλομένῳ ὁρᾶν καὶ ὁρῶντι ἑαυτὸν κατοικίζειν.* Immo *ἐγκατοικίζειν* necessarium est.

## AD REIP. LIBRUM DECIMUM.

P. 595 C de Homero legimus: *ἔοικε μὲν γὰρ τῶν ἁπάντων τούτων πρῶτος διδάσκαλος γενέσθαι·* hoc recte, neque indigemus doctrina eius qui adscripsit: *τῶν τραγικῶν.*

Ibid. p. 596 A. Satis novimus quid inter verba *βλέπειν* et *ὁρᾶν* intersit; Latine fortasse discrimen non exponi potest sine multiplicibus ambagibus, sed nos certe eodem modo distinguimus inter *kijken* et *zien,* vel Angli inter *looking* et *seeing.* Sed notabile est Platonem eodem sensu dixisse: *πολλά τοι ὀξύτερον βλεπόντων ἀμβλύτερον ὁρῶντες πρότεροι εἶδον.*

Ibid. p. 596 E: *καλῶς ἔρχει τῷ λόγῳ.* Nihili hoc est; corrige: *ἐπέρχει.*

Ibid. 597 E: *τὸν τοῦ τρίτου ἄρα γεννήματος ἀπὸ τῆς φύσεως μιμητὴν καλεῖς;* Relege locum apud ipsum Platonem et facile senties aliquid ad integritatem deesse; sed salva res est: insere modo: (*ποιητὴν*) *μιμητήν.* Sic demum recte Socrates pergit: *τοῦτ' ἄρα ἔσται καὶ ὁ τραγῳδοποιός.*

Ibid. p. 539 B: *πολὺ πρότερον ἐν τοῖς ἔργοις ἂν σπουδάσειεν ἢ ἐπὶ τοῖς μιμήμασι.* Quidni in eadem re eadem praepositio bis ponetur?

Ibid. p. 600 D: *μόνον οὐκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρουσιν αὐτοὺς οἱ ἑταῖροι.* Spero lectores non aegre esse laturos si primum hic descripserim quae disputavi *Mnem.* 1899 p. 165. Tractabam forte Plutarchi locum in Vita Romuli 19. 3. Quod sentiebam tunc in hunc modum explicavi: „Haud satis scio an viri docti nondum attenderint ad inauditam locutionem.: *παιδία κομίζουσαι νήπια πρὸς ταῖς ἀγκάλαις.* Dicendum hoc fuerat *ἐν ταῖς ἀγκάλαις*, sed obstabat hiatus odium. Hic commode mihi Platonis in mentem venit. Cobeti verba sunt *Mnem.* 1857 p. 300: „Dicebant Graeci festive et venuste *ἐν ταῖς ἀγκάλαις περιφέρειν τινὰ* et *ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρειν τινά* pro *ὑπεραγαπᾶν.*" Deinde duos locos affert, alterum Xenophontis, in quo legitur *ἐν ταῖς ἀγκάλαις*, alterum Platonis, in quo est *ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς*. Equidem subdubito, nam *περιφέρειν ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς*, translato utique sensu, prorsus aberrat a veritate naturae. Legitur de Rep. X p. 600 D: *οὕτω σφόδρα φιλοῦνται ὥςε μόνον οὐκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρουσιν αὐτοὺς οἱ ἑταῖροι.* Hic dixeris necessario legendum esse *ἐπὶ ταῖς ἀγκάλαις*, nec nimis violentam eam correctionem esse. Ipsum Cobetum, credo, in eam suspicionem incidisse, sed proferre noluisse." Quid enim? Ipse de Erasmo hoc addidit: „Apponam animi causa mirificam Erasmi annotationem: „*Translatum apparet*", inquit, *a matribus et nutricibus, quae infantulos cunis impositos capite portant.*" Non solet esse Erasmus tam fatuus, sed coelibes et orbi de infantulis et cunis scriptitantes facile a veritate naturae possunt aberrare." Haec postquam Cobetus asseveravit, se ipsum interpellavit neque ulterius progressus est vel Platonem emendavit indeque re, non verbis, Erasmi iudicium est secutus. Cur? inquis. Nempe causa ante pedes est posita. Platonem imitatur Themistius Orat. XXI p. 254: *ὃν ἡμεῖς διὰ ταύτην τὴν φαντασίαν μόνον οὐκ ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρομεν.* Nihili hoc hodie habemus, nam optime novimus multa esse in Platone ceterisque scriptoribus vitia admodum vetusta nec miramur, si forte Themistius mendosis in Platonis codice lectionibus deceptus

fuerit. Etiam *Mnem.* 1862 p. 226 Cobetus forte ad eundem Themistii locum rediit, sed pristina opinio permanebat. Aliquot annis post saepe hoc argumentum attigit et idoneis argumentis instituit probare id quod dixi. Confer modo quae anno 1876 disputavit in *Miscellaneis Criticis* p. 159 sqq. aliaque quae in unum contuli in *Vita Cobeti* p. 265 sqq. Praeter Xenophontis locum iuvat etiam alia quaedam adscribere quibus Platonis emendatio etiam magis confirmatur. Parum fortasse ad rem pertinet quod de coturnicibus legimus Legg. VII 789 C: λαβόντες ὑπὸ μάλης ἕκαϛος τοὺς μὲν ἐλάττονας εἰς τὰς χεῖρας, μείζους δ' ὑπὸ τὴν ἀγκάλην ἐντός, sed ecce ibidem p. 790 D: ἡνίκα γὰρ ἄν που βουληθῶσι κατακοιμίζειν τὰ δυσυπνοῦντα τῶν παιδίων αἱ μητέρες, οὐχ ἡσυχίαν αὐτοῖς προσφέρουσιν ἀλλὰ τοὐναντίον κίνησιν, ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἀεὶ σείουσαι. Apud Plutarchum invenio Mul. Virt. p. 251 C: τῶν τέκνων τὰ μὲν ἐν ταῖς ἀγκάλαις φέρουσαι, τὰ δ' ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν ἔχουσαι. Itidem Lucian. Dial. Mar. IX 1, ubi Ino ἐμπεσεῖται εἰς τὸ πέλαγος ἔχουσα καὶ τὸν υἱὸν ἐπὶ τῆς ἀγκάλης, ubi Codex L κεφαλῆς habet, ut a palaeographia quoque Platonis emendatio commendetur.

Ibid. p. 603 C: μὴ τοίνυν τῷ εἰκότι μόνον πιϛεύσωμεν. Languet quod nescio quis adscripsit ἐκ τῆς γραφικῆς.

Ibid. p. 603 E: ἀνὴρ ἐπιεικὴς τοιᾶσδε τύχης μετασχών, υἱὸν ἀπολέσας ἤ τι ἄλλο ὧν περὶ πλείϛου ποιεῖται. Aliquid deest ad sententiae integritatem; supplebo: (οἷον) υἱὸν ἀπολέσας.

Quod statim sequitur: ἐλέγομέν που καὶ τότε ὅτι ῥᾷϛα οἴσει τῶν ἄλλων. Corrige: ἐλέγομέν που καὶ τοῦτο.

Ibid. p. 606 C: ἐν μιμήσει δὲ κωμῳδικῇ ἰδίᾳ ἀκούων χαιρήσεις. Illud ἰδίᾳ inepte abundat.

Ibid. p. 607 C: προσείπωμεν δὲ αὐτῇ, μὴ καί τινα σκληρότητα ἡμῶν καταγνῷ. Quamdiu aliquid intererit inter προσειπεῖν et προειπεῖν, Graecitas postulabit προείπωμεν.

Ibid. p. 607 C. Nescimus undenam Plato mutuatus sit verba:

ὁ τῶν Δία σοφῶν ὄχλος κρατῶν, sed satis sentimus fuisse aliquod convicium a poeta coniectum in philosophos; hinc paulo melius intelligam: ὄχλος κράζων. Nempe opponitur: ἡ λακέρυζα πρὸς δεσπόταν κύων κραυγάζουσα. Deinde quod appellantur philosophi οἱ λεπτῶς μεριμνῶντες, vix recte addi potuit: ὅτι ἄρα πένονται. Est praeterea dignus quem conferas Herwerdenus *Mnem.* 1884 p. 333.

Ibid. p. 608 B: μέγας ὁ ἀγὼν τὸ χρηστὸν ἢ κακὸν γενέσθαι, ὥστε οὔτε τιμῇ ἐπαρθέντα οὔτε χρήμασιν οὔτ' ἀρχῇ οὐδεμιᾷ οὐδέ γε ποιητικῇ ἄξιον ἀμελῆσαι δικαιοσύνης. Haec quidem verba sunt sensu vacua, sed exigua mutatio lucem dabit. Nimirum legendum: ἀξιοῦν, nec iam locus interprete egebit.

Ibid. p. 611 D. Socrates Glaucum marinum tanquam exemplum affert: οὐκ ἂν ἔτι ῥᾳδίως ἴδοιεν τὴν ἀρχαίαν φύσιν, ὑπὸ τοῦ τά τε παλαιὰ τοῦ σώματος μέρη τὰ μὲν ἐκκεκλάσθαι, τὰ δὲ συντετρίφθαι. Duo menda in oculos incurrunt, sed nullo negotio tolli possunt; reponam enim γνοῖεν et κατακεκλάσθαι. Res apparet.

Ibid. p. 612 A: ὄστρεα, ἃ νῦν αὐτῇ ἅτε γῆν ἑστιωμένῃ, γεηρὰ καὶ πετρώδη πολλὰ καὶ ἄγρια περιπέφυκεν ὑπὸ τῶν εὐδαιμόνων λεγομένων ἑστιάσεων. Postremum vocabulum certe non faciet ut participium ἑστιωμένῃ sincerum esse videatur, nec tamen Madvigium sequar, qui commendavit ἑστιουμένῃ, „ut γῆν ἑστιοῦσθαι sit terram domicilium sibi facere et habere, raro et poetico verbo, quo Euripides in Ione passive usus est.” Deinde quum ne ipse quidem sibi persuaserit se verum vidisse, quaerit an non verum sit: γῆν εἰσῳκισμένῃ. Neutra suspicio mihi placet et verum esse dixerim: γῆν ησθημένῃ.

Ibid. p. 613 B. Sermo fit de iusto viro qui εἰς ὅσον δυνατὸν ἀνθρώπῳ vult ὁμοιοῦσθαι θεῷ. Etenim εἰκὸς τὸν τοιοῦτον μὴ ἀμελεῖσθαι ὑπὸ τοῦ ὁμοίου. Scripserim: τὸν ὅμοιον. Etiam alibi Plato notum Homeri versiculum respexit.

Ibid. p. 613 D: ἐπὶ τέλους τοῦ δρόμου αἱρεθέντες καταγέ-

λασοί εἰσι καὶ γέροντες γιγνόμενοι ἄθλιοι προπηλακίζονται ὑπὸ ξένων. Libenter expunxerim illud ἄθλιοι quod mire languet, sed gravior est offensio circa illud αἱρεθέντες, cuius sane significatio multum differt ab eo quod est ἁλόντες. Latere equidem dixerim: ἀναρρηθέντες. Paulo infra, p. 614 B, idem participium recte ponitur: ἀναιρεθέντων δεκαταίων τῶν νεκρῶν, sed illic displicet quod otiose adscriptum est: ἤδη διεφθαρμένων.

Ibid. p. 614 B. Ipse autem Er Armenius, nota fabula est, ὑγιὴς ἀνηρέθη. Aut fallor aut verum est: ἀνευρέθη.

Ibid. p. 615 B. Malefici dicuntur κακουχίας μεταίτιοι. Impense miror: nonne sunt κακουργίας μεταίτιοι?

Ibid. p. 615 D: οὐχ ἥκει οὐδ' ἂν ἥξει. Ne particula ἂν cum futuro coniungatur, Madvigius *Advers.* p. 435 scripsit: οὐδ' αὖ ἥξει, Cobetus autem *Var. Lect.* p. 535 et *Mnem.* 1874 p. 248: οὐδὲ μὴ ἥξει, sed fortasse praestabit Herwerdenum sequi et rescribere ἀνήξει, *Mnem.* 1884 p. 334.

Ibid. p. 615 D: ἐθεασάμεθα καὶ τοῦτο τῶν δεινῶν θεαμάτων. Imo θέαμα legendum est.

Ibid. p. 617 D: Ἀνάγκης θυγατρὸς κόρης Λαχέσεως λόγος. Aut fallor, aut θυγατρὸς glossa est e textu eximenda.

Denique p. 620 A de Orpheo, qui oloris vitam sibi elegit μίσει τοῦ γυναικείου γένους, libenter eiiciam quod inutiliter adhaeret: διὰ τὸν ὑπ' ἐκείνων θάνατον.

## AD TIMAEUM.

P. 17 A: οὐ γὰρ ἂν ἑκὼν τῆσδε ἀπελείπετο τῆς ξυνουσίας. In enunciatione negativa Plato fere usurpat ἑκὼν εἶναι, v. c. Gorg. 499 E, Protag. 335 A, Phaed. 80 E, Lys. 210 B, Hipp. 300 D, Phaedr. 239 C, quos locos collegit Lobeckii industria ad Phryn. p. 274.

Ibid. p. 18 D: *μηχανώμενοι ὅπως μηδείς ποτε τὸ γεγενημένον αὐτῷ ἰδίᾳ γνώσοιτο.* Hic nemo facile dixerit, quid *ἰδίᾳ* significet, sed verum ante pedes positum est, nempe: *διαγνώσοιτο.*

Ibid. p. 18 D: *ὅπως οἱ κακοὶ χωρὶς οἵ τ' ἀγαθοὶ ταῖς ὁμοίαις ἑκάτεροι ξυλλήξονται καὶ μή τις αὐτοῖς ἔχθρα διὰ ταῦτα γίγνηται.* Plurimum arridet: *ἵνα μή τις.*

Ibid. p. 21 B: *ἡ δὲ Κουρεῶτις ἡμῖν οὖσα ἐτύγχανεν.* Prorsus non ferendum est quod additur *Ἀπατουρίων.*

Ibid. p. 24 E. Sermo fit de copiis quae Europam atque Asiam adortae sunt, profectae *ἐκ τοῦ Ἀτλαντικοῦ πελάγους. τότε γὰρ πορεύσιμον ἦν ἐκεῖ πέλαγος.* Postremum vocabulum libenter ex textu eliminaverim. Deinde continuo sequitur: *νῆσον γὰρ πρὸ τοῦ στόματος εἶχεν, ὃ καλεῖτε, ὥς φατε ὑμεῖς, Ἡρακλέους στήλας,* quod incommode dictum est et praeferam cum Stallbaumio: *ὃ καλεῖται — στῆλαι,* cum praesertim hoc ipsum *καλεῖται* in Parisino codice legatur. Denique, paucis quibusdam interpositis: *ἐκεῖνο δὲ πέλαγος ὄντως ἥ τε περιέχουσα αὐτὸ γῆ παντελῶς ἀληθῶς ὀρθότατ' ἂν λέγοιτο ἤπειρος,* sed hic inseram idem vocabulum quod modo eieci et scribam: *ἐκεῖνο δέ πέλαγος ὄντως (πέλαγος).*

Ibid. p. 28 A. Recte scribitur: *πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ ἔχον βλέπων ἀεί, τοιούτῳ τινὶ προσχρώμενος παραδείγματι·* itaque in altera sententiae parte: *οὗ δ' ἂν εἰς τὸ γεγονός, γεννητῷ παραδείγματι προσχρώμενος,* praepositio *πρὸς* itidem necessaria erit. Recte p. 28 C: *πρὸς τὸ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον ἢ πρὸς τὸ γεγονός.* Illarum praepositionum discrimen longe facilius sentitur, quam tribus verbis explanari potest.

Ibid. p. 32 A: *εἰ μὲν οὖν ἐπίπεδον μέν, βάθος δὲ μηδὲν ἔχον ἔδει γίγνεσθαι τὸ τοῦ παντὸς σῶμα.* Malim: *σχῆμα,* uti recte p. 33 B: *σχῆμα δ' ἔδωκεν αὐτῷ τὸ πρέπον,* sed itidem recte *σῶμα* 32 C et 34 B, quod tibi apparebit, si locos consulueris.

Ibid. p. 45 A: *σκέλη μὲν οὖν χεῖρές τε ταύτῃ καὶ διὰ ταῦτα προσέφυ πᾶσι.* Illud *πᾶσι* plane otiosum est; facile est intelligere quid lateat: *προσπεφύκασι.*

Ibid. p. 48 B: *νῦν γὰρ οὐδεὶς πω γένεσιν αὐτῶν μεμήνυκεν.* Improprie hoc affirmatur: corrigam: *οὐδέπω — μεμηνύκαμεν.* Sic similiter persaepe veluti 37 D, 39 B, 49 C, alibi et proxime sequitur *λέγομεν.*

Ibid. p. 49 A: *ὁ λόγος ἔοικεν εἰσαναγκάζειν.* Rarissimum compositum est, sed usu tritum *προσαναγκάζειν.*

Ibid. p. 49 D: *ἀεὶ ὃ καθορῶμεν ἄλλοτ' ἄλλῃ γιγνόμενον, ὡς πῦρ, μὴ τοῦτο ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον ἑκάστοτε προσαγορεύειν πῦρ.* Ultimum vocabulum valde molestum est. Similiter p. 59 A: *τοῦ τῆς ἀνωμαλότητος δημιουργοῦ [πυρός] ἀπιόντος,* idem vocabulum itidem expungendum est.

Ibid. p. 69 A. Non est pudor confiteri plurima inesse in hoc dialogo, quae vix ac ne vix quidem intelligo; ab hisce igitur sedulo manum abstinebo, sed tandem tamquam ex meris tenebris in lucem emergere mihi videor: *οἷα τέκτοσιν ἡμῖν ὕλη παράκειται τὰ τῶν αἰτίων γένη διυλασμένα, ἐξ ὧν τὸν ἐπίλοιπον λόγον δεῖ ξυνυφανθῆναι, πάλιν ἐπ' ἀρχὴν ἐπανέλθωμεν.* Primum leve est coniungere adverbium *πάλιν* cum verbo *ξυνυφανθῆναι* et transponere virgulam; sed quid est *διυλασμένα*? Secundum Stallbaumium dicuntur *τὰ τῶν αἰτίων γένη* esse *διυλασμένα*, h. e. *materiae instar praeparata ac digesta.* „Ita enim", sic pergit, intelligendum hoc verbum est, quod numeratur in *τοῖς ἅπαξ εἰρημένοις.* Hermannus autem edidit ex Schneideri coniectura *διυλισμένα.* Neque hoc neque illud quid sit assequor, et longe melius placet corrigere: *ἀνυφασμένα,* quae scilicet *πάλιν* debent *ξυνυφαίνεσθαι.* Cf. Phaed. 87 D: *ἡ ψυχὴ ἀεὶ τὸ κατατριβόμενον ἀνυφαίνει.*

Ibid. p. 70 A: *διοικοδομοῦσι τοῦ θώρακος αὖ τὸ κύτος, διορίζοντες οἷον γυναικῶν, τὴν δ' ἀνδρῶν χωρὶς οἴκησιν, τὰς φρένας διάφραγμα εἰς τὸ μέσον αὐτῶν τιθέντες.* Iam *Mnem.* 1893 p. 27

demonstrasse mihi videor emendandum esse *γυναικῶνα*. Adde *Mnem.* 1900 p. 109, ubi eodem modo correxi Plut. mor. p. 190 A.

Ibid. p. 70 E: *τῆς ἀρτηρίας ὀχετοὺς ἐπὶ τὸν πλεύμονα ἔτεμον καὶ περὶ τὴν καρδίαν αὐτὸν περιέστησαν οἷον ἅλμα μαλακόν, ἵν' ὁ θυμὸς ἡνίκα ἐν αὐτῇ ἀκμάζοι, πηδῶσα εἰς ὑπεῖκον καὶ ἀναψυχομένη, πονοῦσα ἧττον μᾶλλον τῷ λόγῳ μετὰ θυμοῦ δύναιτο ὑπηρετεῖν.* Hic primum Stallbaumium audiamus, qui recte monet *ἀρτηρίας* nomine *tracheam* sive *asperam arteriam* (*luchtpijp*) intelligendam esse. „Deinde dii dicuntur pulmonem cordi circumdedisse *οἷον ἅλμα μαλακόν*, *tamquam mollem saltum*, quod quid sibi velit, dubitatum est." Itaque pergit narrare Toupium ex Longino qui locum laudavit, reponendum censuisse *μάλαγμα*. „Sed neque codices Platonis eam lectionem praebent, et videtur *μάλαγμα* ex vulgatae lectionis interpretatione ortum esse. Enimvero quomodo *ἅλμα* esset intelligendum, vel proximum *πηδῶσα* docere poterat. Opponitur enim cordi palpitanti alia pars corporis eaque *μαλακῶς ἀλλομένη*. Itaque abstractum nomen positum est pro concreto, in quo nemo temere haerebit." Mihi vero nec *μάλαγμα μαλακόν* placet, nec Stallbaumio dederim pulmonem *ἅλλεσθαι*· cor enim palpitare dicitur, quis autem sensit umquam pulmonem palpitantem? Et *ἅλμα* vitiosum est, ut equidem iudico, et varia lectio *μάλαγμα*, sub quibus latet id quod verum est: *μάγμα*, quo nomine pulmo recte appellari potuit, quum habeat assimilem spongiis mollitudinem, uti Cicero loquitur. Est autem *μάγμα*, sicuti interpretatur Stephanus, „spissamentum pauco liquore subactum ut non diffluat." Nostrates fere interpretantur: „*kneedbare massa*".

Ibid. p. 70 E: *ἀεὶ νεμόμενον πρὸς Φάτνῃ καὶ ὅ τι πορρωτάτω τοῦ βουλευομένου κατοικοῦν.* Nonne praestat *γενόμενον*?

De praepositione in comparationibus non iteranda vidimus quantum tunc satis erat ad Phileb. p. 14 A. Nova quaedam exempla sese mihi obtulerunt in Timaeo. Veluti p. 91 D: *ὡς εἰς ἄρουραν τὴν μήτραν κατασπείραντες* recte ita scriptum est, sed p. 73 D: *καθάπερ ἐξ ἀγκυρῶν βαλλόμενος ἐκ τούτων πάσης ψυχῆς δεσμούς*, vide an non praepositio eliminari debeat. Eadem

oritur dubitatio p. 79 A: *ἐπ' ὀχετοὺς ἐπὶ τὰς φλέβας ἀντλοῦν,* quum praesertim mox recte sequatur: *ῥεῖν ὥσπερ δι' αὐλῶνος τοῦ σώματος τὰ τῶν φλεβῶν ποιεῖ ῥεύματα.* Plurimum autem dubito an p. 85 E: *οἷον φυγὰς ἐκ πόλεως ϛασιασάσης ἐκ τοῦ σώματος ἐκπίπτουσα*, praepositio non servari debeat propter eandem causam quam Aristophanes habuit cur praepositionem iteraret eo loco quem ad Philebum descripsimus.

Ibid. p. 74 C. Carnem appellat Plato *πρόβλημα χειμώνων, ἔτι δὲ πτωμάτων οἷον τὰ πιλητὰ ἔσεσθαι κτήματα, σώμασι μαλακῶς καὶ πρᾴως ὑπείκουσαν.* Mehlerus ex angulo quodam protulit in lucem *Mnem.* 1852 p. 335 Valckenaerii emendationem, qui pro *κτήματα* legi iussit: *ἐσθήματα*, sed miror non simul eum vidisse eliminandum esse id quod est *ἔσεσθαι*, quod si feceris, corruptelae causa etiam melius apparebit.

Ibid. p. 74 E: *σαρξὶ πάντα αὐτὰ κατεσκίασεν.* Mire: quidni *κατεϛέγασεν,* sicuti 75 C, 76 C, Criti. 115 E; sed est, fateor, *ξυσκιασθεῖσαν* p. 75 E.

Ibid. p. 87 B: *πολιτεῖαι κακαὶ καὶ (κακοὶ) λόγοι.* Inserui quod vides.

Ibid. p. 88 B: *αἱ τοῦ κρείττονος κινήσεις τὸ μὲν σφέτερον αὔξουσαι, τὸ δὲ τῆς ψυχῆς κωφὸν καὶ δυσμαθὲς ἀμνῆμόν τε ποιοῦσαι τὴν μεγίϛην νόσον ἀμαθίαν ἐναπεργάζονται.* Quanto elegantius restituetur Homericum adiectivum *ἀμενηνόν.* Etiam Timaeus Locrus p. 100 C vocabulo usus est.

Ibid. p. 92 B: *τὴν ψυχὴν ὑπὸ πλημμελείας πάσης ἀκαθάρτως ἐχόντων.* Malim: *πᾶσαν.*

Ibid. p. 38 C: *σελήνην εἰς τὸν περὶ γῆν πρῶτον.* Supple: *τόπον.* Similiter Parthen. p. 14. 18 H: *φασὶ δέ τινες καὶ Διόγνητον ἐν τῷ αὐτῷ (τόπῳ) καῆναι.*

Ibid. p. 46 C: *τοῦτο δὲ (γίγνεται) ὅταν ἡ τῶν κατόπτρων λειότης ἀπώσῃ.* In oculos incurrit quid exciderit.

AD CRITIAM.

P. 107 A: *οἶδα παραίτησιν εὖ μάλα Φιλότιμον καὶ τοῦ δέοντος ἀγροικοτέραν μέλλων παραιτεῖσθαι.* Scio quidem adiectivum *Φιλότιμον* interdum etiam in malam partem accipi, nec tamen minus hic omnino praeferam: *οὐ μάλα Φιλότιμον.* Nimirum non *Φιλοτιμήσεται πρὸς Τίμαιον* sed, ut est p. 108 A, *τὸ τῆς συγγνώμης οὐκ ἔλαττον ἀλλὰ μεῖζον αἰτῶν περὶ τῶν μελλόντων ῥηθήσεσθαι, πάντα ταῦτα εἴρηκεν.*

Ibid. p. 107 D: *τὰ μὲν οὐράνια καὶ θεῖα ἀγαπῶμεν καὶ σμικρῶς εἰκότα λεγόμενα.* Displicet adverbium *σμικρῶς* et requiro vocabulum quod est e regione oppositum ei quod est *ἀκριβῶς.* Fortasse coniicere licebit: *γλίσχρως.*

Ibid. p. 108 C: *ἀθυμοῦντες ἄνδρες οὔπω τρόπαιον ἔστησαν.* Placet quod Suidas habet in voce *ἀλλὰ γάρ*, nempe *οὔποτε τρόπαιον ἔστησαν* idemque Libanius habet I p. 28, cf. *Mnem.* 1875 p. 200.

Ibid. p. 109 A: *ἄπορον πηλὸν τοῖς ἐνθένδε ἐκπλέουσιν ἐπὶ τὸ πᾶν πέλαγος.* Assumendum est quod Heusdius coniecit *τὸ πέραν πέλαγος*, sed praeterea eiiciam quod sequitur: *ὥστε μηκέτι πορεύεσθαι.*

Ibid. p. 111 C: *χρόνος δ' οὐ πάμπολυς ὅτε δένδρων αὐτόθεν εἰς οἰκοδομήσεις τὰς μεγίστας ἐρεψίμων τμηθέντων στεγάσματά ἐστιν ἔτι σᾶ.* Tractavit hunc locum Cobetus *Mnem.* 1875 p. 203 et ope glossulae apud Timaeum *ξύλων ἐρεψίμων* contendit lacuna quaedam hausta fuisse quae in hunc ferme modum suppleri debeant: *χρόνος δ' οὐ πάμπολυς ὅτε δένδρων* (*μεγάλων τε καὶ ὑψηλῶν ἦν μεστὰ πάντα καὶ ἐκ τῶν ξύλων τῶν*) *αὐτόθεν εἰς οἰκοδομήσεις κτἑ.* Speciem haec habent, sed omisit dicere Cobetus de ultimis verbis, in quibus maxima est offensio circa praesens tempus. Valckenaerius coniecerat: *ὅτε δένδρων — τμηθέντων ἄττα ἦν ἔτι σῶα*, Ruhnkenius: *στεγάσματ' ἦν ἔτι σῶα·* Stallbaumius autem mutata interpunctione pro *ἐστὶν* commendavit *ἔστη*, quo nihil proficimus. Equidem illud *ἐστὶν* sollicitare non ausim et

possit quis leniter refingere: *ϛεγάσματ' ἔϛιν ἃ ἔτι ἦν σᾶ.* Praecessit modo: *τῶν ὀρῶν ἔϛιν ἃ νῦν μὲν ἔχει μελίτταις μόναις τροφήν.*

Ibid. p. 111 D. Olim fertiles agros Attica habebat, quae *τὸ ἐκ Διὸς ὕδωρ — εἰς αὐτὴν καταδεχομένη, τῇ κεραμίδι ϛεγούσῃ γῇ διαταμιευομένη τὸ καταποθὲν ἐκ τῶν ὑψηλῶν ὕδωρ εἰς τὰ κοῖλα ἀφιεῖσα — παρείχετο ἄφθονα κρηνῶν καὶ ποταμῶν νάματα.* Video quidem in longiore sententia, cuius descripsi particulam aliquid fuisse titubatum, sed hoc tamen intelligo multum praestare: *ϛέγουσα.*

Ibid. p. 112 B: *οἷον μιᾶς οἰκίας κῆπον ἑνὶ περιβόλῳ προσπεριβεβλημένοι.* Malim: *προπεριβεβλημένοι.*

Ibid. p. 115 B: *δυσθησαύριϛος ἀκροδρύων καρπός, ὅσα τε παραμύθια πλησμονῆς μεταδόρπια κάμνοντι τίθεμεν.* Bellaria *τραγήματα* dicuntur ac facile fieri potest ut id quod est *μετάδορπια* inutiliter ex margine in textum irrepserit, cum praesertim nimis incertum sit fueritne nomen Atheniensibus usurpatum. Sed hoc apud me satis constat, stulte edi *κάμνοντι*, quasi bellariorum omne genus in aegrotantium usum potissimum repertum sit. Quid latet? Opinor: *κάπτοντι.* Calamitosum est verbum *κάπτειν*, quod saepe in *κόπτειν*, in *κάμπτειν* et nunc quidem in *κάμνειν* abiit, cf. Cobet. *Var. Lect.* p. 247.

Ibid. p. 117 B: *δεξαμενὰς τὰς μὲν ὑπαιθρίους (θερινάς), τὰς δὲ χειμερινὰς ὑποϛέγους.* Supplevi quod vides.

Ibid. p. 117 D: *πάντα δ' ἐξηρτυμένα ἱκανῶς.* Parum hoc laudis est; lege: *καλῶς.*

Ibid. p. 118 B. Habet ea regio cum alia tum *ποταμοὺς καὶ λίμνας καὶ λειμῶνας.* Libenter deleverim dittographiam *καὶ λίμνας.*

Ibid. p. 120 C: *νύκτωρ πᾶν τὸ περὶ τὸ ἱερὸν κατασβεννύντες πῦρ, ἐδικάζοντό τε καὶ ἐδίκαζον.* Hinc discere poteris quid olim

moris fuerit; deinde eo loco uti poteris ad Arrianum emendandum Anab. I. 4. 7. Taulantii Macedonibus appropinquantibus ἐξέλιπον καίτοι καρτερὰ ὄντα τὰ κατειλημμένα πρὸς σφῶν χωρία, ὥστε καὶ τὰ σφάγια αὐτῶν κατελήφθη ἔτι κείμενα. Ut appareret quam cito nulla mora interposita Macedones loca occuparint quae Taulantii reliquissent, addidit Arrianus eos invenisse σφάγια ἔτι καόμενα.

Ibid. p. 120 C: τὰ δικασθέντα ἐν χρυσῷ πίνακι γράψαντες μετὰ τῶν στολῶν μνημεῖα ἀνετίθεσαν. De veste nihil supra legeramus, sed suam quisque pateram, quod Critias modo narrarat, ἀνέθηκε εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ θεοῦ. Sequitur verum esse: μετὰ τῶν φιαλῶν.

## AD MINOEM.

P. 318 B: τούτων δὴ καὶ τὰ αὐλήματα θειότατά ἐστι καὶ μόνα κινεῖ καὶ ἐμφαίνει τοὺς τῶν θεῶν ἐν χρείᾳ ὄντας. Legendum est κηλεῖ, quod mihi dabis collato Symp. p. 215 C, unde illa non nimis apte excerpta sunt, vide modo Boeckhium ad Min. p. 25. Facit hic locus ut Polybii meminerim, cuius fragmentum Escorialense tractavi *Mnem.* 1857 p. 246. De Tlepolemo ita scribitur: συνῆγε πότους ἐπιμελῶς καὶ παρὰ τὰς συνουσίας τὰ μὲν ὑπὸ τῶν πρὸς χάριν λεγόντων ἐκκηλούμενος, τὰ δὲ ὑπὸ τῆς ἰδίας ὁρμῆς, ἅτε νέος ὤν, sed ἐκκηλούμενος Editoris est, Codex habet ἐκηλούμενος, unde effeci αἰκαλλόμενος. Ibi tum dixi aliquoties confundi αἰκάλλειν et ἐκκαλεῖν, laudato Soph. Oed. Tyr. 597, quem versiculum correxit Dindorfius. Itidem indicavi Hippodami Pythagorei fragmentum apud Stobaeum XLIII. 93: τοὶ δὲ νόμοι τὰ μὲν φόβοις κατέχοντες ἀπερύκοντι, τὰ δὲ τιμαῖς τε καὶ δωρεαῖς δελεάζοντες ἐκκαλέονται, ubi verum esse arbitror αἰκάλλοντι.

## AD LEGUM LIBRUM PRIMUM.

P. 625 A: προσδοκῶ οὐκ ἂν ἀηδῶς περὶ πολιτείας τὰ νῦν καὶ νόμων τὴν διατριβὴν λέγοντάς τε καὶ ἀκούοντας ἅμα κατὰ τὴν πορείαν ποιήσεσθαι. Quemadmodum exspectari poterat, Schanzius rectissime pro futuro aoristum ποιήσασθαι restituit, sed

miror quod Stephanum non est secutus, qui malebat: *ἅμα καὶ τὴν πορείαν π.* Non opus est exemplis ostendere particulas illas sexcenties solere confundi.

Ibid. p. 625 C: *τὴν τῆς χώρας πάσης Κρήτης φύσιν.* Nomen proprium expunxerim.

Ibid. p. 625 E: *πρὸς τὸν πόλεμον ἡμῖν ἅπασα ἐξήρτυται καὶ πάνθ' ὁ νομοθέτης πρὸς τοῦτο βλέπων συνετάξατο.* Requiro: *τοῦτον.* Sic p. 626 A habemus: *εἰς τὸν πόλεμον ἅπαντα συνετάξατο,* p. 628 A *πρὸς πόλεμον βλέπων,* p. 636 itidem *πρὸς τὸν πόλεμον βλέποντας,* quocirca etiam p. 626 A paulo melius erit: *πρὸς τὸν πόλεμον.*

Ibid. p. 626 A: *πάσαις πρὸς πάσας τὰς πόλεις ἀεὶ πόλεμον ἀκήρυκτον εἶναι.* Eadem ferme supra iam habuimus p. 625 E, sed illic rectius *πᾶσι* legitur, non *πάσαις.*

Ibid. p. 626 D: *αὐτῷ δὲ πρὸς αὐτὸν πότερον ὡς πολεμίῳ πρὸς πολέμιον διανοητέον.* Quod correxeram *διακειτέον,* Schanzius quadamtenus probavisse videtur. Eadem medicina Cobetus sanarat Rep. I p. 343 B, *Var. Lect.* p. 527, nec multum dissimilia sunt quae indicavi *Mnem.* 1876 p. 349. Addo Strabonem XVII p. 809: *οὐ γὰρ οἷόν τε ἄλλως τὰ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα ἐν τῷ κόσμῳ διοικεῖσθαι,* haud parum melius erit *διανοεῖσθαι.*

Ibid. p. 629 B: *εἰπὼν σχεδὸν ἅπαντα (ταῦτα).* Non video qui abesse possit quod intercalavi.

Ibid. p. 629 B: *ὦ Τύρταιε ποιητὰ θειότατε.* Solent Graeci nisi fallor: *ποιητῶν θειότατε.*

Ibid. 631 B: *ἐχρῆν εἰπεῖν (ὅτι) οἱ Κρητῶν νόμοι οὐκ εἰσὶ μάτην εὐδόκιμοι.* Non possumus carere particula, quam inserui.

Ibid. p. 636 C. De Graeco amore sermo fit: *ἐννοητέον ὅτι (δοκεῖ) παρὰ φύσιν καὶ τῶν πρώτων τὸ τόλμημα εἶναι.* Quivis sentit

corruptam lectionem esse; equidem nihil melius excogitare potui quam *τῶν παρανομούντων*.

Ibid. p. 638 D: *εἰ περὶ ἑκάϛων οὕτω διέξιμεν, οὐκ ἂν ἔμοιγε κατὰ νοῦν εἴη*. Syntaxis, uti mihi visum est, postulat: *διεξίοιμεν*.

Ibid. p. 641 E: *Λακεδαίμονα δὲ καὶ Κρήτην, τὴν μὲν βραχύλογον, τὴν δὲ πολύνοιαν μᾶλλον ἢ πολυλογίαν, ἀσκοῦσαν*. Non est haec iusta oppositio: conieci *πολυηκοΐαν*. Plato aliquoties habet adiectivum *πολυήκοον* et hinc substantivum *πολυηκοΐα* mutuatus est Olympiodorus Vit. Plat. init.

Ibid. p. 648 C: *καὶ γυμνασάμενον μὲν εὖ καὶ ἀνδρείως ἀζήμιον ἀπαλλάττοις ἄν, κακῶς δὲ ζημίαν ἐπιτιθείς*. Egit de hoc loco Cobetus *Mnem.* 1862 p. 169, ubi subintelligenda esse contendit: *κακῶς δὲ (γυμνασάμενον) ζημίαν ἐπιτιθεὶς (ἀπαλλάττοις ἄν)*, sed nunc eius iudicium non sequar, cum longe simplicior mihi ratio esse videatur Astii, qui correxit *ἐπιτιθείης*.

AD LEGUM LIBRUM SECUNDUM.

P. 657 B: *ἡ τῆς ἡδονῆς καὶ λύπης ζήτησις — σχεδὸν οὐ μεγάλην τινὰ δύναμιν ἔχει πρὸς τὸ διαφθεῖραι τὴν καθιερωθεῖσαν χορείαν ἐπικαλοῦσα ἀρχαιότητα*. Longe malim *χρείαν* legere et alibi quoque haec nomina confusa fuere, quod Cornarius p. 119 iam vidit. Confirmat autem meam suspicionem id quod brevi post Atheniensis addidit: *θαρροῦντες λέγομεν τὴν τῇ μουσικῇ καὶ τῇ παιδιᾷ μετὰ χορείας χρείαν ὀρθὴν εἶναι*. Vide praeterea Badhamum ad Philebum p. xv.

Ibid. p. 658 D. Celebratus locus est, ubi legimus *τὰς πεπαιδευμένας τῶν γυναικῶν* tragoediis maxime delectatas fuisse, quum docti viri in eam sententiam disputarent honestis mulieribus concessum fuisse ut in theatrum convenirent ad Musas utique severiores. Iamdudum haec profligata quaestio est, ad quam non redibo; sed hoc me maxime advertit, quum plerumque credamus virguncularum domesticam disciplinam neglectam iacuisse aditumque ad liberaliorem doctrinam fuisse praeclusum,

fuisse tamen inter honestas mulieres quae τῶν πεπαιδευμένων nomine comprehenderentur.

Ibid. p. 658 E: τὸ γὰρ ἔθος ὑμῖν τῶν νυνδὴ πάμπολυ δοκεῖ τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν ἁπάσαις καὶ πανταχοῦ βέλτιστον γίγνεσθαι. Hic dubitatum fuit essetne ἔθος an ἦθος scribendum; equidem neutrum probaverim: hoc dicit Plato omnibus omnino civibus senes prudentius iudicare; quocirca reponam: ἔθνος, quo sensu Romani *nationem* appellare solent. Vide Legg. XII p. 943 C prorsus eandem corruptelam, quam Cornarius sanavit: κρίνεσθαι τὸν βουλόμενον ἐν τοῖς αὐτῶν ἔθνεσι. Cf. Astius p. 546 et Ritteri Comment. p. 42.

Ibid. p. 658 E: τοὺς βελτίστους καὶ ἱκανῶς πεπαιδευμένους. Lege: καλῶς. Solemne vitium.

Ibid. p. 659 A: (Μοῦσαν), ἥτις τοὺς βελτίστους καὶ καλῶς πεπαιδευμένους τέρπει, μάλιστα δ' ἥτις ἕνα τὸν ἀρετῇ τε καὶ παιδείᾳ διαφέροντα. Inseram: ἕνα (ἕκαστον).

Ibid. p. 661 B: τὸ δὴ τέλος ἁπάσης μακαριότητος εἶναι τὸ πάντα ταῦτα κεκτημένον ἀθάνατον εἶναι γενόμενον ὅτι τάχιστα. Duo sunt ridicula vitia quae hucusque nescio quomodo interpretes effugerunt, nam primum εὐθάνατον requiritur, deinde μάλιστα. Eiusdem confusionis exempla invenies apud Cobetum *Mnem.* 1862 p. 34 et ἐν τῷ Ἑρμῇ Λογίῳ p. 226 et saepiuscule eodem modo erratum fuit, sicuti olim in Luciano me adnotare memini *Mnem.* 1901 p. 277. Paulo post rectissime scribitur: τὸ ζῆν μέγιστον μὲν κακὸν τὸν ξύμπαντα χρόνον ἀθάνατον ὄντα καὶ κεκτημένον πάντα τὰ λεγόμενα πλὴν δικαιοσύνης, ex quibus verbis tibi luculenter patebit quid intersit inter hoc et illud. Sed vitiosum est p. 661 E: ἔτι προστίθημι ὑμῖν ἰσχὺν διαφέρουσαν καὶ ἀνδρείαν μετ' ἀθανασίας et adhibe eandem medicinam. Etiam conferre poteris IV p. 721 B et V 739 E.

Ibid. p. 663: πείσει ἁμῶς γέ πως ἔθεσι καὶ ἐπαίνοις καὶ λόγοις. Iam persuasi Schanzio corrigendum esse ψόγοις, coll. Porson. ad Eur. Phoen. v. 206, Cobet. *Var. Lect.* 602 et 630 et Herw. ad Oed. Tyr. v. 338.

Ibid. p. 663 E: *τὸ μυθολόγημα ῥᾴδιον ἐγένετο πείθειν.* Contextus liquido monstrat inserendum esse (*ἄρ' οὐ*) *ῥᾴδιον.* Apparet cur exciderit.

Ibid. p. 664 D. Senes *οὐ γὰρ ἔτι δυνατοὶ φέρειν ᾠδάς.* Malo: *φαίνειν.* Iam Homerus: *ὁ δ' ὁρμηθεὶς θεοῦ ἤρχετο, φαῖνε δ' ἀοιδήν.*

Ibid. p. 666 B: *παιδιάν, ἣν τοῖς ἀνθρώποις ἐπίκουρον τῆς τοῦ γήρως αὐστηρότητος ἐδωρήσατο τὸν οἶνον φάρμακον.* Uniuscuiusque est e textu eiicere *τὸν οἶνον.*

Ibid. p. 667 A: *προσέχων τούτῳ τὸν νοῦν δρῶ τοῦτο, εἴπερ.* Supple: *εἴπερ* (*ἄρα*). Eandem corruptelam iam supra alicubi notavimus.

Ibid. p. 671 B: *ἔφαμεν τὰς ψυχὰς τῶν πινόντων διαπύρους γιγνομένας μαλθακωτέρας γίγνεσθαι καὶ νεωτέρας.* Non video quomodo hoc fieri possit; commendo: *λειοτέρας.*

Ibid. p. 672 B: *λόγος τις ἅμα καὶ φήμη ὑπορρεῖ πως, ὡς ὁ θεὸς οὗτος ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς Ἥρας διεφορήθη.* Insiticium est proprium Iunonis nomen, sed praeterea absonum est illud *ἅμα,* pro quo *ἄρα* restituam.

Ibid. p. 672 C: *ὅταν ἀκταινώσῃ ἑαυτὸ τάχιστα.* Difficilis hic locus est et verosimiliter corruptus. Dixi de verbo *ἀκταίνειν* et collegi quae comperi *Mnem.* 1900 p. 355. Saepe suspicatus sum apud Platonem hoc verbum aliquoties in *ἀγανακτεῖν* abiisse, sed mihi nondum satisfacio.

Ibid. p. 673 B: *τί ποτε οἴει σοι πότερον ἡμῶν ἀποκρινεῖσθαι.* Malo: *οἴει σύ.*

Ibid. p. 674 A: *οὐκ ἂν τιθείμην ταύτην τὴν ψῆφον.* Non hoc requiro, sed *ταύτῃ.* In aprico est, unde sit natum vitium.

Ibid. p. 674 B: Praecipitur ne quis vinum gustare velit *ὅταν ἐπινοῇ τις παῖδας ποιεῖσθαι.* Hoc quidem nimis ridicule dictum est; corrigo: *παιδοποιεῖσθαι* et idem vitium supra notavimus Symp. 203 B.

Ibid. p. 674 B: *τοῖς νοῦν [τε καὶ νόμον] ἔχουσιν ὀρθὸν οὐ ποτέος οἶνος.* Pauci, credo, praesertim admoniti, interpolationem non agnoscent.

AD LEGUM LIBRUM TERTIUM.

P. 676 A: *ἐνθένδε τις ἂν αὐτὴν ῥᾷϛά τε καὶ κάλλιϛα κατίδοι.* Omnes coniungere solent: *ἄριϛά τε καὶ κάλλιϛα.*

Ibid. p. 677 A: *τὸ πολλὰς ἀνθρώπων φθορὰς γεγονέναι κατακλυσμοῖς τε καὶ νόσοις καὶ ἄλλοις πολλοῖς, ἐν οἷς βραχύ τι τῶν ἀνθρώπων λείπεσθαι γένος.* Restituam *λοιμοῖς*, quod suspicor primum in *λιμοῖς* abiiisse, tum in *ἄλλοις*, coll. IV p. 709 A: *πολλὰ δὲ καὶ νόσοι ἀναγκάζουσι καινοτομεῖν λοιμῶν ἐμπιπτόντων.* Vocabulum *λοιμὸς* revocat in memoriam Appianum, qui in Punicis c. 4 scripsisse creditur de Regulo: *ἐπανῆλθεν ἐς λύμην ἕτοιμον.* Sic Schweighaeuserus qui in superioribus editionibus invenerat *λίμνην.* Sed perspicuum est emendandum esse: *ἐπανῆλθεν εἰς Λιβύην ἕτοιμος·* de confusione vocabulorum *λίμνη* et *Λιβύη* et alii egerunt et Dobraeus ad Phot. p. 623 Ed. Lips.

Ibid. p. 677 B: *οἱ περιφυγόντες τὴν φθορὰν σχεδὸν ὄρειοί τινες ἂν εἶεν νομῆς.* Aoristum hic non fero, quocirca correxerim: *οἱ πεφευγότες.*

Ibid. p. 680 D. Megillus attulerat quid Homerus de Cyclopibus cecinisset: *νῦν μὴν εὖ τῷ σῷ λόγῳ ἔοικε μαρτυρεῖν, τὸ ἀρχαῖον αὐτῶν* (i. e. Cyclopum) *ἐπὶ τὴν ἀγριότητα διὰ μυθολογίας ἐπανενεγκών.* Cognovi interpretes frustra desudare ut haec verba expediant; veluti Ficinus vertit: „quum antiquitatem hominum per fabulas ad silvestrem vivendi modum reduxerit.", quae mera stribligo est. Est tamen emendatio perfacilis: *τὸ ἄγριον αὐτῶν ἐπὶ τὴν ἀρχαιότητα διὰ μυθολογίας ἐπανενεγκών.*

Prorsus est absurdum quod legitur p. 680 E in disputatione de origine societatis humanae, ubi haec habemus: *μετὰ δὲ ταῦτά γ' εἰς τὸ κοινὸν μείζους ποιοῦντες πόλεις, πλείους ξυνέρχονται,* sed nondum sermo fit de *urbibus* condendis et versatur

philosophus in primis initiis describendis; sic continuo sequitur: καὶ ἐπὶ γεωργίας τὰς ἐν ταῖς ὑπωρείαις τρέπονται πρώτας, περιβόλους τε αἱμασιώδεις τινάς, τειχῶν ἐρύματα τῶν θηρίων ἕνεκα ποιοῦνται, μίαν οἰκίαν αὖ κοινὴν καὶ μεγάλην ἀποτελοῦντες. Multo post dicere incipiet de consilio civitatis condendae, quae priscis temporibus nulla erat, cum singulae familiae ἐπατρονομοῦντο. Itaque corruptum est vocabulum πόλεις et videndum an non praestet quod mihi utique arridet ἐπαύλεις, nec Schanzio displicuit.

Ibid. p. 681 B: κοσμιωτέρων μὲν κοσμιώτερα καὶ ἀνδρικῶν ἀνδρικώτερα. Dixeris uniuscuiusque esse corrigere: κοσμίων, sed inde a Ficino usque ad Boeckhium atque inde a Boeckhio usque ad Schanzium nemo hoc vidit. Etiam doctissimos et meritissimos viros facillima fallere possunt.

Ibid. p. 681 B: κατὰ τρόπον ἑκάϛους τὰς αὑτῶν αἱρέσεις εἰς τοὺς παῖδας ἀποτυπουμένους. Etiam is qui obiter hos libros de Legibus perlegit, ignorare non potest quid sit κατὰ τρόπον, nempe εὖ vel ὀρθῶς, quod quum huc non quadret, reponendum erit κατὰ λόγον, quod vide v. c. p. 689 D. Contra apud Menandrum ap. Stobaeum XCVII. 2:

κρεῖττόν γάρ ἐϛιν, ἂν σκοπῇ τις κατὰ λόγον,
μὴ πόλλ' ἀηδῶς, ὀλίγα δ' ἡδέως ἔχειν.,

omnino verum est κατὰ τρόπον, quam correctionem Cobeto debemus *Mnem.* 1855 p. 271.

Ibid. p. 682 B: κατῳκίσθη ἐκ τῶν ὑψηλῶν εἰς μέγα τε καὶ καλὸν πεδίον Ἴλιον. Necessarium duco: μετῳκίσθη et praeterea erit fortasse qui malit: καλὸν πεδίον Ἰλήιον, coll. Iliad. Φ 558: φεύγω πρὸς πεδίον Ἰλήιον.

Ibid. p. 682 D. Milites ex Troiano bello domum reversos excepit nova soboles quae per decem annorum intervallum succreverat: factae sunt ϛάσεις τῶν νέων, οἳ καὶ ἀφικομένους τοὺς ϛρατιώτας εἰς τὰς αὑτῶν πόλεις τε καὶ οἰκίας οὐ καλῶς ὑπεδέξαντο. Inseram: (πάλιν) ἀφικομένους. Vide πάλιν hoc modo usurpatum mox p. 682 E et IX p. 870 E et ubi non?

Ibid. p. 684: *ἡ μεγίστη τῶν μέμψεων .... ἥπερ ἐν ἄλλαις νομοθετουμέναις πόλεσι π ο λ λ α ῖ ς γίγνεται.* Malo: *π ο λ λ ά κ ι ς.*

Ibid. p. 685 C: *θρασυνόμενοι τὸν πόλεμον ἤ γ ε ι ρ α ν τ ὸ ν ἐπὶ Τροίαν.* Praestare dixerim: *τὸν πόλεμον ἤ ρ α ν τ ο ἐπὶ Τροίαν.*

Ibid. p. 686 A: *τοῖς τ' ἄλλοις κ α ὶ τῷ Δελφικῷ Ἀπόλλωνι.* Suppleverim: *καὶ* (*δ ὴ κ α ὶ*) *τῷ Δ.* Etiam Plato passim sic loquitur, veluti p. 698 D.

Ibid. p. 686 E: *εὐθὺς ἔ π α θ ε τοῦτο ὡς θαυμάστ' ἂν κατεργασάμενος εὐδαιμονοίη.* Quidni *ἔ μ α θ ε*, quod solemne vitium?

Ibid. p. 687 E: *οὐ τοῦτο εὐκτέον οὐδὲ ἐ π ε ι κ τ έ ο ν, ἕπεσθαι πάντα τῇ αὑτοῦ βουλήσει.* Legendum: *σ π ε υ σ τ έ ο ν*, sicuti mox sequitur: *εὔχεσθαι δεῖν καὶ σπεύδειν.* Corruptela, uti animadvertis, repetenda ex usu uncialium litterarum.

Ibid. p. 689 B: *ὅταν οὖν ἐπιστήμαις ἢ δόξαις* (*ὀ ρ θ α ῖ ς*) *ἢ λόγῳ ἐναντιῶται.* Inserui quod exciderat.

Ibid. p. 692 A: *ὁ δὲ τρίτος σωτὴρ ὑμῖν ἔτι σ π α ρ γ ῶ σ α ν τὴν ἀρχὴν ὁρῶν.* Ut metaphorae audaciam emolliat, Plato *οἷον* vel *ὥσπερ* solet praeponere et nunc quoque commendo: (*ὥ σ π ε ρ*) *σπαργῶσαν*, quod facile excidere potuit. De verbo *σπαργᾶν* cf. Ruhnk. ad Tim. p. 234.

Ibid. p. 692 C: *ὅπερ εἶπον ἔμπροσθεν.* Insere de constanti more (*ὀ λ ί γ ο ν*) *ἔμπροσθεν.*

Ibid. p. 693 D: *καὶ νῦν δὴ τὸ περὶ τῆς φιλίας, πρὸς ὅ τι βουλόμενος ἔμελλες λέγειν στοχάζεσθαι τὸν νομοθέτην, λέγε.* Claudicat oratio, itaque Badhamus *βουλόμενος* eiecit; equidem novi medicinam multo faciliorem: scribe mutato accentu: *πρὸς ὃ τί βουλόμενος.* *Cur* = *τί βουλόμενος*, ut satis notum est.

Ibid. p. 694 D. Sermo fit de mulierculis, quae regios pueros educarant *κ ω λ ύ ο υ σ α ι ὡς οὖσιν ἱκανῶς εὐδαίμοσιν μήτε αὐτοῖς*

ἐναντιοῦσθαι μηδένα εἰς μηδέν, ἐπαινεῖν τε ἀναγκάζουσαι πάντας τὸ λεγόμενον ἢ πραττόμενον ὑπ' αὐτῶν. Plura descripsi quam meus est mos, ut lectori statim appareret necessario legendum esse: κελεύουσαι.

Ibid. p. 695 C. Darius erat παιδείᾳ οὐ διατρυφώσῃ τεθραμμένος. Non novi compositum διατρυφᾶν, nec percommoda sententia est: conieci: οὐ λίαν τρυφώσῃ. Praeter hunc locum Stephanus semel tantummodo idem verbum repperit, nempe apud Dionem Chrys. Orat. IV p. 177 R: προΐτω γε μὴν διατρυφῶν τε καὶ μύρου καὶ οἴνου ἀποπνέων, sed Emperius recepit acutam Reiskii coniecturam: προΐτω γε μὴν νὴ Δία τρυφῶν.

Ibid. p. 695 C. Darius imperium λαβὼν ἕβδομος διείλετο ἑπτὰ μέρη τεμόμενος, ὧν καὶ νῦν ἔτι σμικρὰ ὀνείρατα λέλειπται. Quantum comperi, nec fuit qui illa *somnia* probabiliter interpretaretur, nec cui successerit emendatio. Conieci: σμικρὰ οἷον μόρι' ἄττα. Hunc locum ante oculos habuit, qui scripsit Epist. VII p. 332 A: διένειμέ τε μέρη μείζω ἕκαςα Σικελίας πάσης ἑπτά. Ceterum minime facio cum Valckenaerio, cuius locum Astius mihi indicavit: „Integra ista disputatio Κύρου Παιδείᾳ opposita fuit Xenophontis, quem virum optimum, ut et alios e Socratis palaestra, oderat Plato".

Ibid. p. 698 C: πέμψαντος Δαρείου ἐπ' Ἐρετριᾶς (nempe Δᾶτιν) ἐξανδραποδισάμενον ἀγαγεῖν. Magis hoc dicitur: ἀνάγειν.

Ibid. p. 698 E: εἰ δή τι διεκώλυεν ἄλλο αὐτούς, οὐ γὰρ ἴσμεν λεγόμενον. Melius intelligam: γενόμενον.

Ibid. p. 700 A: οὐκ ἦν ἐπὶ τῶν παλαιῶν νόμων ὁ δῆμός τινων κύριος. Corrige: χρόνων.

Ibid. p. 701 C: τὴν λεγομένην [παλαιὰν] Τιτανικὴν φύσιν. Uncinos addidi.

## AD LEGUM LIBRUM QUARTUM.

P. 705 C. Describit Clinias naturam loci, quo cives coloniam missuri sunt. Οὐκ ἔςιν, inquit, οὔτε ἐλάτη λόγου ἀξία οὔτ' αὖ πεύκη, κυπάριττός τε οὐ πολλή· πίτυν τ' αὖ καὶ πλάτανον ὀλί-

γην ἂν εὕροι τις, οἷς δὴ πρὸς τἀντὸς τῶν πλοίων μέρη ἀναγκαῖον τοῖς ναυπηγοῖς χρῆσθαι ἑκάστοτε. Disertis verbis Plato distinguit inter πίτυν et πεύκην, sed quum discrimen mihi utique obscurum esset, qui plantarum historiam numquam attigissem, primum adii quem solum fere librum de Flora Graeca habeo, nempe Caroli Koch, *die Bäume und Sträucher des alten Griechenlands*: hic autem p. 28 ita me docuit: „Unter πίτυς und πεύκη hat man nur Kiefern oder Föhren zu verstehen. — Die Unterscheidung der beiden Föhren ist den Griechen ebenso schwer gefallen, wie es auch noch unseren Laien schwer fallen wird. Homer verstand unter πίτυς nur Pinus Laricio Poir., wenn er (Il. XIII 390 und XVI 483) sie hoch im Gebirge wachsen und ihr Holz als Balken der Schiffe gebrauchen lässt; πεύκη hingegen ist ihm die am Meere wachsende Aleppoföhre (Pinus Aleppica L.), welche von aus dem Gebirge kommenden Strömen mit fortgerissen wird (Il. XI 494), oder von der das Holz wegen des Harzgehaltes zu Pfählen in der Erde verbraucht wird (Il. XXIII 328). Es unterliegt auch kaum einem Zweifel, dass die griechischen Schriftsteller kurz vor und in der Glanzperiode unter πεύκη ebenfalls nur sie verstanden haben, πίτυς war ihnen dagegen mit Homer die im Gebirge wachsend Pinus Laricio Poir. Durch Abhauen beschädigt geht diese zu Grunde, jene aber nicht, und macht keine neuen Ausschläge. Darauf bezieht sich das sprichwörtliche Gleichniss eines Menschen mit diesem Baume bei Herodot und Anderen. Auch Theophrast kennt diesen Unterschied im Wachsthum beider Föhren (III 9. 5). — Zur Zeit des Theophrast muss sich die Bedeutung der beiden Worte πίτυς und πεύκη geändert haben; denn unter dem ersteren Namen versteht dieser die Aleppoföhre, Pinus Aleppica L., am Meere, unter letzterem Pinus Laricio Poir., im Gebirge. Ueber sie spricht Theophrast im 9 Kapitel des dritten Buches ausführlich. Beide Worte sind aber nur in Arcadien gebräuchlich; auf dem Festlande, vor allem in Athen, wo Theophrast die grösste Zeit seines Lebens zügebracht hat, bediente man sich für beide Bäume nur des Wortes πεύκη und unterschied die einzelne Art als männlich und weiblich (ἄρρην und θῆλυς)." Etc. Etc. Taedet enim plura describere, nec me bonus ille Kochius multo sapientiorem reddere potuit quam antea

fueram. Sapientius credo Buchholzius qui in libro de Antiquitate Homerica II 1. 234 de discrimine quod inter πεύκην et πίτυν apud Homerum utique intercedit, nihil affirmari posse contendit: „Alle diese Ansichten sind rein hypothetisch." Nec magis Victor Hehn rem in clara luce posuit: „Dass Homer", inquit, unter seiner πίτυς die Pinie, *pinus pinea*, den Baum mit dem reizenden Schirmdach und den essbaren, Mandelartigen Früchten verstanden hat, wie Fraas, *Synopsis* p. 263, annimt, geht aus den zwei oder vielmehr drei Stellen, in denen das Wort vorkommt, nicht hervor. — Πίτυς und πεύκη sind nur verschiedene Formen desselben Wortes, welchem die Bedeutung: harzreicher Baum, Pechbaum zu Grunde zu liegen scheint. Je nach den Landschaften mag bald diese, bald jene Benennung für ein und dieselbe Species, oder umgekehrt dieselbe Benennung für verschiedene Arten im Gebrauch gewesen sein — wie denn Theophrast h. pl. 3. 9. 4 ausdrücklich sagt, was er πεύκη nenne, heisse bei den Arcadern πίτυς," etc. Hic sane quo me vertam non habeo, nam nondum quidquam collatum fuit ad Platonis locum expediendum; ad rem tamen pertinet sermonem fieri de urbe condenda octoginta stadiis a mari. Sed Theophrastus facit ut exitum nullum videam; hic enim Hist. pl. III. 9. 5: ἡ πίτυς διαφορὰν ἔχει καὶ ταύτην μεγάλην πρὸς τὴν πεύκην· πεύκην μὲν γὰρ ἐπικκυθεισῶν τῶν ῥιζῶν οὐκ ἀναβλαςάνειν, τὴν πίτυν δέ φασί τινες ἀναβλαςάνειν, ὥσπερ καὶ ἐν Λέσβῳ ἐμπρησθέντος τοῦ Πυρραίων ὄρους τοῦ πιτυώδους. Est praeterea quam omnes novimus luculenta Bentleii disputatio de proverbiali locutione πίτυος δίκην ἐκτρίβειν, *Diss. de Epist. Phalar.* p. 18 et *Resp. ad Boyl.* p. 95 Lennep.; sed Zenobius, Diogenianus et Suidas habent πεύκης τρόπον. Ipse adeo Theophrastus sibi obloquitur de Causis Plantar. V 17. 3: ὀλίγα τὰ φθειρόμενα κατὰ μὲν τὴν ἐπικοπήν, ἐλάτη, πεύκη, πίτυς, φοῖνιξ, ἔνιοι δὲ καὶ κέδρον καὶ κυπάριττόν φασιν· καλοῦσι δ' ἐπικοπήν, ὅταν ἀφαιρεθείσης τῆς κόμης ἐπικόψῃ τις τὸ ἄκρον. Quem Plinius sequitur XVII 24: „Similem et decacuminatio rationem habet cupressi, piceae, cedri: hae enim detracto cacumine aut ignibus adusto, intereunt." Sed quid miramur Graecos πεύκην et πίτυν aliquando confudisse, cum circa eadem nomina nostra consuetudo ab usu Germanorum discrepet?

Ibid. p. 706 D: Ὀδυσσεὺς γὰρ (παρ') αὐτῷ λοιδορεῖ τὸν Ἀγαμέμνονα. Inserui quod vides.

Ibid. p. 707 E: οὐ γὰρ τὸν βουλόμενόν γε Ἑλλήνων συνάγετε. Immo: συνάξετε.

Ibid. p. 708 B: ὅταν μὴ τὸν τῶν ἑσμῶν [γίγνηται] τρόπον ἓν γένος ἀπὸ μιᾶς ἰὸν χώρας οἰκίζηται. Manifesta res est.

Ibid. p. 709 A: ξυμφοραὶ παντοῖαι πίπτουσαι παντοίως νομοθετοῦσι τὰ πάντα ἡμῖν. Commendo: προσπίπτουσαι, coll. p. 747 D, 758 D, aliis locis.

Ibid. p. 709 B: θεὸς μὲν πάντα καὶ μετὰ θεοῦ τύχη καὶ καιρὸς τἀνθρώπινα διακυβερνῶσι ξύμπαντα, ἡμερώτερον μὴν τρίτον ξυγχωρῆσαι τούτοις δεῖν ἕπεσθαι τέχνην. Non multum proficitur Badhami coniectura: μετριώτερον· verum esse arbitror: τὸ δ' ἡμέτερον. Praeterea displicet ξυγχωρῆσαι et libenter expunxerim.

Ibid. p. 712 D: ἐνίοτέ μοι φαίνεται πασῶν τῶν πόλεων δημοκρατουμένῃ μάλισθ' ἐοικέναι, nempe ἡ ἐν Λακεδαίμονι πολιτεία, quocirca corrigam: πολιτειῶν.

Ibid. p. 713 A: τὸ τοῦ δεσπότου δὲ ἑκάστῃ προσαγορεύεται κράτος. Melius intelligam: ἑκάστοτε, sicuti p. 714 C: τίθεται τοὺς νόμους ἐν τῇ πόλει ἑκάστοτε τὸ κρατοῦν.

Ibid. p. 713 E: ὅσων ἂν πόλεων μὴ θεὸς ἀλλά τις ἄρχῃ θνητός, οὐκ ἔστιν κακῶν αὐτοῖς οὐδὲ πόνων ἀνάφυξις. Displicet illud ἅπαξ εἰρημένον ἀνάφυξις, nec magis placet quod legitur apud Iulianum qui locum descripsit: ἀνάψυξις, nam librarius, credo, nomen arripuit ex Act. Apost. III 19. An forte praestat ὑπάλυξις? Cf. Odyss. ψ 287.

Ibid. p. 715 D: τοὺς δ' ἄρχοντας λεγομένους νῦν ὑπηρέτας τοῖς νόμοις ἐκάλεσα οὔ τι καινοτομίας ὀνομάτων ἕνεκα, ἀλλ' ἡγοῦμαι μᾶλλον εἶναι σωτηρίαν τε πόλει καὶ τοὐναντίον. Repone: ἡγούμενος.

Ibid. p. 722 D: προοίμιά τ' ἐςὶ καὶ σχεδὸν οἷόν τινες ἀνακινήσεις. Malo: παροίμι' ἄττ' ἐςί. Hoc modo id quod est ἄττα saepe interiit.

## AD LEGUM LIBRUM QUINTUM.

P. 727 A: αὐτίκα [παῖς] εὐθὺς γενόμενος ἄνθρωπος πᾶς ἡγεῖται πάντα ἱκανὸς εἶναι γιγνώσκειν. Interpolatio est in paucis manifesta. Vide illud εὐθὺς γενόμενος eodem modo usurpatum Legg. VI 782 E et VIII 838 C. Cf. Cobet. *Mnem.* 1860 p. 247.

Ibid. p. 729 D: νικᾶν δέξαιτ' ἂν δόξῃ ὑπηρεσίας τῶν οἴκοι νόμων. Totum locum dummodo bene intelligam, affirmare ausim interpolatum esse δόξῃ. Etiam fieri potest ut mera dittographia sit.

Ibid. p. 738 E. διαπατήσει fere inauditum compositum est pro ἐξαπατήσει.

Ibid. p. 741 A: κῦμα κατακλυσμὸν Φέρον νόσων ἢ πολέμων Φθορά. Ultimum vocabulum libenter deleverim.

Ibid. p. 742 B. Lex commendatur ne quis ξενικὸν νόμισμα in civitatem introducat καὶ ὁ ξυνειδὼς καὶ μὴ Φράζων ἀρᾷ καὶ ὀνείδει μετὰ τοῦ ἀγαγόντος ἔνοχος ἔςω. Verum esse suspicor εἰσαγαγόντος. Pariter VIII p. 847 C: περί τινα ἄλλην τέχνην δεομένην ξενικῶν τινῶν εἰσαγωγίμων μηδενὸς ἀναγκαίου χάριν μήτε τις ἀγέτω, μήτ' αὖ τῶν ἐν τῇ χώρᾳ ἀναγκαίων ἐμμένειν ἐξαγέτω, prorsus requiro compositum: εἰσαγέτω.

Ibid. p. 742 C: μηδὲ νόμισμα παρακατατίθεσθαι ὅτῳ μή τις πιςεύει. Facile vincam melius fore: εἴ τῳ.

Ibid. 742 D: ἔςιν δὴ τοῦ νοῦν ἔχοντος πολιτικοῦ βούλησις, κτέ. Malo: ἔςιν δήπου.

Ibid. p. 742 D: δεῖν βούλεσθαι τὸν ἀγαθὸν νομοθέτην ὡς μεγίςην τε εἶναι τὴν πόλιν ᾗ νοῶν εὖ νομοθετοῖ. Hic me adverterunt

Astii verba: „Haec verba Ficinus non expressit" — nimirum illa ἧ νοῶν εὖ νομοθετοῖ — „et otiosa videri possint, nisi ita ceperis: *legislatorem id spectare debere, si urbs, cui leges scribat, bene velit consulere, ut et maxime sit* cet." Itaque dixeris Astium sensisse aliquid ad textus integritatem deesse; laboranti loco subveniam corrigendo: ἧ νομοθετῶν εὖ νομοθετοῖ. Saepe observavi confundi verba νοεῖν, νουθετεῖν et νομοθετεῖν, nec causa latet.

Ibid. p. 746 D: πρὸς τὰς πολεμικὰς τάξεις τε καὶ ἀγωγὰς πάντα ταῦτα ἔμμετρα δεῖ τάττειν. Longe melius intelligam: ἀρωγάς. Cf. Legg. XI 919 C: τίς τῆς νόσου ταύτης ἀρωγὴ γίγνοιτ' ἄν; Menex. p. 238 A: ἐλαίου γένεσιν, πόνων ἀρωγήν, ἀνῆκε τοῖς ἐκγόνοις.

## AD LEGUM LIBRUM SEXTUM.

P. 752 D: Φημὶ γὰρ Κνωσίους χρῆναι μὴ μόνον ἀφοσιώσασθαι περὶ τῆς χώρας, συντόνως δ' ἐπιμεληθῆναι, κτέ. Hic quid mihi displiceat, optime apparebit, si Astii adnotationem apposuero: „Μόνον illud non ad μή (ut esset: non solum), sed ad ἀφοσιώσασθαι (*tantummodo defungendi causa*) trahendum est; particulae μή oppositum est δέ in ξυντόνως δ' ἐπιμεληθῆναι." Contorta haec ratio est, quam optime expedies rescribendo: μὴ μὲν οὖν ἀφοσιώσασθαι, neque interprete opus erit. Ceterum de industria modo post περὶ τῆς χώρας omiseram quae sequuntur verba: ἣ νῦν κατοικίζεται, sed in Parisino libro ἣ in rasura est et olim scriptum fuisse videtur ἣν· ducit hoc ad: ἣν νῦν κατοικίζετε. Res aperta est.

Ibid. p. 752 E: τίνα ἐπὶ τούτῳ πόρον [καὶ λόγον] ἀνευρίσκομεν; vides dittographiam.

Ibid. p. 761 C: γεροντικὰ λουτρὰ θερμὰ παρέχοντας. Iam olim eieceram id quod est θερμά et Herwerdenus mecum fecit *Lect. Rh. Trai.* p. 60. Τὸ θερμολουτεῖν vix senibus concedebatur. Hermippi fragmentum est:

μὰ τὸν Δί' οὐ μέντοι μεθύειν τὸν ἄνδρα χρὴ
τὸν ἀγαθὸν οὐδὲ θερμολουτεῖν, ἃ σὺ ποιεῖς.

Ibid. p. 762 C: κολαζέσθω πληγαῖς ὑπὸ τοῦ συντυγχάνοντος. Nonne hoc ἐντυγχάνοντος dicendum fuit? Sed nihil fidenter affirmo.

Ibid. p. 762 E: τῆς καθ' ἡμέραν διαίτης τῆς ταπεινῆς καὶ ἀπόρου γεγευμένον. Olim correxeram εὐτελοῦς, quod mihi tamen ipsi non valde placebat. Melius, credo, Herwerdenus *Lect. Rh. Trai.* p. 60 commendavit: ταλαιπώρου, quamquam ne hoc quidem certissimum est.

Ibid. p. 764 B. De aedilium officio — ἀγορανόμους Plato appellat — ita praecipitur: μέχρι μὲν ἑκατὸν δραχμῶν νομίσματος αὐτοὺς εἶναι κυρίους διαδικάζοντας. Cur Plato nunc derepente compositum usurpat, cum ceteroquin simplex occurrat, veluti in altera sententiae parte: μέχρι δὲ διπλασίου τούτου κοινῇ μετ' ἀστυνόμων ζημιοῦν δικάζοντας τῷ ἀδικοῦντι. Sed pellucet id quod verum: reputa modo tecum quodnam adverbium opponatur ei quod est κοινῇ et statim incides in: ἰδίᾳ δικάζοντας.

Ibid. p. 764 D: τὴν τῶν χορῶν παιδιὰν παίδων τε καὶ ἀνδρῶν καὶ θηλειῶν κορῶν. Mire inter pueros et vigines nunc viri interponuntur; Plato accuratius loqui solet: aliter certe VII p. 813 E appellat παῖδάς τε καὶ ἄνδρας καὶ κόρας καὶ γυναῖκας. Sed conferamus p. 765 E: θηλειῶν τε καὶ ἀρρένων, VI 770 D: εἴτ' ἄρρην τις εἴτε θήλεια, p. 772 A: τὰς παιδιὰς ποιεῖσθαι χορεύοντάς τε καὶ χορευούσας κόρους καὶ κόρας, p. 778 A: μήτε θηλείαις μήτ' ἄρρεσιν, p. 788 A: παίδων ἀρρένων καὶ θηλειῶν, denique p. 785 A: κόρῳ καὶ κόρῃ, et mihi dabis legendum esse: ἀρρένων καὶ θηλειῶν κορῶν. Id iure dubites an non etiam feminino genere rectius scribatur κόρων quam κορῶν. Sed quid refert?

Ibid. p. 772 D: ὁπότε τις τῶν πέντε καὶ εἴκοσι γεγονότων ἔτη κατὰ νοῦν ἑαυτῷ καὶ πρέποντα εἰς παίδων κοινωνίαν καὶ γένεσιν ἐξευρηκέναι πιστεύει. Hic denuo mihi ab Astio recedendum esse video; ita enim scribit: „Ficinus ita vertit, ac si legerit πρέπουσαν ὁμιλίαν: „convenientem animo suo atque decentem societatem". Sed intelligendum est τινά (puellam), ut sit πρέποντα i. q. πρεπόντως; nisi malis legere πρέποντι, sicuti sequitur τὸ

πρέπον καὶ τὸ ἁρμόττον; quemquam ne hoc quidem opus est; πρέποντα est enim i. g. πρέπον, et hoc pro πρέπουσαν ponitur." Aperte dicam et sine ullis ambagibus: equidem horum nihil credo. Simplicissima res est; inserendum πρέποντα (γ ά μ ο ν).

Ibid. p. 774 E. Quod saepe observare poteris, appellat Plato χρήματα πράττεσθαι et ἐκπράττειν, veluti p. 774 B: πραττέσθω δ' ὁ ταμίας τῆς θεοῦ, μὴ ἐκπράξας δὲ αὐτὸς ὀφειλέτω. Hinc p. 774 E, quem locum modo indicabam: π ρ α τ τ ό ν τ ω ν δὲ οἱ ταμίαι τούτοιν τοῖν θεοῖν, καθάπερ ἐρρήθη τῶν μὴ γαμούντων πέρι τοὺς ταμίας ἐκπράττειν ἑκάστοτε τοὺς τῆς Ἥρας, rescribendum esse censeo: ἐ κ π ρ α τ τ ό ν τ ω ν.

Ibid. p. 777 C: τὰ τῶν λεγομένων περιδίνων τῶν περὶ τὴν Ἰταλίαν γιγνομένων παντοδαπὰ κ λ ο π ῶ ν ἔργα τε καὶ παθήματα. Olim iam persuasi Schanzio insiticium esse id quod est κλοπῶν. Platonis locum adhibui ad Photii glossam emendandam, apud quem legebatur: κ α τ ι α λ ί ζ ε ι ν· καταδύνειν, ubi verum esse suspicatus sum: κ α τ ι τ α λ ι ά ζ ε ι ν. Rarissimum vocabulum περίδινος nuper Alcidamanti reddidi *Mnem.* 1905 p. 165.

Ibid. p. 778 D: περὶ δὲ τειχῶν ξυμφεροίμην ἂν τῇ Σπάρτῃ ἐ ᾶ ν ἐν τῇ γῇ κατακείμενα κ α ὶ μ ὴ ἐ π α ν ί σ τ α σ θ α ι. Nuper de hoc loco egi *Mnem.* 1906 p. 155 ibique delevi κ α ὶ μ ὴ ἐ π α ν ί σ τ α σ θ α ι et correxi ἐ ῶ ν.

Ibid. p. 778 E: μαλθακὴν ἕξιν ταῖς ψυχαῖς εἴωθε π ο ι ε ῖ ν. Moris est hoc ἐ μ π ο ι ε ῖ ν appellare, vide v. c. p. 793 E.

Ibid. p. 779 B: ὁ μ α λ ό τ η τ ί τε καὶ ὁμοιότησιν εἰς τὰς ὁδοὺς πασῶν τῶν οἰκήσεων ἐχουσῶν εὐέρκειαν. Quidni praeferemus ὁ μ α λ ό τ η σ ι?

Ibid. p. 780 A: ὅστις τῶν ἰδίων ὅσον ἀνάγκη μ η δ ὲ οἴεται δεῖν. Necessarium duco: μ η δ έ ν, sed praeterea accurate consideranda sunt quae Astius habet p. 330.

Ibid. p. 780 C: χρήσασθαι τοῖς ξυσσιτίοις ἔδοξεν μέγα διαφέρειν

εἰς σωτηρίαν τὸ νόμιμον, καὶ κατέςη δὴ τρόπῳ τινὶ τοιούτῳ τὸ ἐπιτήδευμα ὑμῖν. Hic praeterea nihil desiderabis itaque delendum quod nescio quis adscripsit ut interpretaretur: τὸ τῶν ξυσσιτίων.

Ibid. p. 780 C: τὸ ποιοῦν τὸν νομοθέτην, τὸ τῶν παιζόντων, εἰς πῦρ ξαίνειν. Quod additur καὶ μυρία ἕτερα τοιαῦτα ἀνήνυτα πονοῦντα δρᾶν, mutila pars est scholii de consimilibus proverbiis quod ex margine se in textum insinuavit. Cff. paroemiographi.

Ibid. p. 782 A: ἡ τῶν ἀνθρώπων γένεσις ἢ τὸ παράπαν ἀρχὴν οὐδεμίαν εἴληχεν οὐδ' ἕξει ποτέ γε τελευτήν. Saepe, fatebor enim, incertus haereo, etiam in Platone, scribamne εἰληΦέναι an εἰληχέναι, nam librariorum in talibus nulla fides, sed nunc quidem longe malim: εἴληΦεν.

Ibid. 782 B: μῶν οὐκ οἰόμεθα τὰ ζῷα ἐπὶ τὴν ἀλλήλων ἐδωδὴν τρέπεσθαι. Immo praestat: τραπέσθαι.

Ibid. p. 782 C: τοιαῦτα ἄλλα ἁγνὰ θύματα. Reponam ἄττα, cuius pronominis in his libris plurimus usus est.

AD LEGUM LIBRUM SEPTIMUM.

P. 788 A: παιδείαν .... ἣν εἶναι μὲν ἄρρητον πάντως ἀδύνατον. Corrige ἐᾶν, sicuti bene legitur p. 793 B: οὔτε νόμους δεῖ προσαγορεύειν αὐτὰ οὔτε ἄρρητα ἐᾶν.

Ibid. p. 789 B: ἔςι παρ' ἡμῖν τὸ τοιοῦτον κατανοεῖν. Malo παρ' ἡμῶν, sicuti recte scribitur p. 793 B: ὡς ἡ παρ' ἡμῶν ἐςὶν ἐλπίς.

Ibid. p. 790 B: εἰς σύννοιαν ἀΦίκοιτ' ἂν τὴν ὀρθήν. Magis hoc dicitur: ἔννοιαν· sic mox sequitur ἐννοῶν, itidem p. 798 B et ubi non?

Ibid. p. 790 D: αἵ τε τροΦοὶ τῶν σμικρῶν καὶ αἱ περὶ τὰ

*τῶν Κορυβάντων ἰάματα τελοῦσαι.* Astio haec de mendo suspecta sunt et primum pro *Κορυβάντων* exspectabat *κορυβαντιώντων*, quam lectionem tum aliis argumentis confirmat, tum Ficini versionem affert: quae remediis *choribantium* (sic) vacant. Equidem nihil definio, sed magis me male habet praepositio *περί*. Pro *τελοῦσαι* Astius suadet ut reponatur *οὖσαι*, ut sit: *quae versantur in morbo Corybantio curando*. Mihi magis arridet: *αἵπερ τὰ τῶν Κ. ἰάματα τελοῦσιν.*

Ibid. p. 790 D: *ἡνίκα γὰρ ἄν που βουληθῶσι κατακοιμίζειν τὰ δυσυπνοῦντα τῶν παιδίων.* Non *κατακοιμίζειν* Plato scripsit, sed *καταβαυκαλᾶν*. Sponsorem habes Pollucem, qui Platonem certo certius ante oculos habuit cum scriberet IX 127: *τὸ σεῖϛρον ᾧ καταβαυκαλῶσιν αἱ τιτθαὶ ψυχαγωγοῦσαι τὰ δυσυπνοῦντα τῶν παιδίων.* Eodem fortasse respexit Maximus Tyrius Serm. 29 p. 171: *καθάπερ αἱ τιτθαὶ τοὺς παῖδας διὰ μυθολογίας βουκολοῦσι*, ubi Valckenaerius ad Ammonium p. 46 reponit *βαυκαλῶσι*. Vide etiam Wyttenbachium *Eclog. Histor.* p. 381.

Ibid. p. 791 D: *σφόδρα ἀπὸ σμικρῶν κινούμενα τὰ τῶν νέων ἤθη.* Leve est corrigere *ὑπό*.

Ibid. p. 792 B: *ἡδοναῖς τισὶ πολλαῖς ἅμα καὶ μάργοις προσχρήσεται.* Malim fere: *ποικίλαις.*

Ibid. p. 793 B: *περικαλύψαντ' ἔχει·* notum est *σχῆμα Σοφόκλειον*, quod etiam apud Platonem hic illic occurrit. Raro invenitur nisi indicativo modo: Plato tamen Cratyl. 404 C: *λέγεται ὁ Ζεὺς αὐτῆς ἐρασθεὶς ἔχειν.*

Ibid. p. 793 D: *ἐὰν πολλὰ ἅμα ἐπιρρέοντα μακροτέρους ποιῇ τοὺς νόμους.* Ita editur praeter loci sententiam; scribe: *λόγους.*

Ibid. p. 796 A: *εὐρύθμου κινήσεως ξυνακολουθούσης εἰς πᾶσαν τὴν ὄρχησιν ἱκανῶς.* Non satis hoc est et rescribendum: *καλῶς.*

Ibid. p. 797 C: *λανθάνειν γὰρ τῶν νέων τὰ ἤθη μεθιϛάντα.* Ne participium neutram significationem habeat, corrigendum

erit: *μεθιςάν*· etenim referendum est ad id quod proxime praecesserat: *τούτου πόλει λώβην οὐκ εἶναι μείζω.*

Ibid. p. 797 C: *σώματα πᾶσι σιτίοις, πᾶσι δ' αὖ ποτοῖς ξυνήθη γιγνόμενα.* Hoc quidem recte, sed scribitur hodie *ποτοῖς καὶ πόνοις*, quae mera dittographia est, qua loci sententia pervertitur. Hucusque nemo attendit animum, quod miror.

Ibid. p. 800 C: *ὅτταν [καὶ μαντείαν].* Cf. Tim. et Schol. ad h. l.; verbum non addam.

Ibid. p. 800 E. Hic plane non habeo quo me vertam: *τὸ δὲ τοσοῦτον ἡμᾶς αὐτοὺς ἐπανερωτῶ πάλιν, τῶν ἐκμαγείων ταῖς ᾠδαῖς εἰ πρῶτον ἓν τοῦθ' ἡμῶν ἀρέσκον* ΚΕΙΣΘΩ. Hic nihil intelligo, nec novi interpretes qui aliquid contulerint ad loci intelligentiam. Res eo magis me advertit, quod brevi post, p. 801 D, similiter scriptum invenio: *ὃ πολλάκις ἐρωτῶ,* ΚΕΙΣΘΩ *νόμος ἡμῖν καὶ τύπος ἐκμαγεῖόν τε τρίτον τοῦτο;* Itidem p. 820 E: *οὐκοῦν νῦν* ΚΕΙΣΘΩ *ταῦτα ὡς ὄντα τῶν δεόντων μαθημάτων.* Tacentibus omnibus, multum metuo ne ego sim qui caecutiam et nodum in scirpo quaesiverim. Ad rem cf. Ritteri comment. p. 191.

Ibid. p. 801 B: *τὸ τῶν ποιητῶν γένος οὐ πᾶν ἱκανόν ἐςι γιγνώσκειν σφόδρα τά τ' ἀγαθὰ καὶ (τὰ) μή.* Necessarium est: *διαγιγνώσκειν.*

Ibid. p. 801 C: *ποιήσας τις ποιητὴς ῥήμασιν ἢ καὶ κατὰ μέλος τοῦτο ἡμαρτημένον.* Satis hoc est, neque opus est eo quod additur: *εὐχὰς οὐκ ὀρθάς.*

Ibid. p. 804 D. Esse suspicor qui hodie libenter cognoscant quid Plato senserit de re, quae omnium sermonibus apud nos agitatur: *πάντ' ἄνδρα καὶ παῖδα κατὰ τὸ δυνατόν, ὡς τῆς πόλεως μᾶλλον ἢ τῶν γεννητόρων ὄντας, παιδευτέον ἐξ ἀνάγκης. ταὐτὰ δὲ δὴ καὶ περὶ θηλειῶν ὁ μὲν ἐμὸς νόμος ἂν εἴποι πάντα, ὅσα περ καὶ περὶ τῶν ἀρρένων, ἴσα καὶ τὰς θηλείας ἀσκεῖν δεῖν.* Adeo nihil novi sub sole est.

Ibid. p. 814 B: *πάντων δειλότατον φύσει θηρίων ἐστίν*. Praestat: *θηρίον*.

Ibid. p. 816 D: *τὰς χορείας, οἵας εἴρηται δεῖν αὐτὰς εἶναι, διαπεπέρανται*. Illud *εἴρηται* nescio quis adscripsit ut interpretaretur id quod est *διαπεπέρανται* itaque scribendum: *οἵας δεῖ αὐτὰς εἶναι*.

Ibid. p. 818 E: *ταῦτά ἐστιν ἃ δεῖ λαβόντα ὀρθῶς πρῶτα (εἶτ') ἐπὶ τἆλλα ἰόντα μανθάνειν*. Vides quid censeam.

Ibid. p. 819 A: *οὐδαμοῦ γὰρ δεινὸν οὐδὲ σφοδρὸν ἀπειρία τῶν πάντων οὐδὲ μέγιστον κακόν, ἀλλ' ἡ πολυπειρία καὶ πολυμαθία μετὰ κακῆς ἀγωγῆς γίγνεται πολὺ τούτων μείζων ζημία*. Veluti in nostra tempora haec scripta fuisse dixeris.

Ibid. p. 822 E: *οὐ γὰρ ἄρρητά φαμεν (δεῖν) εἶναι*. Prorsus necessarium est inserere quod inserui.

Ibid. p. 823 A: *τοῖς τοῦ νομοθέτου νομοθετοῦντός τε καὶ ἐπαινοῦντος καὶ ψέγοντος πειθόμενος γράμμασι*. Coniicio: *νουθετοῦντος*· iam supra, p. 822 D, habueramus esse aliquid *μεταξὺ νουθετήσεώς τε πεφυκὸς ἅμα καὶ νόμων*. Tota fere pagina est de his admonitionibus quae legibus opponuntur proprie ita dictis.

Ibid. p. 824 A: *ἄγρα λοιπὴ τοῖς παρ' ἡμῖν ἀθληταῖς*. Lege: *ὑμῖν*.

### AD LEGUM LIBRUM OCTAVUM.

P. 834 A: *συννομοθετεῖν . . . τὸν ἡττώμενον ὡσαύτως ἥτις διακρίνει τάξις*. Planissime futurum requiritur *διακρινεῖ*· sed multi ad tales minutias minus attendunt. Veluti IX p. 856 A Astius rectissime ediderat *ὑποσχόμενον κρινεῖν*, nec tamen minus postea reditum fuit ad praesens tempus.

Ibid. p. 834 C: *μονίπποις δὲ ἆθλα τιθέντες πώλοις τε ἀβόλοις*

καὶ τελείων τε καὶ ἀβόλων τοῖς μέσοις καὶ αὐτοῖς δὴ τοῖς τέλος ἔχουσι. In illa triplici divisione est aliquid peculiare ac Platoni proprium; efficio hoc e Polluce qui ita scribit I 182: πῶλοι ἄβολοι οἱ πώλων καὶ τελείων μέσοι· οὕτω γὰρ Πλάτων τοὺς δευτεροβόλους ὀνομαζομένους ἐκάλεσε τελείους. Mihi quidem parum lucis oboritur ex scholio ad Platonem: ἄβολος νέος, οὐδέπω γνώμονα ἔχων, γνώμονα δ' ἔλεγον τὸν βαλλόμενον ὀδόντα, δι' οὗ τὰς ἡλικίας ἐξήταζον. τὸν δ' αὐτὸν καὶ κατηρτυκότα ἔλεγον. Argumentum est in quo versamur, a meis studiis alienum, sed tamen quaesivi quid doceret C. F. Muller: *Ausbruch und Wechsel der Zähne bei Pferd, Rind, Schaf und Schwein.* Multa non satis intelligo neque hic habeo quem de hoc argumento consulam; saepe tamen suspicatus sum non ἀβόλους vocitasse Platonem, sed π ρ ω τ ο β ό λ ο υ ς. Quid enim Mullerus? „Die Zangen werden gewechselt im Alter von 2½ bis 3 Jahren." Utinam Godofredus Hermannus vel Courierius pronunciasset quid sibi videretur! Alia quae huc pertinent vide apud Wyttenbachium in Biblioth. Crit. XI p. 107. Multum dubito sintne πῶλοι ἄβολοι iam ad certamen idonei. Strattidis fragmentum est:

πρόσαγε τὸν πῶλον ἀτρέμα προσλαβὼν
τὸν ἀγωγέα βραχύτερον· οὐχ ὁρᾷς ὅτι
ἔτ' ἄ β ο λ ό ς ἐστι;

Sed nimium nugator sum qui suscipiam docere quod non didicerim.

Ibid. p. 837 A: τὴν τῶν λεγομένων ἐρώτων φύσιν ἰ δ ε ῖ ν ἀναγκαῖον εἰ μέλλει τις ταῦτα ὀρθῶς διανοηθήσεσθαι. Corrigam: δ ι ι δ ε ῖ ν. Similiter fortasse XI p. 919 E: τὸ δ' ἐλευθερικὸν καὶ ἀνελεύθερον ἀκριβῶς μὲν οὐ ῥᾴδιον ν ο μ ο θ ε τ ε ῖ ν, rescribendum est: δ ι α ν ο μ ο θ ε τ ε ῖ ν, sed rem non praesto.

Ibid. p. 837 A: ἔρως ὃν ν υ ν(δ ὴ) διεληλύθαμεν. Correctio tam certa quam facilis est.

Ibid. p. 840 A. Novimus, inquit, Iccum Tarentinum qui διὰ φιλονικίαν καὶ τ έ χ ν η ν καὶ τὸ μετὰ τοῦ σωφρονεῖν ἀνδρεῖον ἐν τῇ ψυχῇ κεκτημένος οὔτε τινὸς πώποτε γυναικὸς ἥψατο οὔτ' αὖ παιδός. Sensus postulat: φ ι λ ο τ ε χ ν ί α ν.

Ibid. p. 840 A: *τῶν γ' ἐμῶν καὶ (τῶν) σ ῶ ν πολιτῶν.* Articulum inserui.

Ibid. p. 843 B: *μηδεὶς κινείτω γῆς ὅρια γ ε ι τ ό ν ω ν.* Quid velim aperiet in vicinia locus p. 842 E: *μὴ κινείτω γῆς ὅρια μηδεὶς μήτε οἰκείου πολίτου γείτονος μητε ὁμοτέρμονος ἐπ' ἐσχατιᾶς κεκτημένος ἄλλῳ ξένῳ γ ε ι τ ο ν ῶ ν.* Non est alia correctio lenior.

Ibid. p. 844 A. Praecipitur de legibus quibus aquam derivare agricolae licebit: *ὁ βουληθεὶς ἐπὶ τὸν αὐτοῦ τόπον ἄγειν ὕδωρ ἀγέτω μὲν ἀρχόμενος ἐκ τῶν κοινῶν ναμάτων, .... πλὴν δι' οἰκίας ἢ ἱερῶν τινῶν ἢ καὶ μνημάτων ἀγέτω, μὴ β λ ά π τ ω ν πλὴν αὐτῆς τῆς ὀχεταγωγίας.* Stulte ita editur, sed ante pedes posita est correctio: *σ κ ά π τ ω ν.* Nuper M. Anton. Comm. VII 59 eodem remedio sanavit Leopoldus.

Ibid. p. 844 D. Bifariam dividitur *ὀπώρα*, quod nomen est fructuum autumnalium omnium, qui etiam pomorum nomine interdum comprehenduntur: *διττὰς ἡμῖν δωρεὰς ἡ θεὸς ἔχει χάριτος αὕτη, τὴν μὲν π α ι δ ε ί α ν Διονυσιάδα ἀθησαύριστον, τὴν δ' εἰς ἀπόθεσιν γενομένην κατὰ φύσιν.* Uva et ficus servari possunt, reliqui fructus omnes, omne malorum genus, *ἀθησαύριστοι* sunt: apparet hoc luce clarius ex iis quae proxime sequuntur. Sed quid est *παιδεία Διονυσιάς*; Hic haeremus. Astius nunc quidem secando se aliquid proficere posse speravit: „Vulgo", inquit, „interpositum legitur *παιδείαν* quod, ab hoc loco prorsus alienum, haud dubie ex librarii interpretatione profectum est, qui *παιδιάν* adscripserat, ut festa Bacchica significaret, immemor scilicet praegressi *δωρεάς*, quo referendum esse *τὴν Διονυσιάδα* sensus docet." Deinde narrat Cornarium correxisse *Πανδείαν*· nempe eum intellexisse „Pandeam Dionysiadem fructus, qui non recondebantur, sed in usum et esum veniebant, maxime in festis Dionysiacis et Pandeis, quae post Dionysiaca peragebantur." Astius Cornarii inventum reiicit, deinde suam suspicionem ut probet, Ficinum laudat qui simpliciter vertit: „Unum (donum) Dionysiacum, quod recondi non potest, alterum vero, quod repositioni aptum est." Est tamen ei inter scribendum oborta dubitatio rectene vocabulum parum sibi intellectum e textu

eliminavisset itaque postremum addidit: „Si quid in vocis παιδείαν locum substituendum sit, equidem suspicer γενναίαν legendum esse; ut significentur uvae, al. *generosae*, quae, quum servari nequeant, simulac maturatae sunt, eduntur; contra agrestes fructus servantur et conduntur, ut maturiores fiant vel etiam exarescant; unde uvae et ficus passae." Nihil horum mihi magno opere arridet et aliam viam ingredi placuit. Tria sunt vocabula quorum duo notissima sunt, nimirum παιδεία et παιδιά, tertium, παιδία, paulo rarius usurpatur, significat autem *infantiam*, veluti IX p. 864 D: γήρᾳ ὑπερμέτρῳ ξυνεχόμενος ἢ παιδίᾳ χρώμενος. Horum tamen nihil facit ad locum de quo agimus enodandum. Παιδείαν Διονυσιάδα ἀθησαύριστον· audire Platonem mihi videor, qui levi de re quamcumque tandem ob causam magnificis verbis utitur et audaci metaphora. Contuli autem Harpocrationem in v. πανδαισία· Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Μέδοντα. ἔστι μὲν τοὔνομα πολλάκις καὶ ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ, πανδαισία δ' ἐστὶ τὸ πάντα ἔχειν ἄφθονα καὶ μηδὲν ἐλλείπειν ἐν τῇ δαιτί. Est praeterea Schol. ad Aristoph. Pac. 565: πανδαισία ἡ δαψιλὴς καὶ παντοία εὐωχία, ubi praeterea similia haud pauca in similem sententiam, veluti Φασὶ πᾶν δεῖπνον, ἐν ᾧ ἕκαστος αὑτῷ κομίζων εἰς κοινὸν κατατίθεται καὶ πάντες πάντων μετέχουσι. Pertinet hoc ad laudatum Aristophanis locum:

ὦ Πόσειδον, ὡς καλὸν τὸ στῖφος αὐτῶν φαίνεται!
καὶ πυκτὸν καὶ γοργόν, ὥσπερ μᾶζα καὶ πανδαισία!

Ad quem locum Leeuwenius recte, uti equidem arbitror, adnotavit apud comicos non nisi hoc unico loco vocabulum exstare, ut falso Harpocration docuisse censendus sit. Apud Herodotum est V 20: ὦ Πέρσαι, οἴκατε πανδαισίῃ ἱστιῆσθαι et vocem bene interpretatur Hesychius. Dixerim etiam Platonem appellavisse πανδαισίαν Διονυσιάδα ἀθησαύριστον, cui uvas et ficus opponeret. Alibi πανσπερμία et παγκαρπία dicuntur.* Denique quod ad ipsam Platonis legem attinet dignus qui conferatur Const. Ritter., de Platonis Legum argumento p. 79 et in comment. p. 259.

Ibid. p. 847 E: ὀρθότης ἂν τις γιγνομένη ἔοικε κατὰ τρόπον γίγνεσθαι. Malim: κατὰ λόγον, uti mox.

Ibid p. 849 A: ὠφελιμώτατοι ἔσονται τοῖσι γεωργοῦσι. Propter p. 844 E et 848 E fortasse praestabit τοῖσι γεωργοῖσι.

## AD LEGUM LIBRUM NONUM.

P. 853 D: ἀνεμέσητον δὴ φοβεῖσθαι μή τις ἐγγίγνηται τῶν πολιτῶν ἡμῖν οἷον κερασβόλος, ὃς ἀτεράμων εἰς τοσοῦτον φύσει γίγνοιτ' ἂν ὥςε μὴ τήκεσθαι, hucusque recte, sed quod deinde sequitur: καθάπερ ἐκεῖνα τὰ σπέρματα πυρί, νόμοις οὗτοι καίπερ οὕτως ἰσχυροῖς οὖσιν ἄτηκτοι γίγνωνται, ut cum superioribus recte coniungatur, Stephanus edidit: (καὶ) καθάπερ. Equidem totum hoc insiticium esse arbitror. Quid κερασβόλος et ἀτεράμων significent, hodie satis notum est. Ceterum Astius pro τήκεσθαι et ἄτηκτοι recte fortasse commendavit τέγγεσθαι et ἄτεγκτοι, cf. p. 880 E.

Ibid. p. 860 C: ἀσυμφώνως τὰ καλὰ καὶ τὰ δίκαια διερριμμένα προσαγορεύεται. Dixerim hoc magis dicendum esse διηρημένα.

Ibid. p. 861 A: [ἔμπροσθεν] νυνδὴ ἐλέγομεν. Nota haec interpolatio est.

Ibid. p. 862 C: ἐάν τις ἀδικῶν τινὰ κερδαίνειν ποιῇ. Quantum video, ita sine sensu scribitur; exspectabam: οἴηται.

Ibid. p. 863 B: ὅ τι περ ἂν αὐτῆς ἡ βούλησις ἐθελήσῃ. Nota hunc locum unde apparet prorsus esse synonyma βούλεσθαι et ἐθέλειν, apud Platonem certe.

Ibid. p. 864 C: διὰ βιαίων καὶ ξυμφανῶν πράξεων. Dicitur hoc, nisi fallor, ἐμφανῶν.

Ibid. p. 868 D: μηδὲ ξυνέςιον ὧν ἔκγονον ἢ ἀδελφὸν ἀπεςέρηκε, inserendum est (τοῖς) ὧν et mox p. 868 E: τούτοις ὧν ἀδελφοὺς ἀδελφῶν ἐςέρηκε, Graecitas postulat: τοῖς ὧν, ut recte sequi possit τούτοις δὲ ξυνέςιος αὐτοῖς μηδέποτε γιγνέσθω. Plato haud raro ita loquitur: Legg. VI 761 E: περὶ τοὺς ὧν ἐπιμελοῦνται, IX 866 E τοῖς ὅσοι ἂν διαφθείρωσι, p. 871 E: τὸν ᾧ ἂν ἐπισκήπτηται, denique X 905 B: τῶν οὓς σὺ κατιδών. Cf. Cobet. ad Hyperid. p. 54.

Ibid. p. 870 E. Nemo non intelligit quid sit τὴν κατὰ φύσιν δίκην ἐκτῖσαι, τὴν τοῦ παθόντος ἅπερ αὐτὸς ἔδρασεν. Sic saepe multi loquuntur, veluti Aeschyl. Agam. 1529:

ἄξια δράσας ἄξια πάσχων
μηδὲν ἐν Ἅιδου μεγαλαυχείτω
ξιφοδηλήτῳ
θανάτῳ τίσας ἅπερ ἔρξεν.

Itaque nihil opus est languido supplemento: *ὑπ' ἄλλου τοιαύτῃ μοίρᾳ τελευτῆσαι τὸν τότε βίον.*

Apud Thucydidem leguntur, VIII 83, milites dictitasse πάντων Ἀςύοχον εἶναι αἴτιον, ἐπιφέροντα ὀργὰς Τισσαφέρνει διὰ τὰ ἴδια κέρδη. Est ad hunc locum perdoctum scholion: τὸ ἐπιφέρειν ὀργὴν ἐπὶ τοῦ χαρίζεσθαι καὶ συγχωρεῖν ἔταττον οἱ ἀρχαῖοι. μάρτυς Κρατῖνος λέγων ἐν Χείρωσι τὴν μουσικὴν ἀκορέςους ἐπιφέρειν ὀργὰς βροτοῖς σώφροσιν. Dubitatum fuit olim quid haec Cratini verba significarent, donec tandem Cobetus ad Platonem Comicum p. 25 rem in clara luce posuit; etenim „poetam de Comoediae ratione agere et laetum recuperata iocandi libertate admonere spectatores, artem musicam, i. e. Comoediam, malis civibus, populi osoribus et aequam omnium libertatem non amantibus, acerbam fore et metuendam, sed *eandem bonis favere semper et gratificari solere;* itaque non esse, cur honesti viri et recti amantes inique ferant pristinam ridendi licentiam poetis Comicis esse restitutam." Postquam sic nobis comparuit quid esset ὀργὰς ἐπιφέρειν, age conferamus Legg. IX 879 C: ἔοικε νέῳ παντὶ ὑπὸ γέροντος πληγέντι *ῥᾳθύμως* ὀργὴν *ὑποφέρειν*, αὐτῷ τιθεμένῳ τιμὴν ταύτην εἰς γῆρας. Iam satis intelligitur scribendum esse: ὀργὴν *ἐπιφέρειν*, quo facto sponte excidet quo turbatur sententia, adverbium ῥᾳθύμως. Praeter hos tres locos, cum per multos annos animum sedulo attenderem, nullum alium umquam invenire potui. Ceterum vidi apud Astium vix fuisse interpretem qui illud αὐτῷ τιθεμένῳ recte intelligeret; dixeris tamen rem non difficillimam esse.

Ibid. p. 880 A: ἀμυνέσθω κατὰ φύσιν [*ἄνευ βέλους*] ψιλαῖς ταῖς χερσίν. Admonitus unusquisque glossam agnoscet. Gravius peccatum fuit p. 865 C: ἐὰν δὲ αὐτόχειρ μέν, ἄκων δὲ ἀποκτείνῃ

τις ἕτερος ἕτερον, εἴτε τῷ ἑαυτοῦ σώματι ψιλῷ εἴτε ὀργάνῳ ἢ βέλει ἢ πώματος ἢ σίτου δόσει ἢ πυρὸς ἢ χειμῶνος προσβολῇ ἢ ϛερήσει πνεύματος, κτἑ., sed plane otiosa verba sunt quae adhaerent: αὐτὸς τῷ ἑαυτοῦ σώματι ἢ δι' ἑτέρων σωμάτων.

Ibid. p. 881 A: καταφρονῶν τῶν παλαιῶν καὶ ὑπὸ πάντων εἰρημένων. Nonne verum est πάλαι?

AD LEGUM LIBRUM DECIMUM.

P. 867 D: τοῖς μύθοις, οὓς ἐκ νέων παίδων ἔτι ἐν γάλαξι τρεφόμενοι τροφῶν τε ἤκουον καὶ μητέρων. Praeferam: παῖδες.

Ibid. p. 887 D: (ἀκοὰς) ἀκούοντες καὶ ὄψεις ὁρῶντες. Apparet quid desit.

Ibid. p. 888: ἴτω δὴ πρόρρησις τοιάδε τις ἄθυμος τοῖς οὕτω τὴν διάνοιαν διεφθαρμένοις καὶ λέγωμεν πρᾴως σβέσαντες τὸν θυμόν, ὡς ἑνὶ διαλεγόμενοι τῶν τοιούτων· ὦ παῖ, νέος εἶ, κτἑ. Nescio quaenam sit πρόρρησις ἄθυμος· arridet sane εὔθυμος. In fine autem supplebo: νέος εἶ (ἔτι).

Ibid. p. 890 E: τί δ' οὐ χαλεπά τέ ἐϛι ξυνακολουθεῖν λόγοις οὕτως εἰς πλήθη λεγόμενα μήκη τε αὖ κέκτηται διωλύγια; Non praesto horum verborum sinceritatem, sed hoc tamen intelligo corrigendum esse: μήκη τε ἃ κέκτηται διωλύγια.

Ibid. p. 895 A: εἰ ϛαίη πως τὰ πάντα ὁμοῦ γενόμενα, καθάπερ οἱ πλεῖϛοι τῶν τοιούτων τολμῶσι λέγειν. Iam per se malim ἑϛαίη et mox appellat ἀρχὴν κινήσεων πασῶν καὶ πρώτων ἔν τε ἑϛῶσι γενομένην καὶ ἐν κινουμένοις οὖσαν.

Ibid. p. 906 B: ψυχαὶ δή τινες ἐπὶ γῆς οἰκοῦσαι καὶ ἄδικον λῆμμα κεκτημέναι. Uniuscuiusque est corrigere λῆμα, nec miror hoc iam vidisse Astium, sed illud miror, Hermannum tamen retinuisse codicis scripturam λῆμμα. Recte p. 920 C: λῆμμά τε καὶ ἀνάλωμα. Conferre poteris Cohnium de Schol. Plat. p. 791.

Ibid. p. 906. Ridiculus erit qui immortales deos similes fingat *κυβερνήταις, λοιβῇ τε οἴνου κνίσῃ τε παρατρεπομένοις αὐτοῖς, ἀνατρέπουσι δὲ ναῦς τε καὶ ναύτας.* Cogitavit Plato notissimum Homeri versiculum apud quem deos

*λοιβῇ τε κνίσῃ τε παρατροπάουσ' ἄνθρωποι.*

Sequitur insiticium esse id quod est *οἴνου.*

Ibid. p. 907 C: *προθυμία διὰ ταῦτα νεωτέρως εἰπεῖν ἡμῖν γέγονεν.* Mire *νεωτέρως*· praestare fortasse iudicabitur *τρανοτέρως.*

Ibid. p. 907 E: *πρὸς τὸ ἀποδεδειγμένον κρίνειν δικαστήριον εἰσαγαγόντων.* Corrige *εἰς τό,* ac praeterea praestare dixerim praesens: *εἰσαγόντων.*

## AD LEGUM LIBRUM UNDECIMUM.

P. 929 A: *ὃν ἔτεκέ τε καὶ ἐξεθρέψατο.* Quod admodum rarum est in soluta oratione, ecce pater hic dicitur *τεκεῖν.*

Ibid. p. 915 C: *ἐὰν μὴ πρότερον ἐν γείτοσιν ἢ ἐν αἱρετοῖσι δικασταῖς ἀπαλλάττωνται πρὸς ἀλλήλους τῶν ἐγκλημάτων.* Iidem infra *διαιτηταί* nominantur p. 920 D: *ἐὰν ἐν διαιτηταῖς ἢ γείτοσιν ἔμπροσθεν μὴ δύνωνται διαλλάττεσθαι.* Utrum praestat? Vide quoque p. 926 A.

Ibid. p. 915 D: *διδόντα καὶ δεχόμενον τιμὴν οὕτως ἀλλάττεσθαι.* Imo vero: *ἀπαλλάττεσθαι.*

Ibid. p. 925 E. Suppleverim: *σωμάτων νοσήματα καὶ πηρώσεις* (*ψυχῆς*) *ἢ διανοίας*, coll. p. 996 B: *δεινὰς ἄλλας σωμάτων ἢ ψυχῶν ξυμφοράς.*

Ibid. p. 931 D: *οὐδὲν πρὸς θεῶν τιμιώτερον ἂν ἄγαλμα ἂν κτησαίμεθα πατρός.* Apud Pempelum, qui locum descripsit, non *ἄγαλμα* legitur, sed *ξόανον.* Cf. Ruhnk. ad Tim. p. 6. Valck. Animm. ad Ammon. p. 169. Incertus haereo utram scripturam sequar.

Ibid. p. 935C: *πληγαῖς ἐξείργων τοὺς θυμῷ ἑ τ έ ρ ῳ κακῷ φιλοφρονουμένους*. Astius recte, uti equidem arbitror, *φιλοφρονουμένους* interpretatur per: *χαριζομένους*· sed quid tandem est *ἑτέρῳ κακῷ*? Nonne rectius scribetur: *ἑ τ α ί ρ ῳ κακῷ*? Cf. Rep. IV p. 439D: *τὸ ἐπιθυμητικὸν πληρώσεών τινων καὶ ἡδονῶν ἑταῖρον*.

## AD LEGUM LIBRUM DUODECIMUM.

P. 941A: *ἐὰν ὡς πρεσβευτής τις ἢ κήρυξ καταψευδόμενος τῆς πόλεως παραπρεσβεύηται πρός τινα πόλιν, ἢ πάλιν αὖ παρὰ τῶν πολεμίων ἢ καὶ φίλων μὴ τὰ παρ' ἐκείνων ὀρθῶς ἀποπρεσβεύσας γένηται φανερὸς ἢ κηρυκεύσας, κτέ.* Haec quidem rectissime, sed post *πρός τινα πόλιν* perperam inserta leguntur: *ἢ π ε μ π ό μ ε ν ο ς μ ὴ τ ὰ ς ο ὔ σ α ς π ρ ε σ β ε ί α ς ἐ φ' α ἷ ς π έ μ π ε τ α ι ἀ π α γ γ έ λ λ ῃ*. Aperta res est.

Ibid. p. 944: *ὁπόσοι κατὰ κρημνῶν ῥιφέντες ἀπώλεσαν ὅπλα ἢ κατὰ θάλατταν ἢ χ ε ι μ ώ ν ω ν ἐν τ ό π ο ι ς ὑποδεξαμένης αὐτοὺς ἐξαίφνης πολλῆς ῥύσεως ὕδατος*. Haec dum scribebat Plato, Brasidae, credo, memor erat, de quo Thucydides IV 12: *πεσόντος αὐτοῦ ἐς τὴν παρεξειρεσίαν ἡ ἀσπὶς περιερρύη ἐς τὴν θάλασσαν*. Cui tale quid accidit, ut ait Plato, *ῥίψασπις οὐκ ἂν ὀνομάζοιτο δικαίως, ἀποβολεὺς δ' ὅπλων*. Fortasse etiam norat quod de Cleombroto narravit Xenophon Hell. V 4. 17: *ἀπιόντι ἄνεμος αὐτῷ ἐξαίσιος ἐπεγένετο· πολλὰ μὲν γὰρ καὶ ἄλλα βίαια ἐποίησεν, ἀτὰρ καὶ ὑπερβάλλοντος αὐτοῦ τὸ καθῆκον ἐπὶ θάλατταν ὄρος, πολλοὺς μὲν ὄνους κατεκρήμνισεν αὐτοῖς σκεύεσι, πάμπολλα δ' ὅπλα ἀφαρπασθέντα ἐξέπεσεν εἰς τὴν θάλατταν*, ubi utiliter conferre poteris quod Georgius Grotus habet de Platone IV p. 413. Verum quid significat *χειμώνων ἐν τόποις*? Audiamus Astium: „Stephanus scribi volebat *ἐκ χειμώνων ἐκτόπων*; sed *ἐν τόποις χειμώνων*, praegresso *κατὰ θάλασσαν* oppositum, loca, ni fallor, significat torrentis fluctibus exposita, nisi malis haec cum seqq. coniungere et *ἐν τρόποις* vel *ἐν τρόπῳ* (instar) legere, ut aquarum fluctus dicatur instar procellae eos abripere." Haec autem ratio merito displicuit Madvigio *Advers.* p. 449: „Non in *τόποις*", inquit, „mendum est, ut putarunt, sed in *χειμώνων*. Scribendum sine dubio: *χειμάρρων ἐν τόποις*. Ibi subito aquarum

ῥύσις supervenire solet." Ego quoque in χειμάρρων incideram antequam Madvigium inspicere licuit, sed ἐν τόποις vitiosum esse arbitror. Scribam: χειμάρρων ἐν κοίλοις. Conferre poteris Legg. V 736 A.

Ibid. p. 947 C: οὓς ἂν οἱ προσήκοντες τοῦ τελευτήσαντος ἐπιόψονται. Mira forma est de qua conferre poteris Lobeckium ad Phrynichum p. 734 et Dindorfium in Stephani Thesauro v. ἐφορᾶν p. 2588 c. d. Parum proderit corrigere ἐπιόψωνται· equidem ἐπιλέξωνται unice probaverim.

Ibid. p. 951 C: οὐ μένει ποτὲ τελέως πόλις. Immo: μενεῖ.

Ibid. p. 951 C: γεγονὼς ἔξω πλειόνων ἐτῶν ἢ πεντήκοντα. Lege: πλεῖον, uti mox p. 953 C: ἔλαττον ἐτῶν μηδὲν πεντήκοντα γεγονὼς ἔξω et p. 954 A: τὰ δ' ὑπὲρ χιλίας μὴ ἔλαττον ἢ πέντε. Cf. Madv. *Adv.* p. 425.

Ibid. p. 956 B: ὅτε δὲ μέρη διείρηται τῆς πόλεως. Nonne verum est διῄρηται?

Ibid. p. 960 A: δακρύειν τὸν τετελευτηκότα ἐπιτάττειν ἢ μὴ ἄμορφον. Corrigam: ἄφρον. Cf. Epinom. 983 D: ἔμφρον μέν που, τὸ δὲ ἄφρον θήσομεν et p. 988 A: οὔτ' ἄφρον ἐστί ποτε τὸ θεῖον οὔτε ἀγνοεῖ που τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν.

Ibid. p. 964 A: τόν γε ὄντα τὶ καὶ περὶ τῶν διαφερόντων μεγέθει τε καὶ κάλλει πάντα τὰ τοιαῦτα ἀγνοεῖν αἰσχρόν. L.: τὸν γνόντα τι.

Ibid. p. 967 C: τὰ κατ' οὐρανὸν φερόμενα. Malo: φαινόμενα.

## AD EPISTULAS.

I. p. 309 B: βουλεύσομαι τὸν λοιπὸν τρόπον ἀπανθρωπότερον. Lege: χρόνον.

Ibid. p. 309 C: *οὔτε γὰρ ἐφόδιόν γ' ἐκεῖνο ἦν ἱκανὸν οὔτε πρὸς τὸν ἄλλον βίον ξυμφέρον*. Malo: *ξύμμετρον*.

Ibid. p. 310 A: *οὐδ' ἀδάμας οὐδ' ἀργύρου κλῖναι πρὸς ἄνθρωπον δοκιμαζόμεν' ἀστράπτει πρὸς ὄψεις*. L.: *ἀνθρώπων*.

II p. 313 C: *κατὰ τὴν ἐμὴν δόξαν εὑρήκαμεν ὃ σὺ ἐπέστειλας ὅπως δεῖ πρὸς ἀλλήλους ἡμᾶς ἔχειν*. Nonne verum est *εἰρήκαμεν*?

Ibid. p. 314 E. Facilia verba sunt: *Φιλιστίωνι εἰ μὲν αὐτὸς χρῇ, σφόδρα χρῶ, εἰ δὲ οἷόν τε Σπευσίππῳ χρῆσον καὶ ἀπόπεμψον*. In communi vita plurimus usus est illius imperativi *χρῆσον*, qua de re dicere memini *Mnem*. 1894 p. 231, sed quanto aptius erit: *Σπευσίππῳ χάρισαι*.

III p. 316 D: *τὸν δ' ἄφρονα ὁρῶντι μετὰ πονηρῶν καὶ πολλῶν ἀνθρώπων καταλελειμμένον*. Inverso ordine tolerari fortasse potuisset: *πολλῶν καὶ πονηρῶν*· nunc malo: *πονηρῶν καὶ πολεμίων*.

Ibid. p. 317 A: *Δίωνα δ' εἰσαῦθις ἔφησθα μεταπέμψασθαι*. Quantum novi nondum correctum fuit *μεταπέμψεσθαι*, sed pauci uti opinor epistulas illas perlegere curant. Eadem verba eodem cum vitio ambulant Ep. VII p. 338 A. Itidem Ep. XI p. 359 C: *οἰομένους τι ἑτοίμως διαπράξασθαι*, corr. *διαπράξεσθαι*.

Ibid. p. 318 E: *εἰς λόγον ὁ λόγος ἥκει ξυνεχὴς τῷ νυνδὴ γενομένῳ*. Correxeram *ξυνεχῆ* et *λεγομένῳ*, sed me antevertit amicissimus collega Karstenius in praeclara dissertatione Academica p. 93.

VII p. 324 E: *Σωκράτη εἰπὼν δικαιότατον εἶναι τῶν τότε*. Prorsus requiro: *δικαιότατον γεγονέναι*, nam scripta haec fuere Socrate iamdudum mortuo. Alios locos simillimo modo corruptos indicavi *Mnem*. 1903 p. 9.

Ibid. p. 326: *ἔοικε μὴν τότε μηχανωμένῳ τινὶ ἀρχὴν βαλέσθαι*.

Requiritur *ἔοικα*, nam hoc verbo epistulae scriptor mire delectatur, veluti p. 338 C: *ἔοικε Ἀρχύτης παρὰ Διονύσιον ἀφικέσθαι.*

Ibid. p. 327 A: *κινδυνεύω .... μηνύων διὰ λόγων .... ἀγνοεῖν ὅτι κτέ.* Ne *διὰ λόγων* inutiliter additum videatur, rescribam: *μηκύνων*, cf. p. 329 B vel Axioch. 368 A.

Ibid. p. 327 E: *λέγων δὲ τάδε ἐδεῖτο εἰ καὶ μακρότερα εἰπεῖν.* Totus locus, nam longior est quam quem describere vacat, haud uno nomine merito displicuit Karstenio p. 56; offensiones partim certe declinabuntur corrigendo: *ἃ καὶ μ.*

Ibid. p. 329 C. Dionem Dionysius *σμικρὸν εἰς πλοῖον ἐμβιβάσας ἐξέβαλεν.* Hoc recte, sed mirifice languet quod in fine adscriptum est adverbium *ἀτίμως*. Prorsus eadem interpolatio est in extremo Gorgia.

Ibid. p. 329 E: Impedita et obscura narratio est eorum quae Plato Syracusis perpessus est, sed hic illic quaedam illustrari possunt ac proinde debent. Philosophus in arce libera custodia retinetur: *ἀλλ' οὐδ' εἰ μὴ πέμπων αὐτὸς τὸν κελεύοντα ἐξαγαγεῖν ἐπέστελλεν — οὐδ' ἂν εἷς περιεῖδέ με μόνον ἐκπορευόμενον, ὃς οὐκ ἂν συλλαβὼν εὐθέως παρὰ Διονύσιον πάλιν ἀπήγαγεν.* Plane necessarium est: *τὸν κωλύοντα*. Vide modo p. 347 A: *ᾤκουν — ἐν τῷ κήπῳ τῷ περὶ τὴν οἰκίαν, ὅθεν οὐδ' ἂν ὁ θυρωρὸς ἤθελέ με ἀφεῖναι μὴ πεμφθείσης αὐτῷ τινὸς ἐντολῆς παρὰ Διονυσίου*, ubi corrigendum *παρὰ τὴν οἰκίαν*. Facit hic locus ut Isaei meminerim Orat. V § 11, quem locum *Mnem.* 1877 p. 403 ita emendasse mihi visus sum: *τὴν οἰκίαν αὐτῶν τὴν πατρῴαν, παίδων ὄντων τούτων, περιελόμενος καὶ κατασκάψας, τὸν κῆπον ἐποιήσατο τὸν πρὸς τῇ αὑτοῦ οἰκίᾳ.*

Ibid. p. 330 B: *μή πῃ παραποδισθείη καὶ Δίων δὴ πάντ' εἴη.* Haec omnino satis sunt et in fine inutiliter adhaeret participium *διαπεπραγμένος*. Locutio est omnibus nota.

Ibid. p. 333 A: *ταῦτ' ἦν τὰ λεγόμενα ὑφ' ἡμῶν τῶν ἐπιβουλευόντων (δὴ) Διονυσίῳ, ὡς πολλαχόθεν ἐχώρουν οἱ τοιοῦτοι λόγοι.* Vides quid exciderit.

Ibid. p. 334 A: διαβεβλημένον εἰς τοὺς ἐλευθερωθέντας ὑπ' αὐτοῦ Σικελιώτας. L.: πρός.

Ibid. p. 334 B: τὸ δὲ Ἀθηναίων πέρι λεγόμενον ἐξαιροῦμαι. Multum praeferam: ἐξαιτοῦμαι.

Ibid. 338 B. Particula excidit in hisce: μετεπέμπετ' ἐμὲ (μέν), Δίωνα δ' ἐπισχεῖν ἐδεῖτο.

Ibid. p. 338 C: ἤδη τοῖς νέοις πολλὰ τοιαῦτα γιγνόμενα. Sententia flagitat: πολλάκις.

Ibid. p. 339 C: οὐδέν σοι τῶν περὶ Δίωνα ἕξει πραγμάτων κατὰ νοῦν γιγνόμενον. Longe melius intelligam: ὄψει.

Ibid. p. 340 A: πορεύομαι δὴ τῷ λογισμῷ τούτῳ κατακαλυψάμενος. Sine sensu ita editur, sed facilem explicationem habebit: κατακαμψάμενος. Non est sane vulgatissimum hoc compositum, sed invenio tamen Aesch. Tim. § 87: ὅταν οἱ τὴν τῶν νόμων παρακαταθήκην ἔχοντες πρὸς τὰς αἰσχύνας κατακάμπτωνται. Confundi solent verba κάμπτειν et καλύπτειν· vide de ea confusione Cobetum *Mnem.* 1862 p. 294 et quem illic laudat Porsonum in *Advers.* p. 64.

Ibid. p. 341 C. Multos advertit id quod legitur: οὔκουν ἐμόν γε περὶ αὐτῶν ἔστι σύγγραμμα οὐδὲ μήποτε γένηται. Conferre iuvat Epist. II p. 314 C: οὐδ' ἔστι σύγγραμμα Πλάτωνος οὐδὲν οὐδ' ἔσται. Absurdum est credere hoc Platonem ipsum asseverare potuisse et omnino sequar prudens Karstenii iudicium p. 201 sqq. Alio pertinet quod habemus Proll. Plat. Philos. c. 13 p. 208 Herm.: Ἀριστοτέλει γέγραπται περὶ τῶν ἀγράφων συνουσιῶν Πλάτωνος. Nimirum illa ἄγραφα δόγματα sive ὑπομνήματα ἐν βραχυτάτοις ἔκειτο, quam rem Karstenius explanavit p. 215 sqq. Adde quae Georgius Grotus elegantissime exsecutus est in libro de Platone I p. 333 (Edit. 1888), quo magis mirandum subtilissimi ingenii virum, etiamsi de commentariis illis sive adversariis recte iudicaverit, eo tamen adigi potuisse ut septimam utique epistulam aut genuinam esse statueret vel certe fide dignam, quum Platonis aequalem vel discipulum auctorem

commonstret. Sed praeclarus historiarum scriptor per aetatem vix cognoscere potuit Karstenii dissertationem, qua perlecta ipse adeo Cobetus mutavit sententiam, cf. *Cobeti Vitam* p. 262. Est sane docta et accurata disputatio Raederi in *Museo Rhenano* LXI p. 427—471 et p. 511—542, sed mihi quidem non persuasit.

Ibid. p. 342 D. Inde a p. 342 B per tres ferme paginas continuas sequitur epistulae pars longe obscurissima, in qua equidem perpauca tantum tamquam per transennam perspicere potui: praestat in densis tenebris manus abstinere, sed unum locum excipio: *ο ὖ γὰρ ἂν τούτων μή τις τὰ τέτταρα λάβῃ ἀμῶς γέ πως, οὔποτε τελέως ἐπιστήμης τοῦ πέμπτου μέρους μέτοχος ἔσται.* Quam gravibus difficultatibus hic locus prematur, Karstenius dicet p. 193; sed si minus alia, certe in loci constructione offensionem declinare poteris scribendo: *ο ὔ γὰρ ἄν.*

Ibid. p. 343 B: *μυρίος δὲ λόγος περὶ ἑκάστου τῶν τεττάρων ὡ ς ἀ σ α φ έ ς.* Impeditus hic locus est, unde interpretes multa molientes sese non potuerunt extricare. Scriptor nescit quid dicat, quae vera est Karstenii sententia p. 192; sed iam olim fuit qui de ea re conquereretur; huic enim reddam in margine exclamationem: *ὡ ς ἀ σ α φ έ ς* !

Ibid. p. 347 D: *ὅτι χρείη τὴν παρὰ Δίωνος ἐπιστολὴν περιμένειν ἡμᾶς καὶ ταῦτα πάλιν α ὐ τ ὰ ἐ π ι σ τ έ λ λ ε ι ν.* Commendo: *πάλιν ἀ ν τ ε π ι σ τ έ λ λ ε ι ν.*

Ibid. p. 348 B: *ὁ μὲν Ἡρακλείδης ἐκποδὼν αὐτὸν ἔσχεν·* satis hoc est neque additum oportuit quod nunc in fine adhaeret: *ἀ φ α ν ῆ.*

Ibid. p. 349 A: *ἑστάτην σιγῇ δακρύοντες.* Haec verba mihi in memoriam revocarunt ea quae de Clearcho Xenophon tradidit Anab. I. 3. 2: *ἐδάκρυε πολὺν χρόνον ἑστώς*, ubi speciosum est quod Kiehlius olim suspicatus est, supplendum esse: *ἐδάκρυε πολὺν χρόνον (σ ι ω π ῇ) ἑστώς.* Cf. *Mnem.* 1852 p. 208.

Epist. VIII p. 354 B. Scriptor Dionysio tanquam exemplum proponit Lycurgum, qui remp. sapienter temperavit *ὥστε γενεὰς τοσαύτας ἤδη μετ' ε ὐ κ λ ε ί α ς σώζεσθαι.* Karstenius p. 101 vere

mihi statuisse videtur, referendam esse epistulam ad res gestas a. 353, sed eo tempore iamdudum sero erat ita loqui de Spartanis *μετ' εὐκλείας σωζομένοις*. Satis illis erat si *μετ' εὐκολίας* aetatem liceret transigere.

Ibid. p. 356 A. Fingitur Dio in paucis stultum Syracusanis propinavisse consilium, ut tres reges constituant, nempe suum filium cum Hipparino et Dionysio minoribus. Dignus nempe est Hipparinus hic *χάριν τῆς τε δὴ νῦν βοηθείας καὶ ὁσίου τρόπου*. Plane non video quamnam opem ille in turbidis rebus tulerit. Haud temerarium fuerit coniicere: *εὐνοίας*. Cf. Karsten. p. 154. Mihi quidem non satisfacit Georgius Grotus in *Historia Graeca* X p. 436.

Epist. XI p. 359 B: *τὸ λοιπὸν τοῖς θεοῖς εὔχεσθαι*. Immo legendum: *εὔχεσθε*.

Epist. XIII p. 361 A: *περὶ δὲ ὧν ἐπέςελλές μοι ἀποπέμπειν σοι, τὸν μὲν Ἀπόλλω ἐποιησάμην τε καὶ ἄγει σοι Λεπτίνης*. Corrigendum est: *ἐπριάμην*, sicuti de alia statua continuo sequitur: *ἐπριάμην αὐτὸ βουλόμενός σου τῇ γυναικὶ δοῦναι*. Mirum Hermannum non obsecutum fuisse Cornario optime monenti.

Ibid. p. 363 E: *τὴν ἐπιςολὴν ἢ αὐτὴν ἢ εἰ ὑπόμνημα αὐτῆς σώζεται, καὶ αὐτὸς ἴσθι*. Hoc monstrum lectionis ut procuremus, conferendi erunt duo loci: Epist. II p. 314 C: *ἔρρωσο καὶ πείθου, καὶ τὴν ἐπιςολὴν ταύτην νῦν πρῶτον πολλάκις ἀναγνοὺς κατάκαυσον* et ibid. p. 312 D: *Φραςέον δή σοι δι' αἰνιγμῶν, ἵν' ἄν τι ἡ δέλτος ἢ πόντου ἢ γῆς ἐν πτυχαῖς πάθῃ, ὁ ἀναγνοὺς μὴ γνῷ*. Pariter nunc quoque scripsisse censendus est: *τὴν ἐπιςολὴν* ... *καῖ' αὐτός* utemurque eodem remedio quo Cobetus Luciano subvenit *Orat. Inaug.* p. 63. Sed quid est illud *ἴσθι*? Multum quaerens nihil invenire potui quod ab omni parte satisfaciat. Num forte latet *πείθου*? quemadmodum supra habuimus: *ἔρρωσο καὶ πείθου*. Alii videant.

---

*Προλ. τ. Πλ. Φιλ.* p. 201 Herm.: *τὸ γοῦν τὰς τηβάδας κυκλοτερεῖς εἶναι αὐτὸς πρῶτος ἐΦεῦρεν ὡς πολυχωρητοτέρας*. Quam miror nondum fuisse qui corrigeret *τὰς ἰκμάδας*. Notissimae sunt trium literarum confusiones.

---

Schol. Euthyphr. 4 C: inserenda est praepositio: *ἐπεὶ* (*ἐπὶ*) *τῷ ἕκτῳ μέρει τῶν καρπῶν εἰργάζοντο τὴν γῆν*, cf. Phot. Proll. p. 57. Eodem ferme iure in Aegypto coloni erant qui binas decumas praestare debebant, Genes. XLVII 19—24. Conferre praeterea poteris in Bursiani *Annal.* 1895 p. 233 et 1905 p. 48. Nuperrime Bolkesteinius huius Universitatis alumnus de colonatu Romano docte disseruit. De legibus agrariis Aegyptiacis Wiedemannus egit ad Herodoti libr. II p. 422.

Schol. Euthyphr. 5 A: *σημείωσαι πῶς οὐ πρὸς δοτικὴν ἀπέδωκε τὸ λοιπὸν τοῦ λόγου, ἀλλ' αἰτιατικὴν ἐπήνεγκεν, οἷον κράτιστόν ἐστι μαθητῇ σῷ γενέσθαι αὐτὰ ταῦτα λέγοντα.* Ad hanc normam unus et alter Platonis locus corrigendus manet, sed rem nunc mitto, de qua plus semel iam dixi.

Schol. Euthyphr. 11 B: *τῶν πρὸ Δαιδάλου κατὰ ταὐτὸ συμβεβληκότα τὼ πόδε τὰ βρέτη ἐργαζομένων.* Praeferam *συμβεβηκότα*. Sic Tim. p. 24 D: *πάσῃ πάντας ἀνθρώπους ὑπερβεβηκότες ἀρετῇ*, editores ancipites haerent inter hoc et Parisinam lectionem: *ὑπερβεβληκότες*. Sed non est ambigua scriptura Rep. V p. 478 C: *ἐκτὸς τούτων ἐστὶν ὑπερβαίνουσα ἢ γνῶσιν σαφηνείᾳ ἢ ἄγνοιαν ἀσαφείᾳ.* Ceterum quod itidem de Daedali statuis traditur Schol. Menon. p. 97 D: *τῶν πάλαι δημιουργῶν πλαττόντων τὰ ζῷα συμμεμυκότας ἔχοντα τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ οὐ διεστηκότας τοὺς πόδας*, ostendit quid exciderit Schol. Phaedr. p. 266 E: *πρὸ αὐτοῦ γὰρ συμμεμυκότα ἦσαν* (*τοὺς ὀφθαλμοὺς*) *καὶ οὐκ εἶχον τοὺς πόδας διεστηκότας.*

Schol. Phaedr. 67 E. Enotatur *ψυχή* cum vitiosa varia lectione *τύχη*. Est ea creberrima confusio, quam supra animadvertere debueram Epist. VII p. 351 D, ubi pro: *οὐκ ἄν ποτε διαψευσθείη τῆς ψυχῆς τῶν τοιούτων πέρι*, praestare dixerim *τύχης*.

Schol. Phaed. p. 89 C. Hic si Hermannum audimus, discimus Herculem aliquando in Elide *ἐκ τοῦ παραρρέοντος ποταμοῦ πιόντα προσαγορεῦσαι τοῦτο ἡδὺ ὕδωρ, ὃ νῦν δείκνυται ἰόντων ἐκ Δύμης εἰς Ἦλιν, καλούμενον βαθὺ ὕδωρ.* Itaque Hermannus aut non vidit aut non credidit verum esse *βαδὺ ὕδωρ*, aeolicum pro *ἡδύ*.

Multi iam veram lectionem agnoverunt; dignus autem est q u conferatur Ruhnkenius apud Peerlkampium in *Bibl. Crit. Nov.* II p. 16. Vide quoque Cobetum *Mnem.* 1874 p. 282.

Schol. Theaet. p. 146 A: Κρατῖνος ἐγκαταμίξας τὴν ὄνος (π ρ ὸ ς) λύραν παροιμίαν. Vides quid supplendum sit.

Schol. Theaet. p. 178 E. Laudatur Menander ἐν Σ υ ν ε ρ ώ σ ῃ. Mirum ni verus titulus fuit Σ υ ν ε ρ ῶ σ ι.

Schol. Phaedr. 243 B: καὶ ἰδεῖν κ ο ι μ η θ έ ν τ α ς τινὰς τῶν ἡρώων. Imo legendum: κ ο ι μ η θ έ ν τ α.

Schol. Phaedr. 272 C: ἰδὼν γὰρ λύκος π ο ι μ έ ν α ἐ σ θ ί ο ν τ α π ρ ο β ά τ ε ι α, κτἑ. Corrige: π ο ι μ έ ν α ς ἐ σ θ ί ο ν τ α ς π ρ ο β ά τ ι ο ν.

Schol. Phaedr. 244 B. Percensentur decem Sibyllarum nomina, quarum prima traditur ἐνὶ τῶν παίδων τοῦ Νῶε εἰς γυναῖκα ἁρμοσθῆναι καὶ συνεισελθεῖν αὐτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἐν τῇ κιβωτῷ, κτἑ. Hinc apparet in his scholiis quaedam certe Christianis hominibus deberi, quod confirmatur Schol. Euthyphr. p. 14 E, ubi πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, uti verisimile est, affertur e S. Iacobi Epistula. Item Schol. Legg. X p. 892 A Origenes laudatur. Alibi autem Pollux, Schol. Alcib. I p. 105 A. Quod autem adscriptum est ad nobilem locum, Rep. V 473 C: τὶ λέγει, ὅπερ ἐπὶ Μάρκου τοῦ φιλοσόφου, βασιλέως Ῥωμαίων, ἀπέβη, eo loco, *Proleg. ad Phot.* p. 62, iam usus sum ut ostenderem Boethum floruisse sub M. Aurelio. Fuit tamen qui me refelleret.

Schol. Charm. p. 154 P: ἡ γὰρ ἐν τοῖς λευκοῖς λίθοις στάθμη λευκὴ οὐδὲν δύναται δεικνύναι, διὰ τὸ μὴ παραλλάττειν καθάπερ ἡ διὰ τῆς μίλτου γινομένη. Deinde affertur Sophoclis fragmentum Κηδαλίωνι, frgmt. est 307 apud Nauckium:

τοῖς μὲν λόγοις τοῖς σοῖσιν οὐ τεκμαίρομαι,
οὐ μᾶλλον ἢ λευκῷ λίθῳ λ ε υ κ ὴ σ τ ά θ μ η.,

sed satis apud me constat corrigendum esse

οὐ μᾶλλον ἢ 'ν λευκῷ λίθῳ λ ε υ κ ὴ ν σ τ ά θ μ η ν.

Accusativus λευκὴν στάθμην iam apud Eustathium invenitur.

Praeterea conferre poteris Heindf. ad Charm. p. 57, F. H. E. Wolff de Schol. Plat. p. 44 et Egelium in Diss. Acad. p. 37.

Schol. Lysid. 206 E. Tali iactus est, qui Stesichorus dicitur, σημαίνων τὴν ὀκτάδα, ἐπεὶ ὁ ἐν Ἱέρᾳ τοῦ μελοποιοῦ τάφος ἐξ ὀκτὼ γωνιῶν συνέκειτο. Uniuscuiusque est corrigere: ἐν Ἱμέρᾳ. Prorsus idem vitium notare poteris apud Phot. v. ἱερείας ἐνύπνιον.

Ibid.: ἔπαιζον δ' ἀςραγάλοις καὶ πολλοῖς καθάπερ καρύοις καὶ ὀλίγοις. Verum esse suspicor: ὀρόβοις.

Schol. Euthyd. p. 292 E: ὡς δὲ ὕβρεως οὐδὲν ἀπελίμπανον οἱ Κορίνθιοι, ἐλπίσαντες οἱ Μεγαρεῖς οὐδὲν ἂν παθεῖν ἀποςάντες, παραχρῆμα τῶν Κορινθίων ἀφίςανται. Apparet aliquid deesse ad sententiae integritatem nec nimis difficile est supplere: οὐδὲν ἂν (πλέον) παθεῖν. Corruptelae causa repetenda ex usu uncialium litterarum et eodem modo sanandus Demosthenis locus contra Calliclem § 24 p. 1278, vide *Mnem.* 1904 p. 31. Nec multum dissimile est quod ad Polybium adnotavi *Mnem.* 1857 p. 226.

Schol. Gorg. p. 450 D. Locus paulo longior est, sed eum integrum describendum esse video: δεῖ γινώσκειν ὅτι τὰς τέχνας ἐνταῦθα διαιρεῖ καὶ ἐν Σοφιςῇ καὶ ἐν Πολιτικῷ, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν κατὰ τὸ δι' οὗ· καλῶς· τὰς μὲν διὰ λόγου, τὰς δ' ἄνευ λόγου, τὰς δὲ μεταξύ· ἐν δὲ Σοφιςῇ κατὰ τὸν τρόπον τῆς ἐνεργείας· καλῶς· τὰς μὲν ποιητικὰς τὰς τὸ μὴ ὂν εἰς τὸ ὂν ἀγούσας, τὰς δὲ κτητικὰς τὰς τὸ ὂν οἰκειουμένας· ἐν δὲ τῷ Πολιτικῷ κατὰ τὸ εἶδος τῆς ἕξεως· καλῶς· τὰς μὲν γνωςικάς, τὰς δὲ πρακτικάς. Quod omnes consentiunt, nihil est illud ter inepte repetitum καλῶς· sed salva res est: ter tuto rescribere poteris: καθώς.

Schol. Gorg. 469 D. Laudatur Lysias ἐν τῇ πρὸς Μετάνειραν ἐπιςολῇ· καὶ τὴν μὲν κόμην ψιλὴν ἔχεις, τὰς δὲ μασχάλας δασείας. Legendum est: τὴν μὲν κεφαλὴν ψιλὴν ἔχεις, sed non satis commemini ipsene hoc observaverim an forte ab alio acceperim.

Schol. Gorg. 485 A: τὸ διαλέγεσθαι παιδάριον πικρόν τι δοκεῖ, ὡς παρὰ φύσιν καὶ βίαιον ὄν. Aliquid supplendum est, veluti: τὸ (σαφῶς) διαλέγεσθαι.

Schol. Rep. I p. 333 A. Quantum novi, nondum intellecta fuerunt verba quae sequuntur: περὶ πυκτικῆς εὑρήσεις ὁποία τις ἦν μετὰ φύλλα δύο, ἐν ᾧ καὶ περὶ παγκρατίου διαλαμβάνεται, Birtius ad locum non attendit animum p. 293. Verum quid hoc est διαλαμβάνεται? Frustra per totum credo Platonem quaeres Socratem περὶ παγκρατίου διαλαμβανόμενον· res ei saepe pro exemplo est, sed artis principia nusquam de industria explicat nec fortasse norat. Scilicet Philostratus est qui παγκρατίου naturam diligenter exposuit, vide modo Schol. Rep. I p. 338 C, ubi in fine additum reperies: ταῦτα Φιλόςρατός φησιν ἐν τῷ περὶ γυμναςικῆς. Idem locus postea prodiit ex Mynae Codice Philostrati περὶ γυμναςικῆς, in quo redit idem vitium quod apud scholiastam est: ῥινοὺς τῶν πιοτάτων βοῶν ἕψοντες pro δέψοντες, quod mendum Cobetus procuravit ad Philostratum p. 39. Platonis autem scholiasta etiam alia indidem derivavit; certe quod de Polydamante habet ad pag. 338 C: οὗτος ὁ Πουλυδάμας ἀπὸ Σκοτούσσης ἦν, πόλεως Θεσσαλίας, διασημότατος παγκρατιαςής, ὑπερμεγέθης, ὃς ἐν Πέρσαις παρ' Ὤχῳ γενόμενος τῷ βασιλεῖ λέοντας ἀνεῖλε καὶ ὡπλισμένους γυμνὸς κατηγωνίσατο, id certe itidem ab eodem Philostrato mutuatus est π. γυμν. p. 54: Πρόμαχος ἀναπνεύσας ἐφ' ὧν ἤκουσεν οὐκ ἐνίκα μόνον ἀλλὰ καὶ Πουλυδάμαντα τὸν Σκοτουσσαῖον μετὰ τοὺς λέοντας, οὓς ὁ Πουλυδάμας ᾑρήκει παρ' Ὤχῳ τῷ Πέρσῃ. Sequitur, credo, eo loco qui huic observationi ansam dedit, intelligendum esse: διαλαμβάνεται (ὁ Φιλόςρατος). Dum haec scribo, Cobeti mihi commentatio ad manus est, ipsius libelli editio non est; cui primum inspiciendi copia data fuerit, nullo negotio videre poterit quot versiculos in vetere codice unumquodque φύλλον caperet. Cf. Wolf. ad Plat. Schol. p. 4.

Schol. Rep. II p. 373 C: σημείωσαί ὅτι τὰς σῦς ἀπαγορεύει Πλάτων τοῦ ἐσθίεσθαι ἐν τῇ ἀρίςῃ πολιτείᾳ. Non verum est Platonem prae bovina vel vitulina carne imprimis suillam abominatum fuisse: hoc locum si inspexeris, statim patebit; sed,

nisi plurimum fallor, locus debetur sive Iudaeo cuidam, sive Christiano homini ex Iudaeis, sive etiam ἐκ τῶν προσηλύτων cuidam, qui Mosaicam legem sponte observitaret. Multis nominibus obscura haec quaestio est, de qua dixi in *Nuculis*, *Mnem.* 1888 p. 367 sq. Nondum exortus est, qui meas dubitationes solveret et rem in clara luce poneret.

Schol. Rep. VI p. 489 C. Interrogatus Eubulus respondit se divitem esse malle quam sapientem: τοὺς γὰρ σοφοὺς ὁρᾶν ἐπὶ ταῖς τῶν πλουσίων θύραις καθεύδοντας. De vitio omnes consentiunt; sed quid latet? Admirabilis est Graecorum librariorum in errando constantia. Tractabam *Mnem.* 1894 p. 111 Synesii locum in *Epist.* 61. Stragulam vestem nescio quis ab Synesio petiit, ὁπηνίκα με πρὸ τῶν μεγάλων ἀρχείων ἔδει καθεύδειν. Demonstrare tunc conatus sum longe melius convenire θυραυλεῖν, quod verbum episcopo in deliciis est et de quo conferre poteris Ruhnkenium ad Timaeum p. 145. Illic quoque saepe viderat Eubulus sapientes ἐπὶ ταῖς τῶν πλουσίων θύραις θυραυλοῦντας. Emendatio emendationem confirmat. Ipsum vocabulum invenitur Politic. 272 A.

Apud Herodotum I 59 de Pisistrato ita scribitur: ὁ δὲ δῆμος ἔδωκέ οἱ τῶν ἀςῶν καταλέξας ἄνδρας τούτους, οἳ δορυφόροι μὲν οὐκ ἐγένοντο Πεισιςράτου, κορυνηφόροι δέ. Iam *Mnem.* 1855 p. 10 ex Polyaeno I 17 correxi: ἄνδρας τριηκοσίους (τ′) et nunc vide eandem lectionem Schol. Rep. VIII p. 566 A: ἔλαβε τριακοσίους δορυφόρους. Memorantur autem quadringenti in Solonis Epistula apud Diogen. Laert. I 2. 18.

Schol. Min. p. 315 C: ἔλεγον δὲ καὶ τὸ βλάψαι καταχυτρίσαι. Hic Suidas conferendus est et Schol. Arist. Vesp. 288, ubi vide Leeuwenium, sed nullus dubito quin praestet rescribere: βάψαι.

Schol. Legg. II 633 A: οἱ γὰρ Λάκωνες πολυνοίᾳ μὲν, οὐ πολυλογίᾳ δὲ, ὡς Ἀθηναῖοι, ἐχρῶντο. Ne dicantur Athenienses paulo stultiores fuisse, praestabit scribere: πολυηκοΐᾳ. Cf. Olympiod. Vit. Plat. init. p. 190 Herm. Itidem supra ad Legg. I 641 E.

---

# QUAESTIONES GRAECAE.

SCRIPSIT

I. M. J. VALETON.



## III.

### DE INSCRIPTIONE LYGDAMENSI.

(*Continuatur ex Vol. XXXVI pag.* 334.)

Inscriptionem Lygdamensem legem fuisse nuper demonstravi (Mnemos. Vol. XXXVI pag. 289—334) Halicarnassi sub Lygdami tyranno latam, qua efficeretur ut omnes fundi, de quibus recuperandis non intra menses duodeviginti proximos post hanc legem latam agere instituissent ei qui possessionem eorum iustam antea se habuisse sed aliquando se amisisse dicerent, essent, ab eo tempore inde, neglecto et deleto iure eorum omnium qui post illam diem praestitutam eos petituri essent, eorum, qui se anno Apollonidis mnemonis, i. e. anno post hanc legem latam proximo futuro, eos possedisse iureiurando interposito declaraturi essent. Quod cum institueretur ab eis qui legem nostram tulerunt, manifestum est eos pro certo scivisse, fundorum quorundam possessionem anno Apollonidis perventuram esse ad quosdam, qui ipsi quidem ut eos fundos iure suos esse dicere possent futurum non esset, neque quod iamdudum fuissent eorum domini et possessores iusti, neque quod negotio aliquo legitimo eos acquisivissent, sed tamen eos possessuri essent anno Apollonidis, iniuria igitur. Privilegium iurisiurandi datur possessoribus futuris hoc solo consilio, ut eo fruantur

quidam qui mox iniuria possidebunt. Id autem factum esse nullo modo potuisse meo iure statui, ut lex publica transferret fundos quosdam a dominis qui intra duodeviginti menses proximos non in eo essent futuri ut eos iure repetere possent, ad alios, homines incertos, qui eos proximo anno iniuria possessuri essent, nisi hanc ob causam, quod ipsi ei qui tum reipublicae Halicarnassensi praeessent, iniuria publice occupavissent bona quaedam adversariorum quorundam nuper civili bello a se victorum et expulsorum, et bona ea iniuria occupata mox, ipso anno Apollonidis, publice essent vendituri. Rationem simplicissimam autem, qua lex id impetraret quod dixi, ut illud iurisiurandi privilegium quod daretur eis qui post spatium duodeviginti mensium temporis peractum in possessione fundorum futuri essent si iam Apollonidis anno se possedisse (vel: auctorem possessionis suae possedisse) declarare possent, contra eos solos tum utile futurum eis esset, qui ab eis peterent quod iam ante hanc legem rogatam se eorum fundorum dominos fuisse dicerent, id est, contra eos solos qui bello illo civili amisissent possessionem, non vero contra eos, qui post hanc legem rogatam, id est post illas venditiones absolutas, aliqua legitima ratione ius in fundis ab eis qui tum possiderent se acquisivisse dicerent —, eam rationem simplicissimam hanc fuisse demonstravi, ut lex exceptionem adderet, iusiurandum illud non esse valiturum possessoribus tum futuris qui iam anno Apollonidis possedissent, si petitores illi futuri actionem suam hac re niti vellent, quod dicerent, eos ὕστερον ἀποπεράσαι. Ea omnia non ex coniectura pendent, sed prorsus certa sunt. Lex primum inducit iusiurandum; eo iureiurando post duodeviginti mensium temporis spatium exactum ei qui tum fundos aliquos sive iure sive iniuria possessuri sunt, se defendere poterunt omnes quidem contra petitores eius generis quod dixi quoslibet; sed quia iustis possessoribus eiusmodi iureiurando omnino opus futurum non est, quippe qui, si veterem iudiciorum ordinem et testimonium mnemonum in illis causis manere et valere passi essent latores legis, illo testimonio satis ad causam suam tenendam instructi fuissent, reliqui possessores vero, si tam infirmam causam haberent ut eiusmodi iureiurando eis opus esset ad refellendos petitores qui alioquin illo testimonio adhibendo supe-

riores discessuri essent, ea ipsa causae suae infirmitate demonstraturi fuissent se iniuria possidere, prorsus manifestum est legem unice latam esse ad tuendos possessores iniustos. Quamquam lex ne verbo quidem demonstrat, quid illo iureiurando declaraturi sint possessores illi sive iusti sive iniusti; sed lex deinceps addit: *καρτεροὺς εἶναι γῆς καὶ οἰκίων οἵτινες τότ' εἶχον ὅτε Ἀπολλωνίδης καὶ Πανταμύης ἐμνημόνευον, εἰ μὴ ὕστερον ἀπεπέρασαν*; itaque lex his verbis cum ab eis causis removeat testimonium mnemonum, tum simul declarat, iusiurandum quod valiturum sit alio pertinere non posse nisi ad possessionem quae fuit anno Apollonidis, sed tamen tum solum id valiturum esse, si ei, qui èt anno Apollonidis possederunt (vel: nunc possident ab aliquo qui eo anno possedit) èt post sex menses quam is annus ad finem pervenit et deinceps usque ad hunc diem etiam in possessione sunt, non dicantur a petitore ideo tantum iniuria nunc possidere, quod ius possessionis sive iustae sive iniustae quod tum (sive ipsi sive auctores eorum possessionis) in eo fundo habuerant, post hanc legem latam ab eis (vel: illis) amissum est.

Verba legis quae modo attuli, eis omnibus qui post diem praestitutam ad fundum aliquem recuperandum iure agere coepturi sunt neque tamen actionem suam repetituri sunt ex aliqua re quam post hanc legem latam intervenisse dicant qua contendere possint possessorem *ἀποπεράσαι*, adimunt omne ius quod in eo fundo se habere dicturi sunt; omnes cives qui iure agere volent et poterunt de fundo quem ante hanc legem rogatam iniuria se amisisse dicunt (*οἳ ἂν θέλωσι δικάζεσθαι περὶ γῆς ἢ οἰκίων*), causam suam ante diem praestitutam iuris experiundi gratia ad magistratum deferant necesse est, si cum aliqua bona causae obtinendae spe id facere volent. Id non solum cadit in illos tyranni adversarios profligatos, qui bello civili ex patria nuper eiecti sunt, sed etiam in fautores tyranni et in alios cives qui a bello et factionum discidio illo alieni fuerunt; sed hi eam ob causam in meliore condicione versantur et prorsus salvi sunt, quod non ut illi summa necessitate prohibentur ante diem praestitutam agere, sed in urbe adsunt et tempore agere possunt; his neque iniuria fit neque damnum infertur. — *Ἀποπεράσαι* autem quid sit, minime obscurum est; significat sane:

„negotio legitimo aliquid alienare". Sed ego, cum de inscriptione nostra nuper agerem, hanc quaestionem etiam perpendendam esse existimaveram, quid futurum esse dicendum nobis esset, si quis post diem praestitutam de fundo aliquo ita iure agere inciperet, ut diceret, ius quod in eo fundo haberet niti non negotio post legem latam gesto, sed *iudicio* ante diem praestitutam facto, eumque fundum suum esse a iudicibus tum fuisse *iudicatum*; quod ipsum in talem civem solum cadere posse nunc statim animadverto, qui a bello civili alienus fuerit aut a factione Lygdamis steterit, nam is solus iusto tempore iure agere potuit. Quid? Num eum quoque frustra tum petiturum esse, et actionem suam a possessore iniusto *contra ipsam rem iudicatam* iureiurando illo repelli passurum esse statuere debebimus? Ego ut id affirmarem, a me ipso impetrare non poteram; et id quidem hanc inprimis ob causam, quod videbam, in eiusmodi discrimine talem civem solum versari potuisse qui in numero eorum esset, quos lex sedulo cavit ne qua iniuria afficeret, quod potentiae tyranni nequaquam repugnaverunt. Itaque fieri nullo modo posse credebam ut negaremus, beneficii exceptionis illius quae utilis esset his qui actionem suam repeterent ex negotio legitimo post hanc legem latam gesto, qua dicere possent possessorem iniustum ὕστερον ἀποπεράσαι, eum quoque participem fuisse qui actionem suam repeteret ex iudicio post legem rogatam sed ante diem praestitutam facto; ea persuasione adductus in scriptione mea nuper edita statui (Mnem. XXXVI pag. 296 lineis 8 et 7 ab ima pag.) vocabulum ἀποπεράσαι ita interpretandum fuisse iudicibus, ut is quoque fundum ἀποπεράσαι ab eis existimari deberet, qui ius in fundo iudicio amiserat, et petitoribus post diem praestitutam causam instituentibus eius exceptionis beneficium tum quoque utile fuisse si dicerent „eum fundum post hanc legem rogatam sibi esse adiudicatum in iudicio sed sibi exhibitum non esse". Sed in ea re me erravisse postea perspexi, et eum errorem ut corrigerem nunc rem retractare institui.

Verum ne quis obiciat, omnino id fieri non posse ut post diem praestitutam denuo alicui iure agendum fuerit de fundo, de quo nuper ante diem praestitutam causam iam egerat et obtinuerat, supersedendum mihi non est quominus admoneam,

eum qui contra adversarium in iudicio devictum quidem sed rem de qua actum erat exhibere nolentem, instituat causam qua eius contumaciam profliget, quam „exsecutoriam" hodie dicimus, si res quae ei non traditur sit fundus, sine ulla dubitatione cadere existimandum nobis esse in numerum eorum qui lege nostra dicuntur „δικάζεσθαι περὶ γῆς ἢ οἰκίων." Ignoramus quidem quid nominis fuerit Halicarnassi actionibus exsecutoriis, neque pro certo novimus rationem qua iudiciorum primariorum exsecutiones ibi peragere potuerint qui causam obtinuerant; quam maxime verisimile est, actionem exsecutoriam Halicarnassensem ita se habuisse, ut fere conveniret ad iudicium illud exsecutorium Atheniense cui ἐξούλης δίκη nomen fuit; sed hoc utique prorsus certum est, rerum iudicatarum exsecutiones, si eis opus esset, ibi quoque iudicio aliquo novo et secundario factas esse, et id iudicium eiusmodi fuisse, ut, si res de qua ageretur esset fundus, is qui in eo ageret dicendus esset δικάζεσθαι περὶ γῆς ἢ οἰκίων. Itaque aut statuendum nobis est, beneficium exceptionis quod inest in verbis εἰ μὴ ἀπεπέρασαν eis quoque destinatum fuisse qui cum ante diem praestitutam iudicio evicissent ut fundum suum esse decerneretur a iudicibus, tamen in possessionem nondum venissent ante eam diem, et vocabulum ἀποπεράσαι non solum id esse quod proprie significat, sed etiam interpretando referri posse ad id quod proprie non significat, iudicio amittere ius quod quis in aliqua re se habere contendat, aut vero dicere debebimus etiam res ante diem praestitutam iudicatas lege nostra sublatas esse si de eis exsequendis post eam diem demum iudicio agere coepturus erat petitor. Alia enim exceptio praeter illam quae in vocabulo ἀποπεράσαι inest, lege nostra datur nulla; lex *omnia* iura quae quis in fundo habet, tollit nisi quae ea exceptione defendi possunt; si statuendum erit, rem iudicatam non posse illo vocabulo comprehendi, etiam res iudicata iureiurando tollatur necesse est.

Ego autem antea de duabus rebus quarum optio nobis facienda est priorem tuendam susceperam, permotus rationibus quas dixi, quamquam intellegebam ita vim aliquam afferri vocabulo ἀποπεράσαι quod ipsum nihil aliud est quam „alienare". Verba autem, quibus opinionem eam tum confirmabam (Mnem. XXXVI pag. 298 lineis 12 et seq. ab ima pag.) haec erant: „Quia si

in lege nihil exceptum fuisset quod ad eiusmodi iudicia pertineret, futurum esset ut omnia iudicia de iure fundorum quae fierent anno Apollonidis (immo rectius: quae fierent vel facta essent ante diem praestitutam) irrita essent futura *si modo eis qui tum condemnati essent contigisset ut possessionem iniustam retinerent ultra diem illam*" e. q. s. Ipsa verba recte se habent; irrita futura essent iudicia illa, *si illud accidisset.* Sed falsum est quod sumebam, nullo modo a nobis cogitari posse id ita se habiturum esse. Immo nihil obstat, quominus dicamus, iudicia primaria de iure fundorum irrita futura fuisse, si petitor omisisset ea iudicio secutorio ante diem praestitutam persequi. Nam omnino ne id facere omissurus esset petitor, nullum erat periculum. Condicio rerum, quam ponebam, quam supra litteris cursivis expressi, talis est ut locum habere non possit nisi propter ignaviam et stultitiam ipsius petitoris, itaque eius rationem habere nobis opus non est. Nam non a possessore in iudicio condemnato hoc pendet, quamdiu etiam post condemnationem possessionem suam iniustam retinere velit, sed a petitore pendet, quamdiu possessionem iniustam etiam post condemnationem illum retinere pati velit ipse. Quemadmodum autem, ut supra dixi, omnes cives qui de iure alicuius fundi agere volunt et possunt, lege nostra coguntur id ante diem praestitutam facere, neque id damno esse potest eis qui cum Lygdami steterunt vel a factionibus alieni fuerunt quia eo tempore in urbe adsunt, sic ei cives qui id fecerunt et causam obtinuerunt, quod solum cadit in amicos Lygdamis et reliquos qui ex patria eiecti non sunt, etiam omnes coguntur ante diem praestitutam iudicium primarium quod obtinuerunt statim persequi actione exsecutoria, neque id quidem quoquam magis damno eis esse potest quam illud, quia eo tempore adsunt in urbe et tempus agendi eis praesto est. Hoc solum cavere debebunt, ne actionem primariam tam sero instituant, ut tempus non amplius suppeditet ad adiciendam actionem exsecutoriam ante diem praestitutam. Quod lex exspectat ab eis, quibus favet quod Lygdami non repugnaverunt, hoc esse patet: ut iudicia de iure fundorum omnia quae agere volent, agant ipso anno Apollonidis; deinde eis conceditur etiam tempus idoneum ad actiones exsecutorias absolvendas, et id quidem semenstre fere. Ad causam

igitur quam antea dixi (Mnemos. l.l. pag. 310, lin. 14 ab ima pag.) cur lex voluerit tempus praestitutum duodeviginti mensium aliquantulum (sex menses fere) excedere annum quo Apollonides mnemon futurus est, ea causa accedit tamquam secundaria.

Itaque a lectore benevolo peto, ut in scriptione mea superiore deleat quae leguntur: primum pag. 296 lin. 16 a summa pag. haec: „*sive ex iudicato amiserit, sive*", et lin. 19 a summa pag. haec: „*vel iudicio aliquo*", et lin. 22 haec: „*vel id iudicium factum*"; deinde eadem pagina lineis 7 ét 6 ab ima pag. haec: „*post hanc legem rogatam aut sibi esse adiudicatum in iudicio sed sibi exhibitum non esse, aut*"; deinde pag. 298 omnia quae leguntur a linea 10 a summa pag. sub *a,* usque ad lineam 5 ab ima pag.: „. . . *tempus eam retinere*". Ea autem quae tum deinceps sequuntur novem lineis proximis, melius leguntur post ea quae mox pag. 299 sub *b* exstant, postquam ex eis quoque demta sunt vocabula (pag. 298 lin. altera et priore ab ima pag. et quae sequuntur) „*nam si id verum esset* . . . usque ad *producere ausi essent*". Denique pag. 310 linea 4 ab ima pag., post „*sive ab eis possiderent*" etiam haec inseri poterunt: „Praeterea vero id tempus semenstre concedi patet eis civibus qui, cum adversus tyranni potentiam nihil commiserint, anno Apollonidis iure acturi sunt de fundo aliquo quem suum esse dicunt, et causam obtenturi sunt, ut eo tempore instituant et ad finem perducant actiones exsecutorias quibus persequantur iudicia a se obtenta, si forte eis opus esse apparuerit."

---

## PLUTARCHUS.

Pseudo-Plut. de Liberis educ. p. 10 A: „pueri ne semper condiscipulos suos superare studeant, sed interdum remittant aliquid: *οὐ γὰρ τὸ νικᾷν μόνον ἀλλὰ καὶ τὸ ἡττᾶσθαι ἐπίστασθαι καλὸν ἐν οἷς τὸ νικᾷν βλαβερόν. ἔστι γὰρ ὡς ἀληθῶς καὶ νίκη Καδμεία.*

Nocte obscuriora haec, sed nullo negotio ét perspicua et venustissima redduntur. Lege:

*οὐ γὰρ τὸ νικᾷν μόνον ἀλλὰ καὶ τὸ ἡττᾶσθαι ἐπίστασθαι καλόν· ἔστι δ' ἐν οἷς τὸ νικᾷν βλαβερὸν καὶ ὡς ἀληθῶς νίκη Καδμεία.*

J. J. H.

# AD ARISTOPHANIS COMICI FRAGMENTA NUPER REPERTA.

SCRIPSIT

J. VAN LEEUWEN J.F.



Commenti exegetici ad Aristophanis aliquam fabulam saeculo III⁰ scripti, e Didymi commentariis partim certe desumti, hic enim plus semel nominatur, fragmenta quinque exigua et male habita edidit nuper Comparetti vir clarissimus [1]). Pars paginarum paenultimae et ultimae superest, et quatuor praeterea fragmenta aetatem tulerunt, quae inter se non cohaerent, et partim nonnisi paucas singularum linearum litteras exhibent. Quae intellegi possunt excribam.

In primo fragmento aliquid certe perspicio; nam sic fere explendae videntur lineae lacunosae A II 19 sqq.:

⏑ – ⏑ „ὡς πικρόν!" τις ἀνέκραγ' [αὐτίκα·]
„[οὐ δή]ποτ' ἄλλος ἐστὶν ἀντὶ Φ[ιλοκλέους.]"
συνεχῶς αὐτὸν πικρὸν — — —

Philocli tragico 'Αλμίων cognomentum est inditum διὰ τὸ πικρὸν εἶναι. Cf. Ar. Vesp. 462 et schol. ad Av. 281 [2]).

Ceteris quae maior et paullo minus lacunosa est lacinia, voluminis paginarum paenultimae et ultimae partem continens, haec habet:

---

1) *Papyri Greco-Egizii II, 1 ed. D. Comparetti*

2) Haec postquam scripta, plane idem observatum inveni a Wilamowitzio apud Croenertum Berl. Phil. Wochenschrift. 31 Oct. 1908.

*οὐκ ἐτὸς* — — — — *νῦν τὸ „ἐτὸς" ἄνευ λόγου* [1]).

*ὡς ἐνῆν τις ἂν* [2]) *κίς* — — — — — —*ς τὴν παροιμίαν προφέρων φησὶν* [3]) *Καλλίστρατος· „ἔστιν κὶς σμικρὸν δὴ κακόν"* [4]). *τὸ δὲ πλῆρες· ὁρῶ ὡς ἐνῆν κίς* [5]).

*ὥσπερ πελεκᾶς πλατυγίζων* [6]), *καὶ ἐν τοῖς Ὄρνισιν* [7]) *„πελεκᾶντι" ἔλεγεν.*

*οἴμοι τοῦ χείλους! τὸν γέροντα ἐπ' ἀληθείας τύπτουσιν.*

*οἴμοι τῆς ἀλέας! ἦν* [8]) *ἄνθρωπός μ' ἀποδύσας | φεύγῃ συγκύψας* [9]). *τῆς ἐκ τῶν πληγῶν θερμασίας.*

*ἀλλὰ δῆτ' εἰς τοῦ στρατηγοῦ κωμάσω τοῦ Σκελλίου* [10]). *εἴρηται ὅτι Ἀριστοκράτης διέταττε σὺν Θηραμένει τότε καὶ αὐτὸς τὰ πράγματα.*

* * *

*φέρε νῦν ἐγὼ τὴν δαίμον', ἥν* [11]) *ἀνήγαγον, | εἰς τὴν ἀγορὰν* [12]) *ἄγων* [13]) *ἱδρύσωμαι* [14]) *βοΐ. προείρηται ὅτι ἔλεγον „χύτραις ἱδρύεσθαι" καὶ „ἱερείῳ", οἷον βοῒ ἢ ὀτφοῦν. καὶ ἐν τῇ Εἰρήνῃ* [15]) *ἔφη.*

*δεῦρο* [16]) *ὅτι διαβέβηκε.*

*γενναῖον δέ σοι | ταχέως ὑπακούειν. ὅτι „γενναῖον" ἀντὶ τοῦ „συγγενές", πρὸς τὸ παρ' Ὁμήρῳ.*

*ἐλαφρὸν* [17]) *οἷά τις μόλυβδος* [18]). *ὅτι οὐ κακῶς παίζει, ἀλλὰ ἐπεὶ γερόντων ὁ χορός.*

---

1) *αν ει[κ]οτω[σ]* C(omparetti). — Accedit hoc fragmentum ad locos haud ita frequentes ubi *οὐκ ἐτός non sine causa* legitur.

2) *τι καν κισ* C.

3) Litteras *ερων φησιν* suppl. C.

4) *σμι......ακον* pap.; suppl. C.; fortasse *τι κακόν* fuit.

5) *κίς* supplevi, *τι* C.; sed nondum sanata sunt haec.

6) *πλατυσ ιδων* C, corr. Cr(oenert).

7) Av. 884.

8) *ἣν* mavult vWilamowitz.

9) *ο συσ κυψας* C., corr. Cr. — Tetrametri anap. finis et initium sequentis.

10) Pap. *σκελιου*, sed longam esse syllabam initialem docent numeri. Itaque iam apparet Av. 126 lectionem traditam non esse sollicitandam.

11) Sic scripsi, item vWilamowitz l.l., *συ]ν δαιμονι ιν* C.

12) Scripsi *ἀγοράν*, item vWilamowitz l.l., pap. *]ραν*, C. *]σαν* legere sibi visus *τήν[δε εἰ]σανάγων* edidit, neque sententia favente neque numeris.

13) Participium *praesentis* recte habet, ut Nub. 1212 alibi.

14) *-σομαι* pap.

15) Pac. 923.

16) *δευρω* pap.

17) Obiectum internum verbi *πῆδαν* vel *ἅλλεσθαι*?

18) Tetrametri troch. initium.

*ἔκυσα νῦν ἐνταῦθ' ἑκὼν αὐτήν*[1]), *δοκῶν Φορμὸν πλέκειν*[2]). *μήποτε οἱ πλέκοντες τοὺς Φορμοὺς προσῆγον τὸ στόμα, ὥστε κατέχειν ἢ ἐπισφίγγειν. ἅμα δὲ ἐπεὶ ἐκάθισαν, ἄτρεμας ἔλαβον*[3]).

---

In primo novorum fragmentorum *Scelliae filius* sive *Aristocrates* commemoratur *praetor*. In temporum igitur ratione ineunda errorem commisisse videtur is qui ad hunc versum in scholiis annotavit „Aristocratem illo tempore una cum Theramene rempublicam moderatum esse", annum spectans Theopompi sive 411/410, quo anno Aristocrates et Theramenes quadringentos viros instituerunt et post paucos menses pepulerunt. Nam illo anno *taxiarchum*, non *praetorem* fuisse Aristocratem, disertis verbis ait Thucydides (VIII 92 § 4). Sed annis 408/7, 407/6, 406/5 praetor fuit Aristocrates, et unus fuit ex iis qui post victoriam navalem ad Arginusas reportatam capitis sunt damnati. Sequitur ut ad annos 407—405, fortasse ad annum 409 vel 408, si tunc quoque — quod nescimus — praetor fuerit Aristocrates, fabulam e qua haec fragmenta supersunt referamus, non vero ad annum 410. Neque incredibilis nobis videri potest eiusmodi qualem notavimus error scholiastae, fortasse Didymi, conferentibus scholion ad Pac. 450 sq., ubi bellum Deceleicum dicitur in Pace fabula respici, vel Avium argumentum, in quo Niciae exercitus interiisse dicitur ante fabulam illam scenae commissam, vel scholion ad Vesp. 715 de expeditione, quae nulla fuit aut esse potuit, anno 423 in Euboeam ab Atheniensibus missa. Cf. etiam quae de scholio ad Thesm. 809 disputavi Proleg. Thesm. p. x—xii.

E *Triphalete* fabula nostra fragmenta excerpta esse putat editor, non tamen admodum firmis usus argumentis; quapropter non miror Croenertum [4]) ei non esse assensum, sed ad *Senectutem* potius fabulam fragmenta rettulisse. Fortasse recte. Quam-

---

1) *εγω ταυτην* C., fortasse recte.

2) Tetrameter integer.

3) Ultima non intellego; *ἐπεὶ* suppl. C. In *ἔλαβ*[*ον*] finem habet volumen. Videtur igitur ad ipsius fabulae finem esse perventum.

4) Litter. Zentralblatt 12 Sept. 1908, 1199—1202.

quam equidem suspicor ex *Anagyro* — incertae aetatis opere — esse ducta, hoc permotus indicio. In Anagyro fabula verbo ἀμφιανακτίζειν usum esse Aristophanem, ut et alicubi Cratinum, testatur Suidas; quinta autem laciniarum novarum haec habet:

]....θυ...[
]δη..ανκπ[
]ξη[
]— — — — —
]ματιον αμφι μ[
]ητη παρα την ξ[
]ιν αμφι μοι αυτ[ cett.

Quae licet probabiliter explere nequeam, satis apparet respici verba quaedam comici, quibus fiat imitatio exordii Terpandrei, quod et in Nubibus ille (vs. 595) imitatus est: ἀμφί μοι αὖτις ἄναχθ'[1]) ἑκατηβόλον ἀειδέτω φρήν. Sed et in aliis fabulis eiusmodi quid scribere potuit Aristophanes, neque ipsum verbum iocose fictum ἀμφιανακτίζειν, cuius mentio fit apud lexicographum, nostro loco extat. Quamquam in secundo versu an legendum sit ]αμφιανακ[ dubito, ubi ]δη..ανακπ[ edidit Comparetti. Sed parum hoc certum, fortasse non verum: itaque nihil affirmo. *Daemon* quaenam ex inferis in hanc lucem deducta esse dicatur nisi quis felici acumine indaget, vereor ut certi quid de novorum fragmentorum origine possit statui. Similem atque Plutus exitum videtur habuisse fabula unde sunt excerpta.

Corollarii loco ex operis philosophici fragmentis, quae in eodem fasciculo a Comparettio sunt edita, hoc affero Socratis apophthegma:

οὐκ ἀπὸ τρόπου δ' ἐμοὶ δοκεῖ ὁ Σωκράτης εἰπεῖν πρὸς τὸν λέγοντα· „τί[2]) Ἀλκιβιάδην, ὦ Σώκρατες, οὐ δύνασαι βελτίω ποιῆσαι, τοσοῦτον χρόνον συσχολάζοντα;" — „ἃ γὰρ ἂν" ἔφη „τὴν ἡμέραν διδάξω[3]), ἕτεροι τὴν νύκτα ἀναλύουσιν."

---

1) Item vWilamowitz l.l.

2) λεγοντ αρτι C., in pap. λεγονταοτι legere mihi videor, sed neque ὅτι neque vero ἄρτι satis convenit.

3) διδαξεαι C., διδαξωι pap., corr. Crönert.

---

# AD APULEI APOLOGIAM.

SCRIPSIT

C. BRAKMAN I. F.

(*Continuantur ex Vol.* XXXVI *pag.* 38).



Nunc disputandum est de Apulei Apologia eadem ratione, qua antea egi de Metamorphosibus et Floridis. Iam primum eos qui legunt monitos volo cum a v. d. Vliet [1]) tum a Helmio [2]), qui novissimus nobis editor exstitit, complures felices coniecturas propositas et crebros locos similes enumeratos esse. Sunt tamen, ut fit, quae neque ii neque Weyman [3]), quo nemo in locis similibus investigandis fuit sagacior, indagaverit. Incipiendum est a

cap. X (H 12, 8 Vl. 16, 2) uir ultra Virgilianos opiliones et *busequas rusticanus.*

Haec imitatus est Sidonius Apollinaris scribens (Ep. I 6, 3): Et nunc, pro pudor, si relinquare inter *busequas rusticanos* [4]) subulcosque ronchantes!

Alterum locum, quem episcopus ille ecclesiae Arvernae a rhetore Madaurensi desumpsit, deprehendimus Apol. XVII (H 21, 2 Vl 25, 16): at enim Manio Curio tot *adoreis* longe incluto, quippe qui ter *triumphum* una porta egerit e. q. s., quocum

1) Apulei Apologia et Florida. Recensuit I. v. d. Vliet. Teubner 1900.

2) Apulei Platonici Apologia. Recensuit R. Helm. Teubner 1905.

3) Weyman Studien zu Apuleius. Sitzungsber. der Kön. Bay. Akad. d. Wissensch. Jahrg. 1893. Bd. II pg. 321—392.

4) Cf. Geislerum ad Luetjohanni editionem (Mon. Germ. Hist. Tom. VIII) pg. 355.

componas velim (Sid. Ep. VII 12, 2): et quamlibet posset *triumphalibus adoreis* familiae tuae defetigari e. q. s.

At tertium exemplum luculentissimum est; contendantur nempe Apulei verba (cap. XCV H. 105, 10 Vl. 116, 8): quamcumque orationem struxerit Auitus, ita illa erit undique sui [1]) perfecte absoluta, ut in illa neque *Cato* grauitatem requirat neque Laelius *lenitatem* nec Gracchus *impetum* nec *Caesar calorem* nec *Hortensius distributionem* nec Caluus argutias nec parsimoniam Salustius nec *opulentiam Cicero* cum (Sid. Ep. IV 3, 6): *dividit* ut Socrates ..... ut Aeschines *blanditur* ..... vernat ut *Hortensius, aestuat* ut Cethegus, *incitat* ut Curio, *moratur* ut Fabius, simulat ut Crassus, dissimulat ut *Caesar,* suadet ut *Cato* dissuadet ut Appius persuadet ut *Tullius.*

Itaque non temere asseveramus vocem *palaestritae* quoque Sidonium ab Apuleio mutuatum esse coll. Apol. XLVIII (H 55, 6 Vl 62, 6): ut uideo, uos *palaestritam,* non magum accusatum uenistis: ita omnis qui me accessere dicitis cecidisse et (Sid. Ep. II 2, 6): absunt lubrici tortuosique pugilatu et nexibus *palaestritae* e. q. s. Cf. infra ad cap. XLIX.

cap. X (H 12, 10 Vl. 16, 4) uerum longe austerior ut putat *Serranis* et Curiis et *Fabriciis* e. q. s.

Hic nonne scriptoris animo obversatus est versus Vergilii (Aen. VI 844):

*Fabricium* vel te sulco, *Serrane*, serentem?

cap. XIII (H 15, 6 Vl. 19, 12) ego me facile patiar in huiuscemodi uersibus *culpari cum Platone.*

Haec ultima verba nos admonent Cic. Tusc. I § 39 *Errare* me hercule malo *cum Platone,* quem tu quanti facias scio et quem ex tuo ore admiror, quam cum istis vera sentire.

cap. XV (H 17, 18 Vl. 21, 24) qui uero minus se commendabilem forma putaret sedulo operam daret, ut uirtutis laude turpitudinem tegeret.

Hanc sententiam non modo Socratici amplexi sunt, verum etiam rhetores, velut Lysias in oratione notissima (XXIV § 3):

---

1) Cum locutione *undique sui* confer (cap. LXXXVIII H 97, 15): *nusquam sui.*

*Καὶ γὰρ οἶμαι δεῖν ὦ βουλή, τὰ τοῦ σώματος δυστυχήματα τοῖς τῆς ψυχῆς ἐπιτηδεύμασιν ἰᾶσθαι.*

cap. XXXI (H 37, 18 Vl 43, 3) igitur ut solebat ad magorum cerimonias aduocari Mercurius carminum *uector* e. q. s.

Librorum memoriam reiectis Vlietii aliorumque coniecturis iure novissimus editor servavit; tradita enim verba tuetur de Deo Socr. VI (Thom. 13, 21) hos Graeci nomine *δαίμονας* nuncupant, inter terricolas caelicolasque *uectores* hinc precum inde donorum e. q. s.

cap. XXXVII (H 42, 23 Vl 48, 20) ibi ego comperior omnis iudices tanto poetae adsurrexisse, *miris laudibus* eum *tulisse* ob argumenti sollertiam e. q. s.

Hic auctor noster manifesto imitatur Liv. VII 10, 14 dictator coronam auream addidit donum, *mirisque* pro contione eam pugnam *laudibus tulit.*

cap. XXXVIII (H 43, 19 Vl 49, 14) pauca etiam de Latinis scribtis meis ad eandem peritiam pertinentibus legi iubebo, in quibus animaduertes cum *me* cognitu *raras*, tum nomina etiam Romanis inusitata e. q. s.

Salmasius, quem Vlietius sequitur, *me* mutat in *res*, sed neuter dicit, quomodo *res* in *me* abire potuerit. Itaque praeferenda videtur Helmii ratio emendandi, cui placet servato *me* inseri: *collegisse res*.. Attamen usus Apuleianus suadet, ut addamus ⟨*commemorasse res*⟩, cf. Apol. XXXIII (H 39, 11) ut eius mihi aut formam *commemorent*; ibid. LI (H 58, 14) haec idcirco *commemoraui*; ibid. XX (H 24, 14) philosophi quos *commemoraui* cet. [1]). Praeterea verisimilius est post *cum me* excidisse *commemorasse* quam *collegisse.*

cap. XLIX (H 67, 24 Vl 76, 5) de facie improbares (sc. beluam illam), cum animaduertisses caput iuuenis barba et capillo populatum, madentis oculos, cilia turgentia, rictum ⟨*latum*⟩, saliuosa labia, uocem absonam, manuum tremorem, ructus spiramen.

---

1) Cf. exempla, quae congessi Mnemos. XXXVI pag. 52.

Vocabulum nimis, ut ita dicam, honestum *latum* a Helmio est insertum, aptius certe Wower excogitavit *hiantem*, mihi necessarium videtur *hiulcum*, quod post *rictum* facile excidere potuit. Hoc adiectivum Apuleius agnoscit, velut Met. IX 13 nares languidas adsiduo pulsu tussedinis *hiulci*; Apol. XLIII (H 50, 28) naribus *hiulcus*; revocavit autem Thomas de Deo Socr. IV (pg. 11, 8) sed in divinam et humanam partem *hiulcam* [1]) se et interruptam ac veluti debilem passa est?

Hoc quoque vocabulum ab Apuleio mutuatus est Sidonius, cf. Ep. VI 7, 1 nimis *hiulca* vulnera; II 2, 1 *hiulcis* arentium rimarum flexibus terra perscribitur cet.

Apuleius a nobili artifice petierat, ut sibi simulacrum quoddam ligneum exculperet. Illius vero privignus loculos ebeninos adeptus effecit, ut ex hac insigni materia vitrico suo munus fieret. Scriptoris autem verba quae huc pertinent haec sunt: cap. LXI (H 70, 2 Vl 78, 6) interim dum ego ruri ago, Sicinium Pontianum priuignum meum, qui mihi *factum* uolebat, impetratos hebeni loculos a muliere honestissima Capitolina ad se attulisse, ex illa potius materia rariore et durabiliore uti faceret adhortatum: id munus cum primis mihi gratum fore.

Vix credo illud *factum* recte se habere. Sed fortasse nata

factum

est haec scriptura e: qui mihi *ex ebeno* uolebat e. q. s.

cap. LXVIII (H 76, 27 Vl 85, 25) sed puerorum auus inuitam eam conciliare studebat ⟨*in*⟩ *ceterum* filio suo Sicinio Claro eoque ceteros procos absterrebat.

Riese pro *ceterum* recte mea quidem sententia proposuit *iterum*, quod eo facilius in *ceterum* abiit, quod mox legitur: *ceteros* procos. Codex autem exhibet *suos Sicinio*, quibus una modo littera adiecta genuinam fortasse lectionem recuperabimus: *suo sc. Sicinio*. Restituamus igitur: sed puerorum auus inuitam eam conciliare studebat *iterum* filio suo *scilicet* Sicinio Claro e. q. s.

cap. LXXXIII (H 92, 14 Vl 101, 14) patent artes tuae, Rufine, detectum mendacium est: ueritas olim *interuersa* nunc se fert et uelut alto barathro calumnias emergit.

---

1) Remarques critiques, 5e Série pg. 3.

Satis acute Helm coniecit: ⟨*solutam*⟩ se fert e q. s., mihi quoque aut *solutam* aut *liberam* requiri videtur, ut declarant Cic. Tusc. I 16 mens soluta quaedam et libera; Amm. Marc. XVIII 5, 4 ueritatis oratio soluta esse debet et libera cet. Verum *liberam* (= liuerā)[1]) praefero, quod librarius fortasse praetermisit deceptus similitudine posterioris partis verbi *interuersa*. Quamobrem hunc verborum ordinem defendo: ueritas olim interuersa ⟨*liberam*⟩ nunc se fert et uelut alto barathro calumnia *se*[2]) emergit. Quam lectionem commendant Senec. Apocol. 12 populus Romanus ambulabat tamquam *liber* et Cic. Orat. § 77 solutum quiddam sit nec vagum tamen (sc. Atticum genus), ut ingredi *libere*, non ut licenter videatur errare.

cap. XC (H. 100, 7 Vl 109, 24) si una causa uel minima fuerit inuenta, cur ego debuerim Pudentillae nubtias ob aliquod meum commodum appetere, si quamlibet modicum emolumentum probaueritis, ego ille sim Carmendas uel Damigeron uel *his Moses* uel Ioannes uel Apollobex uel ipse Dardanus uel quicumque alius post Zoroastren et Hostanen inter magos celebratus est.

Post verba: „*ille* Carmendas" verum videtur esse: *iste* Moses e. q. s. Quod ut probem, affero haec exempla: Apol. CIII (H 114, 7) prior natu *ista*[3]) est; Metam. XI 26 sacrosanctam *istam* ciuitatem (quae uerba redeunt Florid. I init.); Florid. XXII (Vl 188, 22) philosophus *iste* Hercules fuit cet.

Hic autem in codice exaratum est *his* pro *is*⟨*te*⟩, sicut infra habemus (cap. XCIV pg. 104, 16) [*h*]*is* epistulis meis lectis.... rescripsit mihi e. q. s.

cap. XCIV (H 104, 20 Vl. 115, 13) scio te, Maxime, libenter eius litteras auditurum, et quidem si *praelegam*, mea uoce pronuntiabo.

Si tradita memoria recte se habet Helmium audientes debemus interpretari „et quidem si veniam praelegendi accepero". Sin autem attenderimus legi infra (cap. XCVI pg. 106, 19): „quaeso,

---

1) Cf. Apul. Met. IV 8 ubi in φ exaratum est *tebainib*; pro *euantib*; Amm. Marc. XVI 7, 5 ubi V et P exhibent *bigens* pro *uigens*, XXII 4, 6 *uiuere* pro *bibere* cet.

2) Sic dedi ex Salmasii coniectura, quam non improbat Helm (Philol. 1904 pg. 582).

3) Sic ediderunt Hildebrand, v. d. Vliet, Helm pro *is*, quod est in cod.

Maxime, paulisper recitari *sinas*", non sine causa suspicabimur
praelegam
nostro loco in cod. olim scriptum fuisse: et quidem si *licet,* mea uoce pronuntiabo.

cap. XCVI (H. 106, 16 Vl. 117, 16) litteras tamen, quas ad me Carthagine uel iam adueniens ex itinere praemisit, quas adhuc ualidus, quas iam aeger, plenas honoris, plenas amoris quaeso, Maxime, paulisper recitari sinas, ut sciat frater eius, accusator *meus, quam* in omnibus Mineruae curriculum cum fratre optumae memoriae uiro currat.

Librarius, nisi omnia me fallunt, per haplographiam erravit, sincera autem lectio fuit: ut sciat frater eius, accusator *meus, quam* ⟨*nusquam*⟩ in omnibus Mineruae curriculum cum fratre optumae memoriae uiro currat.

cap. CII (H. 113, 3 Vl. 124, 10) o graue ueneficium dicam an ingratum beneficium.

Cum Apulei verbis componas velim Frontonis (Nab. 19, 14): verum est profecto, quod ait noster Laberius, ad amorem iniciendum delenimenta esse deliberamenta, beneficia autem veneficia.

cap. CIII (H 114, 14 Vl 125, 25) si haec, ut dico, ita sunt, possum securus existimationem tuam *reuereri* quam potestatem *uereri.*

Hic editores debuerunt significare eadem verba sibi respondere Florid. IX (Vl. 159, 15) neminem proconsulum, quod sciam, prouincia Africa magis *reuerita* est, minus *uerita.*

---

## PLUTARCHUS.

Pseudo-Plut. de lib. educ. 8*a*. *τελείους δ' ἀνθρώπους ἡγοῦμαι τοὺς δυναμένους τὴν πολιτικὴν δύναμιν μῖξαι καὶ κεράσαι τῇ φιλοσοφίᾳ, καὶ δυοῖν ὄντοιν μεγίστοιν ἀγαθοῖν ἐπηβόλους ὑπάρχειν ὑπολαμβάνω, τοῦ τε κοινωφελοῦς βίου πολιτευομένους, τοῦ τ' ἀκύμονος καὶ γαληνοῦ διατρίβοντας περὶ φιλοσοφίαν.*

Sententiae languidae suum reddes vigorem delendo inutili additamento *ὑπολαμβάνω* et pro *ὄντοιν* legendo *τοῖν.*

J. J. H.

---

# ANNOTATIONES AD STATII THEBAIDEM.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

(*Continuantur e Vol. XXXVI pag.* 396.)



In annotationibus meis ad Thebaidos libros sex posteriores excutiendis atque ordinandis editionem, quam Alfredus Klotz nuper Lipsiae emisit, adhibere potui. Quo factum est, ut magnam viri subtilitatem, acre iudicium, intimam dictionis Statianae notitiam magis etiam quam ante admirari didicerim, nam, ut id quod sentio ingenue profitear, Klotzii editionem eam esse censeo quae in longum tempus pro fundamento futura sit, qua evulgata novam recensionem haud facile quisquam desideret.

Quid mirum me, cum virum doctissimum totiens mecum consentientem perspicerem, praesertim in coniecturis minime necessariis redarguendis, magnopere gavisum esse, etiamsi partem observationum mearum haud spernendam utpote iam superfluam inducere deberem. Quae tandem ex iis, quae relictae mihi erant, non indignae videbantur ut iudicibus idoneis proponerentur, infra sequuntur.

Sunt autem maximam partem loci, quos interpretatione data vel allatis locis ut dicuntur similibus a virorum doctorum suspicionibus ac coniecturis defendere sim conatus, in quibus multi inveniuntur quos iam recens editor Statio vindicandos esse asseveravit aut nullo aut uno tantum adhibito argumento, ita ut plura addere atque lectionem traditam eo magis confirmare et stabilire non dubitandum existimarem. Praeterea locos nonnullos, qui in ipso carmine vel in Lactantii Placidi qui dicitur commentario aut pridem aut numquam suspecti mendose nunc

leguntur, emendare temptavi. Quae insuper in Statio legendo ac relegendo ascripseram, hic addere nolui: edentur fortasse, siquando Statiana mea colligere et iusto libello complecti vacabit.

## Liber Septimus.

1 Atque ea cunctantes Tyrii primordia belli
Iuppiter haud aequo respexit corde Pelasgos, e. q. s.

Haec verba nimirum ita construenda sunt: Atque Iuppiter haud aequo corde respexit Pelasgos, cunctantes ea primordia Tyrii belli. In his vero pronomen *ea* bene explicari posse non videtur: Graeci bellum nondum incohaverant, sed voluptatibus occupabantur apud Archemori tumulum, qua de causa Iuppiter ira motus Martem eos iam tandem ad bellum incitare iubet. Mars autem et ipse indignatur, cf. vs. 83 sq.:

Mars inpellit equos, resides in proelia Graios
ipse etiam indignans,

quos versus affero ne quis Archemori mortem et ludos funebres primordia belli dici putet: cunctabantur Grai primordia belli, non: ea primordia belli, ut XI. 268 Creon Eteoclem videt 'dubium et pugnas cunctantem'. Scholiastae annotatione, quae est: CVNCTANTES morantes sive manentes, nihil adiuvamur.

Legendum esse credo: Atque ita cunctantes.

Iuppiter igitur Mercurio imperat ut in Thraciam proficiscatur atque Marti iussa sua perferat.

atque ibi seu posita respirat cuspide Mavors,
quamquam invisa quies, seu, quod reor, arma tubasque
12 insatiatus habet caraeque in sanguine gentis
luxuriat, e. q. s.

Codices ad unum omnes exhibent: *habet*, editores Kohlmann, Wilkins, Klotz emendationem Schraderi: *havet* receperunt, Garrod vero, qui Baehrensii coniecturam *obit* recepit, infra annotavit: „An *hiat*? nam plus quam 'avere' arma videtur qui in sanguine iam luxuriat."

Wilkins alteram Baehrensii coniecturam commemorat: *abit*, sed vitium videtur pro: *adit*, cf. Ach. I. 746, ubi pro codicum *adit* Heinsius restituit: *obit*. Garrodum iure Schraderi propositum

reiecisse opinor, sed scribendum esse: *alit*; 'bellum alere' et alibi saepe legitur et Liv. XXXI. 15 extr.

Pro *caraeque* Garrod *Thracaeque* proposuit, adiectivum non Statianum, ut Klotz monet; coniecturis autem omnino opus non esse ostendunt loci quales sunt III. 288, ubi Venus ad Martem: trans Borean Thracasque tuos, et in libro nostro vs. 184: cara summovit ab arce hostilis Tritonis aquas.

43 ferrea compago laterum, ferro apta teruntur
limina, ferratis incumbunt tecta columnis.

Recte auctoritatem codicis optimi secuti sunt Kohlmann, Wilkins, Klotz, qui *aptus* prisce usurpatum esse monet; Garrod cum ceteris codicibus *arta* edidit. Cf. Caes. B. C. III. 111. 3: quadriremes omnes et quinqueremes aptae instructaeque omnibus rebus ad navigandum, Liv. XXX. 10. 3: qui enim restitissent agili et nautico instrumento aptae et armatae classi naves tormenta machinasque portantes?

Ludis funebribus ad finem perductis Adrastus umbram Archemori et aliis compellat et hisce:

98 nos te lugenti, puer, infitiamur Averno,
maestaque perpetuis sollemnia iungimus astris.

Sine causa ulla editores commemorare solent Lachmanni coniecturam: *lugendum*. Scholiasta cum optime verba *infitiamur Averno* illustravit: „id est: cum deum colimus, infitiamur te mortuum id est mentimur vel negamus", singula verba explicare pergit ita: „AVERNO inferis, lugenti infernali". At illa interpretatio participii *lugenti* sententiam satis nos edocuit: eo quod te mortuum Averno negamus, ille luget i. e. dolet, quod praeda sibi eripiatur.

Pavor primum Graecos conturbavit, qui prorsus lymphati arma rapiunt cum Mars ipse inter eos comparet.

ut vero amentibus ipse
incidit et sacrae circam fastigia vallis
turbine praereptus rapido ter sustulit hastam,
134 ter concussit equos, clipeum ter pectore plausit:

Garrod observavit, fortasse legendum esse *cuspide*, quod *pectore* e vs. 137 detruserit, at recte se habere lectionem traditam demonstrant:

VII. 481: pectore nudo claustra adversa ferit.
IX. 89: ut pectora parmae fixerat.
IX. 151: Dira ter admoto tetigit thoraca flagello.
XII. 606: servatricemque Medusam | pectoris incussa movit Tritonia parma.

hi deseruisse feruntur
exilem Glisanta Coroniamque, feracem
308 messe Coroniam, Baccho Glisanta colentes.

Ut nunc locus legitur, verba scilicet construenda sunt: colentes Coroniam, quae messe ferax est, et Glisanta, quae Baccho est ferax, neque scio an sana sit lectio. At tamen nonnullis corrupta visa est, sicut Ellis legere maluit: *colenti.* Confiteor, post verba *hi deseruisse feruntur Glisanta Coroniamque* mihi quoque satis frigide subiecto apposita videri verba *Coroniam et Glisanta colentes.* Verumtamen si quid mutandum est, scribere malim: calentem, quo facto utraque civitas suo attributo significata esset. Cf. I. 264: (ara) cumulo cur turis Eoi laeta calet? V. 263: si quando profundo Nubigenae caluere mero, VII. 577: domus omnis et omnia sacris | templa calent, ipsumque fides intrasse Lyaeum, II. 226: interior sacris calet, IV. 261: tubas audire calens, 356: bellator nulli caluit deus, VI. 443: Thessalus heros spe propriore calet, VIII. 390: quid mirum caluisse viros.

338 glandibus et torta Zephyros incidere funda
cura.

Licet in codice optimo *incedere* exaratum sit, Postgatii coniecturam *incendere* non probabilem esse hi loci docere videntur:
XI. 255: nunc pede torvus humum, nunc cornibus aëra findens.
IV. 67: teretes pars vertere fundas | adsueti vacuoque diem praecingere gyro.
Ach. II. 136: inclusumque suo distingueret aëra gyro.
Sil. It. I. 357: (phalarica) sulcatum tremula secat aëra flamma.
Aliter Sil. It. I. 314:

hic crebram fundit Baliari verbere glandem
terque levi ducta circum caput altus habena
permissum ventis abscondit in aëre telum.

ubi Heinsius maluit: *accendit,* Summers scripsit *aëra* et proposuit: *permisso* — *ascendit* (cum codd. plerisque) — *telo.*

Phorbas, qui Lai armiger fuerat, duces praetereuntes Antigonae ostendit.

Iphitus asper agit, genitor cui nuper ademptus
Naubolus Hippasides, tuus, o mitissime Lai,
hospes; adhuc currus securaque lora tenebam,
cum tua subter equos iacuit convulsa cruentis
358 ictibus, o utinam nostro cum sanguine, cervix!

Manifesta corruptela in scholiastae verbis, quibus hunc locum illustravit, tollenda est. Ad vs. 358 enim observat: „optat ut eo, quo errore occisus est Laius, filii pariter interissent, ne ad videndum fratrum scelera servarentur."

Nempe corrigendum est: famuli.

(Asopus) forte et trepidantibus ingens
427 descendebat agris, animos sive imbrifer arcus,
428 seu montana dedit nubes, seu fluminis illa
mens fuit obiectusque vado pater arma vetabat.

Garrodi propositum *auctus* pro *arcus* a Klotzio commemoratur hoc addito, se, si quid mutandum, malle *auster,* sed conferri iubet IX. 405:

unde aurae nubesque bibunt atque imbrifer arcus.

Hos locos addo ut coniecturis abstinendum esse demonstrem:

X. 125: tunc sic orsa loqui nimborum fulva creatrix (i. e. Iris).

X. 135: excedit gravior nigrantibus antris
Iris et obtunsum multo iubar excitat imbri.

Ach. I. 220: ventosne volucris
advocet an pelago solitam Thaumantida pasci.

Sequentem quoque versum viri docti sollicitarunt, e quibus Markland (ad Silv. V. 3. 271) legere voluit: *tabes, seu numinis,* Garrod *flaminis* proposuit idemque ad hanc coniecturam interpretamentum scholiastae informare studuit. At locum integrum esse mihi quidem comprobant:

III. 304: mentemque supremi iussus obire patris.

VIII. 177: quis mihi sidereos lapsus mentemque sinistri fulguris.

X. 432: quae tumidis belli mens ede Pelasgis.

Ceterum scholiastae annotationem quae est 'FLUMINIS adventus

describitur Argivorum' ita corrigendam puto, ut post lemma denuo inseratur voc. *adventu* quod propter sequens *adventus* exciderit.

Tydeus ut Polynicem retineat ne matri obsecutus ad fratrem proficiscatur et alia multa dicit et haec:

554 sed mite adloquium et saevis pax quaeritur armis:
haec quoque castra patent, necdum meruere timeri.

Totus loci color me inducit ut pro *sed* scribendum esse credam: si, virgula post *armis* posita.

Tigrides Bacchi, quae iam mansuefactae in agro Thebano pascebantur, prisco furore subito resumpto primum corripiunt aurigam Amphiarai.

586 nec defuit omen, eriles
forte is primus equos stagna ad vicina trahebat.

Lactantius explicat 'OMEN quod ab auriga incipit, qui est cito moriturus', in quibus post *incipit* excidisse *eius*, vix quemquam mihi oblocuturum esse arbitror.

Sidonium Pterelan sonipes male fidus in armis
rumpentem frenos diversa per agmina raptat
634 iam liber, sic fessa manus: venit hasta per armos
Tydeos et laevum iuveni transverberat inguen
labentemque adfigit equo.

Peyraredus temptavit: *sed fixa manu*, sed poëtam scripsisse credo: scit *fessa manus* comparatis locis qui sunt:

II. 108: iamque ille novis (scit fama) superbit conubiis (ubi codices varie dant: *scit, sit, sic*).

VII. 674: praedam videt et sua vulnera nescit.

VII. 792: scit peritura ratis (ubi in cod. P a correctore recentiore suprascriptum est: *sic* vel *est*, in alio: *sit*).

X. 172: consumptaque bracchia ferro scire vetat.

Verba quae subsequuntur construenda sunt: Tydeos hasta venit per armos. Quodsi roges, per cuius armos, Lactantius explicat: 'equi scilicet' et addit: 'possumus etiam scapulas hominum armos dicere', cuius rei exemplum affert Verg. Aen. XI. 644 sq. Ex ipso Statio afferre potuisset X. 401: pendentisque etiam perstrinxit Tydeos armos. Ceterum de Pterelae armis hic cogitare vetamur, quandoquidem moleste dictum esset,

hastam per armos iuvenis venire et laevum inguen transverberare. Sed etiamsi armos equi intellegamus, vocabulum vix ferri potest, nam primum verborum constructio obest, quia verba *per armos* male nunc vocabula *hasta* et *Tydeos*, quae omnino iungenda sunt, dividunt; deinde ipsa scriptura parum constat, cum in codice optimo exaratum sit: *ambos* et codices ceteri demum exhibeant: *armos*; denique in fine vs. 632: *in armis* — in vs. 637: *arma* legitur. Hisce omnibus de causis poëtam scripsisse suspicor:

venit hasta *per auras*

Cf. XII. 773: *auras* dissipat hasta tremens.
Sil. It. I. 360:

Haec ictu rapido pugnantum saepe *per auras*
attonito ductore tulit fumantia membra.

Caeneos Inachii ferro Mavortius Haemon
645 colla rapit, cui *dividuum* trans corpus hiantes
truncum oculi quaerunt, animus caput.

Ne Heinsio obsequamur, qui *deciduum* scribi iussit, mihi quidem suadet VIII. 489: finduntur utroque
tempora *dividuique* cadunt in bracchia crines.

Terra ubi moveri coepit ad Amphiaraum hauriendum,
bella putant trepidi bellique hunc esse fragorem,
798 hortanturque gradus; *alius* tremor arma virosque
mirantesque inclinat equos.

Quod Heinsius cum codd. deterioribus legit *altus*, Garrodum iniuria recepisse, Klotzium iure reiecisse mihi pro certo est. Hic ad *alius* ascripsit: 'scilicet non belli', recte quidem, atque etiam locum vindicare potuisset afferenda comparatione qua usus est poëta vs. 804 sqq.:

sic ubi navales miscet super aequora pugnas
contempto Bellona mari, si forte benigna
tempestas, sibi quisque cavent, ensesque recondit
*mors alia*, et socii pacem fecere timores.

## Liber Octavus.

87 exstincto tamen *interceptus* in ore
augurii perdurat honos, obscuraque fronti

vitta manet, ramumque tenet morientis olivae.

Garrod Barthii emendationem *indecerptus* recepit, Klotz repudiavit, addens recipi eam oportere nisi vitta obscura diceretur vs. 88. At vero hoc non obstare arbitror quominus Barthii coniectura, quam antecedens *tamen* etiam commendare videtur, nobis probetur: Amphiaraus quamvis mortuus augurii insigne indecerptum i. e. plenum, haud imminutum, prae se fert, colore tantum ut in inferis mutato, qua de causa sequitur: et vitta quamvis obscura fronti manet atque usque tenet ramum olivae quamvis morientis. An morientis? Scribendum est: *marcentis*, nempe ramus olivae iam tum cum desectus est, moritur sed aliquamdiu manet viridis, in inferis vero ilico marcescit ut vitta obscuratur.

Cf. II. 632: laeva marcentia colla sustentans.
VIII. 220: ipsaeque ad moenia marcent excubiae.
VIII. 347: stupet insolito clangore Cithaeron marcidus.
X. 98: nova marcent gramina.

Neque male Lactantii verba ad VIII. 299 cum loco conferas:

geminas ergo ilicet aras
arboribus vivis et adulto gramine texi
imperat.

'ARBORIBUS VIVIS semper virentibus ut cupresso aut lauro, aut certe viridibus id est nuper abscissis'.

Palaemon casum Amphiarai Adrasto nuntiat.

vidi ipse profundae
noctis iter ruptaque soli compage ruentem
illum heu, praesagis quo nullus amicior astris,
146 Oecliden, frustraque manus cum voce tetendi.
mira loquor, sulcos etiamnum rector equorum
148 fumantemque locum et spumis madida arva reliquit.

Plerique editores cum, auctoritatem codicis optimi et aliorum secuti, *tetendit* recensere soleant, lectionem codicum nonnullorum *tetendi*, quam Imhof iam defenderat, unice veram esse Klotz luculento argumento ostendit et iure recepit. Quod hic addidit, se accedere non posse Imhofio in defendenda prima persona *reliqui*, quod in multis codicibus est, non miror, quoniam editores omnes hucusque fugit, locum non recte distinctum esse.

Quomodo enim verba versus 147 construere nos oportet? Vocabulum *rector* ad *equorum* referre vetamur eo quod sic verbis hisce ipse Amphiaraus designaretur, quod absurdum esset, nam auriga eius iam vs. 737 libri superioris interfectus esse dicitur Apollinis opera, quo facto ipse deus ei successit sed desiluit e curru vs. 789. Vocabulum *sulcos* igitur utique ad *equorum* referendum est. Unde sequitur, nomine *rector* denotari ipsum Amphiaraum itaque editores locum intellexisse suspicor. At vero in ipso nuntii initio Palaemon Adrastum eodem nomine compellat:

138 'verte gradum, fuge, rector', ait, 'si Dorica e. q. s.

Nonne igitur consentaneum est, in fine quoque narrationis eo nomine eundem significari? Cum praesertim verborum vis mire augeatur, si nuntius ipse se suis oculis sulcos equorum, locum fumantem, arva spumis madida vidisse affirmat. Ergo lege:

mira loquor, sulcos etiamnum, rector, equorum
fumantemque locum et spumis madida arva reliqui.

154 non exspectato revocantum more tubarum.

Garrodo *more* suspicandum videtur et rogat: An *exspectata remorantum voce?* Klotz lectionem traditam iure servavit intellegens: non exspectato signo tubarum usitato, atque Garrodi propositum utique a sensu alienum esse monens. Neque tamen interpretationem Klotzii iustam esse credo atque exemplis demonstrabo, poëtam multum sibi indulsisse in vocabulis adhibendis qualia sunt *mos* et *modus* idque novo quodam sensu.

Iam in Silvis IV. 6. 44 legimus: quis modus in dextra! ubi Vollmer explicat: „*modus* steht sehr knapp: es bedeutet die Fähigkeit, das 'Augenmass', vermöge deren Lysipps Hand die Verhältnisse auch bei der Ausführung im kleinen richtig trifft." Similiter in Thebaide vocabulum plurali numero multis locis indicat artes vel disciplinas, e. g.

IV. 229: deus ipse viros in pulvere crudo
Arcas alit nudaeque modos virtutis et iras
ingenerat,

neque aliter vocabulum interpretandum est Ach. I. 176, ubi Patroclus Achilli dicitur esse

par studiis aevique modis,

et Theb. VII. 297, ubi Lapithaon et Alatreus, pater et filius, a multis fratres esse ducuntur:

pater est natusque, sed aevi
confudere modos,

unde male Lactantium explicare censeo: „aetatis suae, dum paene aequales sunt, spatia confuderunt." Id demum vs. 302 poëta exprimit:

primae genitorem in flore iuventae
consequitur traxitque notas et miscuit annos.

Eadem significatio cernitur XI. 401:

opus ipsa novarat
Maeoniis Argia modis ac pollice docto e. q. s.

et Ach. I. 340, ubi Thetis filium admonet:

sic ergo gradum, sic ora manusque,
nate, feres comitesque modis imitabere fictis.

Denique IV. 279, ubi sermo est de priscis Arcadibus, de gente illa truncis et duro robore nata, legimus:

nondum arva domusque nec urbes
conubiisve modus.

Iam exempla afferam, unde usus vocabuli *mos* solito latior apud nostrum patebit. Modo vulgari posuit ablativum VII. 402: more fugae, VIII. 71: rabidarum more ferarum, cf. Ach. I. 135: magici ordine sacri, sed numero plurali vocem sensu insolito usurpavit Ach. I. 858:

ut leo, materno cum raptus ab ubere mores
accepit, e. q. s.

et similiter V. 233 de fera: in mores negat ire suos. Sed XII. 591 Theseus cognita Creontis duritate exclamat:

Quaenam ista novos induxit Erinys
regnorum mores?

Antigone et Ismene dicuntur VIII. 608:

par aliud morum miserique innoxia proles
Oedipodae.

Denique IV. 403 Thebana mulier bacchata in cives suos invehit:

a miseri morum!

ubi Burmannus *armorum* — Baehrens *quorum* male proposuerunt.

Finis sit mihi in Silv. I. 3. 90:

scilicet hic illi meditantur pondera mores,

ubi Vollmer observat: „*illi mores* statt ille moribus clarus Vopiscus" et conferri iubet Ruhnk. dict. ad Ter. Andr. II. 3. 21, ubi haec legimus: „*his moribus* dicitur pro eo, qui habet hos mores."

Oedipus e latebris exit et laetitiae se dat.

non hunc Tyrii fors prospera belli,
tantum bella iuvant; natum hortaturque probatque,
nec vicisse velit; sed primos comminus enses
253 et sceleris tacito rimatur semina voto.

Ellis pro *rimatur* legere vult *miratur*, Garrod pro *semina voto* coniecit *pectore vota* (parum apte, ut Klotz monet), quoniam *semina* est codicum deteriorum scriptura, in codice P vero legitur *pectorē*. Rursus Klotzium recte locum constituisse credo cl.

VII. 761: (equi) rimantur terras.

VIII. 724: ille per oppositos longe rimatus amarum Astaciden.

XI. 526: vultus rimantur acerbo lumine.

Quod ad *sceleris semina* attinet, cf.

VIII. 304: animarum semina, IX. 792: fera semina gentis, X. 239: animorum semina, XII. 502: seminaque in vacuas hinc descendentia terras, Ach. I. 188: immania laudum semina, II. 89: laudum semina.

Cetera Graiorum turba dormiente Adrastus unus vigilat.

sic ubi per fluctus uno ratis obruta somno
268 conticuit, tantique maris secura iuventus
mandavere animas: solus stat puppe magister
pervigil inscriptaque deus qui navigat alno.

Garrod et Wilkins Postgatii coniecturam *pacique* receperunt, Kohlmann recepit Baehrensii *tutique*; Imhof temptavit *fideique*. Denique Sandstroem pro *maris* scribere maluit *mali*. At Klotzium traditam lectionem iure servasse me quidem docent:

IV. 403: a miseri morum! bellastis sanguine tanto.

V. 345: mediis intersonat Orpheus
remigiis tantosque iubet nescire labores.

VIII. 281: tantaeque haud invidus artis
gaudebat dici similem iuxtaque secundum.

XI. 479, ubi Pietas ad proelium singulare fratrum avertendum:

agite, ite, obsistite, clamat,
quis nati fratresque domi, quis pignora tanta!

XII. 648: ite alacres tantaeque, precor, confidite causae.

Atys moriens domum refertur et Ismene, quae ei desponsa est, iussu Iocastae arcessitur. In pulchra descriptione versus 646 sq., quos Garrod interpunctione prava atque verbo *ostendit* in *os tendit* divulso male mulcaverat, a Klotzio restitutos esse gaudeo. De narrationis fine pauca addere mihi liceat.

Ubi Ismenae mandatur oculos Atyos iam mortui claudere, quoniam huius mater abest atque pater decessit,

ibi demum teste remoto
654 fassa pios gemitus lacrimasque in lumina fudit.

In codice P scriptum est: *passa*, quod Kohlmann et Wilkins receperunt, sed codicum deteriorum scriptura pro vera existimanda est, nam fatendi verbo in tali re poëta uti solet, cf.

XI. 385: erumpunt gemitus lacrimasque fatetur | cassis.

Alii loci, ubi verbum significat: (se) prodere sive aperire, sunt

VI. 468: trepidaque timet se voce fateri.

VI. 586: nec se lanugo fatetur intonsae sub nube comae.

XII. 376: possum tibi me confisa fateri.

XII. 529: ipsae autem nondum trepidae sexumve fatentur.

VII. 771: tandem se famulo summum confessus Apollo.

Sensu vulgari verbum usurpatum videmus

IX. 505: victus suprema fateri, IX. 619: ostendi prolem posuique trementem ante tuos confessa pedes, XI. 667: seseque minorem confessus tacite.

Sed fugit me quomodo explicandum sit verbum

V. 452: nec superum sine mente, reor, placuere fatentes (sc. Argonautae Lemniadibus), ubi sane Lachmann *foventes* coniecit — Guyetus totum versum expungendum censuit.

Alterum vocabulum, quod editoribus veteribus scrupulum iniecit, *lumina* est, pro quo *vulnera* posuerunt atque Garrod ita verba coniunxit: inque lacrimas lumina fudit. Si quid mutandum esset, praeferrem *in funera* cl. Mnemos. XXXVI p. 387 ad V. 593 quae annotavi, sed nil mutandum: Ismene fassa est

pios gemitus et lacrimas fudit in lumina i. e. in oculos Atyos, quos modo ei clausit.

## LIBER NONUS.

Post Tydei morientis atrocitatem, qua in Melanippum, interfectorem suum, saevierat, Eleocles et aliis milites suos adhortatur et hisce:

nos ferrum inmite facesque,
illis nuda odia, et feritas iam non eget armis.

Magna coniecturarum copia viri docti hunc locum sollicitarunt, at tamen nil mutandum censeo atque iure Klotzium traditam lectionem retinuisse arbitror. Coniecerunt autem Peyraredus: nunc *ferrum* mite (cum codd. dett.) *facesque*, Koestlin: non *ferrum* mite *facesque*? Helm: non *ferrum inmite facesque*, Bernart.: illi *nuda*, Barth.: *illis* cruda, Garrod crucibus cinxit verba *nos f. i. facesque*, Wilkins *mite* recepit.

Non tamen cum Klotzio intellego: nos ferrum facesque crudelia putamus, sed cum Lactantio facio, qui ad *ferrum facesque* ascripsit: „'tenemus' subaudis," et interpretor: nos ferrum facesque tenemus, nos armis telisque duris quidem sed vulgaribus bellum gerimus — illis e. q. s.

Quomodo autem cetera explicanda sint, docet nos I. 150 sq.: sed nuda potestas armavit fratres, quae verba Helm alicubi (fugit me locus, sed verba annotavi) optime vertit ita: „die blosse Macht, nichts als die Macht war's, was ihnen die Waffen in die Hand drückte."

Ceterum cf. VII. 777: nudus iaciture, IX. 51: nudus ut — iaceres, 898: frigidus et nuda iaceo tellure, X. 166: nudus furor, XII. 19: tamen aëra nudum candida turba timet, 56: nuda cohors, 193: imago — nuda venit poscitque rogos, 216: heu si nudus adhuc, heu si iam forte sepultus, 711: nudos — manes.

Locum igitur sic interpretor:

Nos quidem ferrum facesque tractamus, arma crudelia sed usu vulgata — illis vero nuda odia pro telis sunt, et tanta feritas quae armis non iam egeat.

Quod ad constructionem attinet, conferas II. 433 sqq.:

nos horrida Dirces
pascua et Euboicis artatas fluctibus oras,
non indignati miserum dixisse parentem
Oedipoden: tibi larga — Pelops et Tantalus auctor! —
nobilitas, propiorque fluat de sanguine iuncto
Iuppiter.

iuvenes, quos nec Tritonia bello,
88 nec prope conlata sprevisset cuspide Mavors,
adventant; contra conlecta ut pectora parmae
fixerat atque hastam longe protenderat, haeret
arduus Hippomedon.

Apud Lactantium in Jahnkii editione nunc sub lemmate quod est: 88 COLLATA legimus: „sub scuto curvata", quibus verbis nimirum illustratur non voc. *conlata* in vs. 88, sed *conlecta* in versu qui sequitur. Lemma igitur sic corrige: 89 COLLECTA.

Tisiphone Hippomedontem, corpus Tydei strenue ab hostibus defendentem, falso nuntio avocat, postquam formam Halyos induit. Hippomedon autem eam sequitur,

impia donec
173 Eumenis ex oculis reiecta caerula parma
fugit et innumeri galeam rupere cerastae.

i. e. quando ab armato milite in priorem transfigurata est formam, ut Lactantius observat. Verba sic construo: donec impia Eumenis ex oculis fugit reiecta parma. Sed quomodo *caerula* explicandum est? Si epitheton alterum Tisiphones, ieiunum sane esset et satis obscurum; si verba *ex oculis fugit caerula* coniungere velles, frigidum additamentum esset illud: innumeri galeam rupere cerastae.

Nescio an sit scribendum: reiecta ⟨in⟩caerula parma, quoniam in codice optimo post voc. *reiecta* littera evanuit. Volo scilicet caerula caeli sive aëris, in quibus a poetis saepe genetivus omittitur.

Cf. III. 250: aut stagna in caerula verram, X. 679: et subitam a terris in nubila crescere Manto, 928: primae fugere in nubila cristae, Sil. It. I. 19: per caerula (= per maria).

Thebani tandem corpore Tydei potiti sunt.

ducitur hostili — pro dura potentia fati! —
Tydeus ille solo, modo cui Thebana sequenti
agmina, sive gradus seu frena effunderet, ingens
183 limes utrimque datus; numquam arma manusque quiescunt,
nulla viri feritas: iuvat ora rigentia leto
et formidatos inpune lacessere vultus.

Pro *numquam* emendandum est: nunc iam: nunc tandem arma eius manusque quiescunt neque ulla atrocitas in viro superest.

Editores quomodo lectionem traditam explicari posse putarint, equidem non intellego.

Hippomedon equum Tydei ut manes domini ulciscatur neve se novum equitem recuset adhortatus est.

218 audisse accensumque putes: hoc fulmine raptum
abstulit et similes minus indignatur habenas.

Lege: ceu fulmine raptum, cl. VIII. 586: ceu totis intortum viribus, IX. 67: ceu tibimet sceptra et proprios laturus honores, 373: illa manu ceu vivum amplexa, 91: ceu fluctibus obvia rupes, 508: ceu pecoris custos, 44: vulneribus ceu millle gravis, X. 13: ceu mare per tumidum viduae moderantibus alni, 265: et protinus ingens | praeda solo ceu iam exanimes multoque peracti | ense iacent, 379: ceu reduces vitae saevaque a morte remissos, 758: ceu subito in terras supero demissus ab axe, 794: lustralemne feris ego te — vilis ceu mater alebam? XI. 284: hostia, nate, iaces, ceu mutus et e grege sanguis, 362: et ex muris ceu descensura profatur, XII. 107: orbae viduaeque ruebant Inachides ceu capta manus.

Ceterum cf. IX. 683: illum — venator raptabat equus.

(Ismenos) stetit arduus alto
419 amne, manuque genas et nexa virentibus ulvis
cornua concutiens sic turbidus ore profundo
incipit:

Iam Imhof *manuque* absurdum esse intellexit coniecitque: *manumque levans*. Ego vero scribendum puto: unaque genas.

Cf. IX. 186: hoc una timidi fortesque secuntur | nobilitare manus.

X. 300: somnique et mortis anhelitus una | volvitur, 572: hortanturque unaque ruunt, 844: arma rubent una clipeoque incenditur ignis.

In eiusdem dei fluvialis querela ad Iovem delata legitur:

aspice, quas fluvio caedes, quae funera portem,
430 continuus telis alioque adopertus acervo.

Sic editores cum codice P legunt, sed dubito an cum ceteris sit scribendum: *altoque*, quod commendare videtur I. 40, ubi Thetis

horruit ingenti venientem Ismenon acervo,

nec non in ipsa Ismeni oratione vs. 438:

non Strymonos inpia tanto
stagna cruore natant, non spumifer altius Hebrus
Gradivo bellante rubet.

Cum loco nostro omnino compares vs. 261 sqq.:

spicula iam clipeosque leves arcusque remissos
unda vehit, galeasque vetant descendere cristae:
summa vagis late sternuntur flumina telis,
ima viris; illic luctantur corpora leto,
efflantisque animas retro premit obvius amnis.

Idem queri pergit:

ille ego clamatus sacris ululatibus amnis,
435 qui molles thyrsos Baccheaque cornua puro
fonte lavare feror, e. q. s.

Apud Lactantium nunc legitur: '435 THYRSOS quibus Liberi caput ornatur'. Nempe corrigendum est lemma in CORNVA.

Denique ad Hippomedontem, qui mediis fluctibus pugnare pergebat, hauriendum Ismenos flumine Asopi sibi iuncto crescit

iamque super ripas utroque exstantior ibat
456 aggere, iam medium modo qui superaverat amnem
Hippomedon intactus aquis umerosque manusque,
miratur crevisse vadum seseque minorem.

Si sana est lectio, *medium amnem* significare oportet: amnem, qui modo ad medium corpus Hippomedontis accesserat, quod Latinum esse dubito et scribendum opinor: *medius*, quod si re-

posuimus, verba 'intactus aquis umerosque manusque' vocabulum *medius* optime illustrant. Cf.

IV. 683: undarum vocat ille deas mediusque silentum | incipit.
IX. 826: nonne hanc, Gradive, protervam
virginitate vides mediam se ferre virorum
coetibus?
XII. 446: saevos mediae veniemus in ignis.
Sil. It. I. 307:
concidit exacti medius per viscera teli.

Atalante, infaustis vexata somniis, precatur ut Diana Parthenopaeum filium sibi remittat incolumem.

hunc, precor, audaci qui nunc ad proelia voto
heu nimium tibi fisus abit, da visere belli
victorem, vel, si ampla peto, da visere tantum!

Equidem non *tantum* scripsissem, sed: *natum*; utrum posuerit Statius, pro certo affirmare non ausim, sed intellegentium arbitrio haec permitto. In codicibus quibusdam recentioris aetatis post vs. 625 sequitur versus:

si non victorem da tantum cernere victum!

vel: si non victorem des victum cernere (vel: visere) saltem! quem Garrod satis ingeniose confictum, Klotz vero ineptum dicit; hic eum natum esse perhibet ex glossa qualis in B exstat: 'si victorem non possum, restitue quaeso, diva, vel victum'.

Qua glossa, meo quidem iudicio, non opus fuisset, si olim scriptum esset: *da visere tantum*; haec enim verba per se simplicitate ipsa tam perspicua sunt, ut vix quisquam ea aliquo interpretamento egere credere potuerit; sin *da visere natum* legeretur, fieri posset ut magistellus quis opus esse iudicaret monere legentem, Atalantam voluisse: da visere natum vel victum. Addo inter somnia, quae Atalante vidisse narratur haec fuisse (vs. 579 sq.):

saepe novos nati bello rediisse triumphos,
armaque et alipedem notum comitesque videbat
numquam ipsum.

prima Tanagraeum turbavit harundo Coroebum
extremo galeae primoque in margine parmae

747 angusta transmissa via, stat faucibus unda
sanguinis, et sacri facies rubet igne veneni.

Verbum *stat* hoc loco importunum est, immo contrarium indicat eius quod in tali re fieri solet atque hic factum necesse est. Quid sit *stare*, ubi de sanguine sermo est, hi loci docebunt:

V. 508: tumidi stat in ore veneni spuma virens,

Ach. II. 160: quo nimius staret medicamine sanguis, quibuscum cf. X. 733: doctum — supremi fugam revocare cruoris.

Sed loco nostro verbum requiritur quo non significetur sanguinem revocari, sisti, stare, sed prodire, e vulnere emicare, moveri, fluere.

Nonne pro *stat* ponendum est: *efflat*?

Hoc verbum tam intransitive quam transitive a Statio usurpatur et a Schambergero p. 310 iniuria omissum est. Usus transitivi exempla sunt:

V. 209: Helymum — efflantem somno crescentia vina.
VII. 327: Aetnaeos in caelum efflare vapores.
VIII. 324: liceat — pugnacis efflare animas et reddere caelo.
X. 444: egregias efflant animas letoque fruuntur.
XI. 254: spumisque animos ardentibus efflat (taurus sc.).

Usus intransitivi haec exempla repperi:

VIII. 168: vix — efflantis libet internectere plagas.
IX. 265: efflantisque animas retro premit obvius amnis.
IX. 899: quae vultus efflantiaque ora teneres.
X. 109: niger efflat anhelo ore vapor.

Ceterum ad rem apte conferri possunt:

III. 91: alternus nunc ore venit, nunc vulnere sanguis.
IV. 698: viridisque comis exhorruit umor, IX. 763: fluxit utrimque cruor, 883: ibat purpureus niveo de pectore sanguis.

Parthenopaeus magna strage hostium edita Dryantem cernit appropinquantem.

865 iamque instat telis et utramque oblicus in ulnam
cornua contingit mucrone et pectora nervo,
cum ducis Aonii magno cita turbine cuspis
fertur in adversum nervique obliqua sonori
vincla secat.

Qui sagittam iam iam emissurus est, sinistro bracchio plene extento arcum tenet, dextrum vero, quo sagittam cum nervo retrahit, incurvat atque ita caput dextrorsum declinat, i. e. obliquus est in dextram ulnam, ut oculo dextro sagittam sequente bene telum in scopum dirigat. Ergo corrigendum est:

iamque instat telis dextramque oblicus in ulnam.

Cf. II. 218: in laevum prona nixus sedet Inachus urna.

IX. 770:

numquam cassa manus, nullum sine numine fugit
missile, nec requies dextrae, sonitumque priori
iungit harundo sequens. unum quis crederet arcum
aut unam saevire manum?

## Liber Decimus.

(Iuppiter) nec castra Pelasgum
3 aut Tyrias miseratus opes, sed triste, tot extra
agmina et inmeritas ferro decrescere gentes.

Versu 3 Garrod, dum *triste* pro adverbio accipit, de suo edidit: *miserantis — et*, quod inutiliter eum scripsisse Klotz iure monet, ut demonstrat V. 69:

utque inplicitis arcana domorum
anguibus et saeva formidine nupta replevit
limina nec fidi populum miserata mariti,
protinus a Lemno teneri fugistis Amores.

Sequentem quoque versum perperam a Garrodo et a Baehrensio constitutum esse docet locus a Klotzio allatus (VII. 23), quocum eos conferas quos ad V. 694 citavi.

portaeque, ineuntibus arma
10 angustae populis, latae cepere reversos.

Codices qui nunc exstant omnes *late* exhibent, cum Bentleius ex nonnullis *latae* eruerit. Lactantius voc. *angustae* explicat: „nimia multitudine" et sequentia ///// *reversos* (duo verba omissa sunt): „quia pauci redierant."

Nescio an poëta scripserit: laxae cepere reversos, quod adiectivo *angustus* oppositum est, cf.

VIII. 349: iam multo laxantur cardine Thebae.
turbat eques pedites, currus properantibus obstant,

ceu Danai post terga premant: sic omnibus alae
artantur portis septemque excursibus haerent.

ubi quoque *laxantur* e *latantur* in uno codice a manu secunda correctum est.

X. 145: pluraque laxato ceciderunt sidera caelo.

X. 494: ocius omnis porta coit; solas dum artat Echion Ogygias, e. q. s.

XI. 273: urbem — modo civibus artam.

XI. 511: sed plaga sedentis laxato vitata genu.

XII. 10: vix totas reserare audacia portas, quo loco Baehrensium male proposuisse tutas èt Lactantii verba comprobant: „nondum audebant terrore praeteritorum malorum omne portarum spatium reserare" èt loci multi quos ad II. 71 congessi.

XII. 797: centena si quis mea pectora laxet voce deus.

inde animus Tyriis non iam sua castra, sed ultro
16 hostilem servare fugam, ne forte Mycenas
contenti rediisse petant.

In his verbis zeugma quoddam inesse et verbum servandi non eadem significatione ad *fugam* atque ad *castra* pertinere puto: sua castra servare scilicet vult tueri, ab impetu quovis hostili defendere — hostilem fugam servare prope accedit ad significationem retinendi, impediendi, quae ex observandi sensu facile sequitur atque cernitur etiam in hoc libro

vs. 243: servate animos, venit ultor in hostis
ecce dies; tunc arma palam, tunc ibimus omnes.

et vs. 271:

pro pudor! Argolicas hinc ausi obsidere portas,
hi servare viros?

ubi Garrodi coniectura *vias* acumen loci perire iure Klotz admonet et recte Lactantius habet „SERVARE VIROS obsidere".

Prior significatio et composito asservandi et simplici verbo iniecta est:

vs. 34: praedam adservatis opesque
iam vestras.

vs. 129: qui nunc eventu belli tumefactus Achaeum
pervigil adservat vallum et tua iura recusat.

vs. 224: cur maneant castris ignavaque servent | otia.

Eteocles milites suos, qui ad castra Argivorum adorienda proficiscuntur, et aliis adhortatur et his verbis

subiit ultricia Tydeus
26 Tartara, Mors subitam nigri stupet auguris umbram.

Garrod pro *nigri* posuit *integri* propterea quod illud vetent etiam VIII. 6 et X. 204: Klotz traditam lectionem retinuit defenditque a Garrodi suspicione eo quod hic rex Thebanorum loquatur. At credo neque Thebanorum quemquam facile Amphiaraum 'nigrum' dixisse, quandoquidem exitus insolitus viri, qui non 'maesta niger adventabat ab urna', nemini non innotuerat atque etiam in ore tunc erat omnium: adiectivum 'niger' igitur hoc loco utique importunum videtur. Cum tamen Garrodi emendatio minime placeret, ipse quoque locum temptavi. Saepenumero Amphiaraus apud nostrum 'raptus augur' audit, cf.

IX. 513: iam rapto tacuerunt augure Delphi.
X. 200: per tripodas iuro et rapti nova fata magistri.
XII. 42: an rapti pateat specus auguris.

Quodsi quis inferret, idem verbum in versu sequenti legi:

Ismenos raptis tumet Hippomedontis opimis,

referre eum possem ad X. 443 sq. et alios locos, ubi idem vocabulum noster posuit in versibus subsequentibus. At tamen aliud epitheton a loco minime alienum est, quod quomodo corruptum sit palaeographice melius explicari potest, sc. Grai. E dittographia ultimae litterae vocabuli *subitam* et ex hoc nomine scripturam *nigri* ortam esse suspicor. Cf.

X. 514: cadit intra moenia Graius Ormenus.
XII. 55: queritur miserabile Graium nuda cohors.

Matronae Argolicae Iunonem precantur

aspice sacrilegas Cadmeae paelicis arces,
68 siderei regina poli, tumulumque rebellem
dissice et in Thebas aliud — potes — excute fulmen!

Prior pars versus 68 verba Rutilii Claudii Namatiani in mentem vocat, quae in carmine De Reditu Suo leguntur:

Exaudi regina tui pulcherrima mundi,
inter sidereos Roma recepta polos.

Iris, a Iunone missa, ad Somnum deum iussa eius perfert, quo facto

excedit gravior nigrantibus antris
136 Iris et obtusum multo iubar excitat imbri.

Heinsii coniecturam *igni* locus in Achilleide refutat qui est I. 180: Eurotae qualis vada Castor anhelo
intrat equo fessumque sui iubar excitat astri,

nec non loci ad VII. 427 laudati.

Iunoni igitur obsecutus Somnus Thebanos alto sopore suppressit,

at non et trepidis eadem sopor otia Grais
157 suadet, et adiunctis arcet sua nubila castris
noctivagi vis blanda dei.

Fieri potest ut quis *sua numina* corrigendum esse putet, ut mihi quoque aliquando visum est cl.

VII. 103: Inachias nec tantum culta per urbes numina, 732: da numen dextrae! X. 236: unde haec tam sera repente numina? 334: sunt et diris sua numina Thebis, Ach. I. 697: egressi numen venerantur amicae Aetolusque Ithacusque deae, Sil. It. I. 93: Hennaeae numina divae — vocat — sacerdos.

At vero scripturam traditam satis tueri videntur X. 281: ut quemque ligatum
infelix tellure sopor supremaque nubes
obruerat,

et X. 302: tali miseris deus aliger umbra
incubat et tantum morientia lumina solvit.

Thiodamas, qui in locum Amphiarai successit, subito furore corripitur, qui

trepidas incerto sanguine tendit
exhauritque genas — acies huc errat et illuc —
169 sertaque mixta comis sparsa cervice flagellat.

Verba *sparsa cervice* a Lactantio bene explicantur: „rotata hac atque illac coma", qui affert Verg. Aen. VI. 48: non comptae mansere comae. Afferre poterat ipsius Statii Ach. I. 523:

exsiliunt crines rigidisque laborat
vitta comis, nec colla loco nec in ordine gressus.

Cf. etiam Ach. I. 505: aut cur *serta comis* et multus honos?

Non igitur cogitandum est loco nostro de significatione quae verbo *sparsus* inest apud Ter. Heaut. 1061: sparsum os, Val. Fl. III. 228: sparsae hydrae, quibus locis mente supplendum est voc. *maculis*.

Multis simul ducibus amissis res Adrasti cum nave confertur, cui gubernator periit, in cuius locum cum alius quis minus peritus successit,

stupet ipsa ratis tardeque secuntur
186 arma, nec accedit domino tutela minori.

Mira Lactantii interpretatio est, qui locum non intellexit aut lectionem prorsus diversam ante oculos habuit; scripsit enim: „DOMINO TVTELA MINORI hoc est: novo gubernatori, qui in locum defuncti successit, non minus conservandae navis sibi creditae crescit studium." Scilicet explicandum est: neque deus tutelaris navigii novo gubernatori aeque propitius est ac defuncto i. e. in novo gubernatore non est idem praesidium atque in illo fuit.

Thiodamas, qui Thebanos somno sepultos gladio obtruncat, cum tigride comparatur.

victus sic augur inerrat
caedibus Aoniis; optet nunc bracchia centum
centenasque in bella manus; iam taedet inanes
295 exhaurire *minas*, hostemque adsurgere mallet.

Immo scribe: exhaurire *animas*, et cf. Verg. Aen. XI. 372: nos, *animae viles*, et apud nostrum I. 619: qua nostrae cecidere *animae*, VII. 206: pigetque tot mutare *animas*, IX. 678: hostique cruento dant *animas* et terga negant, X. 750: quin socium coiisse *animas* et corpore in uno stare omnis, XI. 160: regumque verendas obiectare *animas*. Ad sensum cf.

XII. 736: taedet fugientibus uti
Thesea, nec facilem dignatur dextra cruorem.

XII. 739: sic iuvat exanimis proiectaque praeda canesque
degeneresque lupos: magnos alit ira leones.

Thebanorum strages quae editur multis illustratur exemplis.

stagnant nigrantia tabo
299 gramina, sanguineis nutant tentoria rivis.

Verbum *nutant* immerito in suspicionem vocarunt Bentleius, qui *fluitant* — Markland, qui *sanguineisque natant* proposuit. Locum satis tuetur in hac ipsa narratione versus qui est 311:

proturbat mensas dirus liquor.

Amphion cum equitibus suis Hoplea et Dymanta per noctem corpora Tydeos et Parthenopaei auferentes conspicit; exclamat: 'cohibete gradum quicumque!' sed cum pergunt,

mortem trepidis minitatur et hastam
396 expulit, ac vanos alte levat eminus ictus,
adfectans errare manum.

Pro *ac* corrigendum videtur: at.

Hopleo occiso Thebanus Dymanti vitam pollicetur si consilia Argivorum prodere velit, quod is recusans se ipse gladio perfodit atque in corpus Parthenopaei concidit.

sic ait, et magno proscissum volnere pectus
iniecit puero, supremaque murmura volvens:
441 'hoc tamen interea et tu potiare sepulcro'.

Haec in codice optimo leguntur — ceteri interpolatione foedissima, ut Klotzii verba sunt, exhibent *claro*. Vollmer voluit *sed tu*, in quibus aut *sed* aut *tu* supervacaneum esse idem observat; Garrod scripsit: *mecum*, Klotz ipse coniecit: *saltem*, sed locum ita constituit ut post *interea* crucem poneret et lacunam statueret post vs. 441, dubitans tamen, nam addit: „nisi forte Statius sermonem abrumpit, ut repente puerum concidisse appareat, cf. X. 688." Propono:

hoc tamen interea vetito potiare sepulcro,

quod participium èt verbo *potiare* commendatur èt locis his:
VII. 777: vetito nudus iaciture sepulcro.
XII. 56: vetitumque gemens circumvolat ignem.

volucrum sic turba recentum,
cum reducem longo prospexit in aëre matrem,
ire cupit contra summique e margine nidi
461 exstat hians e. q. s.

Hunc locum affero ut demonstrem scripturam codicum deteriorum in IV. 90, quae est *exstantem*, optime se habere:

iam regnum matrisque sinus fidasque sorores
spe votisque tenet, tamen et de turre suprema
attonitam totoque exstantem corpore longe
respicit Argian,

neque Garrodo obsequendum, ubi rogat an forte *intentam* sit scribendum, cum codex P *instantem* praebeat. Etiam cf. Silv. I. 2. 116:

quantumque egomet Nereidas exsto.

turbidus interea ruptis venientia portis
agmina belligeri Capaneus agit aequore campi,
cornua nunc equitum, cuneos nunc ille pedestris,
et proculcantes moderantum funera currus;
idem altas turres saxis et turbine crebo
743 laxat, agit turmas idem atque in sanguine fumat.

Si quid umquam languide inepteque repetitum est, verba illa *agit turmas* profecto vel maxime languent post *cornua nunc equitum* neque dubito quin scripserit Statius:

agit furias idem atque in sanguine fumat.

Primum nota alliterationem quae sic nascitur: *furias — fumat*, deinde vs. 831 sqq., ubi de Capanei furore fusius agitur:

sive ille profunda
missus nocte furor, Capaneaque signa secutae
arma Iovem contra Stygiae rapuere sorores,

nec non initium libri XI:

Postquam magnanimus furias virtutis iniquae
consumpsit Capaneus, e. q. s.

et XI. 90 sq., ubi Tisiphone Megaeram adiutricem invocat:

ego mixta viri (i. e. Capanei) furialibus armis
bella deum et magnas ridebam fulminis iras.

Denique cf. XI. 537: nec iam opus est Furiis, et de eodem Capaneo X. 752: pugnantibus idem supplicibusque furit, 754: procul arma furentis terribilisque iubas et frontem cassidis horrent. Ceterum cf.

V. 454: cineres furiasque meorum testor.
XI. 637 (Iocaste): multaque cum superis et diro questa cubili

et nati furiis et primi coniugis umbris.

XI. 670 (Creon ad Oedipodem): 'procul' inquit 'abi', victoribus omen
invisum, et Furias averte ac moenia lustra
discessu Thebana tuo.

Menoecum, qui pro patria mortem subierat, mater lamentatur.

sponte en ultroque peremptus
inrumpis maestas Fatis nolentibus umbras.
811 ast egomet Danaos Capaneaque tela verebar:
haec erat, haec metuenda manus ferrumque, quod amens
ipsa dedi.

In codice P nunc legitur *at* — in ceteris *ast* praeter unum in quo omissum est vocabulum. Credo in codice optimo vestigia verae lectionis mansisse, sed omissum esse *que*, ut saepe in libris Statianis. Sic igitur locum restituo:

inrumpis maestas Fatis nolentibus umbras.
atque egomet Danaos Capaneaque tela verebar!
haec erat, haec e. q. s.

Ad significandum quantam vim Iuppiter paret ad Capaneum perimendum poëta dicit:

Stygias rupisse catenas
Iapetum aut victum supera ad convexa levari
Inarimen Aetnamve putes.

Editores fere cum codicibus deterioribus recensent *aut victam*, Kohlmann vero *victum aut*; Peyraredus maluit *aut vinctam*.

Nescio an sit vera lectio: *aut* iterum, de cuius adverbii usu apud nostrum egi ad III. 710.

## Liber Undecimus.

1 Postquam magnanimus furias virtutis iniquae
consumpsit Capaneus exspiravitque receptum
fulmen, et ad terras longe comitata cadentem
signavit muros ultricis semita flammae, cet.

Conturbatae sunt annotationes quae ad hos versus apud Lactantium nunc leguntur; Jahnke enim edidit:

2 EXPIRAVITQVE RECEPTVM FVLMEN cum anima amisit sive efflavit.

4 SIGNAVIT MVROS excussit.

Manifestum est, verba „cum anima amisit sive efflavit" pertinere ad vocabulum CONSUMPSIT — verbum autem „excussit" ad EXSPIRAVIT, et scito, in codicibus mss. vocabula RECEPTUM FVLMEN et MVROS in lemmatis non tradita esse.

stabat in Argolicae ferrato culmine turris
50 egregius lituo dextri Mavortis Enyeus
hortator; sed tunc miseris dabat utile signum
suadebatque fugam et tutos in castra receptus.

Apud Lactantium legitur:

50 ENYEVS hic tuba Thebanos in bellum excitare solebat, sed tunc amens fugam civibus suadebat.

Scholii verba sic transponenda sunt:

hic tuba bellum in Thebanos excitare solebat e. q. s.

iamque potens scelerum geminaeque exercita gentis
sanguine Tisiphone fraterna cludere quaerit
59 bella tuba.

Kohlmann voc. *tuba* corruptum putat et repetitum ex vs. 56 — probabiliter, ut Klotzio videtur, qui Garrodum frustra traditam lectionem defendere conatum esse cl. Claud. Pros. I. 15 contendit atque ipse crucem vocabulo praefixit, addens: „possis interpretari fratres ad tubae sonitum concurrentes". Imhof proposuit: *manu*, Sandstroem *fraterno — rogo*, Postgate *pyra*, quod Wilkins recepit.

Attamen locum sanum esse atque Lactantii interpretationi: „fratrum congressu Furia bella finire festinat" bene respondere cum Garrodo censeo, nam poëta alibi quoque vocem *tuba* sensu latiore posuit ita ut idem fere significet quod arma, bellum, ut VIII. 345: acuitque tubas et sibila miscet Tisiphone.

Tisiphone cum apud Megaeram opera hucusque a se peracta enumerat, incipit:

80 nec pretium deforme morae cassique labores.

Lactantius interpretatus est: „NEC PRETIVM nec operae pretium fuit diu mansisse apud superos tantis factis stragibus"; contrarium igitur intellegit eius quod legimus apud poëtam. Ergo

aut *nec* ante *operae* inducamus necesse est aut aliquid excidisse credamus.

Eteocli sacrificanti nuntius reportat, Polynicem ad portam stare atque fratrem in certamen provocare.

'rumpe pios cultus intempestivaque, rector,
sacra deum: frater muris circum omnibus instat
portarumque moras frenis adsultat et hastis,
nomine te crebro, te solum in proelia poscens.
246 flent maesti retro comites et uterque loquenti
adgemit et pulsis exercitus obstrepit armis'.
ille vocat: 'Nunc tempus erat, sator optime divom!
quid meruit Capaneus?'

Guyetus vs. 246 sq. spurios esse putavit, quod Wilkins haud immerito — Klotz sine ulla probabilitate eum iudicasse censet. Virorum doctorum opiniones diversae inde natae sunt quod suo quisque modo locum distinguendum putarunt.

Kohlmann et Klotz verba *rumpe — Capaneus* omnia assignant nuntio, ita tamen ut ille versus ultimos interpunxerit:

ille vocat: 'Nunc tempus erat, sator optime divum:
quid meruit Capaneus?'"

quo inferret, nuntium verba *Nunc — Capaneus* reddere tamquam a Polynice (ille) dicta. Klotz autem sic verba distinxit:

ille vocat. nunc tempus erat, sator optime divom!
quid meruit Capaneus?

quo manifestum est, eum verba quoque *nunc — Capaneus* ipsi nuntio attribuere.

Contra Wilkins, quem Garrod secutus est, nuntii orationem verbis *rumpe — poscens* contineri credidit, unde facile iam patet cur Guyeti sententia ei probabilis visa sit: sic enim poëtam versu 246 sq. addere fingit, comites et exercitum utrumque obstupuisse nuntii narratione, quamquam hunc allocutum esse unum Eteoclem sacrificantem supra dixi.

Ego autem cum Kohlmanno et Klotzio facio vs. 246 sq. cum quattuor qui antecedunt nuntio assignantibus, sed vocabulo armis (vs. 247) huius sermonem finitum esse intellego, deinde vero editoribus Britannicis credo, Eteoclem exclamare (ille vocat vs. 248): „Nunc tempus erat, sator optime

divum, Polynicem, fratrem impium, tuo fulmine ferire, nam Capanei commissum exiguum sane fuit prae funesto fratris mei incepto!"

Si igitur ita locum legeris ut supra eum interpunxi, nihil iam supervacaneum nedum molestum videbitur atque ea quae sequuntur iam bene procedent:

turbatus inhorruit altis
rex odiis mediaque tamen gavisus in ira est.

Creon Eteoclem ad pugnam cum fratre impellit et alia incusans et haec:

urbem armis opibusque gravem et modo civibus artam,
274 ceu caelo deiecta lues inimicave tellus,
hausisti vacuamque tamen sublimis obumbras?

Iam Lactantius locum ita legisse videtur, quandoquidem interpretatur: „quae negando fruges sterilitate homines afficit", at tamen vocabulum *tellus* multis corruptum visum est: Schrader *labes* — Imhof *stella* — Garrod *inhiulcave tellus* — Baehrens *pestis* coniecturas protulerunt. Nihil ex iis tamen editoribus satis placuit atque Kohlmann et Klotz crucem vocabulo affixerunt.

Quod mihi in mentem venerat: *tabes*, Klotzium nunc proponere video atque locum afferre liceat quo haec coniectura stabiliri possit. Conferas igitur: I. 647: ego sum — nigra quem tabe sinistri quaeris, inique, poli.

Olim legendum putabam: inimicave Lerna, motus locis multis ubi hoc nomine poëta Argolidem designat, cf. III. 348, VIII. 562, X. 24, 890, XI. 434, XII. 94, 117, 146, 160, 512 nec non

X. 854 sq.: ceu suprema lues urbi facibusque cruentis
aequatura solo turres Bellona subiret.

hos ignis egentis
fert humus, hos pelago patrius iam detulit amnis;
278 hi quaerunt artus, illi anxia vulnera curant.

Pro *illi anxia* corrigendum esse: *et hiantia* in Mnemosynes Vol. XXXVI p. 182 monui atque nunc exemplis ibi allatis addita velim:

X. 732: ego vulnera doctum

iungere supremique fugam revocare cruoris
Aetiona petam,

ubi male igitur Phillimore *ungere* coniecit, ut iam Klotz hoc argumento monuit, hanc parvam laudem in medico esse.

Silv. II. 1. 4: abruptis etiam nunc flebile venis
vulnus hiat magnaeque patet via lubrica plagae.

V. 483: lassavit hiantis lux oculos.

Suspicor, supra *hiantia* scriptam fuisse glossam *ardua,* quae in codices deteriores omnes pro vera lectione irrepserit, cum in codice P vocabulum primum in *hi anxia* depravatum sit, deinde quo hiatus tolleretur pro *hi* sit scriptum: *illi.*

Antigone ad Polynicem compellandum

volat Ogygii fastigia muri
exsuperare furens; senior comes haeret eunti
358 Actor, et hic summas non duraturus ad arces.

Scribendum est: at, nam *et* tunc modo suum locum obtineret, si poëta significare voluisset, unum modo comitem cum Antigone fuisse.

Proelium singulare fratrum describitur, cuius initium milites spectantes deorum opera frustra evasisse credunt.

movet et geminas venerabile divom
454 prodigium turmas, alternaque murmura volvont
mussantes.

Frustra Garrodum defendisse lectionem codicis P *alienaque* cl. Hor. S. II. 3. 72: malis alienis, Klotz monuit, qui cum Kohlmanno et Wilkinsio iure recepit scripturam codicum deteriorum et refert ad vs. 528: alternaque saevi murmura ceu lituos rapiunt, quo versu ego quoque fretus alteram lectionem reieceram nec non versu qui est XII. 387: alterna gementes.

In Lactantii Placidi qui dicitur commentario legitur:

510 PLAGA vulnus metum immisit,

in qua annotatione pro *metum* exstat altera lectio: *metu.*

Corrigendam autem eam esse opinor sic:

510 PLAGA vulnus. ⟨516 METV vulnus⟩ metum immisit.

Polynices enim hastam fixit inter femur Eteoclis et ilia eius equi,

510 sed plaga sedentis
laxato vitata genu.

hasta tamen equo grave vulnus inflixit, qui inde ruit effrenus. Polynices sanguinem ex equi armis effluentem fratris sui esse credens gloriatur atque Eteocles

516 credit et ipse metu.

Oculi scribae videlicet a priore voc. *vulnus* ad alterum aberrarunt, quo facto omisit ea, quae in exemplari scripta erant: 516 METV *vulnus.*

Incredibili furore fratres inter se pugnant.

nil adeo mediae telluris, et enses
inpliciti innexaeque manus, alternaque saevi
529 murmura ceu lituos rapiunt aut signa tubarum.

Pro *rapiunt* scribendum esse *rumpunt* multi loci mihi persuaserunt. Cf.

III. 707: sed cum oscula rumpet maesta dies.
VI. 136: nudo vocem de pectore rumpit.
XI. 337: obnixi frangunt mala murmura dentes.
XI. 676: tumido vocem de pectore rumpit, 652: rumpitur Aeolia, XII. 275: ruptoque vias inluminat igni (Enceladus). Sil. It. I. 95: immugit tellus rumpitque horrenda per umbras | sibila.

Deinde Verg. Aen. II. 129: rumpit vocem, III. 246: rumpitque hanc pectore vocem, IV. 553: tantos illa suo rumpebat pectore questus, III. 572: atram prorumpit ad aethera nubem (Aetna sc.). Cf. Gr. *ῥηγνύναι φωνήν.*

## LIBER DUODECIMUS.

5 agmina iam raris Dircaea penatibus errant,
noctis questa moras.

Duebner Weberum recte explicare censet: „Iam passim, nunc ex hac, nunc ex illa domo (non, ut flagrante bello, ex omnibus) prodeunt agmina".

Minime credo, sed adiectivum eodem sensu hoc loco positum esse accipio quo apud Accium vs. 526 (p. 236 R.³): .... Lemnia praesto | Litóra rara et celsá Cabirum | Delúbra tenes.

Cf. Cic. Rep. 6. 19: vides habitari in terra raris et angustis locis. Apud nostrum quoque eius usus exemplum est Silv. III. 5. 78: nostra quoque et propriis tenuis nec rara colonis
Parthenope,
ubi Statii elegantiam affectatam Gronovius Vollmero teste recte reddidit: „hoc est, et nostra Neapolis, quae et indigenis angusta est et (tamen, nihilominus) non paucos habet advenas sive colonos."

Quod ad sensum attinet cf.

III. 385: pectoribus mens una subit, viduare penates,
finitimas adhibere manus, iamque ire.

XI. 273: urbem armis opibusque gravem et modo civibus artam.

XII. 105: flebilis interea vacuis comitatus ab Argis.

XII. 471: omnis Erechtheis effusa penatibus aetas tecta viasque replent.

Interpretor igitur: summo mane magna turba iam per Thebarum vias vagatur ita ut domus vacuae factae sint.

Argia corpus Polynicis, mariti sui, quaerit.

312 primum per campos infuso lumine pallam
coniugis ipsa suos noscit miseranda labores.

Lactantius verba *infuso lumine* explicat 'lacrimis pleno', sed explicandum est nimirum: infuso lumine Lunae, quam precata est Argia vs. 299—308, ut cornua exsereret, quo facto vs. 309:

vix ea, cum scissis magnum dea nubibus orbem
protulit e. q. s.

Cf. Ach. I. 248:

cum pueri tremefacta quies oculique patentes
infusum sensere diem.

Antigonae vix successit ut ex urbe egrederetur ad iusta fratri persolvenda,

illam nam tempore in omni
352 adtendunt vigiles et rex iubet ipse tueri,
contractaeque vices et crebrior excubat ignis.

Ita legendum esse reiectis lectionibus quae sunt *timeri* et *teneri* in Mnemosynes Vol. XXXVI p. 182 monui. Nunc pauca addere

lubet atque primum quidem, eadem verba etiam confusa esse VI. 731 in codicibus mss., qui partim *timeri*, partim *tueri* praebent; deinde verbum tuendi eodem sensu alibi quoque apud Statium occurrere, cf.

V. 241: quis magna tuenti somnus?
IX. 97: non pudet hos manes, haec infirmantia bellum
funera dis coram et caelo inspectante tueri?
XI. 681: potes digne Thebarum sceptra tueri.

denique poëtam verbum iubere similiter et alibi posuisse, e. g. V. 345: tantosque iubet nescire labores, X. 407: fortuna precari, non audere iubet.

ergo deis fratrique moras excusat et amens,
ut paulum inmisso cessit statio horrida somno,
erumpit muris (Antigone sc.).

Iure Klotz codicum recentiorum lectionem *inmisso* recepit spreta scriptura *amisso,* quae in codice optimo est, unde Baehrens *admisso* proposuit, quam coniecturam Kohlmann, Wilkins, Garrod iniuria receperunt.

Argia enim Dianam flagitavit vs. 308:

in Aonios vigiles demitte soporem!

Diana igitur somnum immisit stationi, quo facto haec paulum cessit i. e. paulisper curam remisit, cf.

Ach. I. 622: paulumque exercita pulsu aera tacent.
XII. 369: paulumque oblita doloris.
II. 223: foribus tum inmissa superbis unda fremit vulgi.

Argia et Antigone corpore Polynicis reperto

hic pariter lapsae iunctoque per ipsum
amplexu miscent avidae lacrimasque comasque,
partitaeque artus redeunt alterna gementes
388 ad vultum et cara vicibus cervice fruuntur.

Lactantius explicat: „AD VVLTVM suum scilicet"; itaque locutionem *ad vultum redire* intellexit ut apud Ter. Ad. 71: rursum ad ingenium redit, id. Hec. 113: ad ingenium redis, Cic. in Caec. 17: redit ad se atque ad mores suos. At vero verba *partitaeque artus* satis comprobant intellegendum esse vultum Polynicis mortui.

Argia, uxor Polynicis, Antigonae narrat quid Argis exsul ille egerit.

non hic amissos, quamquam vagus exul, honores,
non gentile solum, carae non pectora matris,
396 te crepuit unam noctesque diesque locutus
Antigonen.

Ita legendum esse pro corrupto *cupiit* in Mnemosynes Vol. XXXVI p. 182 indicavi, ad quam lectionem confirmandam nunc refero ad I. 316, ubi quid tandem Polynices cuperet fuse poëta exposuit, et ad II. 116, ubi 'caecus cupidine regni' dicitur. Atque Argia viri cupiditatem usque quaque instigavit quam maxime, donec occiso iam eo XII. 113 sqq.:

quaerit inops Argia vias: non regia cordi,
non pater: una fides, unum Polynicis amati
nomen in ore sedet; Dircen infaustaque Cadmi
moenia posthabitis velit incoluisse Mycenis.

Verbum legitur IV. 469: tristes crepuisse ut sensit acervos, et Ach. I. 123: notaque desueto crepuit senis ungula campo.

Ubi corpus Polynicis impositum est in bustum quo arsit Eteocles,

430 tremuere rogi et novus advena busto
pellitur.

Nescio an poëta potius scripsisse credendus sit: renuere rogi, nam legitur quidem IV. 472:

tremuere rogi et vox terruit ignem (vox Tiresiae sc.),

sed sermo ibi est de sacrificio dis inferis facto. Nostro autem loco verbum *renuere* commendari videtur èt verbis sequentibus: *novus advena busto pellitur* èt alliteratione: *r*enuere *r*ogi. Cf. Silv. I. 2. 185:

alituum pecudumque mihi durique ferarum
non renuere greges.

Ach. I. 902: non renuis.

Mulieres Argolicae a Theseo opem petunt adversus Creontem atque ante omnes uxor Capanei precatur:

belliger Aegide, subitae cui maxima laudis
547 semina de nostris aperit Fortuna ruinis, e. q. s.

Imhofium immerito locum coniectura sua *limina* tetigisse, Garrod iam monuit cl. Ach. I. 189. Plura documenta haec sunt: Ach. II. 89:

quae solitus laudum tibi semina pandere Chiron.

Theb. IV. 212:

scelerumque ingentia semina movit.

VIII. 253: sceleris tacito rimatur semina voto.

VIII. 304: quae fluvios silvasque animarum et semina mundo cuncta — gignis.

IX. 792: Arcadiae stirpem et fera semina gentis, non Thebana vides.

X. 239: in miseris animorum semina durant?

XII. 502: seminaque in vacuas hinc descendentia terras.

Theseus adversus Thebas proficiscitur atque milites ne per noctem quidem iter intermittunt.

662 certamenque inmane viris, quo concita tendunt
agmina, quis visas proclamet ab aggere Thebas,
cuius in Ogygio stet princeps lancea muro.

Ita in codice P exaratum est. Editores fere codicum deteriorum scripturam *tendant* recipiunt et Sandstroem pro *quo* scribere voluit: *cui*. At retinendam esse opinor lectionem quam praebet codex optimus *tendunt*, sed corrigendum cum, quod et allitteratione probatur et similiter positum est vs. 672:

terror habet populos, cum saeptus imagine torva
ingreditur pugnas.

---

## PLUTARCHUS.

Praec. Reip. ger. 803 C.

*Respondere* iocando urbanum est: τὸ γὰρ ἐκ παρασκευῆς καὶ κατάρχοντα γελωτοποιοῦντός ἐστι.

Claudicat sententia; insere σκώπτειν post κατάρχοντα.

---

TENTANTUR DUO LOCI EX ALFREDI KOERTII DISSERTATIONE „ZWEI NEUE BLAETTER DER PERIKEIROMENE" IN BERICHTEN DER PH. H. K. D. K. SAECHS. GES. D. W. LX B. 24 MAI 1908.

Glycerae quaerenti cur liberos suos exposuerit, Pataecus pater respondet vs. 96 sqq.:

*πόλλ' ἐστιν ἔργ' ἄπιστα, παιδίον, κλύειν·*
*ἡ μὲν τεκοῦσ' ὑμᾶς γὰρ ἐκλείπει βίον*
*εὐθύς, μιᾷ δ' ἔμπροσθεν ἡμέρᾳ ν . . .*
Glyc. *τί γίνεταί ποθ', ὡς τρέμω, τάλαιν'* [*ἐγώ.*
Pat. *πένης ἐγενόμην, βίον ἔχειν* [*εἰθισμένος.*

Vs. 97 procul dubio supplendum a fine *ν*[*έον*] . . . . cum aposiopesi verborum *τι γίγνεται.* Nam morae impatiens puella succlamat *τί γίγνεταί ποτ'*; *Νέον* autem passim rei tristis notionem habere nemo ignorat.

Ibidem vs. 117. *χ*[*ρυ*]*σῆ τε μίτρα πάντα . . . . .*
Vitium metricum tollatur transponendo:

*μίτρα τε χρυσῆ πάντα.*

H. v. H.

---

PLUTARCHUS.

Praec. reip. ger. 816 A.
*ἱερὸν δὲ χρῆμα καὶ μέγα πᾶσαν ἀρχὴν οὖσαν καὶ ἄρχοντα δεῖ μάλιστα τιμᾶν.*

Aut dele *καί* quod praecedit participium *ἄρχοντα* aut pro eo *τόν* lege, nam *ἄρχοντα* est *subiecti* accusativus, quod apparet e sequentibus: „et maximo honore munus suum afficit magistratus, si operam dat ut sit inter se et collegas concordia."

Ibidem 824 C.
*εὐφορίαν δὲ γῆς ἄφθονον εὐμενῆ τε κρᾶσιν ὡρῶν καὶ τίκτειν* (melius *τὸ τίκτειν*) *γυναῖκας „ἐοικότα τέκνα γονεῦσι" καὶ σωτηρίαν τοῖς γεννωμένοις εὐχόμενος ὅ γε σώφρων αἰτήσεται παρὰ θεῶν τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις.*

Importunum additamentum *εὐχόμενος* natum est ex annotatione (vel varia lectione) *εὐξ.* verbo q. e. *αἰτήσεται* adscripta.

J. J. H.

---

# AD MENANDRUM.

SCRIPSIT

J. VAN LEEUWEN J.F.



Her. 45. Inspecta imagine paginarum 1 et 2, quam nuper dedit Societas Palaeographica (in tabula 127), primam litteram non recte lectam esse suspicor, non supplendum igitur esse τ[ί], sed poetam multo simpliciora verba haec tribuisse Davo:

[ἀλλὰ νῦν]
[ὁ μια]ρὸς ἀποδημεῖ τρ[ίμηνος ἐπί τινα]
πρᾶξιν ἰδίαν εἰς Λῆμ[νον].

Scripsi nunc τρίμηνος cum Sudhausio, prius Croenertum secutus, qui τρ[ιταῖος] supplebat. Triduum brevius est temporis spatium quam quo ad desperationem adigi potuerit Davus. Per trimestre hoc intervallum ad maturitatem pervenit infans quo gravida est Plangon, quam iam fere parturire tute, ut opinor, sumserit quispiam.

Disc. 168. Redeo ad codicis lectionem:

ἀλεκτρυών τις καὶ μάλα στριφνός

collatis Moeridis verbis: „στιφρόν Ἀττικοί, στριφνόν Ἕλληνες", quae sic interpretor: „στιφρός proba est forma, quippe apud „Aristophanem obvia, deterioris vero aevi est στριφνός illud, „quo utitur Menander". In fragmento enim quodam, quod ex Aristophanis Senectute apud Athenaeum est servatum (fr. 141), fructus στιφροί sive *firmi adhuc* opponuntur τοῖς δρυπετέσι, qui de arbore delabuntur postquam ad plenam maturitatem pervenerunt. Idem igitur quod στιβαρός valet disyllabum στιφρός sive στριφνός. Et hoc nostro loco requiritur, non στρυφνός sive *durus*,

8

*acerbus*, quo utitur e. g. Antiphanes *στρυφνὰ μῆλα* inter pessima alimenta recensens (fr. 188) vel Amphis *vinum acidum στρυφνόν* vocans (fr. 36). Nam *firmam* (*stevig* Belgice) vocat Syriscus Galli imagunculam auream, quam collo alligatam habuit infans expositus, haud ita parvi igitur pretii; unde efficit turpiter mentitum esse Davum, qui meras nugas — *„μικρὰ καὶ λῆρόν τινα, οὐθέν"* illa crepundia modo vocavit. Nempe *divitis* cuiusdam puellae infantem esse illum mox apparebit.

*Gallum* ut *animae imaginem* [1]) opinor infantis mater olim puella gestaverat, eandem igitur ob causam quae effecit ut Aesculapio pro vita ex gravi morbo servata gallum sacrificarent veteres. Et *securiculam* auream, ut *fulminis imaginem*, gestabat averruncandi causa.

Non recte igitur in editione mea scripsi *στρυφνός*, minus etiam recte *strigosum* interpretatus sum; quod iocose dictum tunc arbitrabar, iocosi nihil habere ultro nunc fateor.

Disc. 192. *„Aut tu bene serva hunc anulum,"* Syriscus ait ad Onesimum, *„aut mihi redde."* Cui Onesimus *„ipse servare eum malo"* respondet. Contextus perspicuus, sed ipsa poetae verba incerta sunt; nam tradita habemus haec:

ΣΤ. *ἢ σῷζε τοῦτον ἀσφαλῶς,*
*ἤ μοι δ . . . . . ωι . . παρέχω σῶν.* ΟΝ. *βούλομαι*
*αὐτὸς* [*φυλάττειν*].

Quae quoniam neque mihi neque aliis contigit ut probabiliter expleremus, levem errorem Lefeburii subesse suspicor, non enim ΠΑΡ sed ΙΓΑΡ esse in codice, sic autem haec esse explenda et dirimenda:

*ἤ μοι δὸς αὐτῷ* [2]). — ΟΝ. *τί γάρ; ἔχω σῶν· βούλομαι*
*αὐτὸς φυλάττειν* (vel *διατηρεῖν*).

Disc. 455. Codicis vitium cum aliis male interpretatus sum hactenus. In quo est *ιεροσυλε: μοι μαχου*, et quoniam enclitica sententiam aperire nequit, correctum est *ἱερόσυλ'. — ἐμοὶ μάχου.*

---

1) Qua de re post Weickerum nuper disputavit O. Waser in Roscheri Lexico Mythologico s. v. *Psyche*.

2) Hoc dudum et alii legerunt.

Sed suo loco signum mutatae personae posuit librarius, perperam vero — siquidem recte sunt lectae eius litterae [1]) — dedit ΜΟΙ pro ΜΗ. Nam sic haec sunt scribenda:

ΧΑΡΙΣΙΟΣ (ad Habrotonon):

*τί δέ με περισπᾷς, ἱερόσυλε;*

ΑΒΡΟΤΟΝΟΝ.

*μὴ μάχου,*
*βέλτιστε* [2])· *τῆς γαμετῆς γυναικός ἐστί σου*
*τέκνον γάρ* [3]), *οὐκ ἀλλότριον.*

Legrandio debetur *βέλτιστε*, Koertio *τέκνον γάρ*. Particula igitur *γάρ* hoc loco, ut alibi apud Menandrum, non secundam sed multo posteriorem sedem in enuntiato obtinet; item mox (vs. 473):

*οὕτω τι μοι*
*ἀγαθόν γένοιτο, Σωφρόνη, γάρ,*

et in novis Circumtonsae fragmentis Lipsiensibus, quae his ipsis diebus publici iuris fecit Körte [4]):

*ἡ μὲν τεκοῦσ' ὑμᾶς γὰρ ἐκλείπει βίον* (vs. 97).

Alibi:

*πρὸς ἅπαντα δειλὸν ὁ πένης ἐστὶ γάρ* (fr. 6).
*θεός ἐστι τοῖς χρηστοῖς ἀεὶ*
*ὁ νοῦς γάρ* (fr. 11).
*ἀληθινὸν*
*εἰς πέλαγος αὑτὸν*(?) *ἐμβαλεῖς γὰρ πραγμάτων* (fr. 65).
*εἰ καὶ σφόδρ' εὐπορεῖ γάρ* (fr. 94).
*ὑποδούμενος τὸν ἱμάντα γὰρ κτέ.* (fr. 109).
*τοῖς ἀναιδέσιν βοηθεῖ γὰρ κτέ.* (fr. 162).
*τὸ μηδὲν ἀδικεῖν ἐκμαθεῖν γὰρ κτέ.* (fr. 284).
*διαφέρει τῷ μαγείρῳ τοῦτο γάρ* (fr. 462).
*οὐχὶ παρακληθέντας ὑμᾶς δεῖ γὰρ ἡμῖν εὐνοεῖν* (fr. 927).

Item Antiphanes:

---

1) Litteram Μ obscuriorem esse quoniam annotat Körte, ne vicinas quidem admodum claras esse suspicari licet. Cum tamen nuper hanc emendationem per litteras suasissem Koertio, respondit certam sibi videri et se quoque in eam incidisse, in papyro tamen quin legatur ΜΟΙ se non dubitare.

2) .....*στε* codex, *κατάρατε* vArnim.

3) ......*γ.ρ* codex.

4) Zwei neue Blätter der Perikeiromene, Bericht. d. Kön. Sächs. Ges. d. Wiss. 24 Mai 1908.

*ἐπὶ τὸ τάριχός ἐστιν ὡρμηκυῖα γάρ* (fr. 26[22]).
*ταῖς εὐτελείαις οἱ θεοὶ χαίρουσι γάρ* (fr. 164).

Quae se invicem tam bene tuentur ut nihil horum sollicitandum esse appareat, licet ultimus ex. gr. versuum allatorum rescribi possit sic: *χαίρουσι γὰρ ταῖς εὐτελείαις οἱ θεοί.*

Olim non sic solebant, nam apud Aristophanem ultra quartum enuntiati locum non recedit *γάρ* (e. g. Av. 1545).

Quod autem Habrotonon ait: *μὴ μάχου, ne repugna,* apte conferri possunt loci Aristophanei, qualis est Ach. 1082 sq.:

— *οἴμοι, κακοδαίμων, καταγελᾷς ἤδη σύ μου;*
— *βούλει μάχεσθαι, Γηρυόνη τετράπτιλε;*

vel Ran. 607:

— *οὐκ εἰς κόρακας; μὴ πρόσιτον!*
— *εἶεν, καὶ μάχει;*

Disc. 451. Audacter expleta lacuna sic hunc locum edidi:

ΧΑΡΙΣΙΟΣ.
*Παμφίλης τὸ παιδίον*
*[θηὑρημένον ἐστ]ίν;*
ΑΒΡΟΤΟΝΟΝ.
*καὶ σὸν ὁμοίως.*
ΧΑΡΙΣΙΟΣ.
*Παμφίλης;*

Sed postquam codice accuratissime denuo inspecto Körte [1]) nos docuit Lefeburium — aut eius typothetam — casu praetermisisse litteram Γ (*γ'*), quae illic est post *σόν*, stare haec sic non posse patet. Coniecit von Arnim *τοῦτ' ἔστι;* quem secutus Körte dein ad versum explendum pro Ν:, quod praebet codex, e coniectura scripsit *ναί*, sic igitur versum legens:

ΧΑ. *Παμφίλης τὸ παιδίον*
*τοῦτ' ἔστι;* ΑΒ. *ναί, καὶ σόν γ' ὁμοίως.*

Sed ipse non est negaturus parum cauti esse critici ea quae legi possint mutare, ut in lacunam inseri possit vox quae merae coniecturae debeatur. Quod autem haud scio an maioris sit momenti: is qui particula *γε* in respondendo utitur, ipsa illa par-

1) Zu dem Menander-Papyrus in Kairo, Ber. d. k. Sächs. Gesellsch. d. Wiss. zu Leipzig, 24 Mai 1908.

ticula affirmat id quod alter rogavit; quae supervacua fiat si praemisso *ναί* iam datum sit responsum. Aut *ναὶ καὶ σὸν ὁμοίως* dicendum fuit aut *καὶ σόν γ' ὁμοίως* (omisso *ναί*).

Itaque quaerenda etiam est vera lectio. Quam hanc fuisse suspicor:

ΧΑΡΙΣΙΟΣ.

*Παμφίλης τὸ παιδίον*

*σαφῶς*[1]) *ἄρ' ἦν;*

ΑΒΡΟΤΟΝΟΝ.

*καὶ σόν γ' ὁμοίως.*

Non ]IN : igitur sed ]ḤN : in codice esse arbitror. Ante IN(HN) in codice septem litteras fuisse scribit Körte.

Disc. 494. Alii aliter hunc versum supplerunt et cum vicinis iunxerunt; equidem Arnimium secutus cum

„*οὐκ ἄρα φροντίζουσιν ἡμῶν* [*οἱ θεοί;*]"
*φήσεις*

edidi, parum reputavi post *interrogationem* multo rarius quam post affirmationem usurpari *φήσεις* sive *contendes.* Melius igitur, ut opinor, von Wilamowitz lacunam sic explebat:

„*οὐκ ἄρα φροντίζουσιν ἡμῶν;*" [— *τόδε μὲν οὐ*]
*φήσεις.*

Quamquam ipsam poetae manum sic nondum revocatam esse testatur *τόδε* pronomen hinc alienum. Equidem locum sic constituendum esse arbitror:

ΟΝΗΣΙΜΟΣ.

— — —

*λέγεις γὰρ ἐπίπονόν τιν' αὐτοὺς ζῆν βίον.*

ΣΜΙΚΡΙΝΗΣ.

*οὐκ ἄρα φροντίζουσιν ἡμῶν; οὔ τί που*
*φήσεις.*

ΟΝΗΣΙΜΟΣ.

*ἑκάστῳ τὸν τρόπον συνήρμοσαν*
*φρούραρχον. κτἑ.*

---

1) Si quis praeferat *ὄντως*, in versu 450 cum Koertio scribat [*πάντως*] *ἀληθῆ* pro [*ὄντως*] *ἀληθῆ*, quod dederam ego.

In *Circumtonsa* fabula quae esset Moschionis iuvenis condicio nondum satis perspectum fuit, certe nondum expositum, quod quidem sciam equidem.

Quem Myrrhina matrona, cum liberos desideraret (vs. 3), *clam marito* olim *supposuit*, emtum a muliercula, quae ipsum et Glyceram eius sororem gemellam nuper tunc invenerat. Muliercula *suos* esse illos liberos perhibuit: ut suum filium Moschionem Myrrhinae dedit, vel potius vendidit, nam non gratis eam mulieri fallaci et diviti obsecundasse quivis intellegit; ut suam filiam Glyceram postea Polemoni militi dedit concubinam (vs. 10). Sed moritura verum dixit Glycerae et tradidit ei cistellam vel arculam cum monumentis, quorum ope suos parentes, si fors ferret, agnoscere posset aliquando.

Glycera autem rem compertam celavit. Quid enim? Fratremne exturbaret bonis? Nam Moschionem ipsius fratrem esse, Myrrhinae igitur non verum filium sed suppositicium, si rescisceret Myrrhinae maritus, finis iuveni futura erat vitae lautae et opiparae, non enim frui etiam posset sorte beata, quam fraude ei parasset mater quae credebatur (vs. 29 sq.).

Itaque postea, cum in Myrrhinae aedes recepta est Glycera, Davus servus sensit maximas mox turbas fore, si Myrrhinae maritus rure reversus quid rei esset comperisset (vs. 173—175); fore enim ut priscus dolus iam non posset celari [1]).

Maritus autem Myrrhinae quis fuit?

Fuitne Philinus ille, cuius mentio fit vs. 375? Id antehac putabam. An fuit is, qui melius nobis innotuit, Pataecus?

Hoc si iure nunc suspicor, facillimum et vere Menandreum exitum habebit fabula, filium enim sic non amittet Pataecus, etiam filiam lucrabitur. Sin alii civi alicui nupsit Myrrhina, satisne aeque laturus est maritus ille filium ab uxore sibi per fraudem olim suppositum, et postquam paterno amore per longos annos eum complexus est, a vero iam patre sibi ereptum? Tragoediae, non comoediae haec sunt affinia. Et crediturusne est ille maritus viro alii de ipsius uxore talia perhibenti? Non negatura praefracte est ipsa Myrrhina? Quis autem erit qui post

1) Nondum tamen omnia hic clara; nam nescit Davus Glyceram esse sororem Moschionis.

tantum temporis intervallum rem sive iureiurando sive alia ratione ita comprobet ut dubitari de ea non possit?

Partim igitur — si verum perspexi — simile atque Heros et Disceptantes argumentum habet fabula nostra; neque Pataecum Myrrhinae — vel potius suas ipsius — aedes intrantem mirabitur quisquam, aut in exitu fabulae erit rogandum quemnam locum obtinuerint Pataeci illae aedes, unde cum filia procedit. Partim tamen ab Heroe et Disceptantibus discrepat Circumtonsa. Nam in illis fabulis non patrem tantum sed et matrem recuperant liberi; in hac vero fabula Myrrhinam veram Moschionis — et Glycerae — matrem esse quominus sumamus obstat argumentum invictum. Nam finge Myrrhinam aliquot mensibus post nuptias clam marito gemellos peperisse et exposuisse: qui potuit fieri ut brevi post infantem aliquem marito pro suo supponeret? Poteratne? Cur igitur suos liberos exposuerat? An illos exponere debebat? Ergo non potuit confiteri suos esse, nedum alium aliquem infantem suum esse potuerit probabiliter fingere.

Matrem igitur quamnam habuerint Moschio et Glycera nescio; mortuam esse sumamus, donec nova fragmenta inveniantur, quae et hac de re et de cetera fabulae oeconomia aliquanto nos reddant certiores.

Haec cum scripsissem, nova Circumtonsae fragmenta Lipsiensia (exeunte mense Novembri) in manus venerunt, a Koertio benevole mihi missa; in quibus *ὁ ἀναγνωρισμὸς* extat tantum non integer. Ibi narrat Pataecus se olim, cum mortua esset uxor recens enixa gemellos, hos exponi iussisse. Ibidem Körte haec annotavit: „die Pflegemutter hat ... natürlich der Myrrhine, die den Knaben von ihr kaufte und ihrem Gatten unterschob, Verschwiegenheit gelobt.“

Circumt. 75. Versus, quem Leonem secutus edidi

- *πρόσαγ' αὑτὸς αὑτὸν τὴν ταχίστην ἐνθάδε,*

initium nondum satis emendatum est, nam in codice ... *ε ουτοσ* esse scribit Körte. Itaque *ἔλ'(ε)* iam proponit Leo [1]), sed vereor

1) Weitere Beiträge zu Menander, Nachr. d. K. Gesellsch. d. Wiss. zu Göttingen, 19 Aug. 1908.

ut recte sic dici possit. Mihi incidit ἕλκε, quod verbum aptius quam αἱρεῖν. Cum tamen aoristi — ut sensit nunc Leo — requiratur imperativus, non praesentis, ne id quidem recipiendum arbitror, sed oculos Koertii fallacibus litterarum evanidarum umbris esse deceptos, non enim E fuisse litteram, cuiusmodi vocales non plenas perscribere sed elisione supprimere solet librarius, sed Γ, poetam enim dedisse:

ἄγαγ', οὗτος, αὐτὸν κτέ.

Loqui autem hoc loco *Doridem*, quod sumebam, non iam credibile duco, quoniam haec dominam suam satis apte dicere non potuit τὴν μείρακα (vs. 73). Vicinum eum loqui, in cuius aedes confugit Glycera cum e Polemonis se proripuit, huic autem nomen esse *Philino*, nunc suspicor. Quam etiam Roberti esse suspicionem gaudeo.

Circumt. 186 sq. Verba Sosiae vel potius *Polemonis*, nam hunc loqui Koertio videtur concedendum, sic in integrum restitui iam posse videntur:

ἔχειν γυναῖκα πρὸς βίαν τοῦ κυρίου
τολμᾶτε κατακλείσαντες ὥς τι παιδίον;

Koertio debetur πρὸς β[ία]ν, Leoni τ[οῦ] κυρ[ίου] τ[ολ]μᾶτε κατακ[λ]είσαντ[ε]ς, equidem supplevi παιδίον.

*Samiae* fabulae fragmenta inde ab initio actus secundi incipere statui in editione mea. Quam opinionem confirmat nunc Koertii quaedam observatio; qui ad unum eundemque quaternionem tria quae sola supersunt huius fabulae fragmenta referenda esse ostendit. Habuit igitur fabula versus $x + 16 \times 35 + y$ sive $x + 560 + y$. Et quoniam neque post fragmentum ultimum multa sequi potuerunt neque 700 tantum versuum esse potuit fabula, sequitur ut trecentos fere versus ante fragmentum primum deperditos esse statuamus.

Habuit actus primus et alia, quae nescimus, et colloquium Demeae cum Nicerato (teste vs. 4). Dein introiit chorus. Brevi autem post actus secundi exordium incipit primum fragmentum.

Sam. 18. κατέβαιν' ἀφ' ὑπερῴου τις γυνὴ
ἄνωθεν εἰς τοὔμπροσθε τοῦ ταμιείου
οἴκημα.

Manifeste vitiosum illud ταμῖίου pro ταμιίου et alii et ego variis rationibus corrigere sunt conati, nemo satis probabiliter. Melius mihi quidem placet quod nunc propono:

ἄνωθεν εἰς τὸ τοῦ ταμιείου ἔμπροσθεν ὂν οἴκημα.

Sam. 102. Demeae verba audacius sic suppleveram:

ἐγᾦδ' ἀκριβῶς πάντα [— μηδὲν κρύπτ' ἔτι —].

Nunc litteras .αιπε— —μαι discernere in codice sibi visus est Körte. Ultima Leo, qui et priorem versus partem primus in integrum restituit, sic iam supplet: καὶ πέφρακτ' ἐμοί. Haec tamen cum minus placerent, equidem conieci:

ἐγᾦδ' ἀκριβῶς πάντα κῄσθημαι πάλαι.

Inter ΚΑΙΗϹ[ΘΗΜΑΙΠ]ΑΛΑΙ et ΚΑΙΠЄ— — —ΜΑΙ vix ullum est discrimen.

Sam. 232 sq. Prior versus nunc melius a Koertio lectus et a Leone suppletus hic est:

σὺ δ' ἐ[π'.ἐλευ]θέρ[αν] γυναῖκα λαμβάνεις βακτήριον!

Alterius initium sic supplebam:

[οἷον ἀδι]κεῖς.

Sed οἷον litteras quoniam locum vix habere scribit Körte, nunc suspicor poetam dedisse:

[οὐκ ἀφ]ήσεις,

litterae autem Η partem posteriorem levi errore cum littera Ϲ coniunxisse Lefeburium et pro Κ habuisse. Sic igitur hunc versum distribuerim nunc:

ΝΙ. οὐκ ἀφήσεις;
ΔΕ. συκοφαντεῖς.
ΝΙ. καὶ σὺ γὰρ τὸ παιδίον
οὐ δίδως ἐμοί.

Koertio debetur οὐ δίδως.

Menandri fabulae egregie placuerunt Aristophani Byzantio grammatico Alexandrino, qui et data opera inquisivit in locos Euripideos, unde sua petiisset Menander [1]). Proximum adeo ab Homero eum Menandrum inter poetas collocasse testatur epi-

1) Euseb. Praep. Ev. X 3.

gramma, quod cum duobus aliis prisco termino est insculptum; versus qui huc faciunt hi sunt:

ἀλλά σε δεύτερ' ἔταξε σοφὸς κρίνειν μετ' ἐκεῖνον
γραμματικὸς κλεινὸς πρόσθεν Ἀριστοφάνης [1]).

Dicterium autem Aristophani tribuitur hoc:

ὦ Μένανδρε καὶ βίε,
πότερος ἄρ' ὑμῶν πότερον ἀπεμιμήσατο! [2])

Ex vero igitur in Menandri comoedia referri res humanas, — non, ut in Aristophanea, ridicule distortas, — eleganter sic indicavit grammaticus.

Ecce Aristophanis de Menandro sententiam numeris iambicis expressam [3]): ecquid plura de eo scripsit ipse Aristophanes metro adstricta? Fortasse; veri tamen non admodum similis videtur res. Argumenta certe metrica, quae singulis fabulis fuere praemissa, ei non esse imputanda, satis docent unius, cuius initium iam repertum est, fabulae Herois exemplum et fabularum Aristophanis Plautique analogia [4]). Sed trimetris olim nescio quem [5]) inclusisse comparationem inter Menandrum et Aristophanem efficio e manifestis — quae quidem mihi videntur — dictionis comicae et metri iambici vestigiis in parte quadam excerptorum quae ad nos pervenerunt opusculi Plutarchi: Ἀριστοφάνους καὶ Μενάνδρου σύγκρισις [6]). Aristophanem Menandro longe postposuit Plutarchus, nec prisci comici artem suae aetatis hominibus aut utilem aut gratam se ducere claris verbis significavit. Cum inventio tum dictio Aristophanis carpitur gravissime, egregie vero laudatur Menandri; inepta, scurrilia, spurca, incomposita sunt quae antiquioris poetae musa protulit, meretricis vetulae similis matronam honestam frustra imitatae: tersa

1) Anth. Pal. II 63.

2) Apud Syrianum in Hermog. IV p. 101. Emendavit Scaliger.

3) Fortuitum hoc videbatur Nauckio Aristoph. p. 250. At dictio quoque et ipsa sententiola nescio quid habent poetici.

4) Sellium sive Sillium incertae aetatis poetam cognomine Homerum, qui περιοχὰς τῶν Μενάνδρου δραμάτων scripsit, nominatim indicat Suidas. Praeterea huc facit a Suida commemoratus Soteridas primi p. Chr. saeculi grammaticus, qui et alia et εἰς Μένανδρον ὑπόμνημα scripsit.

5) In Apollodori Χρονικοῖς metro iambico adstrictis huiuscemodi comparationi locus esse non potuit.

6) Plut. Mor. 853 sq.

elegantia casta quaecunque recentioris. Concinunt quae Plutarchi aequalis Quintilianus scripsit de Menandro arti oratoriae studentibus utilissimo [1]), item quae Dio Prusaeus [2]). Numerorum autem et dictionis non pedestris quae modo dicebam vestigia haec praebent crimina in Aristophanem a Plutarcho coniecta:

*ἐν τῇ κατασκευῇ μὲν οὖν τῶν ὀνομάτων*
*ἔνεστιν αὐτῷ τὸ τραγικόν, τὸ κωμικόν,*
*ἀσάφεια, πεζόν, σοβαρόν, ὄγκος, κοινότης,*
*σπερμολογία, δίαρμα* [3]) *καὶ φλυαρία.*

Dixeris Euripidem aliquem Aristophaneum sic de Aeschylo aemulo disputare! — Nempe temere omnia permiscens Aristophanes nescit suum cuique tribuere,

*οἷον λέγω βασιλεῖ τὸν ὄγκον, τὸ σοβαρόν,*
*τὸ πεζὸν ἰδιώτῃ, τὸ δεινὸν ῥήτορι,*
*γυναικὶ θἀπλοῦν, ἀγοραίῳ τὸ φορτικόν,*
*ἀλλ' ὥσπερ ἀπὸ κλήρου τινὸς τῶν ὀνομάτων*
*τὰ προστυχόντα τοῖς προσώποις ἀπονέμει·*
*κοὐκ ἂν διαγνοίης πατήρ τις εἴτε παῖς*
*ὁ διαλεγόμενος εἴτ' ἄγροικος εἴτε γραῦς*
*εἴτε θεὸς εἴθ' ἥρως τίς ἐστιν* [4]).

Haec nisi temere ipse in versiculos diremi equidem, apparet Plutarchum in Aristophanis arte contemtim describenda usum esse carmine aliquo iambico, quod ipso esset antiquius. Et probabiliter si haec sunt disputata, suspicari fortasse licet ex eodem fonte ducta esse fragmenta trimetrorum, — non enim pedestris haec sunt sermonis, — quae praebet Suidas in vita Menandri: **Μένανδρος Ἀθηναῖος, κωμικὸς ἀρχαῖος. καὶ ἕτερος Ἀθηναῖος, Διοπείθους καὶ Ἡγησιστράτης, περὶ οὗ πολὺς παρὰ πᾶσιν ὁ λόγος, κωμικὸς τῆς νέας κωμῳδίας,**

---

1) Quintil. X 1. 2) Dio Prus. XVIII.

3) Id quod *τὸ διηρμένον* sive *tumor* dicitur e. g. Mor. 165*c*.

4) In mss. sic haec accepimus exarata: *ἔνεστι μὲν οὖν ἐν τῇ κατασκευῇ τῶν ὀνομάτων αὐτῷ τὸ τραγικὸν τὸ κωμικὸν τὸ σοβαρὸν τὸ πεζόν, ἀσάφεια κοινότης, ὄγκος καὶ δίαρμα, σπερμολογία καὶ φλυαρία ναυτιώδης. καὶ τοσαύτας διαφορὰς ἔχουσα καὶ ἀνομοιότητας ἡ λέξις οὐδὲ τὸ πρέπον ἑκάστῃ καὶ οἰκεῖον ἀποδίδωσιν· οἷον λέγω βασιλεῖ τὸν ὄγκον, ῥήτορι τὴν δεινότητα, γυναικὶ τὸ ἁπλοῦν, ἰδιώτῃ τὸ πεζόν, ἀγοραίῳ τὸ φορτικόν· ἀλλ' ὥσπερ ἀπὸ κλήρου ἀπονέμει τοῖς προσώποις τὰ προστυχόντα τῶν ὀνομάτων, καὶ οὐκ ἂν διαγνοίης εἴθ' υἱός ἐστιν εἴτε πατὴρ εἴτ' ἄγροικος εἴτε θεὸς εἴτε γραῦς εἴθ' ἥρως ὁ διαλεγόμενος* (853 *c, d*).

— — — — τὰς ὄψεις στραβός,
ὀξὺς δὲ τὸν νοῦν, — — — —
καὶ περὶ γυναῖκας ἐκμανέστατος [1]).

γέγραφε κωμῳδίας ρη' καὶ ἐπιστολὰς πρὸς Πτολεμαῖον τὸν βασιλέα, καὶ λόγους ἑτέρους πλείστους καταλογάδην. — Quibus in verbis „*antiquior ille Menander*" debetur errori, quem peperit ut opinor mos inde a saeculo III° exeunti valens fabulas Menandri ἀρχαίας in publicis monumentis appellandi, si cum novis fabulis in certamen propositae essent [2]); epistulae ad Ptolemaeum Lagiden num genuinae fuerint quam maxime licet dubitare; orationes spurias fuisse tantum non certo scimus [3]).

Denique huc facit trimeter de Menandro iudicium ferens:

ὃς ἄστρον ἐστὶ τῆς νέας κωμῳδίας [4]).

1) Traditum est στραβὸς τὰς ὄψεις, cetera ad litteram excripsi.
2) Cf. Dittenb. Syll. 408 sq.
3) Cf. Quintil. X 1, Meineke Men. et Phil. p. xxxii sq.
4) Cf. Dionysius Thrax in Bekk. Anecd. 749; Eustath. 1776, 48: τὸν καλὸν Μένανδρον ἀστέρα τῆς νέας κωμῳδίας.

---

## AD ARISTOPH. VESP. 1179.

Ad patrem nugantem
„μή μοί γε μύθους, ἀλλὰ τῶν ἀνθρωπίνων
*aliquid narra*!" exclamat filius. Correxit Meineke ἀνθρωπικῶν, ex auctoritate Phrynichi grammatici, vel potius ex auctoritate librorum antiquiorum quam est codex Ravennas vel Venetus. Legitur enim in Anecdotis Bekkeri (21, 14):

ἀνθρωπικὸς μῦθος· ὁ περὶ ἀνθρωπείων πραγμάτων.

Et apud Photium (Reitzenst. 141, 1):

ἀνθρωπικὸς μῦθος· ὁ περὶ ἀνθρωπείων πραγμάτων ἔχων τὴν ὑπόθεσιν· Ἀριστοφάνης Ἀμφιαράῳ.

Quid vero sibi vult *Amphiarai* fabulae haec mentio? In ea quoque locutione ἀνθρωπικὸς μῦθος usus est comicus? Fortasse, quamquam mirum igitur de *Vespis* taceri. Sed aliud quid suspicor. Nam in Aristophanis Amphiarao et ἀνθρωπίζεται verbum occurrisse cum Pollux docet tum Bekkeri Anecd. 82, 15 (Ar. fr. 37 Kock), huius vero glossae apud Photium non fit mentio. Itaque culpa describentium duas glossas confluxisse arbitror, olim enim haec fuisse in Photii lexico:

ἀνθρωπικὸς μῦθος· ὁ περὶ ἀνθρωπείων πραγμάτων ἔχων τὴν ὑπόθεσιν. Ἀριστοφάνης ⟨Σφηξίν.
ἀνθρωπίζεται· Ἀριστοφάνης⟩ Ἀμφιαράῳ.

V. L.

# DE EMPHASI

DISPUTATIO,

CUI NUPER PROLUSIT

IN

## SERTO NABERICO,

NUNC IPSAM OFFERT

SOCERO VENERABILI

ALBs. POUTSMA.



Sine pondere habentia pondus.

§ 1. Postquam in Serto Naberico rem egi universe et allatis exemplis ex scriptoribus Latinis, Franco-Gallis, nostratibus studui ostendere non unum atque certum esse sensum emphaseos, cui soli confisis liceat nobis pro nostro arbitrio *ἐγκλίνειν* pronomina et *ὀρθοτονεῖν*, iam venio ad exempla Graeca. Quorum omnium primum id ponam genus quod disputationis quasi fundamentum firmissimum praebiturum mihi visum est, cum optime demonstret poetarum utique Graecorum sensum emphaseos haud raro prorsus differre a sensu quem meum esse constat, plurimorum esse hominum hodiernorum mihi est persuasum, nostrum igitur si posthac dicam, et brevitati consultum habebo nec sciens laedam veritatem. Illos dico versus in quibus offendamur pronomine e l i s i o n e si minus mutilo, at certe coniunctis vocibus attenuato (sive scribimus litteram vocalem, sive apostropho utimur), ubi nos non modo pronomen requiramus integrum vocibus distractis, sed etiam vim ac pondus insuper addamus.

Sunt autem hi loci satis frequentes; quod ne temere statuisse viderer, ex multitudine maiore selegi numerum quem satis magnum arbitratus sum. Legimus igitur apud

1) Soph Oe. R. 139/40 [1]):

ὅστις γὰρ ἦν ἐκεῖνον ὁ κτανών, ταχ' ἂν
κἄμ' ἂν τοιαύτῃ χειρὶ τιμωρεῖν θέλοι [2]).

2) 404/5: ἡμῖν μὲν εἰκάζουσι καὶ τὰ τοῦδ' ἔπη
ὀργῇ λελέχθαι καὶ τὰ σ', Οἰδίπους, δοκεῖ. [3])

Oe. C. 800/1: πότερα νομίζεις δυστυχεῖν ἔμ' ἐς τὰ σὰ
ἢ σ' ἐς τὰ σαυτοῦ μᾶλλον ἐν τῷ νῦν λόγῳ;

Alcest. 666: τέθνηκα γὰρ δὴ τοὐπὶ σ'· εἰ κ.τ.λ.. [4])

Hipp. 323: ἔα μ' ἁμαρτεῖν, οὐ γὰρ ἐς σ' ἁμαρτάνω. [5])

Andr. 754: γέροντα μὲν σ' ὁρῶντες, ἀσθενῆ δ' ἐμέ.

Phoen. 697/700: (ἢ πολλ' ἐπῆλθον εἰσιδεῖν χρῄζων σ', ἄναξ
Ἐτεόκλεες, πέριξ δὲ Καδμείων πύλας
φυλακάς τ' ἐπῆλθον σὸν δέμας θηρώμενος.)
— Καὶ μὴν ἐγὼ σ' ἔχρῃζον εἰσιδεῖν, Κρέον.

Ion. 408/9: ἓν δ' οὖν εἶπεν, οὐκ ἄπαιδά με
πρὸς οἶκον ἥξειν οὐδὲ σ' ἐκ χρηστηρίων.

El. 925/7: ἄλγιστα δ' ᾤκεις οὐ δοκῶν οἰκεῖν κακῶς·
ᾔδησθα γὰρ δῆτ' ἀνόσιον γήμας γάμον,
μήτηρ δὲ σ' ἄνδρα δυσσεβῆ κεκτημένη.

I. T. 1068/9: ἀλλὰ πρός σε δεξιᾶς,
σὲ καὶ σ' ἱκνοῦμαι. [6])

„ „ 1084/5: σῶσόν με καὶ νῦν τούσδε τ', ἢ το Λοξίου
οὐκέτι βροτοῖσι διὰ σ' ἐτήτυμον στόμα [7]).

3) Tr. 945: οὐ σ', ἀλλ' ἐμαυτὴν τοὐπὶ τῷδ' ἐρήσομαι.

Ion. 307/12: ὦ τλῆμον, ὡς τἄλλ' εὐτυχοῦσ' οὐκ εὐτυχεῖς.
. . . . . . . . . . . . . . .

1) Numeri versuum ex fabulis Graecis allatorum constanter sunt Dindorfii in editione quinta Poetarum Scenicorum Graecorum.
2) Cf. Oe. R. 697, Eur. Med. 252, Hec. 505. Or. 770, 1328, etc.
3) Cf. Eur. Tr. 918, El. 273.
4) Cf. Eur. Rhes. 397, Hec. 514.
5) Cf. Eur. Or. 448, Herc. 217, Ion. 1008.
6) Cf. Eur. Or. 914.
7) Cf. Eur. Herc. 493, Hel. 109 (cll. 609 et 687), Ar. Av. 1546.

—˙ἡμεῖς σ᾽ ἄρ᾽, ὦ ξέν᾽, ἀνοικτείρομεν.

Or. 899/900: οὗτος κτανεῖν μὲν οὔτε σ᾽ οὔτε σύγγονον
εἶα [1]).

El. 1091/5: κοὔτ᾽ ἀντιφεύγει παιδὸς ἀντὶ σοῦ πόσις
οὔτ᾽ ἀντ᾽ ἐμοῦ τέθνηκε, δὶς τόσως ἐμὲ
κτείνας ἀδελφῆς ζῶσαν· εἰ δ᾽ ἀμείψεται
φόνον δικάζων φόνος, ἀποκτενῶ σ᾽ ἐγὼ
καὶ παῖς Ὀρέστης, πατρὶ τιμωρούμενοι.

Herc. 209/11: ἀλλὰ τοῦθ᾽ ὅμως ἡμῖν βαρύ,
εἰ δειλίας σῆς κᾀτθανούμεθ᾽ οὕνεκα,
ὃ χρῆν σ᾽ ὑφ᾽ ἡμῶν τῶν ἀμεινόνων παθεῖν.

1401: παίδων στερηθεὶς παῖδ᾽ ὅπως ἔχω σ᾽ ἐμόν.

Vides divisionem tripertitam, ut primum locum obtineant exempla pronominis et elisionem passi et crasim; sequantur ea in quibus accentus vocabuli quod proxime praecedit, ipsorum quidem Graecorum aures monere poterat non inclinari pronomen; quae monitio nulla est in exemplis ordinis tertii. Sed omnibus hoc est commune, quod nostris neque auribus neque animis satis facit quidquid litterae vocalis relinquit elisio. Nos, si in nostrum hos locos convertimus, deminutum pronomen non toleramus. Nos vehementer sane miremur, si quis dicat serio non: „Ik zal niet gaan, noch *gij*.", sed: „....., noch *ge* (vel *g'*)."; non: „(Ik heb je gezocht. —) En ik *jou*"., sed: „...... En ik *je* (vel *j'*).". A nobis, qui quidem non simus Franco-Galli, talia tam sunt aliena quam illa: „si vous ne *l'* avez, vous ne voulez épouser personne.", et: „la danse que *j'* exerce et la musique dont *il* fait profession.", et reliqua similia quae attuli in Prolusione.

Itaque: sicuti fatendum esse video meum emphaseos sensum saepe prorsus abhorrere a Franco-Gallico, ita statuo etiam a poetis antiquis Graecis haud raro penitus hac in re me dissentire, cum ego omnino requiram pondus et tempus, quibus illos carere posse mihi metrum meaeque aures plane persuadeant. — Quo iudicio quemadmodum utar in locis controversis, iam docebo.

Fit nimirum ut editores syllabam quae est ultima ante pronomen alii ὀρθοτονεῖν maluerint, alii ἐγκλίνειν. Veluti in vs. 801

1) Cf. Eur. Hel. 1619.

quem ex Oed. C. exscripsi, Hermanno ($a^0$ 1825) et Nauckio ($a^0$ 1884) placuit ἤ σ', sed reliquis meis [1]) editoribus ἤ σ' [2]); in Phoen. 700 Valck., Pors., Matth. ediderunt ἐγώ σ', reliqui: ἐγὼ σ'; in I. T. 1085 Markl. (in ed. Glasg. $a^i$ 1821) et Matth. διά σ', reliqui διὰ σ'. Est etiam ubi illos conspirasse dixeris in syllabae illius sonum elevatum, cum mihi sonus depressus necessarius videatur, ut in

Eur. Rhes. 978: οὐ ῥύσεταί νιν Παλλάς, ἥ σ' ἀπέκτανε.

Or. 770: οὐ Φοβεῖ μή σ' Ἄργος ὥσπερ κἄμ' ἀποκτεῖναι [θέλῃ; [3])

Ar. Ran. 503/5: ὦ Φίλταθ', ἥκεις, Ἡράκλεις; δεῦρ' εἴσιθι!
ἡ γὰρ θεός σ' ὡς ἐπύθεθ' ἥκοντ', εὐθέως
ἔπεττεν ἄρτους, κ.τ.λ. [4]).

Nec desunt loci ubi non tantum accentum editor aliquis pro suo sensu fingat, sed etiam de ipsarum litterarum fide dubitet. Sic in

Eur. Alc. 980/3: καὶ τὸν ἐν Χαλύβοις δαμάζεις σὺ (= ἡ ἀνάγκη) βίᾳ σίδαρον,
οὐδέ τις ἀποτόμου λήματός ἐστιν αἰδώς.
καὶ σ' (= Ἄδμητον) ἐν ἀΦύκτοισι χερῶν εἷλε θεὰ [δεσμοῖς·

Nauckius malit legere: καὶ σέ γ' ἀΦύκτοισι κτλ.; in

Ion. 360: καὶ σ', ὦ ξέν', οἶμαι μητέρ' ἀθλίαν ποθεῖν,

Weckl. coniecit Euripidem scripsisse: καὶ σέ, ξέν', κτλ.; in

Soph. Phil. 1365/6: εἶτα τοῖσδε σὺ
εἶ ξυμμαχήσων, καί μ' ἀναγκάζεις τάδε;

Brunckius omnibus meis editoribus persuasit esse legendum: κἄμ'; in

Aesch. Agam. 598/9: καὶ νῦν τὰ μάσσω μὲν τί δεῖ σ' ἐμοὶ λέγειν;
ἄνακτος αὐτοῦ πάντα πεύσομαι λόγον.

et ipse olim corrigendum putavi σέ μοι et Wilamowitzium sic vidi scripsisse in editione $a^i$ 1885.

---

1) Meos editores dico omnes quos adii.

2) Unus Elmsl. operae pretium duxit alteram prosodiam memorare.

3) Cf. 763 et 768 et infra, p. 140, Xen. An. V. 6. 33.

4) θεός σ' si recte se habet, dea praesensisse videtur vel exspectasse Herculis adventum, qua praesensione vel spe iam rata facta ancilla dicat: „Nam dea ut didicit te (revera) venisse", non: „te venisse"; quod ipse requiro, sed inest in θεὸς σ' quodammodo, omnino non in θεός σ'.

Dico igitur in tali re hoc mihi videri cauti editoris, ut didicerit fallaci suo sensui misere diffidere et quasi manibus vinctis se tradat optimis testibus, ipsis quoque fallacibus, non nego sane, sed in re obscura si errandum est, praestat errare cum gravissimis auctoribus, quibus hic spretis illic paenitet temeritatis. Itaque miretur sane, ut hoc utar exemplo, cum Weckleinio: *καὶ σ' ὦ ξέν'*, modo ita miretur ut aut servet, cum eodem Weckleinio, lectionem optimorum librorum, aut paratus sit emendare scilicet locos similes, quales sunt

Anacr. fr. 114 (P. L. G. Bgk-H.[4]): *Ἀλκίμων σ', ὠριστοκλείδη, πρῶτον οἰκτείρω φίλων.*

Eur. Or. 857/8: *ψήφῳ Πελασγῶν σὸν κασίγνητον θανεῖν καὶ σ', ὦ τάλαιν', ἔδοξε τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ.*

Herc. 497/9: *σὺ μὲν τὰ νέρθεν εὐτρεπῆ ποιοῦ, γύναι· ἐγὼ δὲ σ', ὦ Ζεῦ, χεῖρ' ἐς οὐρανὸν δικὼν αὐδῶ.*

nec multum distat Ion. vs. 312. quem supra memoravi. Dissentiat ab Demosthene, ac vehementer dissentiat, si in Or. de Cor. 285 orator verba *οὐ σε ἐχειροτόνησε* ...., *ἀλλ' ἐμὲ* ita dixit ut *emphasi neglecta* vitaret hiatum, quod multi scribunt sic ut scriptum est in optimo libro Parisino: *οὐ σ' ἐχειροτόνησε*, sed aut, cum Blassio, morem gerat praestantissimo codici, aut, si *propter emphasim servatam* postulat quod alii ediderunt: *οὐ σὲ ἐχειροτόνησε* cum hiatu, neget huic oratori dandum, quod sibi sumpserit poeta, cum scriberet: *οὐ σ', ἀλλ' ἐμαυτήν*. Cuius loci si erit memor, fortasse etiam minus fidenter damnabit lectionem optimi libri Bodleani in Plat. Soph. 218 A: *ἂν δ' ἄρα τι τῷ μήκει πονῶν ἄχθῃ, μή με αἰτιᾶσθαι τούτων, ἀλλὰ τούσδε τοὺς σοὺς ἑταίρους*, cui non praetulit Stallb. lectionem Venetam et Vindobonensem: *μὴ ἐμέ*, quae vera visa est Cobeto et reliquis meis editoribus; haesitabitque adeo paulisper in

Eur. Phoen. 629: *κἄν τί σοι, πόλις, γένηται, μὴ 'μέ, τόνδε δ' αἰτιῶ*, quod ibi tres codices habent *μή με*. (Cf. etiam infra, pag. 146, Hom. Γ 164).

Una atque certa, quantum scio, in omnibus exemplis quibus adhuc usus sum, est lectio optimorum librorum mss.; quorum auctoritati ego in re lubrica vel invitus obtemperabo, dum sibi constet. Ubi vero discordes inter se sunt testes optimi ita ut

non inveniam ποῦ στῶ, sensu meo litem dirimi patiar; veluti ipso illo loco unde in Prolusione sum profectus:

Hom. Z 206: Ἱππόλοχος δ' ἔμ' ἔτικτε ....., quocum coniungendus
N 452: Δευκαλίων δ' ἔμ' ἔτικτε ....., quae verba redeunt
τ 181.

Tres, vel potius duo hi loci tam sunt similes inter se quam est ovum ovo; gravissimi autem auctores non satis constanter alteram utram lectionem tuentur; itaque δ' ἔμ' vel δ' ἐμὲ [1]) ubique scribendum censebo, nec laudo inconstantiam Barnesii, Wolfii, Dindorfii, qui modo hoc ediderint modo δέ μ'. Sed missa librorum mss. auctoritate non ausim affirmare ipsi Homero displicuisse brevissimam pronominis formam, postquam vidi Mercurium his verbis exordiri

Eur. Ionis prologum: Ἄτλας, ὁ χαλκόνωτος οὐρανὸν θεῶν
ὀχῶν παλαιὸν οἶκον ἐκ τριῶν μιᾶς
θεῶν ἔφυσε Μαῖαν, ἥ μ' ἐγείνατο.

sive cum optimis codicibus et Matthiaeo lego: ἥ μ', sive cum L. Dindorfio et reliquis meis editoribus: ἣ 'μ'. Accedit quod ad locum Odysseae fortasse pertinet lex quaedam Apollonii Dyscoli, de qua mox sum dicturus.

Singularis locus est

Eur. Hel. 652: ἔχεις μ', ἐγώ τέ σ'· ἡλίους κ.τ.λ..

Ita certe nulla memorata varietate lectionis Kirchh. in utraque editione, Nauckius, Prinz-Weckl.. Sed Matth. et Ddf., hi quoque de discrepantia codicum nihil monentes ediderunt: ἔχω τέ σ'. Denique Badhamus in textu qui dicitur habet ἔχω, sed in annotatione: „Corrige", inquit, „ut praecipit Fixius, ἔχεις μ', ἐγώ τε σ'." Me iudice ἔχω τέ σ', si modo traditum est, omni caret offensione, uti ἔχεις μ'; vis enim sententiae tota posita est in verbo, quemadmodum Helena exsultans vs. 650 dixerat: πόσιν ἐμὸν ἔχομεν ἔχομεν, et in Eur. El. 579 ad sororis verba:

---

1) Quod Bekkerus in Hom. Bl. I p. 322 improbata lectione vulgata ἔμ' ἔτικτε) quae oculis tantum satis faceret, rescribi iussit ἐμὲ τίκτε, immemor fuit et reliquorum exemplorum eliseos quae supra attuli et

Eur. Hel. 33: δίδωσι δ' οὐκ ἔμ', ἀλλ' εἴδωλον,
et 609/10: . . . . δι' ἔμ' ἐπὶ Σκαμανδρίοις
ἀκταῖσιν Ἥρας μηχαναῖς ἐθνῄσκετε,

nec dubito quin his duobus multo plures addi possint loci similes.

ἔχω σ' ἀέλπτως Orestes respondet: κἀξ ἐμοῦγ' ἔχει χρόνῳ (non: κἀξ ἐμοῦ σύ ἔχει χρόνῳ). In ἐγώ τέ σ' vero pronomen decurtatum adversatur nostrae consuetudini. Ac paulo ante (627/30), cum Helena dixisset: ἔλαβον ἀσμένα πόσιν ἐμόν, Menelaus responderat: κἀγὼ σέ, paulo autem post (657/8) illa dicet: ἀδόκητον ἔχω σε πρὸς στέρνοις, hic: κἀγὼ σέ. Tamen, quominus damnem ἐγώ τέ σ' propter *elisionem* illam, et reliqui loci me retinent et in ipsa hac fabula vss. 563/4:

Ἑλένῃ σ' ὁμοίαν δὴ μάλιστ' εἶδον, γύναι.
— ἐγὼ δὲ Μενέλεῴ γε σ', οὐδ' ἔχω τί φῶ.

Ubi quod in optimis cdd. LG legitur σέ, vocalis integra hic quoque cernitur oculis, auribus vero ne percipiatur ita ut nobis omnino opus esse videatur, obstat ipsum metrum.

§ 2. Non temere mihi videor statuisse sat saepe poetas utique antiquos Graecos longe distare a nostra oratione emphatica. Sed ut certa, ita male haec lex est definita; neque ego fines accuratos quibus se contineat possum indicare. Quod possum, faciam: ut alterum examinem genus exemplorum, quo quidem lex ipsa confirmabitur. Quod genus quale sit, ostendam usus ipsius Apollonii Dyscoli verbis. εἰ, inquit, ἐκτὸς τῆς συμπλοκῆς ἡ ἀντωνυμία γένοιτο, πάντως τότε καὶ ἀπόλυτος γενήσεται· „δός μοι καὶ Ἀπολλωνίῳ"· εἰ δὲ ἀντιστραφήσεται, πάντως καὶ ὀρθοτονηθήσεται· „δὸς Ἀπολλωνίῳ καὶ ἐμοί". Haec igitur ille scripsit in libro De Pronomine (p. 50 Bkk. vel p. 40 Schn., nam nullum hoc loco est discrimen inter utramque editionem); quae secutus est Blassius (in Kühn.-Blass, Ausf. Gramm. I. p. 346) ne memorato quidem loco gemino in libro II De Constructione (pp. 121/22 Bkk.): εἰ γοῦν ἐκτὸς τοῦ συνδέσμου γένοιτο ἡ ἀντωνυμία, οὐ πάντως ὀρθοτονηθήσεται· „ἐχαρίσατό σοι καὶ Διονυσίῳ", „ἐτίμησέ σε καὶ Διονύσιον". Atque hanc veram fuisse Apollonii opinionem arbitrati sunt, solam certe hanc rettulere Lehrsius (in Quaest. ep. p. 112) et Gerthius (in Kühn.-Gerth, Ausf. Gramm. I. p. 557). Quorum alter illa οὐ πάντως interpretatus est per „nicht", itaque aut πάντως neglexisse videtur aut οὐ πάντως accepisse ut οὐ πάνυ, dictum pro πάνυ οὐ; Lehrsius vero, postquam monuit ea quae scripsit Herodianus de Hom. Γ 160 non congruere cum norma Apollonii,

addidit: „Animadverte Apollonium dicere *οὐ πάντως.*"; unde efficio secundum Lehrsium *οὐ πάντως* hoc loco significare „non constanter" — sic enim nunc vertere malo, quo effugiam ambiguitatem, quae est etiam in Romanorum 'non omnino'. Ego fateor Apollonii sermonis me non ita esse peritum ut mihi plane constet utra interpretatio sit vera. Sed hoc scio: ex numero satis magno locorum quos collegerim [2]) paucos esse qui et certi sint et faveant placito illi quod proponatur in libro De Pronomine; paucos, illos quoque certos, qui repugnent; plerique vero utro pertineant, non apparere [2]).

Favent et metro a iusta dubitatione defenduntur:

Eur. Hipp. 818/9: ὦ τύχα,
ὥς μοι βαρεῖα καὶ δόμοις ἐπεστάθης.
Phoen. 437: παῦσαι πόνων με καὶ σὲ καὶ πᾶσαν πόλιν.
Su. 3 : εὐδαιμονεῖν με Θησέα τε παῖδ' ἐμόν.

Repugnant nec sinit metrum pronomen in suspicionem vocari:

Hom. τ 569: ἦ κ' ἀσπαστὸν ἐμοὶ καὶ παιδὶ γένοιτο.
Soph. Oe. C. 1702/3: οὐδὲ γὰρ ὢν ἀφίλητος ἐμοί ποτε
καὶ τᾷδε μὴ κυρήσῃς.
Eur. Tr. 404/5: τοὺς γὰρ ἐχθίστους ἐμοὶ
καὶ σοὶ γάμοισι τοῖς ἐμοῖς διαφθερῶ.

Ex dubiis [3]) primum separabo eos locos de quibus est con-

1) Skrzeczkae doctrina uti mihi non licuit.

2) Excepi ex enumeratione eos locos in quibus ad unum verbum pertineant *duo subiecta* ita ut
aut utrumque sit pronomen vel
alterum pronomen, alterum pronomen vel nomen; ut:
Eur. El. 1094/5: ἀποκτενῶ σ' ἐγὼ
καὶ παῖς 'Ορέστης,
aut alterum sit pronomen vel nomen, alterum indicet verbi terminatio; ut:
Eur. Andr. 708/9: εἰ μὴ φθερεῖ τῆσδ' ὡς τάχιστ' ἀπὸ στέγης
καὶ παῖς ἄτεκνος.
Qui loci etsi satis sunt cognati, tamen hos Apollonius tunc fortasse non habebat in mente cum in hoc argumento versabatur. Quod valet etiam in ea exempla ubi pro *καί* legatur *οὐδέ*, ut:
Eur. Ion. 408/9: ἓν δ' οὖν εἶπεν, οὐκ ἄπαιδά με
πρὸς οἶκον ἥξειν οὐδὲ σ' ἐκ χρηστηρίων.

3) Singulis tantum exemplis indicabo duo quaedam genera locorum qui dubiis adnumerandi mihi visi sunt. Alterum est eorum ubi prius pronomen aut versum incipiat aut distinctione separetur a vocabulo proxime antecedente, ut:
Eur. Her. 280/1: λαμπρὸς δ' ἀκούσας σὴν ὕβριν φανήσεται
σοὶ καὶ πολίταις,

sensus tum inter ll. mss., quod quidem sciam, tum inter editores meos, modo ὀρθοτονοῦντας, itaque peccantes contra legem severiorem Apollonii, modo, secundum hanc legem, ἐγκλίνοντας, tum fere constanter inter utrosque. Sunt autem hi.

Soph. Oe. C. 985/6: ἀλλ' ἓν γὰρ οὖν ἔξοιδα, σὲ μὲν ἑκόντ' ἐ μ ὲ
κ ε ί ν η ν τ ε ταῦτα δυσστομεῖν. [1])

Eur. Tr. 53/4: Φέρω δὲ σ ο ὶ
κοίνους ἐ μ α υ τ ῇ τ' ἐς μέσον λόγους, ἄναξ.

Alc. 769/70: δέσποιναν, ἣ 'μ ο ὶ π ᾶ σ ί τ' οἰκέταισιν ἦν
μήτηρ. [2])

Andr. 754/5: γέροντα μὲν σ' ὁρῶντες, ἀσθενῆ δ' ἐ μ ὲ
κ α ὶ π α ῖ δ α τόνδε νήπιον. [3])

Herc. 96: ἐκ τῶν παρόντων τῶνδ' ἐ μ ο ὶ κ α ὶ σ ο ὶ κακῶν.

Hel. 558: σὺ δ' εἶ τίς; αὐτὸς γὰρ σὲ κ ἄ μ' ἔχει λόγος.

---

Cycl. 426/7: ἐξελθὼν δ' ἐγὼ
σιγῇ, σὲ σῶσαι κἄμ', ἐὰν βούλῃ, θέλω.

Solet quidem pronomini ita collocato addi accentus. Quem accentum etiamsi constaret ipsius esse poetae, tamen non licebat pro certo affirmare eum πρὸς τὸ σημαινόμενον τὸ αἴτιον ἔχειν, ut verbis utar Apollonii (De Pron. p. 49C Bkk.); quam ὀρθοτόνησιν ego solam curo in hac disputatione neque aliam cogitavit Apollonius in norma sua περὶ ἀντωνυμίας συμπλεκομένης statuenda. An forte Graeci primum cuiusque versiculi vel membri sententiae vocabulum constanter cum vi proferre solebant? — At pronomen fortasse personale illud quod modo ἐγκλίνεται, modo ὀρθοτονεῖται, numquam sine vi a fronte ponebatur. — Miram sane opinionem. Sed audiamus ipsum Apollonium. Cuius haec sunt verba in libro De Pron. (p. 49 AB Bkk.): Αἱ μὲν οὖν ὀρθὸν τόνον εἰληχυῖαι τὸ πλέον ἕ ν ε κ α σ η μ α ι ν ο μ έ ν ο υ ὀρθοτονοῦνται, ἔσθ' ὅτε δὲ ἡ σύνταξις ἢ τ ό π ο ς ἢ ποιητικὴ ἄδεια ὀρθοτονοῦσι τὰς ἀντωνυμίας· καὶ ἐπὶ μὲν συντάξεως· „ἤ νύ σέ που δέος ἴσχει·" ..... ἐπὶ δὲ τ ό π ο υ· „ἐμὲ δ' ἔγνω καὶ προσέειπεν·" ἀπολύτου γὰρ οὔσης τῆς σημασίας, καθὸ καὶ· „ἔγνω δὲ ψυχή με ποδώκεος Αἰακίδαο", ὅμως δ ι ὰ τ ὸ ἄ ρ χ ο ν ἡ ἀντωνυμία ὠρθοτονήθη, εἴγε ἀδύνατόν ἐστιν ἐγκλινόμενόν τι ἀρκτικὸν τίθεσθαι· ..... (Cf. De Constr. II. p. 129. 21/23 Bkk.). — Alterum genus efficiunt ii loci ubi prius pronomen continuo sequatur post p r a e p o s i t i o n e m. Neque enim pronomen post praepositionem necessario ὀρθοτονεῖται; cuius rei et alii collegerunt exempla et Elmsl. in ann. de Eur. I. T. 64/5 et Bacch. 804; e quibus ego nunc unum afferam Eur. Or. 736, ubi Porsonus quidem et Matth. et Kirchh. ediderunt:

Μενέλεως κάκιστος ἐς ἐ μ ὲ καὶ κασιγνήτην ἐμήν,

reliqui autem mei id quod in 3 codicibus vidit Pors., in Marc. alii: μ ε. Nec vero, si constans esset ὀρθοτόνησις, certum id erat habendum signum emphaseos, cum vel διὰ τὴν σύνταξιν sonus plerumque erigatur.

1) Metrum non vetat legi: ἑκόντα μ ε pro ἑκόντ' ἐμέ.

2) Matth. edidit quidem cum omnibus ll. mss.: ἥ μοι, sed in Notis probat ἣ 'μοι.

3) Alii post ἐμέ distinguunt; inter dubios vel sic locus est referendus.

I. Au. 525: οὐκ ἔστ' Ὀδυσσεὺς ὅ τι σὲ κἀμὲ πημανεῖ.
867: οἶσθα δῆτά μ' ὅστις ὢν σοὶ καὶ τέκνοις εὔνους [ἔφυν.[1])

Plat. Soph. 217E: τὸ δὲ αὖ σοὶ μὴ χαρίζεσθαι καὶ τοῖσδε.... ἄξενόν τι καταφαίνεταί μοι καὶ ἄγριον.

Dem. De Cor. 265: Ἐξέτασον τοίνυν παρ' ἄλληλα τὰ σοὶ κἀμοὶ βεβιωμένα.
285: παρελθόντος σοῦ καὶ Πυθοκλέους.

Hom. κ 484/5: θυμὸς δέ μοι ἔσσυται ἤδη ἠδ' ἄλλων ἑτάρων.
ο 309: ἵνα μή σε κατατρύχω καὶ ἑταίρους[2]).
π 84: ὥς κεν „ „ κατατρύχῃ „ „ [3]).
ω 299/300: ποῦ τοι νηῦς ἕστηκε θοή, ἥ σ' ἤγαγε δεῦρο ἀντιθέους θ' ἑτάρους;

Aesch. Pe. 222: ἐσθλά σοι πέμπειν τέκνῳ τε

Soph. Oe. C. 750: ἀεί σε κηδεύουσα καὶ τὸ σὸν κάρα.
1496/8: ὁ γὰρ ξένος σε καὶ πόλισμα καὶ φίλους ἐπαξιοῖ δικαίαν χάριν παρασχεῖν παθών.
Ant. 95: ἀλλ' ἔα με καὶ τὴν ἐξ ἐμοῦ δυσβουλίαν.

Eur. Andr. 106/7: εἷλέ σ' ὁ χιλιόναυς Ἑλλάδος ὠκὺς Ἄρης καὶ τὸν ἐμὸν μελέας πόσιν Ἕκτορα.
555/7: τίνι δίκῃ χέρας βρόχοισιν ἐκδήσαντες οἵδ' ἄγουσί σε καὶ παῖδ';
634/5: ὃς κλάοντά σε καὶ τὴν ἐν οἴκοις σὴν καταστήσει κόρην.
750: θεοί σοι δοῖεν εὖ καὶ τοῖσι σοῖς.
Or. 746: μή μ' ἰδεῖν θανόνθ' ὑπ' ἀστῶν καὶ κασιγνή- [την ἐμήν.
Tr. 69: οὐκ οἶσθ' ὑβρισθεῖσάν με καὶ ναοὺς ἐμούς;
Rhes. 752: χρῆν γάρ μ' ἀκλεῶς Ῥῆσόν τε θανεῖν.
Herc. 322: κτεῖνόν με καὶ τήνδ' ἀθλίαν παῖδων πάρος.

---

1) Bekkerus in Hom. Bl. I. pp. 220/1 pronomen accentu carere voluit.

2) Bekkerus, qui in Hom. Bl. I. p. 71 iusserat pronomen ὀρθοτονεῖσθαι, in utraque editione ἐνέκλινε.

3) Bekkero et in Hom. Bl. I p. 220 et in utraque ed. placuit ἐγκλίνειν.

El. 805/6: Νύμφαι πετραῖαι, πολλάκις με βουθυτεῖν
καὶ τὴν κατ' οἴκους Τυνδαρίδα δάμαρτ' ἐμήν.
914/5: ἀπώλεσάς με κὠρφανὴν φίλου πατρὸς
καὶ τόνδ' ἔθηκας.
I. T. 1084: σῶσόν με καὶ νῦν τούσδε τ'.
I. Au. 666: εἴθ' ἦν καλόν μοι σοί τ' ἄγειν ξυμπλοῦν ἐμέ [1]).

Reliqui sunt loci aliquot quorum varia est lectio apud varios testes vel editores.

Hom. τ 181: Δευκαλίων δ' ἔμ' ἔτικτε καὶ Ἰδομενῆα ἄνακτα.
Ex codicibus pauci habent δέ μ', in his duo optimi (etiam apud Molhuysen); quod recepere Barn., Clark., Wolf. a⁰ 1794; qui Wolf. a⁰ 1807 praetulit δ' ἐμὲ.

Soph. Ant. 31/2: τοιαῦτά φασι τὸν ἀγαθὸν Κρέοντά σοι
κἀμοί, λέγω γὰρ κἀμέ, κηρύξαντ' ἔχειν.
Sic ex editoribus meis Nauck, Dind.-Mekler (a⁰ 1885), Kuiper; reliqui, in his Hermannus (in tertia certe ed.), Böckh, Dind. (P. Sc.[5]): Κρέοντα σοὶ.

Phil. 1378/9: πρὸς τοὺς μὲν οὖν σε τήνδε τ' ἔμπυον βάσιν
παύσοντας ἄλγους.
Qui novissimam curavit editionem Schneidewinianam Radermacherus, unus ex editoribus meis pronomen ὠρθοτόνησε collato Soph. Ai. 1147: καὶ σὲ καὶ τὸ σὸν λάβρον στόμα.

Eur. Andr. 122: οἵ σὲ καὶ Ἑρμιόναν ἔριδι στυγερᾷ ξυνέκλῃσαν.
Sic reliqui editores, sed Musgr. et Matth.: οἵ σε. Quibus solis etiam in vs. 1260 eiusdem fabulae placuit: τὸν φίλτατόν σοι παῖδ' ἐμοί τ' Ἀχιλλέα, et in

Eur. El. 957/8: δεινὰ δ' ἀντέδωκέ σοι
καὶ τῷδ'.

In Hel. 73/4: γυναικὸς εἰκὼ φόνιον, ἥ μ' ἀπώλεσε
πάντας τ' Ἀχαιούς,
ex meis editoribus unus Kirchh. in ed. priore,

in I. Au. 691/2: οὐχ ὧδ' ἀσύνετός εἰμι, πείσεσθαι δέ με
καὐτὴν δόκει τάδ',
solus Matth. emphaticam habet pronominis formam.

Plat. Euthyd. 283 E: Σοὶ εἰς κεφαλήν, ὅ τι μαθών μου καὶ τῶν ἄλλων καταψεύδει τοιοῦτο πρᾶγμα, haec optimorum co-

1) Postremis his septem locis pro με et μοι per metrum legere licet: ἐμὲ et ἐμοί.

dicum lectio a⁰ 1874 adhuc non displicuit Schanzio, sed in ed. Tauchn. locum cessit coniecturae Heindorfii, quam etiam Bkk. et Stallb. receperunt: *ἐμοῦ*. Et in 299 C eiusdem dialogi, ubi in codicibus est: *ἐγὼ δὲ ᾤμην σε δεινότερον εἶναι .... καὶ τόνδε τὸν ἑταῖρον*, Heindorfium, sibi constantem, cum hic quoque noluit pronomen *ἐγκλίνειν*, nec Bkk. secutus est nec Stallb., qui Stallb. sui ipse immemor scripsit falli qui in 283 E requirant *ἐμοῦ*.

Tuam sententiam exspecto, sed ipse haec statui: omissa quaestione de vera Apollonii opinione eam legem quam dederit in libro De Pronomine, a nostro sensu recusari; ipsorum autem veterum scriptorum testimoniis, quemadmodum nobis sint tradita, sic commendari legem datam in altero libro De Constructione, si *οὐ πάντως* interpretemur per „non constanter"; editores vero saepius cum inter se tum ipsos sibi in re eadem aut simillima dissentire.

§ 3. Venio ad tertium genus, alteri affine; ea dico exempla, cum duae sententiae vel duo sententiae membra opponuntur inter se duplici *ἤ*. Legitur autem *ἤ — ἤ* apud poetas pro *πότερον* vel *πότερα — ἤ*; veluti

Hom. Θ 532/4: *εἴσομαι ἤ κε με Τυδεΐδης κράτερος Διομήδης*
*παρ' νηῶν πρὸς τεῖχος ἀπώσεται, ἤ κεν ἐγὼ τὸν*
*χαλκῷ δηώσας ἔναρα βροτόεντα φέρωμαι.*

et Φ 225/6: *Ἕκτορι πειρηθῆναι*
*ἀντιβίην ἤ κεν με δαμάσσεται, ἤ κεν ἐγὼ τόν.*

Atque his duobus locis nullam vidi discrepantiam editionum vel codicum, quae quidem memorabilis videretur. Nec miror. Nam, etiamsi utroque loco pronomen *ὀρθοτονούμενον*, si satis fidei haberet, multi fortasse praeferrent, traditam lectionem hic defendit metrum, illic loci sententia, cum non tantum homini homo, sed etiam, ne dicam inprimis, actio actioni opponatur. Accedit quod, sive *εἰ* sive *ἤ* scribitur particula prior, altera sive *ὀξυτονεῖται* sive *περισπᾶται*, mihi certe particula bis posita non est invicto argumento quaestionem ex consilio quaerentis ab origine fuisse duplicem, sed fortasse, dum quaerit priora vel etiam postquam quaesivit, posteriora ei in mentem veniebant [1]),

---

1) Similiter apud Sophoclem facile Philoctetes, postquam dixit (1026/8)
*ἐμὲ δὲ τὸν πανάθλιον*

ut opus sit non virgula, sed paulo graviore distinctione post *ἀπώσεται* et *δαμάσσεται*.

Controversia vero tam antiquitus quam inter recentiores interpretes et editores fuit de loco quodam ubi ἤ — ἤ significat a u t — a u t, cui loco similem apud Homerum frustra quaesivi neque alibi adhuc inveni [1]). Nempe legitur apud

Hom. Ψ724: *ἤ μ' ἀνάειρ', ἢ ἐγὼ σέ· τὰ δ' αὖ Διὶ πάντα μελήσει.*

De hoc quoque hemisticho bis egit Apollonius. Neque nunc est dubium quin eius opinio constet; aperte enim utrobique vetat pronomen *ἐγκλίνεσθαι* [2]). Itaque satis gravem Wolfius habuit auctorem, cum edidit: ἢ 'μ', mox: ἢ ἐμ'. Sed — quod miror sane — praeter Wolfium nullum vidi editorem vel interpretem qui cum Apollonio et Habrone et plurimis illis quos dixit Lehrsius (Qu. ep. p. 112), sentiret. Ac sunt qui probaverint ea quae scripsit Bekkerus in Homer. Blätter I. pp. 219/20 [3]).

---

*ἑκόντα πλεύσανθ' ἑπτὰ ναυσὶ ναυβάτην*
*ἄτιμον ἔβαλον,*

meminisse potuit Ulixem certe hoc crimini dare Graecis, illos vero Ulixi, itaque addidisse: *ὡς σύ φῄς, κεῖνοι δὲ σέ.*

1) Hermannus quidem in ann. de Soph. Phil. 47 scripsit: „Licet enim oppositiones valde ament Graeci, tamen bene tenendum, ubi apertum est de quo sermo sit, *saepissime* pronomen encliticum praeferri, oppositionem autem in altera tantum parte sententiae fieri. Sic in illo Homeri, ἤ μ' ἀνάειρ', ἢ ἐγὼ σέ. De illa ratione dicendi *permulta* congeri possunt: sed satis est, attentum lectorem verbo monuisse." Quibus verbis lectis ego cum verebar ne magno viro, si hanc disputationem legere posset, multo plus quam satis facere viderer, tum dolebam ipsum mihi fecisse minus quam satis; libentissime enim et hoc exemplum Homericum cum aliis eiusdem generis conferrem et Hermanni sententiam cognoscerem de opinione Apollonii.

2) Cf. De Pron. pp. 50 C/2;A Bkk.: *Ὁμοίως (ὥσπερ αἱ συμπλεκόμεναι) καὶ αἱ διεζευγμέναι· ἢ ἐμοὶ ἢ τῷδε, ἢ ἐμὲ ἢ τόνδε. Καὶ διὰ τοῦτό φασι τὸ „ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σέ" ἐγκλιθὲν παράλογον· οὐδὲν γὰρ ἐκώλυεν ὀρθοτονεῖν, τοῦ κατ' ἀρχὴν ε συναληλιμμένου ὡς ἐπὶ τοῦ τὴμῇ, τώμῷ. . . . . . . . Ἴσως δὲ πρὸς ταῦτα φήσει τις, ὡς ἡ ἀνάγνωσις καλῶς ἔχει, οὐ διαζευχθείσης τῆς ἀντωνυμίας. . . . . .* Sed enim *τῷ* (sic Skrzeczka ap. Schn., Bkk. cum cd.: *τὸ*) *„... ἤ μ' ἀνάειρ'", εἴπερ διεζεύχθη τὸ ῥῆμα, κἂν πάντως ῥῆμα ἐπεφέρετο τὸ ἄπιθι ἢ κάθισον ἤ τι τοιοῦτον· ἐν ᾧ οὖν τὸ „ἢ ἐγὼ σέ" ἐπιφέρεται, ἐν τούτῳ δείκνυται, ὡς καὶ ἡ ἀντωνυμία διέζευκται, ἡ μὲν σέ πρὸς τὴν ἐμέ, ἡ δὲ σύ πρὸς τὴν ἐγώ, ἥτις ἐνέλειψεν, ἐν τῷ ἀνάειρε ῥήματι νοουμένη, τοῦ πλήρους ὄντος „ἢὲ σὺ ἐμὲ ἀνάειρε".* Et in altero l. De Constr. p. 126 Bkk.: *Φησὶ δέ που καὶ ὁ Ἅβρων οὐ δεόντως ἐγκεκλίνθαι τὸ „ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σέ," καθὸ διέζευκται ἡ ἀντωνυμία· . . . . . . . σαφὲς γὰρ ὅτι, εἰ τὸ ῥῆμα διέζευκτο, οὐκ ἂν αἰτιατικὴ πτῶσις ἐπηνέχθη, ἀλλὰ ῥῆμα, . . . . . . . καὶ δῆλον ὅτι οὐ μεταθήσει τὸν ἴδιον τόνον ἐπὶ τὸν ἤ σύνδεσμον, συνέξει δὲ ἐν αὐτῇ, ἐν τῷ „ἢ 'μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σέ".*

3) Veluti Faesi-Fr.[5] et Am.-H.[3].

Qui Bekkerus, postquam universe statuit eam *ἀντιδιαστολήν* — nam Graeco nomine uti malo — quae non statim ab initio fuerit cogitata, ne significari quidem posse statim ab initio pronomine *ὀρθοτονουμένῳ*, demonstrare est conatus ad nostrum versiculum hoc pertinere; formam enim quae placuerit poetae, cogente versu ortam esse ex duabus aliis hisce: *ἀναείρωμεν ἀλλήλους· τοίγαρ ἢ σὺ ἐμὲ ἀνάειρε ἢ ἐγὼ σὲ ἀναερέω*, et: *ἢ ἀνάειρε ἢ ἀναείρεο* — quae formae vix inter se differrent, cum pronomina, quae omnino non essent in altera, in altera vix quidquam haberent ponderis, quia illic quoque omne fere pondus caderet in verba [1]). Ego vero plane nego in altera illa forma pronomina *σὺ ἐμὲ* et *ἐγὼ σὲ* vi fere esse destituta, idemque affirmo *τὴν ἀντιδιαστολήν* aut in ipso hoc versiculo aut nusquam statim ab initio fuisse cogitatam. Cuius rei prior particula *ἢ* tam certum mihi est indicium quam prius ex binis *τε* vel *καί* mihi est documento statim ab initio fuisse cogitatam *τὴν συμπλοκήν*. Ad homines autem et pronomina hanc *ἀντιδιαστολήν* spectare neque ad actiones et verba extra omnem dubitationem iustam posuisse mihi certe videtur Apollonius loco supra ex libro De Pronomine allato [2]). Itaque meo sensui sic demum poeta satis fecisset, si scripsisset aut aliquid in hanc sententiam: *ἢ σὺ ἀνάειρε ἐμέ, ἤ, φέρε, ἐγὼ ἀναείρω σέ*, aut, *omisso priore ἤ*, aliquid huiusmodi: *ἀνάειρέ με· ἤ, φέρε, ἐγὼ ἀναείρω σέ* [3]). Neque *ἤ μ'* — *ἢ ἐγὼ σέ* hoc loco minus mirabile puto quam

---

1) „dabei (h. e. in ampliore forma) fällt der hauptton auf das verbum, auf das neue, die bisherige einförmigkeit unterbrechende, nicht auf die pronomina, die vielmehr so unwichtig sind dass sie in einer andern fassung wegbleiben könnten: ἢ ἀνάειρε ἢ ἀναείρεο, ungefähr wie N 486: ἤ κε φέροιτο μέγα κράτος ἤ κε φεροίμην. aus beiden fassungen aber ist, unter dem einfluss des verses, die vorliegende erwachsen, ohne irgend einen grund zu anderer betonung zu geben."

2) Aliter visum est Krügero cum scripsit (Gr. Sprachl. II. 2. § 61. 1): „Der Gegensatz zu ἐγώ schwebte hier bei ἀνάειρε noch nicht vor." Ac quis pro certo ausit affirmare omnino fieri non posse ut Aiax, cum dicere coeperit: ἤ μ' ἀνάειρ', cogitaverit adhuc: ἢ ἄπιθι ἢ κάθισον ἤ τι τοιοῦτον, ut ait Apollonius, cum vero ad alterum ἢ cogitatio pervenisset, subito intellexerit licere se quoque adversarium sublevare; verbo, quis pro certo affirmet fieri omnino non posse ut edendum sit: ἤ μ' ἀνάειρ', ἢ .... ἐγὼ σέ? Sed veri id dissimillimum esse ecquis neget?

3) Cf. λ 565: ἔνθα χ' ὅμῶς προσέφη κεχολωμένος, ἤ κεν ἐγὼ τόν. Nostro loco ἤ μ' ἀνάειρ'· ἢ ἐγὼ σέ fortasse omne ferret punctum, modo ἤ cum Imperativo recte coniungeretur; quod secus esse arbitror.

*καί μ'* — *καὶ σέ*, vel *οὔτε μ'* — *οὔτε σέ*, vel „òf *m'* — òf U", cum inter se opponuntur homines, non actiones.

Vel sic tamen dubito sequi Apollonium. Nam quid lucrabor, si pro *ἤ μ'* reponam *ἦ 'μ'*? Accentum nimirum mutatum et.... alteram aphaeresim. Sed manebit desiderium earum rerum quibus aegerrime ego careo: pronominis *σύ* et ponderis litterae *μ* additi. Ac praeterea: qui tulerunt *ἢ σ'* et *καὶ σ'* et *οὐδὲ σ'* et *οὔτε σ'*, ut taceam reliqua illa quae supra recensui exempla elisionis, hos non tulisse *ἤ μ'* — *ἢ ἐγὼ σὲ* et cetera quae modo comparavi, cur putem? Immo: cum intellegam Graecos poetas tam longe interdum differre a meo sensu, nunc quoque nihil restare videtur nisi ut obsequar auctoritati aut Apollonii aut eius consuetudinis quam ille impugnat, servaverunt omnes ll. mss.; ex his autem auctoritatibus utri me tradam, dubito.

§ 4. Sequitur quartum genus, quod est eorum exemplorum in quibus comparatione pronomen coniungitur cum pronomine vel nomine. Quo pertinent [1])

Soph. Phil. 46/7: *μᾶλλον ἂν*
*ἕλοιτό μ' ἢ τοὺς πάντας 'Αργείους λαβεῖν* [2]).
346/7: .... *οὐ θέμις* ...., *ἐπεὶ κατέφθιτο*
*πατὴρ ἐμός, τὰ πέργαμ' ἄλλον ἤ μ' ἑλεῖν* [3]).
524/5: *ἀλλ' αἰσχρὰ μέντοι σοῦ γέ μ' ἐνδεέστερον*

1) Soph. Phil. 1049/51: *οὗ γὰρ τοιούτων δεῖ, τοιοῦτός εἰμ' ἐγώ·*
*χὤπου δικαίων κἀγαθῶν ἀνδρῶν κρίσις,*
*οὐκ ἂν λάβοις μου μᾶλλον οὐδέν' εὐσεβῆ.*
miror fuisse qui huc traherent; omnis enim vis sententiae posita est in extremo nomine *εὐσεβῆ*, cui oppositum est *τοιοῦτος*, quemadmodum *δικαίων κἀγαθῶν* respondet alteri genitivo *τοιούτων*. Neque de
Oed. R. 1478/9: *ἀλλ' εὐτυχοίης, καί σε τῆσδε τῆς ὁδοῦ*
*δαίμων ἄμεινον ἢ 'μὲ φρουρήσας τύχοι.*
sentio cum Elmsleio, qui solus ex edd. meis scripsit *καὶ σὲ*; nec cum Schaefero iubente *'μ'* scribi in
Eur. Or. 465: *τιμῶντέ μ' οὐδὲν ἧσσον ἢ Διοσκόρω.*

2) Sic omnes mei edd. Laurentiani autem codicis prima manus utrum scripserit *ἕλοιτ' ἐμ'* an *ἕλοιτό μ'*, dubito Dindorfii testimonio diserto collato cum diserto silentio Radermacheri.

3) Sic pr. m. Laur. ap. Ddf. et pars editorum, pars: *ἢ 'μ'*, in his Hermannus. Qui tamen Herm. quod nunc scripsit: „neque enim Graece, neque ulla alia in lingua accentum pronominis puto inclinari posse consociati cum particula comparativa, quae distingui notionem, quae est in pronomine, ab alia re postulat.", oblitus fuisse mihi videtur ea quae monuerat de verbis *ἕλοιτό μ'* quaeque ego attuli p. 137.

ξένῳ φανῆναι πρὸς τὸ καίριον πονεῖν [1]).
Eur. Su. 462: ἧσσον λάλον σου πεμπέτω τιν' ἄγγελον. [2])
I. T. 607/8: τυγχάνει δ' ὅδ' ὢν φίλος,
ὃν οὐδὲν ἧσσον ἢ με φῶς ὁρᾶν θέλω [3]).
I. Au. 677: ζηλῶ σὲ μᾶλλον ἢ με τοῦ μηδὲν φρονεῖν [4]).
Xen. An. I. 1. 8: πρὸς δὲ βασιλέα πέμπων ἠξίου ἀδελφὸς ὢν αὐτοῦ δοθῆναί οἱ ταύτας τὰς πόλεις μᾶλλον ἢ Τισσαφέρνην ἄρχειν αὐτῶν [5]).

Recte etiam tales locos huc referre mihi videor, quales sunt
Eur. Su. 264: ταὐτὸν πατρῷον αἷμα σοὶ κεκτήμεθα. et
Tr. 1049: μή νυν νεὼς σοὶ ταὐτὸν ἐσβήτω σκάφος,
ubi non desunt qui ediderint σοι, et
Xen. An. V. 6. 33: δοκεῖ οὖν μοι ἅπερ ὑμῖν, ubi Krüg. dubitanter quaerit num ἐμοί opus sit. (Cf. etiam supra, p. 128 Eur. Or. 770.)

Quantillum est his locis pronomen ὀρθοτονεῖν! Cum vero in Phil. 347 plane ea valeant quae iam non semel dixi de pronomine vi et pondere carente, sive servat rectum tenorem, sive amittit [6]), ne nunc quidem „sententiae et emphaseos", sed optimorum testium rationem habendam esse existimabo et hoc et, quod est consentaneum, reliquis locis similibus; nec negabo, licet magnopere mirer, Xenophontem, cum scriberet δοθῆναί οἱ, nondum cogitavisse τὴν ἀντιδιαστολήν; quam rationem interpretandi iniit Krügerus.

§ 5. A quarto haud longe distat genus quintum, quod est

1) Ex editoribus meis unus Brunckius suo Marte scripsit: γ' ἔμ', quod vituperavere Herm. et Wund.. Ego σοῦ γ' ἔμ' inhumanitate et iniquitate carere arbitror, quam reprehendo in σοῦ γέ μ'.

2) Sic et codices et mei editores.

3) Sic pars editorum, pars cum Pors. nullo codice adiuvante: ἢ 'μέ.

4) Sic optimi testes apud Prinz-W.; editores alii σε — ἤ με, alii: σὲ — ἢ 'μέ. Cf. Eur. Ion. 811/2: καὶ σὸν οὐ στυγῶν πόσιν
λέγω, σὲ μέντοι μᾶλλον ἢ κεῖνον φιλῶν.

5) οἷ, quod in nullo legitur l. ms., primus Dind. videtur scripsisse, quem plerique mei edd. secuti sunt, etsi Krügerus ὁ γραμματικώτατος monuit emphaticum οἷ non addita particula γε a Xenophonteo usu aut omnino aut fere esse alienum. Sed fortasse non propter emphasim illi accentum περιέσπασαν; scripsit enim Apollonius Dysc. (De Pron. p. 58B Bkk.): Δέον ..... τὰ .. ἐν τρίτῳ καὶ ἐν ταὐτῷ (νοούμενα, εἰς συνθέτους (μεταλαμβάνειν), ἅπερ ἂν εὑρεθείη πάντως κατ' ὀρθὸν τόνον, .... (Cf. Kühn.-Bl. I. § 90 Anm. 1).

6) Iam Wunderus allatis Hermanni verbis quae modo memoravi: „At vellem", inquit, „docuisset Hermannus, quomodo id pronomen posset distingui sono, cuius una μ litera relicta esset."

insigne superlativo aut adiectivo *μόνου* vel *ἰδίου* coniuncto cum pronomine inclinato. Cuius rei exempla collegi haec [1]).

Anacr. fr. 114, quo etiam supra, p. 129, usus sum.

Eur. Her. 150/2: *οὐ γὰρ Φρενήρη γ' ὄντα σ' ἐλπίζουσί που*
*μόνον τοσαύτης ἦν ἐπῆλθον Ἑλλάδος*
*τὰς τῶνδ' ἀβούλους ξυμφορὰς κατοικτιεῖν.*

484/5: *ὦ παῖ, μάλιστα σ' οὐ νεωστὶ δὴ τέκνων*
*τῶν Ἡρακλείων ἐνδίκως αἰνεῖν ἔχω* [2]).

El. 1076/7: *μόνην δὲ πασῶν οἶδ' ἐγὼ σ' Ἑλληνίδων,*
*εἰ μὲν τὰ Τρώων εὐτυχοῖ, κεχαρμένην* [2]).

Rhes. 976/7: *θρήνοις δ' ἀδελφαὶ πρῶτα μὲν σ' ὑμνήσομεν,*
*ἔπειτ' Ἀχιλλέα.*

Ar. Av. 1546: *μόνον θεῶν γὰρ διὰ σ' ἀπανθρακίζομεν* [2]).

Hom. Z 355: *δᾶερ, ἐπεί σε μάλιστα πόνος Φρένας ἀμφιβέ-*
*[βηκε* [2]).

Θ 289: *πρώτῳ τοι μετ' ἐμὲ πρεσβήιον ἐν χερὶ θήσω* [2]).

α 342: *ἐπεί με μάλιστα καθίκετο πένθος ἄλαστον.*

β 41: *μάλιστα δέ μ' ἄλγος ἱκάνει* [3]).

ν 228: *ὦ Φίλ', ἐπεί σε πρῶτα κιχάνω τῷδ' ἐνὶ χώρῳ* [2]).

ρ 573: *οἶσθα καὶ αὐτός, ἐπεί σε πρῶθ' ἱκέτευσα* [2]).

Eur. Hec. 581/2: *εὐτεκνωτάτην δέ σε*
*πασῶν γυναικῶν δυστυχεστάτην θ' ὁρῶ* [2]).

Su. 122: *ἰδίᾳ δοκῆσάν σοι τόδ' ἢ πάσῃ πόλει;*

Her. 456/7: *μάλιστα δ' Εὐρυσθεύς με βούλοιτ' ἂν λαβὼν*
*τὸν Ἡράκλειον ξύμμαχον καθυβρίσαι* [4]).

570/1: *τλημονεστάτην δέ σε*
*πασῶν γυναικῶν εἶδον ὀφθαλμοῖς ἐγώ* [2]).

---

1) De Lysiae — si modo sunt Lysiae — verbis in Or. VIII. 19: *ὑμεῖς με μόνον κακῶς λέγετε*, ego ita iudico: sententiam horum verborum aut me latere aut hanc esse: „vos mihi male tantum dicitis", h. e. „male dicta sunt, quidquid mihi dicitis"; ad *με* autem quomodo *μόνον* pertinere possit, prorsus non video; nec probo Bekkeri *μόνοι*.

2) His locis editores alii pronomen *ὀρθοτονοῦσι* alii *ἐγκλίνουσι*. Prosodiae constantiam desidero apud Cauerum, qui probaverit et *σὲ*: Z 355, et *μὲ* (*μ'*): α 342 et β 41 (Cf. p. 143. 1).

3) Sic omnes ll. mss. omnesque mei edd.. Sed J. H. Vossius (Hymn. in Cer. 270) scribi iussit *δ' ἐμ'*, et Schol. Harl. sic refutat lectionem Zenodoti *ἤγειρε*: *ἐλέγχεται δέ*, inquit, *διὰ τοῦ „μάλιστα δ' ἐμέ"· ἐχρῆν γὰρ εἰπεῖν · αὐτόν.*

4) Non Graecitatem Usenerus huius et reliquorum versuum reprehendit, sed „scaenicam loquacitatem".

Antiph. V. 13: *σὺ δέ, ὃ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι κοινόν ἐστιν, ἰδίᾳ ζητεῖς με μόνον ἀποστερεῖν.*

Insunt in hoc numero loci pauci ubi fortasse incertus aliquis haerebit utrum sermone nostro pronomen necessario habeat pondus et voce extollatur necne [1]). Sed ad primum utique et quinque huic proxima exempla ea dubitatio pertinere nequaquam posse videbitur. Atqui in his ipsis pronomen patitur elisionem! Itaque denuo quasi cogimur in eandem conclusionem, ut desperandum quidem sit omnibus fere his locis de ea interpretatione pronominis *ἐγκλινομένου* qua nostro sensui satis fiat, nec tamen ab optimorum testium auctoritate, si eum accentum defendant, recedendum, multoque minus propter emphasim neglectam ipsa verba tradita mutanda; ut fecit Bekkerus in loco Antiphontis et Nauckius quaesivit num faciendum esset in *ρ* 573 — atque fatendum est in *ρ* 516 certam esse lectionem: *πρῶτον γὰρ ἔμ' ἵκετο* —. Quam cautam rationem etiam Herodiani verba commendare mihi videntur quae servavit Schol. ad Z 355: *τὴν .. σὲ ἀντωνυμίαν .... ὀρθοτονοῦσιν, ἐπεὶ πρός τί ἐστιν. ἔστι μὲν οὖν ἀληθὲς ὅτι ἀντιδιασταλτική ἐστι νῦν ἡ ἀντωνυ-*

1) *μάλιστα* cum aut absolutum sit et prope distet a *μάλα*, aut significet 'omnium maxime', quaeritur uter sensus in quinque exemplis hic allatis sit accommodatior. Nam absolutus usus si hic locum habet nec cum pronomine *μάλιστα* est coniungendum, sed cum reliqua sententia, non est quod requiramus pronomen emphaticum. Atque Ameis-H. in nona certe editione libri *β* *μάλιστα* interpretati sunt per „in hohem Masse". Mea opinio redit huc: usum illum neque ab epico sermone omnino esse alienum — in cunctis autem Iliadis et Odysseae exemplis, numero fere C, unum inveni (*σ* 160) quod satis certum mihi videretur, dubia complura — neque a tribus iis locis Homericis; sed cum et universas Hectoris res gestas considerem et tales locos quales sint

Z 77/8: *Αἰνεία τε καὶ Ἕκτορ, ἐπεὶ πόνος ὔμι μάλιστα*
*Τρώων καὶ Λυκίων ἐγκέκλιται,*

et P 753/4: *οἳ δ' ἅμ' ἕποντο, δύω δ' ἐν τοῖσι μάλιστα,*
*Αἰνείας τ' Ἀγχισιάδης καὶ φαίδιμος Ἕκτωρ,*

vix credibile videri Helenam leviri labores non omnium gravissimos dixisse, sed valde graves tantum; Penelopae autem et Telemachi orationem, si cuiusquam luctum doloremve adaequare dixerint suum, paulo fieri languidiorem. In Eur. Her. 484 genitivus partitivus qui dicitur certam reddit interpretationem; in 456 vero si quis forte dubitet, is conferat

453: *ἔμ' ἔκδος Ἀργείοισιν ἀντὶ τῶνδ', ἄναξ.* et
465/7: *οὐ σοῦ χατίζων δεῦρ' ἄναξ στρατηλατεῖ·*
. . . . . . . . . . . . . . . .
*ἀλλὰ τούσδε βούλεται κτανεῖν.*

μία· ἡ μέντοι κοινὴ ἀνάγνωσις ἀνέγνω ἐγκλιτικῶς ἀεὶ τὴν τοιαύτην σύνταξιν ....... καί μοι δοκοῦσι τῷ πρώτῳ προσώπῳ ἀκολουθεῖν οἱ οὕτως ἀνεγνωκότες πιθανῶς πάνυ κ.τ.λ. [1]).

§ 6. Pronomen quamvis contrarium, ex nostra et fortasse Herodianorum antiquorum opinione, tamen obiter tantum indicatum etiam sexti generis exemplorum est proprium; quibus in exemplis subiectum miramur ex sola verbi terminatione apparere. Nota est res vel ex
Hom. N 486: αἶψά κεν ἠὲ φέροιτο μέγα κράτος ἠὲ φεροίμην.
et vs. parall. Σ 308. Sed iure huc trahere mihi videor etiam

H 284/6: Ἰδαῖ', Ἕκτορα ταῦτα κελεύετε μυθήσασθαι,
αὐτὸς γὰρ χάρμῃ προκαλέσσατο πάντας ἀρίστους.
ἀρχέτω· αὐτὰρ ἐγὼ μάλα πείσομαι, ᾗ κέ περ οὗτος,

ubi nos non mente tantum ex priore versiculo supplemus αὐτός;

Λ 455: αὐτὰρ ἐπεί κε θάνω, κτεριοῦσί με δῖοι Ἀχαιοί,

ubi ut unice laudem lectionem Aristarchi: αὐτὰρ ἔμ', εἴ κε θάνω, inclinat quidem animus; sed, cum omnes fere et optimi ll. mss. et Herodianus tueantur alteram lectionem, in θάνω unum illud ω putabo defungi officio quod nostro sermone pronomen cum vi dictum expleat;

α 391: ἦ φῄς τοῦτο κάκιστον ἐν ἀνθρώποισι τετύχθαι;

nam Telemachus ex Antinoo quaerit, num illi vilissimum videatur quod ipse se maximi facere profitetur.

Deinde in Oe. C. Sophocles secundum codicem Par. et Laur.[2] sic scripsit vss. 726/7:

θάρσει! παρέσται· καὶ γὰρ εἰ γέρων κυρῶ,
τὸ τῆσδε χώρας οὐ γεγήρακεν σθένος.

Hanc lectionem Tu vitio laborare arbitratus es et emendari posse reposito χειρὸς pro χώρας, ego sanam esse ausim affirmare collatis inprimis

---

1) Ad ν 228 quidem in codice Harl. adscripta leguntur: Ὀρθοτονητέον τὴν σέ, ὡς καὶ Ἡρωδιανός. De qua dissimilitudine quid statuendum sit dubito nec dixit Lehrsius (Qu. ep. pp. 121/2). — Ceterum verba Herodiani supra allata mihi in memoriam revocaverunt quae Cauerus pueros docuit de α 342: „με sachlich stark betont, obwohl es sich an ἐπεί anlehnt", et de β 41: „Das Pronomen, obwohl enklitisch, ist doch dem Sinne nach durch μάλιστα stark hervorgehoben."

Eur. Tr. 679/80: ἐς ταὐτὸν ἥκεις ξυμφορᾶς· θρηνοῦσα δὲ
τὸ σὸν διδάσκεις μ' ἔνθα πημάτων κυρῶ.

Ubi si pro κυρῶ bonus codex praeberet ἐγώ, quod ipsum nostro loco Sophocleo legitur in Laur., vix dubito quin editores hoc illi praeferrent; nunc vero locus alter alteri opitulatur. In eadem hac Troadum fabula (1145/6) male Talthybius omisisse nobis videtur pronomen αὐτή, cum Andromachae ab Neoptolemo abreptae mandata de filio sepeliendo rettulit Hecubae, ἐπεί, inquit,

ἐπεὶ βέβηκε καὶ τὸ δεσπότου τάχος
ἀφείλετ' αὐτὴν παῖδα μὴ δοῦναι τάφῳ.

Alia exempla Euripidea indicabo tantum: Med. 464, Her. 134/5, Herc. 636 [1]), 1417, Ion. 572, Hel. 958, El. 355; sed ex scriptoribus pedestris orationis exscribam haec:

Thuc. I. 73. 2: ὅτε ἐδρῶμεν (τὰ Μηδικά), ἐπ' ὠφελίᾳ ἐκινδυνεύετο, ἧς τοῦ μὲν ἔργου μέρος μετέσχετε, τοῦ δὲ λόγου μὴ παντός, εἴ τι ὠφελεῖ, στερισκώμεθα.

III. 56. 4: καίτοι εἰ νῦν ὑμῖν ὠφέλιμοι δοκοῦσιν εἶναι, πολὺ καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες μᾶλλον τότε ὅτε ἐν μείζονι κινδύνῳ ἦτε.

VI. 34. 4: Σικελιῶται γὰρ εἴ θέλοιμεν .... ἀπαντῆσαι Ἀθηναίοις ἐς Τάραντα καὶ ἄκραν Ἰαπυγίαν, καὶ δῆλον ποιῆσαι αὐτοῖς ὅτι οὐ περὶ τῆς Σικελίας πρότερον ἔσται ὁ ἀγὼν ἢ τοῦ ἐκείνους περαιωθῆναι τὸν Ἰόνιον, μάλιστ' ἂν αὐτοὺς ἐκπλήξαιμεν καὶ ἐς λόγισμὸν καταστήσαιμεν ὅτι ὁρμώμεθα μὲν ἐκ φιλίας χώρας φύλακες (ὑποδέχεται γὰρ ἡμᾶς Τάρας), τὸ δὲ πέλαγος αὐτοῖς πολὺ περαιοῦσθαι κ.τ.λ..

VI. 68. 3: καὶ τοὐναντίον ὑπομιμνήσκω ὑμᾶς ἢ οἱ πολέμιοι σφίσιν αὐτοῖς εὖ οἶδ' ὅτι παρακελεύονται· οἱ μὲν γὰρ ὅτι περὶ πατρίδος ἔσται ὁ ἀγών, ἐγὼ δὲ ὅτι κ.τ.λ..

Xen. An. III. 4. 41: ἀλλά, εἰ βούλει, μένε ἐπὶ τῷ στρατεύματι, ἐγὼ δ' ἐθέλω πορεύεσθαι· εἰ δὲ χρῄζεις, πορεύου ἐπὶ τὸ ὄρος, ἐγὼ δὲ μενῶ αὐτοῦ. Hic non tulit Bisschop alterum Imperativum pronomine carentem; quod ego addam neutri, licet ex nostro usu mihi quoque necessarium videatur. Nec sententia me moveri patiar Odysseae versiculis:

---

1) Quod hic οἳ μὲν deesse videtur, conferri possunt et alii loci et Hom. Ω 528, Eur. Or. 1489, Hel. 1604/6, I. T. 1350, Xen. An. VII. 1. 15/6.

π 81/2: πέμψω δ' ὅππῃ μιν κραδίη θυμός τε κελεύει·
εἰ δ' ἐθέλεις, σὺ κόμισσον ἐνὶ σταθμοῖσιν ἐρύξας [1]), vel

Rhesi 622/4: Διόμηδες, ἢ σὺ κτεῖνε Θρῄκιον λεών,
ἢ 'μοὶ πάρες γε, σοὶ δὲ χρὴ πώλων μέλειν. —

Xen. Cyr. VI. 5. 31: ἐπιστέλλω, ὁπόσαι ἂν ἴωσιν ὡς ἐμέ, ...., σοὶ ὑπάρχειν, οὐχ ὅπως ἂν ἐθέλωσιν, ἀλλ' ὅπως ἂν σὺ βούλῃ χρῆσθαι αὐτοῖς. Conv. 6. 3: Ἢ οὖν βούλεσθε, ἔφη, ὥσπερ Νικόστρατος ὁ ὑποκριτὴς τετράμετρα πρὸς τὸν αὐλὸν κατέλεγεν, οὕτω καὶ ὑπὸ τὸν αὐλὸν ὑμῖν διαλέγωμαι; At mox: εἰ μορφάζοις, ὥσπερ ἡ αὐλητρὶς, καὶ σὺ πρὸς τὰ λεγόμενα.

Plat. Gorg. 490CD: Περὶ σιτία λέγεις καὶ ποτὰ καὶ ἰατρούς καὶ φλυαρίας, ἐγὼ δὲ οὐ ταῦτα λέγω. Sic recte me iudice cum Bodl. Stallb., Herm., Schanz.; sed Hdf. et Bkk. ex deterioribus addiderunt σὺ post λέγεις.

Aesch. De f. l. 11: οὕτω γὰρ μάλιστα καὶ μεμνήσομαι καὶ εἰπεῖν δυνήσομαι, καὶ ὑμεῖς μαθήσεσθε. Ubi etsi ne hisce quidem viginti annis didici non offendi pronomine omisso, tamen nunc multo etiam magis quam olim ab omni mutatione abstinebo.

Dem. De Cor. 265: ἐδίδασκες γράμματα· ἐγὼ δ' ἐφοίτων. ἐτέλεις· ἐγὼ δ' ἐτελούμην. κ.τ.λ.. Hic tanta vi inter se opponuntur verba et actiones ut facilius feras eam ἀντιδιαστολήν quae est inter homines et pronomina minus acriter quam nostra postulet consuetudo esse enuntiatam. Sed qui fit ut sic pergat orator: ἐῶ τἄλλα, ἀλλὰ νυνὶ τήμερον ἐγὼ μὲν ὑπὲρ σοῦ στεφανωθῆναι δοκιμάζομαι ...., σοὶ δὲ .....? Quod autem modo dixi, verbum verbo et actioni actionem magna cum vi opponi, id etiam ad alios locos iam allatos pertinet neque alienum est ab eo qui paulo post legitur in eadem oratione (286): τὸ δὲ αἴτιον οὐκ ἀγνοεῖς μέν, ὅμως δὲ φράσω σοι κἀγώ.

Omnibus his locis cum Graeca converto in nostrum, semper atque interdum fere invitus vim aliquam tribuo pronominibus quae illic insunt in solis verborum terminationibus. Subiungam nunc his paucos locos similes quidem, ita tamen dissimiles ut ne ab nostro quidem sermone abhorrere mihi videatur lenis significatio subiecti. Quorum in numero primum commemorabo

---

1) Miror Barn., Clark., Wolf. (a° 1794) distinxisse: ..... σύ, κόμισσον .....

Hom. Γ 164: *οὔ τί μοι αἰτίη ἐσσί· θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσι.* Nam potuit sane Priamus ita loqui ut Achilles, cum praecones adhortatur (Α 335): *οὔ τι μοι ὔμες ἐπαίτιοι, ἀλλ' Ἀγαμέμνων*; ut Croesus, cum consolatur Adrastum (apud Hdt. I. 45): *εἶς δὲ οὐ σύ μοι τοῦδε τοῦ κακοῦ αἴτιος, ...., ἀλλὰ θεῶν κού τις*; ut ipse denique Priamus apud Hooftium nostrum (carminis in Prolusione allati vss. 531/3):

Ghij sijt de oorsaec niet, Achilles, van mijn kermen,
Maer iemant van de goôn, in plaets van hem t'ontfermen
Over mijn ouderdom, laet mij dit leet geschiên.

Sed cur non putabimus eum haesitantis nurus animum sic fere confirmare: „Accede! neque enim est quod te *accusem* (non: quod accusem *te*); déos vero accùso."? Quae opinio fortasse ipsa fuit causa cur editores nonnulli post *ἐσσὶ* paulo gravius interpungerent. (Cf. etiam ll. supra, p. 129, ex Plat. Soph. et Eur. Phoen. all.)

Apud Platonem in verbis Aspasiae (Menex. 247 A): *ἴστε ὡς ἡμῖν, ἂν μὲν νικῶμεν ὑμᾶς ἀρετῇ, ἡ νίκη αἰσχύνην φέρει, ἡ δὲ ἧττα .... εὐδαιμονίαν. μάλιστα δ' ἂν ἡττῴμεθα, καὶ ὑμεῖς νικῴητε, εἰ κτλ.*, putidae adeo diligentiae mihi videtur requirere *ἡμεῖς*, cum verba *καὶ ὑμεῖς νικῴητε* quasi *διὰ μέσου* sint dicta et eodem redeant quo ipsa *ἂν ἡττῴμεθα*, adeo ut fortasse sint quibus glossema videatur. Nec miror in Phil. 51 C Protarchum Socrati quaerenti: *ἀλλ' ἆρα μανθάνομεν, ἢ πῶς*; respondere: *Πειρῶμαι μέν, ὦ Σώκρατες· πειράθητι δὲ καὶ σὺ σαφέστερον ἔτι λέγειν*: Stallbaumium miror et hunc locum composuisse cum Dem. De Cor. 265 nonnullisque aliis exemplis quae supra attuli, et illum qui est in Euthydemo (295 A): *Ἀλλ' ἥν, ἔφη, ἐθελήσῃς μοι ἀποκρίνεσθαι, ἐγὼ ἐπιδείξω καὶ σὲ ταῦτα τὰ θαυμαστὰ ἔχοντα. — Ἀλλὰ μήν, ἦν δ' ἐγώ, ἥδιστα ταῦτα ἐξελέγχομαι. εἰ γάρ τοι λέληθα ἐμαυτὸν σοφὸς ὤν, σὺ δὲ τοῦτο ἐπιδείξεις ὡς πάντα ἐπίσταμαι καὶ ἀεί, τί μεῖζον αὐτοῦ ἂν εὕροιμι ἐν παντὶ τῷ βίῳ*; Priore enim loco *ἐγὼ μὲν πειρῶμαι* vel *πειρῶμαι μὲν ἐγώ* sic demum ferri possit, si iteretur Infinitivus *μανθάνειν*, ut illud *σαφέστερον ἔτι λέγειν* habeat quo respondeat. In Euthydemo autem *σὺ ἐπιδείξεις* non magis flagitare mihi videtur *ἐγὼ λέληθα* quam *ἐγὼ ἐπιδείξω* ipsi Stallbaumio flagitare visum est: *σὺ ἐθελήσῃς*. Quodsi pro *σὺ δὲ ἐπιδείξεις*

tradita essent: *ἐπιδείξει δέ τις*, parallelismus ille qui nunc est inter *ἐγὼ ἐπιδείξω* et *σὺ ἐπιδείξεις* fortasse aliquis desideraret, sed praeterea nihil. Unde constare dixerim non homines hoc loco inter se opponi, sed *τὸ λεληθέναι ἑαυτὸν σοφὸν ὄντα* et *τὸ ἐπιδεῖξαι ὡς πάντα ἐπίσταται καὶ ἀεί.*

§ 7. Reliqui sunt loci haud pauci quos ad certum quoddam genus referre non potui, itaque singula iam deinceps aut breviter absolvam aut paulo accuratius considerabo. Ducet agmen Hom. A 20: *παῖδα δ' ἐμοὶ λῦσαί τε φίλην ......*

Sic cum melioribus ll. mss. et Apoll. Dysc. (De Constr. pp. 14 et 121) et Herodiano plerique mei editores, in his Bekkerus (bis); qui Bkk. in Hom. Bl. I p. 221 defenderat alteram lectionem *δέ μοι*, quam probaverunt etiam Barn. et Faesi-Franke in sexta quidem editione. Ego mirer sane, nisi hoc loco *ἔμφασις ἑτέρου προσώπου παραλαμβάνοιτο*; non hanc tamen meam esse admirationem, sed testium auctoritatem cur edendum putem *δ' ἐμοί*, iam non opus est dicere. Platonis autem paraphrasi (De Rep. 3. 393 E): *ἐλθὼν ὁ ἱερεὺς εὔχετο ...... τὴν .. θυγατέρα οἱ λῦσαι*, qua Bkk. usus est ut tueretur pronomen *ἐγκλινόμενον*, res in incerto relinqui mihi videtur, cum ipsius illius *οἱ* accentus sit dubius nec, si de eo constaret, significatio esset aperta [1]).

Γ 59/64: *Ἕκτορ, ἐπεί με κατ' αἶσαν ἐνείκεσας οὐδ' ὑπὲρ αἶσαν —*
*αἰεί τοι κραδίη πέλεκυς ὥς ἐστιν ἀτειρής,*
*ὅς τ' εἶσιν διὰ δουρὸς ὑπ' ἀνέρος, ὅς ῥά τε τέχνῃ*
*νήιον ἐκτάμνῃσιν, ὀφέλλει δ' ἀνδρὸς ἐρωήν·*
*ὥς σοι ἐνὶ στήθεσσιν ἀτάρβητος νόος ἐστί —*
*μή μοι δῶρ' ἐρατὰ πρόφερε χρυσέης Ἀφροδίτης.*

In vs. 60 *τοι* habent testes omnes et longe maior pars meorum editorum; *σοὶ*, quod Nauckius rogavit num esset scribendum, Faesi-Franke pro illo substituerunt. In vs. 63 *σοὶ* est in optimo Veneto et nonnullis aliis ll. mss., placuit etiam Herodiano; ceteri testes habent *σοι* vel *τοι*, quorum hoc probaverunt Barn. et Wolfius (bis), mihi placet utrumque. Scripsit Herodianus: *ὀρθοτονεῖται (ἡ σοὶ) νῦν διὰ τὴν ἀντιδιαστολήν.* Sed quid est

1) V. supra p. 140. 4.

praecipere argumentum nisi hoc est? Mihi certe, ut Faesio vel Frankio, etiam vs. 64 *διὰ μέσου* dictus videtur, itaque probo *μή μοι* in vs. 65, quod quomodo ferant qui *σοὶ* defendant me latet. In quibus Spitznerus: „Comparatur enim", inquit, „fortis Hectoris animus cum securis acie." Audio; sed nego hanc esse iustam causam *ὀρθοτονήσεως*; quod si affirmarem, etiam in vs. 60 requirerem *σοὶ*. Aliter visum est Hentzio cum scripsit (in quinta ed.): „*αἰεί τοι*: bei der Aufnahme dieses Gedankens 63 das betonte *σοί* wegen des 64 folgenden Gegensatzes." Qui tamen H. in ipso illo vs. 64 *μή μοι* immutatum servavit, licet illic quoque monuerit: „Asynd. adversativum." Utroque trahunt vss. cognati

ψ 166/7: *δαιμονίη, περὶ σοί γε γυναικῶν θηλυτεράων*
*κῆρ ἀτέραμνον ἔθηκαν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες.*

et ν 291/2: *κερδαλέος κ' εἴη καὶ ἐπίκλοπος, ὅς σε παρέλθοι*
*ἐν πάντεσσι δόλοισι, καὶ εἰ θεὸς ἀντιάσειε,*

quo loco miror me neque apud testem neque apud editorem ullum invenisse *ὅς σέ*.

Γ 182/3: *ὦ μάκαρ Ἀτρεΐδη, μοιρηγενές, ὀλβιόδαιμον!*
*ἦ ῥά νύ τοι πολλοὶ 'δεδμήατο κοῦροι Ἀχαιῶν.*

Nulla est varietas lectionis sive apud testes sive apud editores. Fortasse me hic aliquid latet, sed fateor interpretationem editorum Lugdunensium (in altera ed.) mihi probabilem non videri. Non enim magnitudinem Priamus nunc demum cognoscit copiarum, sed ipsum harum copiarum ducem adhuc nomine tantum ei notum. Hinc *ἦ ῥά νύ*: „in Bezug auf die eben gewonnene Erkenntnis der Persönlichkeit des Agamemnons", ut monuere Ameis-H.; quasi dicat: „Tu igitur es ille felicissimus magnarum istarum multitudinum princeps, quem aspicere iamdudum cupio." Itaque ex meo sensu non *τοι* poeta dicere debuit, sed *σοὶ*; quod vero dixisse fertur in ll. mss. *τοι*, non est mihi documento falsam esse meam interpretationem, sed addam hoc exemplum multis illis unde mihi constat interesse aliquid inter me et antiquum poetam.

Δ 40/2: *ὁππότε κεν καὶ ἐγὼ μεμαὼς πόλιν ἐξαλαπάξαι*
*τὴν ἐθέλω ὅθι τοι φίλοι ἀνέρες ἐγγεγάασι,*
*μή τι διατρίβειν τὸν ἐμὸν χόλον, ἀλλά μ' ἐᾶσαι.*

Sic cum testibus omnibus omnes fere mei editores. Sed Barn.

et Heynius: *τοὶ*, Cauerus (certe in ed. maiore): *σοὶ*. Mea opinio neminem iam latebit.

Δ 58: *καὶ γὰρ ἐγὼ θεός εἰμι, γένος δέ μοι ἔνθεν ὅθεν σοί.* Wolfius (bis), Spitzn., Bkk. (in utraque ed., sed non in Hom. Bl. I. p. 221), Ddf.: *δ' ἐμοί* nullo l. ms. adiutore. Est tamen mos quidam universus, si quid iudico, sed ipse Homerica maxime exempla collegi, ut post pronomen quod pondus habeat, sequatur pronomen idem, sed *ἐγκλινόμενον*. Exempla aliquot dedit J. H. Vossius in ann. de vss. 44/6 Hymni in Cererem, quibus exemplis adiciam hunc ipsum locum (Δ 58), A 133/4, H 295, I 97/8, Σ 431/2 (ubi Herwerdeni *ἔμ'* damnandum videtur), fortasse etiam λ 197/202 (Cf. ann. La Rochii); praeterea Soph. Ai. 392/3, Eur. El. 68/7, Or. 732/3 [1]), Xen. An. I. 3. 3. Etiam Z 206 huc pertinet (v. supra p. 130).

Θ 287/9: *αἴ κέν μοι δώῃ Ζεύς τ' αἰγίοχος καὶ Ἀθήνη*
*Ϝιλίου ἐξαλαπάξαι ἐΰ κτίμενον πτολίεθρον,*
*πρώτῳ τοι μετ' ἐμὲ πρεσβήιον ἐν χερὶ θήσω.*

Sic testes omnes omnesque mei edd. excepto uno Nauckio (nam edd. Lugdunenses iam sententiam mutavere), qui edidit *ἐμοὶ*.

I 615: *καλόν τοι σὺν ἐμοὶ τὸν κηδέμεν' ὅς κέ με κήδῃ.*

Sic testes tantum non omnes, sed ex edd. meis soli Barn. et Wolfius (a⁰ 1794), quos ego sequar, *Ϝεκὼν ἀϜέκοντί γε θυμῷ*, quippe qui cum reliquis editoribus requiram: *ἐμὲ*.

ζ 166/8: *ὣς δ' αὔτως καὶ κεῖνο Ϝιδὼν ἐτεθήπεα θυμῷ*
*δϜήν, ἐπεὶ οὔ πω τοῖον ἀνήλυθεν ἐκ δόρυ γαίης,*
*ὡς σέ, γύναι, ἄγαμαί τε τέθηπά τε.*

Clarkius et Wolfius (bis): *ὥς σε*, quem accentum a Graeco usu abhorrere neminem opinor affirmaturum qui contulerit locos quos supra, p. 129, memoravi; sed obtemperandum libris mss., qui omnes fere habent *ὡς σέ* vel *σὲ*.

ζ 188/90: *Ζεὺς δ' αὐτὸς νέμει ὄλβον Ὀλύμπιος ἀνθρώποισι,*
*ἐσθλοῖσ' ἠδὲ κακοῖσιν, ὅπως ἐθέλῃσι, Ϝεκάστῳ·*
*καί ποθι σοὶ τάδ' ἔδωκε.*

Iterum Clarkius et Wolfius (a⁰ 1807) soli pronomen *ἐνέκλιναν*, sed librorum mss. potior auctoritas favet alteri accentui.

μ 32/4: *οἳ μὲν ἐκοιμήσαντο παρὰ πρυμνήσια νηός,*

1) Cf. Xen. An. I. 3. 6.

ἡ δέ μ ε χειρὸς ἑλοῦσα Φίλων ἀπὸ νόσφιν ἑταίρων
εἷσε,

et ο 464/5: ἦ τοι ὃ καννεύσας κοιλὴν ἐπὶ νῆ' ἐβεβήκει·
ἡ δέ μ ε χειρὸς ἑλοῦσα δόμων ἐξῆγε θύραζε.

Utroque loco codices sat multi et boni habent με, editorum ceteri ἐμέ, sed Barn., Clark., Wolf. (a⁰. 1794) l. priore με, altero ἐμέ. Cuius inconstantiae nullam video rationem probabilem. Nec tamen placet reliquorum prosodia, immo codicum causam nunc quidem agam libenter. Ἀντιδιαστέλλεται secundum Apollonium Dysc. (De Constr. pp. 15. 1 sqq. et 119. 13 sqq.) τὸ „ἣ δ' ἐμὲ χειρὸς ἑλοῦσα" πρὸς τὸ „Φίλων ἀπάνευθεν [1]) ἑταίρων". Sit hoc quodammodo verum; sed meo quidem sensu non tanta cum vi opponitur ut ἐμέ sua se sponte offerat, nedum sit necessarium. Atque altero loco frustra quaeritur similis ἀντιδιαστολή. Utrobique vero inter se opponuntur οἵ vel ὅ et ἥ.

π 65/6: νῦν αὖ Θεσπρωτῶν ἀνδρῶν παρὰ νηὸς ἀποδρὰς
ἤλυθ' ἐμὸν πρὸς σταθμόν, ἐγὼ δέ τ ο ι ἐγγυαλίξω.

σ ο ι habent pauci, sed optimi cdd. (apud La Rochium et Molh.) et tres illi editores quos modo nominavi, reliqui cdd. et edd.: τ ο ι; J. H. Vossius autem (in ann. de vs. 46 Hymni in Cer.): „Od. XVI, 66", inquit, „erfodert der Gegensaz das nachdrückliche *dir*: ἐγὼ δὲ σ ο ὶ ἐγγυαλίξω". Atque ego dubito magisne mirer poetam qui non senserit ut Vossius, an editores qui nunc quidem universi videantur sensisse cum codicibus; tamen me his adiungam.

Φ 281: ἀλλ' ἄγε μ ο ι δότε τόξον ἐΰξοον.

Ita denuo Barn., Clark., Wolf. (bis); reliqui edd.: ἄγ' ἐ μ ο ὶ. Ac legitur ἐμοί bis in

Φ 233/5: οὐκ ἐάσουσιν ἐ μ ο ὶ δόμεναι βιὸν ἠδὲ φαρέτρην·
ἀλλὰ σύ, δῖ' Εὔμαιε, φέρων ἀνὰ δώματα τόξον
ἐν χείρεσσιν ἐ μ ο ὶ θέμεναι·

τοῦ σημαινομένου οὐκ ἐπείγοντος, quam opinionem Apollonii de 233 (De Pron. p. 49 C) ipse traham etiam ad 235; nec tamen negabo duos illos vss. suadere ut etiam in 281 legatur ἐμοί. Sed altera lectio nec caret codicum auctoritate et commendatur eo ipso quod Vossius (Hymn. ad Cer. 270/2) putavit corruptelam scilicet peperisse: notum illud Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε ϝειπέ. Nempe

---

1) Sic Apollonius; quae v. l. fugisse videtur editorum diligentiam.

analogiam, qua vidimus supra, pp. 142/3, Herodianum defendisse ἐπεί σε, quamvis ἀντιδιασταλτικόν esset pronomen, meo hic iure mihi videor advocare.

Aesch. Eum. 1003/4:

χαίρετε χὐμεῖς· προτέραν δέ μ ε χρὴ
στείχειν θαλάμους ἀποδείξουσαν.

Editorum pars cum Porsono: δ' ἐ μ ὲ. Mihi Minerva non hoc dicere videtur: neminem nisi ipsam praeire oportere, sed illud: iam tempus esse ut ducat Furias placatas ad locum ipsis sacrum.

Soph. Oe. C. 1018/20:

τί δῆτ' ἀμαυρῷ φωτὶ προστάσσεις ποιεῖν;
— ὁδοῦ κατάρχειν τῆς ἐκεῖ, πομπὸν δέ μ ε
χωρεῖν.

Vellem sane in Laur. aut Paris. legeretur quod adiderunt Herm. et Kuip. δ' ἐ μ ὲ. Nam in senario πομπόν με Sophoclem dixisse pro πέμποντά με non puto, et probo Schaeferi et Nauckii interpretationes. Interim nihil mutandum censeo.

Eur. Andr. 237: ὁ νοῦς ὁ σός μ ο ι μὴ ξυνοικοίη, γύναι.

Certum mihi videtur exemplum ponderis neglecti; quod tamen diligenter servaverat eadem Hermiona in vss.

234/5: τί σεμνομυθεῖς κεὶς ἀγῶν' ἔρχει λόγων,
ὡς δὴ σ ὺ σώφρων, τ ἀ μ ὰ δ' οὐχὶ σώφρονα; —

ibid. 685/7: εἰ δ' ἐς πρόσοψιν τῆς ἐμῆς ἐλθὼν ἐγὼ
γυναικὸς ἔσχον μὴ κτανεῖν, ἐσωφρόνουν.
οὐδ' ἂν σ ὲ Φῶκον ἤθελον κατακτανεῖν.

Dixeris non dubium esse quin haec recte Scholiasta sic exposuerit: ὥσπερ ἐγὼ οὐκ ἐφόνευσα τὴν Ἑλένην, οὕτως οὐδὲ σ ὺ ὤφειλες τὸν Φῶκον ἀνελεῖν. Cur igitur apud nonnullos editores, in his Dindorfium et Nauckium, vidi ἄν σ ε, quod ne codicum quidem niti videtur auctoritate?

Or. 1069/70: ἐπίσχες· ἓν μὲν πρῶτά σοι μομφὴν ἔχω,
εἰ ζῆν μ ε χρήζειν σοῦ θανόντος ἤλπισας.

Certum hoc quoque puto exemplum pronominis ἐγκλινομένου contra nostrum morem. Nam eo hic locus differt a simili versu

Soph. Ai. 393: τί γὰρ δεῖ ζῆν μ ε σοῦ τεθνηκότος;

quod illic Tecmessa iam dixerat:

ὅταν κατεύχῃ ταῦθ', ὁμοῦ κ ἀ μ ο ὶ θανεῖν
εὔχου·

itaque facile equidem patiar omnem deinde ἀντιδιαστολήν esse inter ζῆν et θανεῖν, quemadmodum apud Euripidem Orestes auditis amici verbis quae modo attuli, quaerit:

τί γὰρ προσήκει κατθανεῖν σ' ἐμοῦ μέτα;

ad haec autem Pylades respondet:

ἤρου; τί δὲ ζῆν σῆς ἑταιρίας ἄτερ;

et in I. T. (674/5) idem Pylades postquam dixit:

αἰσχρὸν θανόντος σοῦ βλέπειν ἡμᾶς φάος·

addidit: κοινῇ δὲ πλεύσας, δεῖ με καὶ κοινῇ θανεῖν.

Illic autem ut moleste ferrem vel σοῦ vel ἡμᾶς pondere carens, ita in Or. vs. 1070 offendor pronomine levi.

I. T. 597/8: καλῶς ἔλεξας τἄλλα, πλὴν ἕν, ὦ ξένη·
τὸ γὰρ σφαγῆναι τόνδε μοι βάρος μέγα.

Sic cum omnibus suis ll. mss. Prinz-Weckl.; reliqui edd. cum Luciano: τόνδ' ἐμοί. Fateor plane me latere cur μοι displiceat; neque enim sibi potissimum Orestes affirmat necem Pyladis onus magnum futurum, sed graviter se eam necem laturum.

I. Au. 658/9: ὄλοιντο λόγχαι καὶ τὰ Μενέλεω κακά. —
ἄλλους ὀλεῖ πρόσθεν· ἅ με διολέσαντ' ἔχει.

Ita legitur in Laur. codice; in Palatino est πρόσθ' ἅ με; editoribus recentioribus persuasisse videtur Porsonus esse scribendum: πρόσθ' ἃ 'μέ; ipse probo lectionem Laurentianam. Locum sic interpretor: „Pereant hastae et Menelai mala![1]) — Alios perdent prius; quod (= idque)[2]) funditus me pessumdedit." Aliis illis Agamemnon nimirum significat Iphigeniam, quam dicit perituram priusquam ipsum bellum pereat, h. e. extinguatur. Alios illos igitur Agamemnon non sibi opponit — quae fuit Matthiaei opinio et fortasse Porsoni reliquorumque qui eum secuti sunt — sed ipsi bello. In hac interpretatione ego ἃ 'μὲ non tantum non desidero, sed vix puto tolerandum.

ibid. 728: μητρὸς τί χωρὶς δράσεθ' ἅν με δρᾶν χρεών;

Encliticum pronomen habent optimi codices LP, servaverunt

1) h. e. „Pereat bellum et mala Menelai fortuna", vel: „Pereat bellum ex mala Menelai fortuna ortum".

2) Pluralem numerum hoc loco non solus accipio pro singulari. Cuius usus alii alia dabunt exempla, ego nunc indicabo Euripidea haec: Hipp. 465/6, 474/5, Su. 594/6, Her. 511/2, Ion. 731/2. Paenultimo loco Nauckius (in Ann. crit.) dubitavit an rectius esset ὅ, ultimo omnes mei edd. Stephanianum ὅ praeferunt lectioni optimorum codicum ἅ, iniuria, quantum iudico.

Reiskius et Dind., recte mea opinione, cum praesertim in *μητρός* inesse *ἐμοῦ* ipsa Clytaemestra gestu significare potuerit; unde alterius hemistichi impetus omnis constiterit in verbo ultimo. — In

Tr. 1278/9: *Τροία, τὸ κλεινὸν ὄνομ' ἀφῃρήσει τάχα.*
*πιμπρᾶσί σ', ἡμᾶς δ' ἐξάγουσ' ἤδη χθονός* [1]),
Or. 1088: *ἐλευθερώσας τοὐμὸν ἀπολίποιμί σ ε,*
Ion. 1564/5: *θανεῖν σ ε δείσας μητρὸς ἐκ βουλευμάτων*
*καὶ τήνδε πρὸς σοῦ μηχαναῖς ἐρρύσατο,*
Hel. 805/6: *μή νυν καταιδοῦ· φεῦγε δ' ἐκ τῆσδε χθονός. —*
*λιπών σ ε; Τροίαν ἐξέπερσα σὴν χάριν,*
Cycl. 554: *κλαύσει φιλῶν τὸν οἶνον οὐ φιλοῦντά σ ε,* [2])

miror, sed probo, ex editoribus meis neminem fretum suo emphaseos sensu pronomen acuisse. Non miror, nec tamen probo, nonnullos vel omnes adeo spreta optimorum codicum auctoritate pronomen *ὀρθοτονῆσαι* in

Herc. 506/8: *ὡς ἐλπίδας μὲν ὁ χρόνος οὐκ ἐπίσταται*
*σῴζειν· τὸ δ' αὑτοῦ σπουδάσας διέπτατο.*
*ὁρᾶτέ μ', ὅσπερ ἦν περίβλεπτος βροτοῖς,*
El. 69/70: *μεγάλη δὲ θνητοῖς μοῖρα συμφορᾶς κακῆς*
*ἰατρὸν εὑρεῖν, ὡς ἐγώ σ ε λαμβάνω,*
342/3: *τίνος δ' ἕκατι τάσδ' ἐπ' ἀγραύλους πύλας*
*προσῆλθον; ἤ μ ο υ δεόμενοι;*
Cycl. 219: *ὃν ἂν θέλῃς σύ· μή μ ε καταπίῃς μόνον,*
233/6: *καὶ τόν γε τυρὸν οὐκ ἐῶντος ἤσθιον,*
*τούς τ' ἄρνας ἐξεφοροῦντο· δήσαντες δέ σ ε*
*κλῳῷ τριπήχει κατὰ τὸν ὀμφαλὸν μέσον*
*τὰ σπλάγχν' ἔφασκον ἐξαμήσεσθαι βίᾳ. —*
Ar. Eq. 16/5: *πῶς ἂν σύ μοι λέξειας ἃ 'μὲ χρὴ λέγειν;*
*— ἀλλ' εἰπὲ θαρρῶν, εἶτα κἀγώ σ ο ι φράσω.*

Sic Dind. cum codicibus; Kock. et v. L. cum Cob.: *σ ο ί*. Mihi *σ ο ι* hoc loco multo minus est molestum quam *σύ* non additum Imperativo, ut in vs. 13: *λέγε σ ύ. — σ ὺ μὲν οὖν μοι λέγε.* et quam *μοι* pro *ἐμοὶ* in eodem vs. 13. Nam in vs. 15 *φράσω*

---

1) Cf. interpretatio Wilamowitzii:
Dich brennen nieder, uns entführen sie
in Sklaverei.

2) Cf. 553: *οὐκ, ἀλλ' ἔμ' οὗτος ἔκυσεν, ὅτι καλὸν βλέπω,*
ubi Weckl. quidem (in Add. et Corr.) quaerit num sit scribendum: *ἀλλά μ'.*

potius quam σοι maius momentum habere mihi quidem videtur.
Xen. Cyr. I. 4. 13: Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ πάππε, ἥν τις ἀποδρᾷ σε τῶν οἰκετῶν καὶ λάβῃς αὐτόν, τί αὐτῷ χρήσει; — Τί ἄλλο, ἔφη, ἢ δήσας ἐργάζεσθαι ἀναγκάσω; — Ἢν δὲ αὐτόματος πάλιν ἔλθῃ, πῶς ποιήσεις; — Τί δέ, ἔφη, εἰ μὴ μαστιγώσας γε, ἵνα μὴ αὖθις τοῦτο ποιῇ, ἐξ ἀρχῆς χρήσομαι; — Ὥρα ἄν, ἔφη ὁ Κῦρος, σοὶ παρασκευάζεσθαι εἴη ὅτῳ μαστιγώσεις με, ὡς βουλεύομαί γε ὅπως σε ἀποδρῶ..... Non me fugit quam facile potuerit excidere prior syllaba pronominis ὀρθοτονουμένου, quo ut Cyrus se opponat servo, meus quidem sensus plane postulat. Tamen, dum nullus me testis probus et integer adiuvabit, cum omnibus meis editoribus feram pronomen ἐγκλινόμενον.

Antiph. 6. 8: ἐγὼ δὲ ἀξιῶ πρῶτον μὲν περὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος κρίνεσθαι καὶ διηγήσασθαι ἐν ὑμῖν τὰ γενόμενα πάντα· ἔπειτα περὶ τῶν ἄλλων ὧν οὗτοι κατηγοροῦσιν .... βουλήσομαι ἀπολογήσασθαι. ἡγοῦμαι γάρ μοι τιμὴν καὶ ὠφέλειαν αὐτὰ οἴσειν, τοῖς δὲ κατηγόροις .... αἰσχύνην ..... Si μοι est genuinum, quod Bkk. affirmat in Crippsiano codice a prima manu fuisse omissum, similiter de hoc loco mihi videtur iudicandum ac supra, p. 136, statui de duplicibus quaestionibus. Cur enim negemus oratorem, cum dicere incipiat: ἡγοῦμαι ...... οἴσειν, honorem suum et auxilium unam atque solam causam adhuc sive habere sive habere se simulare, qua causa ductus etiam reliquam vitam suam cupiat defendere, dum vero haec ipsa (ἡγοῦμαι .... οἴσειν) dicere pergat, aut postquam dixit, intellegere demum aut intellegere videri futurum inde adversariorum dedecus? Quae interpretatio sive probabilis videbitur sive damnabilis, recte mihi videor contulisse

Eur. Su. 529/30: ἠμύνασθε πολεμίους καλῶς
αἰσχρῶς τ' (Heath.: δ') ἐκείνοις[1]).

ubi post καλῶς desideret aliquis ὑμῖν αὐτοῖς, donec cognoscat interpretationem Wilamowitzii:

„Ruhmvoll habt ihr eure Feinde
besiegt, zur Schmach fur sie."

---

1) Non latuit hic locus Elmsleium in nota de Eur. Her. 131 (p. 64 ed. Lips.), quam ipsam operae pretium est conferre.

Dem. De Cor. 285: ὁ δῆμος ..... οὐ σ' ἐχειροτόνησε ....., ἀλλ' ἐμέ. καὶ παρελθόντος σοῦ καὶ Πυθοκλέους ὠμῶς καὶ ἀναιδῶς, ὦ Ζεῦ καὶ θεοί, ........., ἔτ' ἄμεινον ἐχειροτόνησέ με. Haec est lectio optimorum codicum Parisini et Laurentiani; quos ex editoribus meis unus Goodwin (a° 1901) secutus est; cui facile assentior. Nam licet ἐμέ, quod reliquis placuit, mihi minime displiceat, optimi codices stant pro με, et profecto fieri potest ut Demosthenes soli adverbio ἄμεινον omne pondus tribuerit.

In fine disputationis placet summam eius proponere. Videor igitur mihi demonstravisse, in diiudicandis locis controversis sensum nostrum emphaseos ducem esse non satis certum, siquidem eo et antiqui homines inter se et hodierni cum ab antiquis tum vero illi quoque inter se atque adeo a se ipsi haud raro differant. Hinc autem effeci ut optimorum testium auctoritatem tum demum recte cedere iubeamus sensus nostri iudicio, cum aut manifesto sint falsi aut ipsi sibi obloquantur ita ut non praebeant nobis ποῦ στῶμεν. Quodsi concordia eorum satis est firma neque aperto laborant vitio, ante omnia faciendum id quod summum semper est officium interpretis, ut candido animo nec praeoccupata opinione quaeratur quae sit vera loci cuiusque sententia. Quo facto si persuasum habebimus sensum nostrum ad scriptoris mentem, quae quidem appareat ex verbis traditis, accommodari non posse, praestabit sequi gravissimos auctores quam confidere nostro iudicio; non quod sic erraturi non simus, sed quia ex duobus malis maius est vitandum, maius autem est, in re obscura et ancipiti, dum est obscura et anceps, mutare id quod traditum est. Iis vero qui me nimium tribuere putent libris mss., quorum in hac re iusta auctoritas sit nulla, nescio an sit cavendum ne nimis fidenter ipsi singulis locis immemores reliquorum credant rationi Porsonianae tamquam simplici atque certae.

# DE HELLENOTAMIIS
## IN LIBRO DE REPUBLICA ATHENIENSIUM COMMEMORATIS.

SCRIPSIT

N. J. KROM.



Aristotelis qui fertur liber de republica Atheniensium legem nobis servavit a centumviris legibus scribundis post Pythodori psephisma anno 411 Athenis creatis propositam. Cuius initio haec praescribuntur (XII 24 sqq.): *βουλεύειν μὲν κατ' ἐνιαυτὸν τοὺς ὑπὲρ τριάκοντα ἔτη γεγονότας ἄνευ μισθοφορᾶς· τούτων δ' εἶναι τοὺς στρατηγοὺς καὶ τοὺς ἐννέα ἄρχοντας καὶ τὸν ἱερομνήμονα καὶ τοὺς ταξιάρχους καὶ ἱππάρχους καὶ φυλάρχους καὶ ἄρχοντας εἰς τὰ φρούρια καὶ ταμίας τῶν ἱερῶν χρημάτων τῇ θεῷ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς δέκα καὶ ἑλληνοταμίας καὶ τῶν ἄλλων ὁσίων χρημάτων ἁπάντων εἴκοσιν οἳ διαχειριοῦσι καὶ ἱεροποιοὺς καὶ ἐπιμελητὰς δέκα ἑκατέρους. αἱρεῖσθαι δὲ πάντας τούτους ἐκ προκρίτων ἐκ τῶν ἀεὶ βουλευόντων πλείους προκρίνοντας, τὰς δ' ἄλλας ἀρχὰς ἁπάσας κληρωτὰς εἶναι καὶ μὴ ἐκ τῆς βουλῆς· τοὺς δ' ἑλληνοταμίας οἳ ἂν διαχειρίζωσι τὰ χρήματα μὴ συμβουλεύειν.*

Viros doctos satis torsisse hunc locum non est quod miremur. Bis commemorantur Hellenotamiae idque ita, ut primo senatores esse, mox *μὴ συμβουλεύειν* dicantur. Lex autem sibi ipsa tam manifeste obloqui quia non potest, vitium in manuscripto latere nonnulli suspicati sunt viri docti, sanare tamen locum se posse non putaverunt excepto Richardsio, qui priore loco librariorum errori deberi Hellenotamias censet cum propter eorundem in sequentibus mentionem tum quod vox *χρημάτων* a nullo alio

vocabulo pendeat, Hellenotamiae vero alienissimo ponantur loco inter *ταμίας τῶν ἱερῶν* et *τῶν ὁσίων*; itaque levi mutatione pro *ἑλληνοταμίας* legendum esse *ταμίας* (Class. Rev. 1891 p. 181). Argumenta haec subsidiaria quae affert vir doctus parvi esse pretii quivis videt. Etenim *τῶν ἄλλων ὁσίων χρημάτων* sine dubio ad vocem *ταμίας* in versu praecedenti referendum est, quae vox, quia paulo plura interiecta sunt, rursus excipitur locutione *οἳ διαχειριοῦσι*, plane abundanti si Richardsii coniecturam recipimus. Tum cur non suo loco commemorentur Hellenotamiae equidem non video; rectissime primo enumerantur *ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτων*, post eos *ταμίαι τῶν ὁσίων* et ex horum numero primi qui primum locum, ad officii dignitatem quod attinet, obtinent Hellenotamiae. Sed quod maioris momenti est, ipsa lex demonstrat verum non esse quod proposuit Richards; nam si inter senatores non commemorantur Hellenotamiae, *ταῖς ἄλλαις ἀρχαῖς ἁπάσαις* non annumerari non possunt et ipso facto *οὐκ ἐκ τῆς βουλῆς* sunt. Quod si ita est, cur de Hellenotamiis solis additur quod iam quivis intellegit, in senatu eos non deliberare? Equidem ex ipsa illa clausula de Hellenotamiis luculenter apparere opinor de exceptione aliqua hic agi. Cuiusmodi sit haec exceptio in sequentibus videbimus; utique vero retinendum est vocabulum a Richardsio eiectum.

Alia interpretandi ratione locum omni difficultate solvere se posse putavit Nicklin. Quam dum perpendimus duas res in memoriam nobis revocare debemus: ipsa legis verba esse quae legimus et legem omnem eiusmodi esse ut quod dicat non hoc vel illud significare possit sed unum idemque; praesertim igitur in lege interpretanda cavendum nobis esse ne a simplici interpretatione recedamus ad reconditam confugientes. Et haec causa est, cur cum Nicklinio facere nequeamus verba *τούτων δ' εἶναι* non ad senatores sed ad tricenarios pertinere contendenti (Class. Rev. 1891 p. 228). Nam si quis linguae Graecae peritus — sive lector hodiernus sive civis Atheniensis anni 411 — haec legit: „*βουλεύειν μὲν* tricenarios, *τούτων δ' εἶναι* magistratus sacerdotesque illos", de senatoribus agi sine dubio putat, id quod Nicklinio excepto ad unum omnes fecerunt editores. Revera autem aliter interpretanda haec sunt? Reiiciendane est explicatio quam cuilibet in promptu esse patet? Si usquam

alibi, in lege saltem hoc non ferendum videtur. Si id quod censet Nicklinius dicere voluissent centumviri, omnino uno eodemque modo scripsissent „e tricenariis fieri et senatores et magistratus" — neque enim duabus sententiis uti solet lex ubi una sufficiat — vel „e tricenariis fieri senatores, ex *iisdem etiam* fieri magistratus". Accedit, quod per totum legis initium de senatus constitutione agi e sequentibus apparet, ubi lectionis modus fusius describitur.

Sed iam concedamus verba τούτων δ' εἶναι salva lingua Graeca legisque indole ad tricenarios referri posse: quid sequitur? Si lex iubet tricenarios esse debere et magistratus alios et Hellenotamias, e senatu creari eos, Hellenotamias vero in senatu non deliberare, aut significat tricenarios quidem omnes esse et alios et Hellenotamias, e senatu autem creari omnes alios *exceptis* Hellenotamiis in senatu non deliberantibus, aut omnes et alios et Hellenotamias esse tricenarios crearique e senatu, Hellenotamias quoquo modo senatoris munere non fungi. Prior interpretatio quominus vera sit, idem illud obstat quod supra de coniectura Richardsiana diximus: si e senatu non creantur Hellenotamiae, omnino inter ἄλλας ἀρχὰς ἀπάσας, quas κληρωτὰς εἶναι καὶ μὴ ἐκ τῆς βουλῆς lex iubet, locum obtinent. Simul cum hisce aliis tractare eos debebat lex, nam satis diffusa omnia fierent, si primo enuntiaretur *omnes* e senatu creari, tum de aliis magistratibus ageretur, tertio demum loco exceptio ad priorem clausulam pertinens adderetur. Quoquo modo igitur — haec altera explicatio erat — Hellenotamiae e senatu creati munere senatoris non funguntur; hanc explicationem sibi voluisse Nicklinium puto propter verba: „the ἑλληνοταμίαι may not at the same time be in the council for the year". Sed quia nihil amplius dicit vir doctus ne verbo quidem hanc suam opinionem probare conatus, quomodo rem sibi finxerit dicere non habeo. Quod magis dolendum est, cum hic quoque duae sint interpretationis viae. Aut senatores Hellenotamiae creati ipso facto quod creantur ius deliberandi in senatu amittunt. Sed hoc fieri non potuisse iam ex eo apparet, quod illo modo quadringentis senatoribus semper decem deessent, senatores vero trecentos nonaginta appellari solere τοὺς τετρακοσίους res absurda foret. Nisi sumas magistratibus illis nondum creatis quadrin-

gentos decem senatores in curiam convocari! Satis inepta haec omnia videri non est quod addam. Aut — haec una nobis restat via si Nicklinium sequimur — hoc modo res se habet: vs. 32 legitur *βουλὰς ποιῆσαι τέτταρας ..... καὶ τούτων τὸ λαχὸν μέρος βουλεύειν*, quattuor igitur sunt senatus, Hellenotamiae creantur non ex eo senatu qui eodem quo ipsi anno munere fungitur, sed e senatoribus designatis, e tribus illis senatibus non sedentibus. Ac ne sic quidem rem ad finem perduci posse videmus, cum paulo accuratius legis verba inspicimus. Ubi legimus magistratus illos *αἱρεῖσθαι ἐκ προκρίτων ἐκ τῶν ἀεὶ βουλευόντων πλείους προκρίνοντας*. Locutio *οἱ ἀεὶ βουλεύοντες* quomodo aliud quid significare possit quam senatores ipso eo anno quo ex iis creantur magistratus supra nominati munere fungentes, equidem non video. Quod si verum, ipsa lex tertiam hanc interpretationem recipere nos vetat.

Itaque nihil proficimus virorum doctorum conaminibus sed idem nostro loco etiamnunc inesse videmus ac initio: senatores esse Hellenotamias neque tamen in senatu deliberare. Quid igitur faciendum? Hic quoque ipsa legis verba viam nobis demonstrabunt. Ad unum omnes editores locum interpretantes eo modo de eo egerunt, velutsi inveniretur *τοὺς δ' ἑλληνοταμίας μὴ συμβουλεύειν*, et revera si nihil adderet lex, quo nos verteremus nesciremus. Sed quid legimus? *τοὺς δ' ἑλληνοταμίας οἳ ἂν διαχειρίζωσι τὰ χρήματα μὴ συμβουλεύειν*. Quo additamento opus non fuisset, si dicere voluissent centumviri quod putant viri docti interpretantes „Hellenotamias in senatu non sedere"; quod si dixissent, sibi ipsi, ut quivis videt, oblocuti essent. Revera praescripserunt centumviri: „Hellenotamiae *qui pecuniam administrent* senatoris munere ne funguntor." Et hac de causa modo quem grammatica dicit subiunctivo generali vel iterativo cum particula *ἂν* usi sunt, ut clare appareret non omnes omnino senatu prohiberi Hellenotamias, sed iis tantum qui aliquo tempore negotia publica gererent, quamdiu id facerent, inter senatores deliberantes locum non esse [1]). Non omnes igitur eodem tempore per totum magistratus annum pecuniam

1) Belgice legis verba vertas: „telkens wanneer zij geldadministratie te voeren hebben, nemen zij geen deel aan de beraadslagingen".

publicam administrabant Hellenotamiae. Verum hoc esse luculenter ex inscriptionibus demonstrari posse mihi videtur.

Nam forte fortuna tres nobis inscriptiones servatae sunt ipsius huius temporis rationes publicas civitatis Atheniensium continentes, nempe annorum Ol. 91. 1, 92. 3, 93. 2, id est 416, 410, 407 a. C. n., quas invenias in C.I.A. I 183, 188 [1]), 189*a*. Tribus his annis plane eodem modo redduntur rationes, nihil hac in re mutavit dominatio oligarchica. Semper autem populus Atheniensium pecuniam assignat causa addita Ἑλληνοταμίαις τῷ δεῖνα καὶ συνάρχουσιν, idque eo modo, ut eodem anno in eadem prytania post Ἑλληνοταμίαις diversa nomina inveniantur.

In promptu est haec explicatio: ut ipsum senatum sic Hellenotamiarum quoque collegium saepius mutasse praesidem, semper vero totius collegii praesidem nominatim designari. Neque tamen veram hanc esse interpretationem concedamus oportet, cum videamus *eidem diei* duo nomina adscripta; ut anni 410 septimae prytaniae septimo die et Thrasoni cum suis et Phalanto c. s. pecunia datur, itemque anni 407 secundae prytaniae die decimo septimo et Thrasylocho c. s. et Lysitheo c. s., eiusdem prytaniae die tricesimo sexto et Protarcho c. s. et Lysitheo c. s. Aliter igitur nomina variantia explicanda sunt. Coniicias in hunc modum rem sese habere, certam sibi habuisse provinciam per totum annum vel totam prytaniam virum nominatim commemoratum et hac de causa alium fuisse praesidem si ad aliam rem assignaretur pecunia, sive toti collegio sive parti eius vir ille praeesset. At Ol. 92. 3 pr. 7 d. 5 Dionysio c. s. pecunia traditur diobeliae causa, eiusdem prytaniae d. 7 Thrasoni c. s. propter eandem rem, eam quam prytaniis praecedentibus curavit Pericles c. s. Et Ol. 93. 2 propter eandem diobeliam item in secunda prytania diebus 17 et 23 Thrasylochus c. s. nominatur, diebus 18 et 36 Protarchus c. s., diebus 22, 24, 26, 30 Lysitheus c. s.

Nulla alia me iudice restat explicatio nisi haec, semper cum pecunia solvenda opus fuerit, quibusdam Hellenotamiis nummos huic uni rei necessarios esse assignatos, pro unaquaque re

1) De hac inscriptione fuse Boeckhius egit Staath. II. 161 sqq, de huiusmodi inscriptionum compositione W. Bannier in Mus. Rhen. 61 p. 203 sqq., 62 p. 433 sqq.

tractanda novum factum esse plebiscitum [1]), quo haec res, non alia, his vel illis ex Hellenotamiarum numero curanda traderetur. Quibusdam dico, nam minime de toto collegio hic agi eaedem inscriptiones nos docent; Ol. 93. 2 prytania prima Callimachus et Phrasitelides commemorantur non additis *τοῖς συνάρχουσιν*, a duobus igitur viris pecunia assignata administratur [2]). Item eiusdem anni pr. 6 unus Anaetius facit *σὺν παρέδρῳ*, non cum *συνάρχοντι*, et in prima inscriptione in pr. 8 de uno Philomelo quoque idem legimus.

Itaque pro re nata unum vel duos vel plures munere fungi Hellenotamias demonstrant inscriptiones; non omnes eodem tempore administrabant pecuniam publicam. Quadringentorum vero aetate — et si hoc modo legem centumvirorum interpretamur omnis evanescit difficultas — et e senatu creabantur et in senatu sedebant Hellenotamiae, ii autem ex eorum numero quibus aliquo tempore pecunia publica certae cuiusdam rei causa solvenda tradita erat, quamdiu hocce negotium gerebant, in senatu nullas agebant partes.

---

1) Quadringentorum tempore senatusconsultum, quod apparet ex inscriptione C.I.A. IV, 1, 179 C p. 161, ubi Ol. 92. 2 *ψηφισαμένης τῆς βουλῆς* pecuniam assignatam esse legimus.

2) Duo Hellenotamiae etiam C.I.A. I 181 commemorantur, si recte quae desunt verba restituit Loeschcke (De titulis aliquot Atticis quaestiones historicae p. 27 sqq.).

---

## PLUTARCHUS.

Pseudo-Plut. de Liberis educ. 8 f. Oportet pueros ad bonos adducere mores *παραινέσεσι καὶ λόγοις, μὴ μὰ Δία πληγαῖς μηδ' αἰκισμοῖς.*

Quasi vero adhortationes non sint *τοῖς λόγοις* adnumerandae! Lege *ψόγοις*. Cf. quae mox sequuntur: *ἔπαινοι καὶ ψόγοι* et *ταῖς ἐπιπλήξεσι καὶ τοῖς ἐπαίνοις.*

Ibid. p. 13 A. Adulatores ét parentibus et pueris exitio sunt: *τῶν μὲν τὸ γῆρας ἐπίλυπον τῶν δὲ τὴν νεότητα ποιοῦντες* (*ἐπονείδιστον* ins. Schneiderus, recte, u. o.) *τῶν δὲ συμβουλευμάτων δέλεαρ ἀφύλακτον προτείνοντες τὴν ἡδονήν.*

Vitio natum tertium istud *τῶν*. Lege *ἀντὶ δὲ συμβ. κτέ.*

J. J. H.

# AD FRAGMENTUM COMICUM NUPER EDITUM.

SCRIPSIT

J. VAN LEEUWEN J.F.



In novo tomo operis praestantissimi [1]) viri praeclari Grenfell et Hunt nuper evulgarunt versus paulo plus quam viginti fabulae comicae, Menandrea quae videtur, licet dubitet Leo [2]). Quos ab ipsis editoribus et Wilamowitzio et Leone feliciter suppletos hic non repeterem, nisi errorem quendam, ut levem sic contextui admodum molestum, quem in notulis indicabo infra, corrigere posse mihi viderer. En igitur fragmenti pars potior.

Davus servus, qui Tranionis Plautini haud dissimilis fuisse videtur [3]), in aram confugit, ut Euripidis ille affinis in Aristophanis Thesmophoriazusis vel Herculis pater uxor liberi in dramate Euripideo. Quapropter Laches herus cum alio servo Pyrrhia abiit sarmenta petiturus, ut flammis scelestum hominem aut comburat, aut e loco sacro fuget saltem; interim tertium et quartum mancipia Tibeus et Geta miserum sodalem custodiunt. Quos ut exoret, frustra operam dat Davus:

ΔΑΟΣ.

ὦ Τίβειε [4]) καὶ Γέτα,
ἔπειτα κατακαύσει μ'; ἀφείητ' ἄν, Γέτα,

1) Cf. Oxyrh. Papyri VI p. 150 (n° 855).

2) Cf. Herm. 1909 p. 143—146.

3) Cf. Mostellariae fabulae exitus.

4) Hoc loco, ut in Menandri Herois fragmento Lefeburiano, apparet nominis Τιβείου brevem esse syllabam initialem, longam autem mediam.

σύνδουλον ὄντα καὶ διασώσαντ' εὖ πάνυ;
οὐκ ἂν μ' ἀφείητ', ἀλλὰ περιόψεσθέ με;
οὕτω πρὸς ἀλλήλους ἔχομεν;

(Adsunt *Laches* herus et *Pyrrhias* cum igne et sarmentis.)

προσέρχεται
ὁ Πυρρίας ὅσον γε φορτίον φέρων·
ἀπόλωλα! καὶ δᾷδ' αὐτὸς ἡμμένην ἔχων
Λάχης ἀκολουθεῖ!

ΛΑΧΗΣ.

περίθετ' ἐν κύκλῳ ταχύ.
νυνί γ' [1]) ἐπίδειξαι, Δᾶε, τὴν πανουργίαν,
τέχνην τιν' εὑρὼν διαφυγών τ' ἐνθένδε με.

ΔΑΟΣ.

τέχνην ἐγώ;

ΛΑΧΗΣ.

ναί, Δᾶε· τὸ μὲν ἀπράγμονα
καὶ κοῦφον ἐξαπατᾶν γάρ [2]) ἐστι δεσπότην
φλύαρος.

(Facem in Davum intendit minitabundus).

ΔΑΟΣ.

ἤην!

ΛΑΧΗΣ.

εἶδέ τις τὴν τῶν φρενῶν
στακτήν; [3]) ἐκνίσθης; [4])

---

1) [νυνί γ'] Leo, [τὰ ξύλ'·] editores.

2) En γάρ more vere Menandreo in posteriorem enuntiati partem reiectum, ut Discept. 473 alibi; cf. supra pag. 115. — Simillimum Perinthiae fabulae fragmentum contulerunt editores: ὅστις παραλαβὼν δεσπότην ἀπράγμονα | καὶ κοῦφον ἐξαπατᾷ θεράπων, οὐκ οἶδ' ὅ τι | οὗτος μεγαλεῖόν ἐστι διαπεπραγμένος (Men. fr. 393, cf Phot. s. v. ἀβέλτερος).

3) Hic est error editorum quem supra dixi; nisi quidem erro ipse. Nam sic distincta haec verba reperio: „εἶ δέ τις τὴν τῶν φρενῶν | στακτήν — ἐκνίσθης;" Excidit Davo perterrito metus indicium apertissimum, ut Ἐπικεχοδότι illi Phasianico vel Dionyso apud inferos iter facienti. Quam *mentis guttam* sive *ingenii specimen* scurrili ioco vocat herus. *Viditne aliquis* id quod *videtisne omnes quotquot adestis* valet.

4) *Prurisne? Mordetne pulex?* herus rogat irridens, terrore nebulonis, brachia et crura subito motu ab igne reducentis, egregie delectatus videlicet.

ΔΑΟΣ.

(lugubri voce:)

*οὐχὶ πρὸς σοῦ, δέσποτα!* [1])

ΛΑΧΗΣ.

*ὁ μὲν πονηρός, ὁ θρασὺς ἐνθάδ' ἀρτίως,*
*κατὰ τῶν σκελῶν . . .!* [2])

Omitto versuum sex quae sequuntur fragmenta. Quorum ultimus exit in articulum (*ἐστι τὸ*), ut trimetri Menandrei aliorumque poetarum comicorum haud pauci [3]).

---

1) *Te non dignum hoc est, o here! οὐ κατὰ σὲ τοῦτ' ἐστί. Non tam immanem te novi!* Cf. Ar. Eq. 191 Plut. 355 Soph. Ai. 581 etc.

2) Quid mente supplendum sit (*ἀποτιλᾷ*) apparet coll. Ar. Pac. 241. Praeterea cf. Men. Circumt. 52: *ὁ σοβαρὸς ἡμῖν ἀρτίως καὶ πολεμικός* | . . . *κλάει κατακλινείς.*

3) Cf. Men. fr. $402^{9, 12}$ Alex. $20^{4}$, $24^{3}$, $110^{11}$, $255^{3}$ Eubul. 111 Philem. $126^{3}$ Diphil. 77 Archedic. $2^{8}$ adesp. 369. Alios locos complures indicavi ad Ar. Plut. 752.

---

## ΣΚΟΛΙΑ — ΔΥΣΚΟΛΙΑ.

Vocabulo quod est *scolia* sive *carmina convivalia* alii aliam inter veteres tribuerunt originem. Fuere qui *εὔκολα ὄντα ἐκ τοῦ ἐναντίου* denominata esse putarent, quasi *δύσκολα* essent. Alii revera *διὰ τὴν δυσκολίαν* sic vocata censebant, difficilia enim fuisse imperitis (cf. schol. Ar. Vesp. 1222 et 1239).

Hinc petendum est remedium verborum manifeste corruptorum, quae Aristophanis codex V praebet in Excerptis de Comoedia:

*ἐπὶ τοῖς οὖν οὐκ ἐπισταμένοις μέλη πρὸς λύραν ᾄδειν σκολιὰ ἐδόκει, ὅθεν καὶ σκολιὰ ὠνομάσθησαν.*

Leg. *ἐπὶ τοῖς οὖν οὐκ ἐπισταμένοις μέλη πρὸς λύραν ᾄδειν* ⟨*δυ*⟩*σκολία* ⟨*εἶναι*⟩ *ἐδόκει, ὅθεν καὶ σκολιὰ ὠνομάσθησαν.*

Et sic sunt corrigenda quae scripsi in Prolegomenis ad Aristophanem pag. 181.

v. L.

# DE FIGURA QUAE ΚΑΤ' ΕΞΟΧΗΝ VOCATUR.

SCRIPSIT

CH. CH. f. CHARITONIDES.



Frequens est in Graeco sermone figura quae *κατ' ἐξοχὴν* vocatur, quae sit autem eius figurae vis ex ipsa appellatione satis apparet, saepe enim quod egregium est ceterisque eiusdem generis praestat universi generis nomen tanquam proprium adsumit, itemque eximia aliqua species ceterasque eiusdem generis superans universi generis nomen tanquam proprium adsumit. Sic poetae nomine egregius quidam poeta significatur veluti *Homerus*, sic *κωμικός* est *Aristophanes*, *συγγραφεύς* *Thucydides*, sic *ὄψον* vel *ὀψάριον* cum dicitur praestantissimum *ὄψον* vel *ὀψάριον*, id est *ὁ ἰχθύς*, significatur et cum *ὄρνις ἡ ἀλεκτρυών*.

De qua figura operae pretium mihi videtur per capita agere diligenterque quidquid ad eam pertinet exponere.

## Cap. I.

### § 1. Ὁ ποιητής = Ὅμηρος.

Plato Γοργ. p. 485, D „*καὶ τὰς ἀγοράς, ἐν αἷς ἔφη ὁ ποιητὴς τοὺς ἄνδρας ἀριπρεπεῖς γίγνεσθαι*". Νόμ. pag. 803,E „*καὶ τὸν ποιητὴν εὖ λέγειν τὸ Τηλέμαχ', ἄλλα μὲν αὐτὸς ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νοήσεις*, etc."

Aristoteles Ῥητορ. I vii, 31 (Vol. I, pag. 323, 35 Did.) „*ὅθεν καὶ ὁ ποιητής φησι πεῖσαι λέγουσαν τὸν Μελέαγρον ἀναστῆναι*" et II, iii, 16 (p. 351, 17) „*διὸ εὖ περὶ τοῦ Ἕκτορος ὁ ποιητής*,

παῦσαι βουλόμενος τὸν Ἀχιλλέα τῆς ὀργῆς τεθνεῶτος, κωφὴν γὰρ δὴ γαῖαν ἀεικίζει μενεαίνων". Pseudaristoteles περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. CXVII (Vol. IV, p. 94, 43 Did.) „πάνυ δὲ καὶ τῷ ποιητῇ καλῶς πέφρασται περὶ αὐτῶν· ἑλκεσιπέπλους γὰρ καὶ βαθυκόλπους κἀκείνας, ὡς ἔοικεν ἰδεῖν ἔστιν" (Cf. CXIII, p. 93, 11, etiam Προβλ. IX, p. 160, 4).

Theophrastus Ἱστορ. Φυτ. III, I, 3 (p. 67 Schneid.) „διὸ καὶ τὸν ποιητὴν οὐ κακῶς προσαγορεύειν αὐτὴν ὠλεσίκαρπον". Αἰτ. Φυτ. II, x, 14 (p. 412) „ὥστε καὶ τοῦτο ὠλεσίκαρπον ἄν τις ἔφη, καθάπερ ὁ ποιητὴς τὴν ἰτέαν". περὶ Ἀνέμ. 38 (p. 772) „πνεῖ δ' ἐνιαχοῦ μὲν χειμέριος· ὅθεν καὶ ὁ ποιητὴς δυσαῆ προσηγόρευσεν".

Polybius IX, 16, 1 „ἧ καὶ τὸν ποιητὴν ἄν τις ἐπαινέσειεν, διότι παρεισάγει τὸν Ὀδυσσέα, τὸν ἡγεμονικώτατον ἄνδρα etc.". XII, 27, 10 „ἔτι δὲ τούτων ἐμφαντικώτερον ὁ ποιητὴς εἴρηκε περὶ τούτου τοῦ μέρους· ἐκεῖνος γὰρ βουλόμενος ὑποδεικνύειν ἡμῖν οἷον δεῖ τὸν ἄνδρα τὸν πραγματικὸν εἶναι, προθέμενος τὸ τοῦ Ὀδυσσέως πρόσωπον λέγει πως οὕτω".

Diodorus I, 11, 2 „καὶ τὸν ποιητὴν δὲ λέγειν σύμφωνα τούτοις· ἠέλιος θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει", etiam XIX, 53, 5 „καθάπερ καὶ ὁ ποιητής φησιν· οἳ πρῶτοι Θήβης ἕδος ἔκτισαν ἑπταπύλοιο" (Cf. I, 12, 2 „συμφωνεῖν δὲ τούτοις καὶ τὸν ἐπιφανέστατον τῶν παρ' Ἕλλησι ποιητῶν ἐπὶ τοῦ θεοῦ τούτου λέγοντα· πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε").

Plutarchus Ἠθικ. p. 143,D „ὥς που καὶ ὁ ποιητὴς διδάσκει τὴν Ἥραν ποιῶν λέγουσαν· καί σφ' ἄκριτα νείκεα λύσω εἰς εὐνὴν ἀνέσασα ὁμωθῆναι φιλότητι", etiam p. 976,F „τὸ δ' ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ λεγόμενον· ἡ δὲ μολυβδαίνῃ ἰκέλη ἐς βυσσὸν ὄρουσεν etc."

Strabo p. 21, 9 Mein. „ἀλλὰ μὴν ταῦτά γε πάντα ὁ ποιητὴς Ὀδυσσεῖ προσῆψεν, ὃν τῶν πάντων μάλιστα ἀρετῇ πάσῃ κοσμεῖ", etiam p. 47, 7 „ὁ ποιητὴς τοίνυν διιπετέας καλεῖ τοὺς ποταμούς", alias quoque saepe.

Aelianus περὶ Ζῴ. VIII, 28 „τὸν ἰχθὺν τὸν ἔλλοπα ἱερὸν ἰχθὺν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ κληθῆναι νομίζουσι".

Athenaeus p. 12, E „ἐπὶ μόνων ἀνθρώπων δαῖτας λέγει ὁ ποιητής, ἐπὶ δὲ θηρίων οὐκέτι". pag. 299,B „τὰς μέντοι πληθυντικὰς οὐκέθ' ὁμοίας τῷ ποιητῇ". pag. 299,D „καὶ ὁ ποιητὴς οὖν θέλων δηλῶσαι τὸ εἰς βάθος τοῦ ποταμοῦ καιόμενον οὕτως ἔφη·

τείροντ' ἐγχέλυές τε καὶ ἰχθύες". pag. 604,B „οὐδ' ὁ ποιητὴς, ἔφη, λέγων χρυσοκόμαν τὸν 'Απόλλωνα".

Sextus Empiricus pag. 20, 24 Bekk. „ὁ μὲν γὰρ Πίνδαρός φησιν — ὁ δὲ ποιητὴς λέγει· ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισιν ἐπιτέρπεται ἔργοις". pag. 664, 21 „ἄλλως τε ὁ μὲν ποιητὴς ἐπὶ προσφερομένων μόνον ἐποιήσατο τὴν ἀπόφασιν, 'Επίκουρος δ' ἐπὶ πάντων τῶν ἀπολαυστῶν". Cf. etiam pag. 665, 8. 750, 5.

Galenus Vol. XVI, pag. 819 „ἴσμεν γὰρ ὅτι καὶ ὁ ποιητὴς εἶπε τόδε· τὸ καὶ περιστρέφεται κυκλωδῶς, δηλοῦν τὸ περιπήγνυται" (scr. ὦκα περιτρέφεται κυκόωντι. Vid. Cobetus *Mnemos.* 1876, p. 382). Vol. XVII, a, pag. 655 „καὶ ὁ ποιητὴς λέγει· αὐτὰρ ἐγὼ ζεφύροιο καὶ ἀργέσταο νότοιο". pag. 682 „τοῦ ποιητοῦ γε δηλοῦντος εἰρηκέναι σαφῶς ἐπὶ τῶν δεσμῶν" (Cf. pag. 723. 757. 969., etiam Vol. XVII, b, pag. 92. 186., etiam Vol. XVIII, a, pag. 356. 378. 420. 424. 439).

Stephanus Byzantius pag. 176, 2 Mein. „οὓς κύνας τῇ πατρῴᾳ φωνῇ ἑστερικὰς καλοῦσιν οἱ Μακεδόνες, ὁ δὲ ποιητὴς τραπεζῆας." etiam pag. 258, 1 „καὶ τὰ περὶ Θάμυριν ἐν Δωρίῳ παριστοροῦντος τοῦ ποιητοῦ".

Artemidorus 'Ονειροκριτ. pag. 54, 10 Herch. „ἀλὸς μὲν γὰρ ἵππους καὶ ὁ ποιητὴς τὰς ναῦς λέγει, ἡμεῖς δὲ τὸν Ποσειδῶνα Ἵππιον καλοῦμεν" etiam pag. 89, 10 „πολύκμητον γὰρ καὶ ὁ ποιητὴς τὸν σίδηρον καλεῖ".

Longinus περὶ Ὕψ. VIII, 2 (pag. 24 Weisk.) „πρὸς μυρίοις ἄλλοις καὶ τὰ περὶ τοὺς 'Αλωάδας τῷ ποιητῇ παρατετολμημένα", etiam IX, 10 (pag. 32) „οὐκ ὀχληρὸς ἂν ἴσως, ἑταῖρε, δόξαιμι ἓν ἔτι τοῦ ποιητοῦ καὶ τῶν ἀνθρώπων παραθέμενος". Cf. X, 3 (pag. 42). X, 6 (pag. 44). XV, 3 (pag. 60) etc.

Themistius Λόγ. pag. 90, 10 Dind. „καὶ τὸν μὲν Δία φησὶν ὁ ποιητὴς μεταφέρειν ἀπὸ τῆς Τροίας ἐπὶ τὴν Θρᾴκην τὸ ὄμμα".

Apollonius Alexandrinus περὶ 'Αντων. pag. 72, C „οὗτος ἐγὼ ταχύτατι Πίνδαρος ἐν 'Ολυμπιονίκαις· ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῆς ὅδε· ἔνδον μὲν δὴ ὅδ' αὐτὸς ἐγὼ ὁ ποιητής".

Iamblichus περὶ τοῦ Πυθαγ. Βί. CXIII (pag. 83, 1 Nauck) „εὐθὺς ἀνεκρούσατο τὸ νηπενθὲς ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθες ἁπάντων κατὰ τὸν ποιητήν".

Demetrius περὶ 'Ερμην. CXIII (pag. 26 Goel.) „οἷον ὁ μὲν ποιητὴς ἐπὶ τῆς Κρήτης ἔφη".

Io. Lydus p. 89, 6 „ὁ γοῦν ποιητής φησιν ἔπεα πτερόεντα".
Hesychius v. ἀγανοί „ὡς ὅταν λέγῃ ὁ ποιητὴς καὶ 'Αγαυῶν ἱππημολγῶν" etiam v. πύλαι „ὁ ποιητὴς γὰρ οὐδέποτε πύλην ἑνικῶς λέγει — ἀλλὰ πληθυντικῶς".

Schol. 'Ιλιάδ. Vol. I, pag. 169, 8 Dind. „ἔφαμεν δὲ τὸν ποιητὴν ἀδιαφόρως καὶ φυλάσσειν τὸν χρόνον τῶν παρῳχημένων καὶ ἀποβάλλειν" (Vid. etiam Bastius ad Greg. Cor. pag. 69 Schaef.).

Schol. Εὐρίπ. Vol. II, p. 45, 2 Dind. „Τλήμων: παρὰ μὲν τῷ ποιητῇ ὁ ὑπομονητικός, παρὰ δὲ τοῖς τραγικοῖς τλήμων ὁ δυστυχής" etiam p. 117, 21 „ἐν γὰρ τῇ Ζ ῥαψῳδίᾳ κωμῳδεῖται παρὰ τῷ ποιητῇ".

Schol. Thucyd. p. 90, 20 Did. „ἰστέον ὅτι εἰς τὸ κομψὸν τῆς φράσεως Θουκυδίδης Αἰσχύλον καὶ Πίνδαρον ἐμιμήσατο — εἰς δὲ τὴν οἰκονομίαν τὸν ποιητήν". Cf. Marcell. XXXV „ζηλωτὴς δὲ γέγονεν ὁ Θουκυδίδης εἰς μὲν τὴν οἰκονομίαν 'Ομήρου, Πινδάρου δ' εἰς τὸ μεγαλοφυές" (Vid. *Leipz. Stud.* 1881, p. 72).

Permulta huiusmodi usus testimonia apponere licet ex Eustathii ad Homerum atque ad Dionysium Periegetam commentariis.

Memoratu digna sunt quae dicit Galenus Vol. IV. p. 771 „Ἣν δι' αὐτὸ τοῦτο κατ' ἐξοχὴν ὠνόμασεν ἐπιθυμητικὴν εἰωθότων οὕτω τῶν ἀνθρώπων ἐνίοτε τὰ πρωτεύοντα τῶν ἐν γένει τῷ τοῦ γένους προσαγορεύειν ὀνόματι, καθάπερ ὅταν εἴπωσιν, ὑπὸ μὲν τοῦ ποιητοῦ λελέχθαι τόδε τὸ ἔπος, ὑπὸ δὲ τῆς ποιητρίας τόδε· πάντες γὰρ ἀκούομεν, Ὅμηρον μὲν λέγεσθαι ποιητήν, Σαπφὼ δὲ ποιήτριαν". Etiam Eustathius ait in Commentariis ad Homerum p. 4, 9 „Καὶ τοίνυν καὶ ποιητὴς ὁ οὕτω γράφων, ὁποῖος ἂν καὶ εἴη εἴτε κωμικὸς εἴτε ὁστισοῦν ἕτερος, ἐξόχως δὲ Ὅμηρος· ὡς γάρ, εἴ τις εἴπῃ ὁ ῥήτωρ, ὁ Δημοσθένης εὐθὺς ὑπερεχόντως ἐνοήθη, κἂν τὸν λυρικὸν ἀκούσωμεν, εἰς τὸν Πίνδαρον ἀναγόμεθα· οὕτω καὶ τὸν ποιητὴν ἀκούσας τις μετὰ τοῦ ἄρθρου τὸν Ὅμηρον ἐνόησε. Διὰ τί; Ὅτι ἐν αὐτῷ ἀρετὴ πᾶσα ποιήσεως καὶ διότι σπερματικῶς ἀρχὴ καὶ καθηγητὴς αὐτὸς πᾶσι γέγονε ποιηταῖς τοῦ εἶναι ὅπερ λέγονται", etiam Philo Iudaeus Vol. IV p. 6 „Καθάπερ γὰρ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος, μυρίων ὄντων ποιητῶν, κατ' ἐξοχὴν λέγεται, καὶ τὸ μέλαν ᾧ γράφομεν, καίτοι παντός, ὃ μὴ λευκόν ἐστι, μέλανος ὄντος, καὶ ἄρχων 'Αθήνησιν, ὁ ἐπώνυμος καὶ τῶν ἐννέα ἀρχόντων ὁ ἄριστος

ἀφ' οὗ οἱ χρόνοι καταριθμοῦνται· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸν ἐλπίδι χρώμενον ἄνθρωπον κατ' ἐξοχὴν ὠνόμασε τὰ πλήθη τῶν ἄλλων ἐφησυχάσας, ὡς οὐκ ἀξίων τῆς αὐτῆς προσρήσεως ἐπιλαχεῖν", etiam Ammonius Hermias Ὑπομν. εἰς Ἀριστοτ. Vol. IV. III. p. 23, 3 „Φαμὲν οὖν πρὸς αὐτοὺς ὅτι τὰ ὑπερέχοντα τῶν πραγμάτων ἀορίστως εἰώθαμεν σημαίνειν, ὥσπερ ὅτε τὸν Ὅμηρον βουλόμεθα σημᾶναι, ὁ ποιητὴς λέγομεν κατ' ἐξοχήν", etiam Apollonius Alexandrinus περὶ Συντάξ. p. 42, 3 Bekk. „Ἔστι καὶ οὕτω φάναι· τὰ ἄρθρα ἔσθ' ὅτε προστιθέμενα ἰδιότητα ὀνόματος παρίστησιν· οὕτω γὰρ τὸ ἐκ Δήλου τὸ πλοῖον εἰς Ἀθήνας παραγενόμενον κατέπλευσεν εἶχε τὴν συνέχειαν τοῦ ἄρθρου ἐν τῷ τὸ πλοῖον κατέπλευσε, καθὰ καὶ τὸ ὁ ποιητής ὑπαγορεύει τὸν Ὅμηρον. Δεόντως ἄρα καὶ κατὰ τὸ τοιοῦτον ἡ πρόσθεσίς ἐστι τοῦ ἄρθρου συνιδιάζουσα τὸ ἐπιθετικὸν τῷ κυρίῳ ὀνόματι", etiam Theo Προγυμν. XXVII (Ῥητ. Ἑλλ. Walz. Vol. I, p. 202, 15) „Εἴρηται δὲ χρεία κατ' ἐξοχὴν ὅτι μᾶλλον τῶν ἄλλων πρὸς πολλὰ χρειώδης ἐστὶ τῷ βίῳ, καθάπερ καὶ Ὅμηρον, πολλῶν ὄντων ποιητῶν, κατ' ἐξοχὴν τοῦτον μόνον καλεῖν εἰώθαμεν ποιητήν", etiam Anonymus Προγυμν. III (p. 602, 1) „Ὅδε δὲ Σοφοκλῆς τῶν τραγικῶν τὸ κεφάλαιον· καὶ ὥσπερ Ὅμηρος ἐν πολλοῖς ποιηταῖς μόνος ἔξοχος τὸ κοινὸν ὄνομα εἴληχεν, οὕτω Σοφοκλῆς ἐν πολλοῖς τραγικοῖς ὀνομάζεσθαι δίκαιος, ὑπεράρας πάντας τοὺς τοιαῦτα ποιήσαντας" (Cf. etiam Vol. II. p. 586, 23), etiam Gregorius Episcopus Corinthi εἰς τὸ περὶ Μεθόδ. Δεινότ. XXX (Vol. VII. p. 1338, 13) „Ἰστέον δὲ ὅτι ὥσπερ Ὅμηρον κατ' ἐξοχὴν ποιητὴν καλοῦμεν, οὕτω καὶ κωμικὸν τὸν Ἀριστοφάνην· οὗτος γὰρ τὴν κωμῳδίαν ἐπηύξησε".

Apud Galenum Vol. XVIII, I. p. 131 est „Ὠνόμασε δ' αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης τὸ τελευτῶσιν ὁμοίως τῷ ποιητῇ Ἀριστοφάνει

εἴπερ δὴ κρανέω γε καὶ εἰ τετελεσμένον ἔσται".

Ridiculus scribae error ille „ὁμοίως τῷ ποιητῇ Ἀριστοφάνει", quod iam Cobetus vidit, cuius verba haec sunt *Mnemos.* 1885, p. 248 „Stolido errore Ἀριστοφάνει scriptum est pro κραίνουσι. Codice maculato aut perroso scriba dedit quod in buccam venit, sed loci sententia tam aperta est ut nulla superesse possit dubitatio. Pro τελευτῶσιν, inquit *Homeri exemplo Hippocrates dixit* κραίνουσι".

Apud Dionysium Halicarnassensem περὶ τῆς Δημοσθ. Λέξ. XLI invenitur „ταύτης τῆς ἁρμονίας κράτιστος μὲν ἐγένετο κανὼν ὁ

*ποιητὴς Ὅμηρος*". delendum esse nomen proprium *Ὅμηρος* censuerunt Kiesslingius et Van der Vliet in *Stud. Crit. in Dionys. Halicarn. Op.* p. 84. Invenitur *ὁ ποιητὴς Ὅμηρος* etiam apud Pseudaristotelem *περὶ Κόσμ.* VI (Vol. III, p. 60, 9 Did.) „*ὥσπερ ἔφη καὶ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος*", sed postea est solum *ὁ ποιητής* „*συκαῖ τε γλυκεραὶ καὶ ἐλαῖαι, ὥς φησιν ὁ ποιητής*" (Vid. etiam Thesaur. Steph. Vol. VI, p. 1307,B Did.). Legitur etiam apud Iosephum in libro contra Apionem II. II. 14 (Vol. V p. 56. 1 Nis.) „*περὶ μὲν Ὁμήρου τοῦ ποιητοῦ γραμματικὸς ὢν αὐτὸς οὐκ ἂν ἔχοι τίς αὐτοῦ πατρίς ἐστι διαβεβαιωσάμενος εἰπεῖν*".

Georgius autem Choeroboscus haec ait p. 346, 11 Gaisf. „*καὶ πολλή ἐστιν ἡ χρῆσις τῆς χερὸς γενικῆς χωρὶς τοῦ Ι οὐ μόνον παρὰ ποιηταῖς ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς τραγικοῖς καὶ παρὰ ἰαμβογράφοις μὴ οὖσι μήτε κωμικοῖς μήτε τραγικοῖς*"· est autem *ποιηταῖς* idem quod *ἐπικοῖς ποιηταῖς*.

Sicut autem apud Graecos *κατ' ἐξοχὴν ποιητὴς* Homerus vocabatur, sic apud Romanos *poeta* Vergilius, ut docet Servius *in Comment. in Vergil. Carm.* Vol. I. I. p. 303, 10 „PERGAMA proprie Troianae arces sunt: unde *κατ' ἐξοχὴν* arces omnes *pergama* dicuntur, ut *poetam* dicimus et intellegimus *Vergilium*". Cf. Io. Lydum p. 85, 11 Bonn. „*διὸ καὶ Ἀμαρυλλίδα τὴν πόλιν ὁ ποιητὴς αἰνιγματωδῶς βουκολιάζων καλεῖ*".

## § 2. Ὁ *κωμικός* = *Ἀριστοφάνης*.

Iulianus p. 269, 21 Hertl. „*κατὰ τὸν κωμικὸν τὴν σκάφην σκάφην λέγοντα*".

Hermogenes XXXIV (Ῥητ. Ἑλλ. Walz. Vol. III. p. 400) „*τούτων παραδείγματα λάβωμεν τὰ μὲν ἐκ τοῦ κωμικοῦ, τὰ δὲ ἐκ τοῦ βίου, τὰ δὲ ἐκ τοῦ ῥήτορος*". Notandum autem hoc Hermogenis loco Walzium legisse *βιολόγου* pro *βίου* Schaeferi auctoritatem secutum, qui haec admonuit „*βίου* Hermogenis mutandum censeo in *βιολόγου*. *βιολόγος* aptissime dicitur Menander, cuius dramata vere fuerunt *βιολογούμενα* s. *βιολογικά*. Cave autem intelligas mimos posteriorum temporum. Fons mutationis vox est Aristophanis Grammatici: *ὦ Μένανδρε καὶ βίε, πότερος ἄρα ὑμῶν πότερον ἐμιμήσατο;*".

Moeris p. 417 „*χαίρειν ἐν ἐπιστολῇ πρῶτος λέγεται γράψαι*

*Κλέων Ἀθηναίοις μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν Πύλον· ἔνθεν καὶ τὸν κωμικὸν ἐπισκώπτοντα εἰπεῖν· πρῶτος γὰρ ἡμᾶς, ὦ Κλέων, χαίρειν προσεῖπας, πολλὰ λυπῶν τὴν πόλιν*" (V. Kochium in *Moer.* p. 438 et Fritzschium in *Lucian.* Vol. II. I. p. 220, etiam Blaydesium in *Fragm. Aristoph.* p. 393. Cf. etiam Naukium in *Mél. Gréco-Rom.* Vol. VI. p. 76).

## § 3. Ὁ *συγγραφεύς* = *Θουκυδίδης*.

Choeroboscus p. 152, 9 Gaisf. (Herodian. Vol. I. p. 81, 21 Lentz.) „*Οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ τριακονταέτης τριακονταέτους ποιοῦσι τὸ θηλυκὸν ἡ τριακονταέτις τριακονταέτιδος, ὡς παρὰ τῷ συγγραφεῖ· τῶν τριακονταετίδων σπονδῶν καὶ κατὰ κρᾶσιν τριακοντουτίδων· ὀφείλοντες εἰπεῖν ἡ τριακονταετὴς τῆς τριακονταετοῦς*".

Gregorius episcopus Corinthi p. 59 „*Καὶ τὸ χρῆσθαι τῷ οὐδὲν μᾶλλον ἀντὶ τοῦ οὐ τῆς Ἀττικῆς διαλέκτου χαρακτήρ, καὶ γνωριζέσθω σοι· αὐτίκα γὰρ ὁ συγγραφεὺς ἐν τῇ δευτέρᾳ· ἀλλ' αἵ τε ἐσβολαὶ ἐς τὴν Ἀττικὴν Πελοποννησίων οὐδὲν μᾶλλον τοὺς Ἀθηναίους ἀπανίστασαν, ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀπανίστασαν*", etiam p. 107 „*αὐτίκα ἔστιν ἰδεῖν ἐν τῇ τρίτῃ τὸν συγγραφέα χρώμενον τούτῳ· φησὶ γάρ· οἱ δὲ πολλῷ θορύβῳ καὶ πεφοβημένοι τά τ' ἐν τῇ πόλει καὶ τὸν ἐπίπλουν παρεσκευάζοντό τε ἅμα ἑξήκοντα ναῦς· ἀντὶ τοῦ πεφοβημένοι*".

Schol. in Aristid. p. 479, 29 Dind. „*μετὰ ὀγδοήκοντα ἔτη Τρωικῶν κατήχθησαν οἱ Δωριεῖς εἰς Λακεδαίμονα, ὥς φησιν ὁ συγγραφεύς*".

Aphthonius *Προγυμν.* XII (*Ῥητ. Ἑλλ.* Walz. Vol. I. p. 104, 1) „*πράγματα δέ, ὡς ναυμαχίας καὶ πεζομαχίας, ὥσπερ ὁ συγγραφεύς*", etiam Nicolaus *Προγυμν.* VII (p. 338, 13) „*ἔφθασε μὲν Θεμιστοκλέα θαυμάσας ὁ συγγραφεύς, οἷος ἦν τὴν φύσιν διεξελθών*", etiam Doxopater. *Ὁμιλ. εἰς Ἀφθόν.* VII (Vol. II. p. 414) „*ἢ διὰ τὸ τηνικαῦτα τὴν Ἑλλάδα κατὰ κώμας ᾠκίσθαι, ὥς φησιν ὁ συγγραφεὺς ἐν τοῖς προοιμίοις τῆς αὐτοῦ συγγραφῆς.* In Schol. in Aphth. (Vol. II. p. 651, 30) dicitur „*Συγγραφέα Ἀφθόνιος τὸν Θουκυδίδην φησὶ κατὰ τὸ ἐξαίρετον, ὥσπερ καὶ ποιητὴν τὸν Ὅμηρόν φαμεν, καίτοι πολλῶν καὶ ἄλλων πεφηνότων, καὶ ῥήτορα ὁμοίως τὸν Δημοσθένην, οὐκ ὀλίγων γεγονότων ῥητόρων καὶ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον καὶ πρὸ ἐκείνου καὶ μετ' αὐτόν*" (Cf. p. 56. 514, 29. 515, 12.

586, 22). Boissonade haec adnotat in editione operum Mich. Psell. p. 290 „Tropo eodem Thucydides secundum excellentiam dictus ὁ συγγραφεύς. In quo se frustra impediebat Schaeferus, non recordatus sic alibi fieri". Scilicet non recordabatur etiam apud Gregorium Cor. Dial. att. 18 esse: αὐτίκα γὰρ ὁ συγγραφεύς" (V. etiam Ianius εἰς Ἰω. Γλυκ. p. XXXVII).

Apud Clementem Alexandrinum p. 750 Pott. legitur „Εὕροις δ' ἂν καὶ Πλάτωνος εἰπόντος παντὸς γὰρ φυτοῦ ἡ πρώτη βλάστη καλῶς ὁρμηθεῖσα πρὸς ἀρετὴν τῆς ἑαυτοῦ φύσεως κυριωτάτη τέλος ἐπιθεῖναι τὸ πρόσφορον, τὸν ἱστορικὸν γράφοντα· ἀλλὰ καὶ τῶν ἀγρίων φυτῶν οὐδ' ἓν ἡμεροῦσθαι πέφυκεν, ὅταν παραλλάξωσι τὴν νεωτέραν ἡλικίαν". Cobetus ἐν τῷ Λογίῳ Ἑρμῇ 1867 p. 231 cum dixisset „Τίνα μέντοι, τίνα λέγει τὸν ἱστορικὸν εἰπών; Τὸν μὲν γὰρ Θουκυδίδην ἴσμεν ὅτι λαμπρῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς παρά τισιν ὁ Συγγραφεὺς ὀνομάζεται, οὐδεὶς δὲ ὅσα κἀμέ γ' εἰδέναι, σεμνῶς ὁ ἱστορικὸς ἐπικέκληται", censuit post πρόσφορον nomen proprium Ἔφορον excidisse Clementisque verba sic explenda esse „τέλος ἐπιθεῖναι τὸ πρόσφορον, Ἔφορον τὸν ἱστορικὸν γράφοντα etc.". Sciendum tamen est iam ante Cobetum hoc Marklandum vidisse, cuius verba haec sunt apud Schaeferum in *Appar. Crit. et Exeget. ad Demosth.* Vol. III. p. 73 „Ita Ἔφορον (Ephorus celeber historicus) periit in voce praecedente πρόσφορον apud Clementem Alexandr. Strom. VI p. 750 ed. Oxon. ἐπιθεῖναι τὸ πρόσφορον· Ἔφορον τὸν ἱστορικὸν etc.".

## § 4. Ὁ φιλόσοφος = Πλάτων.

Doxopater Ὁμιλ. εἰς Ἀφθόν. (Ῥητ. Ἑλλ. Walz. Vol. II p. 253, 23) „Ὅτι χρειωδεστέρα τῷ λόγῳ τῶν ἄλλων προγυμνασμάτων ἐστὶν ἡ χρεία, διὰ τοῦτο οὕτως εἴρηται κατ' ἐξοχήν, ὥσπερ καὶ τὸν Δημοσθένην ῥήτορα λέγομεν, καίτοι καὶ ἄλλων πολλῶν ὄντων ῥητόρων, καὶ τὸν Ὅμηρον ποιητήν, καὶ τὸν Θουκυδίδην συγγραφέα καὶ τὸν Πλάτωνα φιλόσοφον" (Cf. etiam Etymol. Magn. p. 328, 1).

Nomine ὁ φιλόσοφος etiam Photius usus est in *Lex.* p. 30, 3 „Εὔηθες: ἐπὶ τοῦ βελτίονος καὶ Θουκυδίδης καὶ ὁ φιλόσοφος". Significatur autem ὁ Πλάτων, ut apparet ex eis quae dicit Antatticista p. 91, 23 „Εὐήθης: ὁ ἀγαθός. Δημοσθένης κατὰ Τιμοκράτους — Θουκυδίδης τρίτῳ, Πλάτων Πολιτείας τετάρτῳ" (V.

Naberus in editione Lexici Photii Vol. I. p. 225). Commemoranda etiam Galeni verba Vol. V. p. 319 „*ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς ἁπάντων ἰατρῶν ἄριστος Ἱπποκράτης, ὥσπερ οὐδ' ὁ πρῶτος ἁπάντων φιλοσόφων Πλάτων*".

Asopius scribit *ἐν τῇ Εἰσαγωγῇ εἰς τὴν Ἑλλ. σύνταξιν* p. 15 „*Κατὰ τὴν λεγομένην Ἀντονομασίαν, ὅταν δηλ. τὸ ὄνομα τοῦ εἴδους τίθεται εἰς τὸ ἄτομον, ὡς ὁ ποιητής = ὁ Ὅμηρος· ὁ ῥήτωρ = ὁ Δημοσθένης· ὁ φιλόσοφος = ὁ Ἀριστοτέλης. Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο γίνεται διὰ τὸ ἔξοχον τοῦ ὀνομαζομένου προσώπου, διὰ τοῦτο λέγεται ἰδιαιτέρως κατ' ἐξοχήν*".

Apud Gregorium episcopum Corinthi *περὶ Διαλ.* p. 5 Schaeferus edidit „*Οὔκουν περιαυτολογοῦντες τῶν ἀνδρῶν περὶ τοῦτο τὸ μέρος κατηγορήσαμεν ἀλλά, φίλων ὄντων, προτιμῶντες αὐτῶν τὴν ἀλήθειαν, ὥς που καὶ Πλάτων ὁ φιλοσοφώτατος ἔφησεν*" et adnotavit „Mox Cod. c. *Πλάτων ὁ φιλόσοφος*. quod laudo: magis etiam laudarem, si *Πλάτων* omisisset, adscriptum illud fortasse a lectore Gregorii, qui parum sciret quisnam *κατ' ἐξοχὴν* diceretur *ὁ φιλόσοφος*. Boissonade: „Synesius ep. 153. p. 232 D. *εἰ δὲ μὴ φανεῖταί σοι τῆς τῶν Ἑλλήνων ἀκοῆς ἄξιον, καὶ σὺ δὲ δήπου μετ' Ἀριστοτέλους πρὸ τοῦ φίλου τὴν ἀλήθειαν θήσῃ.* ubi Schol. in codice Paris. 1038. *λέγει γάρ· δυοῖν ὄντοιν φίλοιν, φιλτέρα μοι ἡ ἀλήθεια*".

Videtur autem *ὁ φιλόσοφος* tum Platonem tum Aristotelem significare.

## § 5. Ὁ *ῥήτωρ = Δημοσθένης.*

Gregorius episcopus Corinthi p. 127 Schaef. „*ὡς ὁ ῥήτωρ ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς· ἀλλὰ μὴν τόν γε Παίονα καὶ* (*τὸν*) *Ἰλλυριόν*".

Schol. Aristoph. p. 12, 27 Did. „*τὸ δὲ ἑνικὸν ἀντὶ τοῦ πληθυντικοῦ προηνέγκατο, ἀντὶ τοῦ περὶ Λακεδαιμονίων· τὸ ὅμοιον καὶ παρὰ τῷ ῥήτορι ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Φιλιππικῶν· ἀλλὰ μὴν τόν γε Παίονα καὶ* (*τὸν*) *Ἰλλυριόν*" (Demosth. p. 15, 23).

Schol. Euripid. Vol. III. p. 143, 12 Dind. „*Παροιμιώδης δὲ ὁ στίχος· καὶ ὁ ῥήτωρ· δεῖ δὲ χρημάτων*" (Demosth. p. 15, 20)

Schol. Aristid. p. 629, 29 Dind. „*καὶ ὁ ῥήτωρ· βασιλεὺς γὰρ ἅπας καὶ τύραννος ἐλευθερίᾳ καὶ νόμοις ἐναντίος*" (Demosth. p. 72, 25) „*βασιλεὺς γὰρ καὶ τύραννος ἅπας ἐχθρὸς ἐλευθερίᾳ καὶ νόμοις ἐναντίος*".

Anonymus dicit in Schol. in Aphthon. (Ῥητ. Ἑλλ. Walz. Vol. II. p. 16, 9) „*Χρειώδης δὲ οὖσα κατ' ἐξοχὴν εἴρηται χρεία ὡς χρειωδεστέρα πρὸς παραίνεσιν τῶν ἄλλων προγυμνασμάτων, ὥσπερ καὶ τὸν Δημοσθένην ῥήτορα λέγομεν*".

Notandum autem quod *ἐν τοῖς Χαρακτῆρσι τοῦ Θεοφράστου* legitur (*περὶ Λαλ.* p. 10, 26 Teubn.) „*προδιηγήσασθαι δὲ καὶ τὴν ἐπ' Ἀριστοφῶντός ποτε τῷ ῥήτορι μάχην*" cum ab aliis tum a Cobeto habitum esse pro falsa lectione eius quod est „*τὴν τῶν ῥητόρων μάχην*", id est certamen iudiciale Demosthenis et Aeschinis (V. Astius in *Charact. Theophr.* p. 38).

Apud Gregorium Corinthi episcopum Koenius, auctore Ruhnkenio, edidit „*Αὐτοὶ τοίνυν Ἀττικῆς μὲν φράσεως κανόνα τὸν κωμικὸν Ἀριστοφάνην προθέμενοι καὶ Θουκυδίδην τὸν συγγραφέα καὶ Δημοσθένην τὸν ῥήτορα*" pro „*καὶ Θουκυδίδην τὸν συγγραφέα καὶ ῥήτορα*" (V. Schaeferus in *Gregor. Cor.* p. 6). Cf. Marcell. Βί. Θουκυδ. § 2 „*Θουκυδίδης τοίνυν ὁ συγγραφεὺς Ὀλόρου μὲν προῆλθε πατρός, κτέ.*", etiam Euripid. Βί. IV (Schol. Euripid. Vol. I. p. 12, 24 Dind.) „*ἐφ' οὗ ἐπέγραψε Θουκυδίδης ὁ συγγραφεὺς ἢ Τιμόθεος ὁ μελοποιὸς τάδε*".

## § 6. Ὁ τραγικός = Σοφοκλῆς.

Anonymus Προγυμν. III (Ῥητ. Ἑλλ. Walz. Vol. I p. 602, 1) „*Ὅδε δὲ Σοφοκλῆς τῶν τραγικῶν τὸ κεφάλαιον· καὶ ὥσπερ Ὅμηρος ἐν πολλοῖς ποιηταῖς μόνος ἔξοχον τὸ κοινὸν ὄνομα εἴληχεν, οὕτω Σοφοκλῆς ἐν πολλοῖς τραγικοῖς ὀνομάζεσθαι δίκαιος, ὑπεράρας πάντας τοὺς τοιαῦτα ποιήσαντας*".

Apud Clementem Alexandrinum Vol. II. p. 238, 1 Dind. est „*βοηθεῖ δὲ ὁ γάμος καὶ ἐπὶ τῶν προβεβηκότων τῷ χρόνῳ παριστὰς τὴν γαμετὴν ἐπιμελομένην καὶ τοὺς ἐκ ταύτης παῖδας γηροβοσκοὺς ἐκτρέφων·*

*παῖδες γὰρ ἀνδρὶ κατθανόντι κληδόνες*
*γεγᾶσι, φελλοὶ δ' ὡς ἄγουσι δίκτυον*
*τὸν ἐκ βυθοῦ κλωστῆρα σῴζοντες λίνου*

*κατὰ τὸν τραγικὸν Σοφοκλέα*". Adnotat Dindorfius Vol. I. p. XLIII „*κατὰ τὸν τραγικὸν Σοφοκλέα: Σοφοκλέα* si recte legitur memoriae errore scripsit pro *Αἰσχύλον*. Sed fortasse delendum *Σοφοκλέα* cum Cobeto p. 446". Si verum est scripsisse Clementem

„*κατὰ τὸν τραγικόν*" sine nomine proprio *Σοφοκλέα*, significatur per *τραγικός Aeschylus.*

§ 7. Ὁ *λυρικὸς καὶ ὁ μελοποιός* = *Πίνδαρος.*

Eustathius *Παρεκβ. εἰς Ὁμ.* p. 4, 10 „*ὡς γὰρ εἴ τις εἴπῃ ὁ ῥήτωρ, ὁ Δημοσθένης εὐθὺς ὑπερεχόντως ἐνοήθη, κἂν τὸν λυρικὸν ἀκούσωμεν, εἰς τὸν Πίνδαρον ἀναγόμεθα, οὕτω καὶ τὸν ποιητὴν ἀκούσας τις κτέ.*".

Clemens Alexandrinus Vol. II. p. 414, 10 Dind. „*ἄγαμαι τὸν Ἐπίχαρμον σαφῶς λέγοντα — καὶ τὸν μελοποιὸν ᾄδοντα· ψυχαὶ δ' ἀσεβέων ὑπουράνιοι* etc.", etiam Vol. III. p. 81, 1 „*ὁ μὲν Ἐπίχαρμος* (*Πυθαγόρειος δὲ ἦν*) *λέγων — — ὁ μελοποιὸς δέ· θεῷ δὲ θνατὸν ἐκ μελαίνας νυκτὸς ἀμίαντον ὄρσαι φάος κτέ.*". Cf. etiam p. 108, 20 „*Πινδαρός τε ὁ μελοποιὸς οἷον ἐκβακχεύεται, ἄντικρυς εἰπών· τί θεός; ὅ τι τὸ πᾶν*". Apud Clementem est etiam „*ὁ λυρικός φησι· Ζεὺς ὑψιμέδων, ὃς ἅπαντα δέρκεται* etc." (Vol. III. p. 116, 5). Dindorfius autem adnotat „*λυρικός.* Non videtur esse Pindarus, cuius mox mentio fit. Sed fortasse Bacchylides intellegendus, ut supra p. 256. Sylb. recte Bacchylidem intellegit. Spectant enim haec ad Troiae excidium, de quo Bacchylidem memorant Porphyrius ad Horatii Carm. I. 15. et scholiasta Statii Theb. 7, 330: v. Bergk. ad Lyr. Fragm. p. 972".

§ 8. Ὁ *γεωγράφος* = *Στράβων.*

Eustathius *Παρεκβ. εἰς Ὁμ.* p. 16, 37 „*Τὸ δὲ προΐαψε τινὲς ἁπλούστερον ἀντὶ τοῦ προέπεμψε νοοῦσιν· ἔχει δὲ οὐχ ἁπλῶς οὕτως· οὐ γὰρ πομπήν τινα ἢ προπομπὴν ἀλλ', ὡς καὶ τῷ γεωγράφῳ δοκεῖ, φθορὰν καὶ βλάβην τινὰ ἡ λέξις δηλοῖ, ὡς ἀπὸ τοῦ ἴπτω, ἐξ οὗ φησί, καὶ Ἄργος πολυδίψιον τὸ πολυΐψιον, ἤτοι πολύφθορον*" (Cf. Strab. p. 526, 2 Mein.). Alias quoque saepe cum ad Homerum tum ad Dionysium Periegetam nomine *ὁ γεωγράφος* Strabonem significat Eustathius.

§ 9. Ὁ *τεχνικός* = *Ἡρῳδιανός.*

Stephanus Byzantius p. 349, 10 Mein. „*Καὶ Ἀφθαία ἡ Ἑκάτη. Ὁ τεχνικὸς ἐνδεκάτῳ*". p. 247, 14 „*εἰκὸς δὲ ἀπὸ Δώδωνος ποτα-*

*μοῦ, ὃν παρατίθησιν ὁ τεχνικὸς ἐν τῷ Α' τῆς καθόλου λέγων οὕτως*". p. 248, 11 „*διόπερ ἔοικεν ὁ τεχνικὸς μεταπλασμὸν ἡγεῖσθαι*".

Eustathius Παρεκβ. *εἰς* "Ομ. p. 368, 11 „*ἡ δὲ γραφὴ τῆς παραληγούσης τῶν Φθειρῶν τούτων διάφορος κατὰ τὸν Χοιροβοσκόν· οἱ μὲν γὰρ πλείους διὰ διφθόγγου γράφουσιν αὐτό, ὁ δὲ τεχνικὸς διὰ τοῦ Ι, τεχνικὸν λέγων τὸν Ἡρωδιανόν*", etiam p. 1926, 55 „*Ὅρα δὲ ὅτι θηλυκῶς τε καὶ ἀρρενικῶς λέγεται ῥινός κατὰ τὰ ἀντίγραφα· ὅτι δὲ σὺν τῷ γάμμα προπερισπωμένως λέγεται κατά τινα γλῶτταν γρῖνος δηλοῖ ὁ τεχνικὸς, ἔνθα λέγει καὶ ὅτι γρίσσων ὁ χοῖρος* etc." (Errat Kuehnerus in Ausführ. Grammat. der Griech. Sprach. Vol. I. p. 752. Cf. Herodian. Vol. I p. 176 Lentz.)

Legitur autem etiam in Etymologico Magno p. 794, 34 „*Σῖτος λέγει ὁ τεχνικὸς ὅτι, ὥσπερ παρὰ τὸ ἐργάζομαι γίνεται ἐργαστής καὶ ἀποβολῇ τοῦ Σ ἐργάτης βαρυνόμενον, οὕτω καὶ παρὰ τὸ σέσεισται σειστός, ἀποβολῇ τοῦ Σ καὶ τοῦ Ε σῖτος*".

Accurate de hac re disputavit Lentzius in editione Reliquiarum Herodiani Vol. I. p. XI etc. Cf. etiam p. 216. 249. 347. 394. 463. 502.

### § 10. Ὁ *θεολόγος* = Γρηγόριος ὁ Ναζιανζηνός.

In schol. in Demosth. dicitur p. 74, 18 Dind. „*ὅμοιον τούτῳ τὸ εἰς τὸν ἅγιον Βασίλειον τοῦ θεολόγου προοίμιον*" p. 168, 7 „*καὶ γὰρ ὁ θεολόγος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Στηλιτευτικῶν· κατὰ γὰρ τῶν ἀγωνιζομένων οἱ στέφανοι ἀντὶ τοῦ ὑπὲρ τῶν ἀγωνιζομένων*". p. 264, 13 „*πειράσομαι μὲν οὖν: σημείωσαι· τοῦ θεολόγου*". p. 430, 29 „*ἐμβεβροντῆσθαι: τοῦ θεολόγου ὅμοιον*" p. 480, 16 „*παρὰ πᾶσι γὰρ ἀνθρώποις: σημείωσαι· ὅμοιον τούτῳ τὸ τοῦ θεολόγου*". p. 761, 10 „*οἶμαι ἅπαντας ὁμολογῆσαι: σημείωσαι· τοῦ θεολόγου*".

Est etiam Schol. Theocr. p. 346, 1 Ar. „*Ἰστέον ὅτι ἐντεῦθεν τῷ θεολόγῳ παρείληπται τὸ καὶ βίος ἅπας ἡμέρα μία τοῖς πόθῳ κάμνουσι*", etiam Schol. Thucydid. p. 58, 13 Did. „*τοιαύτας δὲ εὑρήσεις καὶ παρὰ τῷ θεολόγῳ συντάξεις πολλάς, ἃς οἱ μὴ εἰδότες διαβάλλουσί τε καὶ σολοικίζειν τὸν μέγαν οἱ ἀμαθεῖς οἴονται*", etiam Lex. Vindobon. p. 177, 1 Nauck. „*καὶ τύπος τὸ σκίασμα. Θεολόγος· τὸ γὰρ νομικὸν πάσχα, τολμῶ καὶ τύπου τύπος ἦν ἀμυδρότερον*".

Gregorius quoque episcopus Corinthi *περὶ Διαλ.* p. 104 „*καὶ ὁ θεολόγος*, inquit, *ὃν οὐ προδώσομεν οὐδὲ καθυβρίσομεν οὐ μὰ τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀγῶνας καὶ τὰ παλαίσματα*", etiam p. 174 „*καὶ ὁ θεολόγος ἐν τῷ εἰς τὴν Χριστοῦ βάπτισιν πρώτῳ λόγῳ· ἀλλὰ ταῦτα μὲν παιζόντων Ἑλλήνων παῖδες, ἀντὶ τοῦ παιζέτωσαν*" (Cf. etiam Anonym. Ῥητ. Ἑλλ. Walz. Vol. I. p. 635. V. Schweighaeuserus in editione Epicteti Vol. III. p. 128). Photius vero dixit Epistol. p. 207 Bal. „*μεθ' ὧν Γρηγόριος ὅ τε τῆς ἐν Καππαδοκίᾳ Νύσσης Ἐπίσκοπος καὶ ὁ τῆς θεολογίας ἐξ ἔργων ἐπώνυμος*".

Memoranda etiam quae apud Gregorium Presbyterum leguntur *ἐν τῷ Βίῳ Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζηνοῦ* „*Ἐν δογμάτων ὕψει καὶ θεολογίᾳ τοσοῦτον αὐτῷ τὸ περιὸν τῆς δυνάμεως, ὥσπερ πολλῶν κατὰ τοὺς χρόνους θεολογησάντων ἀνδρῶν ἐπὶ σοφίᾳ γνωρίμων, μόνον τοῦτον μετὰ τὸν Εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην θεολόγον ἀναφανῆναι καὶ οἷον ἐξαίρετον ταύτην ἀποκληρωθῆναι προσηγορίαν*". His addenda quae dixit Procopius Vol. III. p. 310, 3 Bonn. „*ἐνταῦθα νεὼν οἱ ἐπιχώριοι ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Ἰωάννῃ τῷ Ἀποστόλῳ ἀνέθηκαν, θεολόγῳ τὴν ἐπίκλησιν. Θεολόγος δὲ ἀπόστολος οὗτος ὠνόμασται, ἐπεὶ τά γε ἀμφὶ τῷ θεῷ ἄμεινον αὐτῷ ἢ κατὰ ἀνθρώπου δεδιήγηται φύσιν*" (V. etiam E. A. Sophocles in *Greek Lex. of the Rom. and Byz. Per.* p. 575).

Nec vero ignorandum est etiam Orpheum *κατ' ἐξοχὴν θεολόγον* appellatum esse velut a Proclo Diadocho *Ὑπομν. εἰς τὸν Τίμ. Πλάτ.* p. 120 Schneid. „*λέγει οὖν καὶ ὁ θεολόγος ὅτι παρήγαγεν αὐτὴν ὁ πατήρ*". p. 124 „*ἐπεὶ παράδειγμα αὐτῶν διὰ τούτων παρὰ τῷ θεολόγῳ δηλοῦται τῶν ὀνομάτων*" etiam 148. 276. 292. 308 alibi (Cf. p. 865). Dicitur a Galeno XIV p. 144 „*καίπερ πολλῶν ἐπιχειρησάντων ταῖς τούτων συγγραφαῖς, ὧν ἐστιν Ὀρφεὺς ὁ ἐπικληθεὶς θεολόγος*", a Sexto autem Empirico p. 681, 10 Bekk. „*παρὸ καὶ ὁ θεολόγος Ὀρφεὺς τὸ ἀναγκαῖον αὐτῶν ὑποφαίνων φησίν*".

## § 11. Ἡ Θεός = ἡ Ἀθηνᾶ.

Quia eximie ab Atheniensibus honorabatur dea Minerva, propterea ab eis vocabatur *κατ' ἐξοχὴν ἡ θεός*. Quo de usu quae a magistro meo *Konto* disputata sunt *ἐν τῇ Ἀθηνᾷ* Vol. IV. p. 58 huc transferenda duximus „*Παραλαμβάνεται δὲ πολ-*

λάκις ὑπὸ τῶν 'Αθηναίων τὸ ὄνομα ἡ θεός κατ' ἐξοχὴν ἐπὶ τῆς 'Αθηνᾶς. 'Ο Κοραῆς ἐν τῇ ἐκδόσει τῶν Παραλλήλων Βίων τοῦ Πλουτάρχου Μέρ. Β', σελ. 371 „Τῇ θεῷ: Τῇ 'Αθηνᾷ, κατ' ἐξοχὴν οὕτω καλουμένῃ παρ' 'Αθηναίοις· ἤ δῆλον καὶ ἐκ τοῦ Ξενοφῶντος ('Ελλην. Α', δ', 12)". Πρβ. Βοίκκιον ἐν 'Εγκυκλοπαιδ. σελ. 102 καὶ Βλαϋδέσιον εἰς 'ΑριστοΦ. Λυσ. σελ. 183, 174. Παρὰ τῷ Δημοσθένει κεῖται σελ. 614, 74 καὶ σελ. 756, 182 „τὴν μὲν γὰρ θεὸν τοὺς στεφάνους σεσυλήκασι". 'Υπὸ τοῦ Αριστοφάνους ἐλέχθη ἐν τῇ Λυσιστράτῃ στίχ. 341 „ἅς, ὦ θεά, μήποτ' ἐγὼ 'μπιμπραμένας ἴδοιμι", περὶ οὗ γίνεται ἐν τοῖς Σχολίοις ἡ παρατήρησις ἥδε· „ἅς, ὦ θεά: πρὸς τὴν 'Αθηνᾶν εὔχεται". V. Meisterhansius in *Grammat. der Attisch. Inschrift.* p. 125[3].

In Schol. ad Thucyd. p. 42, 41 Did. fertur „Τῇ θεῷ: τῇ 'Αθηνᾷ· ἀπροδιορίστως γὰρ οὕτω φασὶν οἱ 'Αθηναῖοι καὶ τὸν 'Απόλλωνα ὁμοίως".

## § 12. Παρθένος = 'Αθηνᾶ.

Pausanias 'Ηλ. I. xi, 10 „'Εν ἀκροπόλει δὲ τῇ 'Αθηναίων τὴν καλουμένην παρθένον οὐκ ἔλαιον, ὕδωρ δὲ τὸ ἐς τὸν ἐλέφαντα ὠφελοῦν ἐστιν" etiam Φωκικ. XXXIV. 8 „τὸ δὲ ἄγαλμα ἐποίησαν μὲν καὶ τοῦτο οἱ Πολυκλέους παῖδες, ἔστι δὲ ἐσκευασμένον ὡς ἐς μάχην, καὶ ἐπείργασται τῇ ἀσπίδι τῶν 'Αθήνησι μίμημα ἐπὶ τῇ ἀσπίδι τῆς καλουμένης ὑπὸ 'Αθηναίων παρθένου". Cf. etiam Philippid. apud Plutarchum Δημητρ. XXXVI et Anthol. Palat. IX. 576 IX. 576 et Schol. in Demosth. p. 676 Dind.

## § 13. 'Ο νεώς = ὁ Παρθενών.

In Anecd. Bekk. p. 283, 15 dicitur „Νεώς: ὁ 'Αθήνησι Παρθενών".

Nomine νεώς usus est Aristoteles ad Parthenonem significandum ἐν ταῖς περὶ τὰ Ζῷα 'Ιστορίαις VI. 24 „Ζῇ δ' ἡμίονος ἔτη πολλά· ἤδη γάρ τις βεβίωκεν ἔτη καὶ ὀγδοήκοντα, οἷον 'Αθήνησιν, ὅτε τὸν νεὼν ᾠκοδόμουν· ὃς καὶ ἀφειμένος ἤδη διὰ τὸ γῆρας συναμπρεύων καὶ παραπορευόμενος παρώξυνε τὰ ζεύγη πρὸς τὸ ἔργον, ὥστ' ἐψηφίσαντο μὴ ἀπελαύνειν αὐτὸν τοὺς σιτοπώλας ἀπὸ τῶν τηλιῶν". Cf. Aelian. περὶ Ζῴ. VI. 40 „'Ημίονος γέρων 'Αθήνησιν ὑπό γε τοῦ δεσπότου τοῦ ἰδίου τῶν ἔργων ἀπολυθείς, ὡς 'Αριστοτέλης λέγει, τοῦ μὲν φιλοπόνου καὶ ἐθελουργοῦ καθ' ἡλικίαν

ἑαυτὸν οὐκ ἀφῆκεν. Ἡνίκα γοῦν Ἀθηναῖοι κατεσκεύαζον τὸν Παρθενῶνα, οὔτε ἐπισύρων οὔτε ἀχθοφορῶν ὅμως τοῖς νέοις ὀρεῦσι προφορευμένοις τὴν ὁδὸν ἄκλητος καὶ ἑκὼν οἱονεὶ παράσειρος ᾔει, δορυφορῶν ὡς ἂν εἴποις καὶ παρορμῶν τὸ ἔργον τῇ βαδίσει τῇ κοινῇ δίκην τεχνίτου παλαιοῦ τοῦ μὲν αὐτουργεῖν ὑπὸ τοῦ γήρως ἀπολυθέντος, ἐμπειρίᾳ δὲ καὶ διδασκαλίᾳ ὑποθήγοντός τε ἅμα τοὺς νέους καὶ ἐπαίροντος" (V. etiam Schneiderus ad *Aristot.* Vol. III. p. 506 etc.).

## § 14. Ἡ Κόρη = Περσεφόνη ἢ Φερρέφαττα.

Dicitur Δημήτηρ et Κόρη aut ἡ Δημήτηρ et ἡ Κόρη· etiam Δημήτηρ et Δήμητρος Κόρη (V. Meisterhansius *Gramm. der Attisch. Inschrift.* p. 27[3] et Dittenbergerus *Syllog. Inscript. Graec.* p. 538). Invenitur etiam solum nomen ἡ Κόρη significans κατ' ἐξοχὴν filiam Cereris, i. e. τὴν Φερρέφατταν, ut apud Aristophanem ΣΦ. 1438 „αἰ ναὶ τὰν κόραν καὶ τὰν μαρτυρίαν ταύταν ἐάσας ἐν τάχει ἐπίδεσμον ἐπρίω, νοῦν ἂν εἶχες πλείονα". Cf. et Ψελλ. Boissonad. p. 39 „τὸν μυθικὸν ὑποκρίνεται Δία μιγνύμενον τῇ Δηοῖ, ἤγουν τῇ Δήμητρι, καὶ τῇ θυγατρὶ ταύτης Περσεφάττῃ, τῇ καὶ Κόρῃ", et Suid. p. 618 Bekk. „Κόρη: ἡ Περσεφόνη, Δηὼ δὲ ἡ Δημήτηρ". Eustathius ait ἐν ταῖς εἰς Ὅμηρον Παρεκβολαῖς p. 1704, 40 „ὅτι δὲ ἡ Περσεφόνη καὶ Κόρη παρὰ τοῖς ὕστερον φέρεται λέγεσθαι κατά τινα ἐξοχὴν καὶ μᾶλλον παρ' Ἀττικοῖς, δῆλόν ἐστιν".

Scribit etiam Dittenbergerus loco laudato „At hic non Δημήτηρ Κόρη commemorari videtur, sed Δήμητρος κόρη. Sic vocatur Proserpina, ut Castor et Pollux Διόσκοροι audiunt. Atqui ubi coniunctim mater et filia recensentur, genetivo non opus est, ut plerumque Δημήτηρ καὶ κόρη Ceres cum filia dicatur, qua ex coniunctione demum is usus natus est, ex quo Proserpina etiam sola voce Κόρη, quae plane in nominis proprii naturam abiit, significatur".

Apponenda sunt Pausaniae verba Ἀρκαδ. XXXVII. 9 „Ταύτην δὲ μάλιστα θεῶν σέβουσιν οἱ Ἀρκάδες τὴν Δέσποιναν, θυγατέρα δὲ αὐτὴν Ποσειδῶνός φασιν εἶναι καὶ Δήμητρος· ἐπίκλησις ἐς τοὺς πολλούς ἐστιν αὐτῇ Δέσποινα, καθάπερ καὶ τὴν ἐκ Διὸς Κόρην ἐπονομάζουσιν, ἰδίᾳ δέ ἐστιν ὄνομα Περσεφόνη, καθὰ Ὅμηρος καί ἔτι πρότερον Πάμφως ἐποίησαν".

## Cap. II.

### Βασιλεύς = ὁ Περσῶν βασιλεύς.

Aristoph. Ἀχαρν. 61 „οἱ πρέσβεις οἱ παρὰ βασιλέως" καὶ 647 „ὅτε καὶ βασιλεύς, Λακεδαιμονίων τὴν πρεσβείαν βασανίζων, ἠρώτησεν etc.", etiam Ἱππ. 478 „καὶ πάνθ' ἃ Μήδοις καὶ βασιλεῖ ξυνόμνυτε". In Schol. Aristoph. dicitur p. 4, 49 Did. „Οἱ παρὰ βασιλέως: οὕτως ὁ Περσῶν βασιλεὺς κατ' ἐξοχήν· τοὺς δὲ ἄλλους ἔλεγον προστιθέντες τῶν ἀρχομένων τὰ ὀνόματα, οἷον βασιλεὺς Λακεδαιμονίων, βασιλεὺς Μακεδόνων", etiam p. 18, 44 „βασιλεύς: ἀντὶ τοῦ ὁ μέγας, ὁ Περσῶν."

Herodotus VI. 11 „οὐδεμίαν ὑμέων ἔχω ἐλπίδα μὴ οὐ δώσειν ὑμέας δίκην βασιλέϊ τῆς ἀποστάσιος", etiam VII. 174 „βασιλέος τε μέλλοντος διαβαίνειν ἐς τὴν Εὐρώπην ἐκ τῆς Ἀσίης καὶ ἐόντος ἤδη ἐν Ἀβύδῳ" et „ὥστε ἐν τοῖσι πρήγμασι ἐφαίνοντο βασιλέϊ ἄνδρες ἐόντες χρησιμώτατοι", etiam 211 „τοὺς ἀθανάτους ἐκάλει βασιλεύς". Cf. 210 „δῆλον δ' ἐποίευν παντί τεῳ καὶ οὐκ ἥκιστα αὐτῷ βασιλέϊ ὅτι etc.".

Thucyd. VIII. 12, 1 „Ἐνδίῳ τε αὐτῷ ἔλεγε καλὸν εἶναι δι' ἐκείνου ἀποστῆσαί τε Ἰωνίαν καὶ βασιλέα ξύμμαχον ποιῆσαι Λακεδαιμονίοις", etiam VIII. 17—18 „Καὶ ἡ πρὸς βασιλέα ξυμμαχία Λακεδαιμονίοις ἡ πρώτη Μιλησίων εὐθὺς ἀποστάντων διὰ Τισσαφέρνους καὶ Χαλκιδέως ἐγένετο ἥδε: Ἐπὶ τοῖσδε ξυμμαχίαν ἐποιήσαντο πρὸς βασιλέα καὶ Τισσαφέρνη Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι. Ὁπόσην χώραν καὶ πόλεις βασιλεὺς ἔχει καὶ οἱ πατέρες οἱ βασιλέως εἶχον, βασιλέως ἔστω· καὶ ἐκ τούτων τῶν πόλεων ὁπόσα Ἀθηναίοις ἐφοίτα χρήματα ἢ ἄλλο τι, κωλυόντων κοινῇ βασιλεὺς καὶ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ὅπως μήτε χρήματα λαμβάνωσιν Ἀθηναῖοι μήτε ἄλλο μηδέν. Καὶ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Ἀθηναίους κοινῇ πολεμούντων βασιλεὺς καὶ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι· καὶ κατάλυσιν τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς Ἀθηναίους μὴ ἐξέστω ποιεῖσθαι, ἢν μὴ ἀμφοτέροις δοκῇ, βασιλεῖ καὶ Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς ἄλλοις ξυμμάχοις. Ἢν δέ τινες ἀφιστῶνται ἀπὸ βασιλέως, πολέμιοι ἔστων καὶ Λακεδαιμονίοις καὶ τοῖς ξυμμάχοις· καὶ ἤν τινες ἀφιστῶνται ἀπὸ Λακεδαιμονίων καὶ τῶν ξυμμάχων, πολέμιοι ἔστων βασιλεῖ κατὰ ταὐτά".

Xenoph. Ἀναβ. I. I. 5 „ὅστις δ' ἀφικνεῖτο (al. ἀφικνοῖτο) τῶν παρὰ βασιλέως πρὸς αὐτόν, πάντα οὕτω διατιθεὶς ἀπεπέμπετο, ὥστε αὐτῷ μᾶλλον φίλους εἶναι ἢ βασιλεῖ", etiam I. VII. 16 „ταύτην δὲ τὴν τάφρον βασιλεὺς ποιεῖ ἀντ' ἐρύματος", etiam 17 „ταύτῃ μὲν οὖν τῇ ἡμέρᾳ οὐκ ἐμαχέσατο βασιλεύς" et alibi (V. Sturzius in *Xenoph. Lex.* Vol. I. p. 525 etc.).

Plato Μενεξ. p. 241,E „ὅτι βασιλέα ἐποίησαν δείσαντα τῇ ἑαυτοῦ σωτηρίᾳ τὸν νοῦν προσέχειν", etiam p. 244,D „τὸ καὶ βασιλέα εἰς τοῦτο ἀπορίας ἀφικέσθαι", etiam p. 245,A „βασιλεῖ δὲ αὐτὴ μὲν οὐκ ἐτόλμησε βοηθῆσαι", etiam p. 246,A „ἀγαθοὶ δὲ καὶ οἱ βασιλέα ἐλευθερώσαντες καὶ ἐκβαλόντες ἐκ τῆς θαλάττης Λακεδαιμονίους". Cf. Ἀλκιβιάδ. A. p. 123,B „ἐπεί ποτ' ἐγὼ ἤκουσα ἀνδρὸς ἀξιοπίστου τῶν ἀναβεβηκότων παρὰ βασιλέα, ὃς ἔφη παρελθεῖν χώραν πάνυ πολλὴν καὶ ἀγαθὴν ἐγγὺς ἡμερησίαν ὁδόν, ἣν καλεῖν τοὺς ἐπιχωρίους ζώνην τῆς βασιλέως γυναικός", etiam p. 123,D ὅτι χρὴ πρῶτον μαθόντα καὶ ἐπιμεληθέντα αὐτοῦ καὶ ἀσκήσαντα οὕτως ἰέναι διαγωνιούμενον βασιλεῖ".

Isocrates Εὐαγόρ. 57 „βασιλεὺς δ' οὐ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔσχε περὶ αὐτῶν", etiam Πανηγυρ. 94 „ἃς αὐτοῖς ἐδίδου βασιλεὺς ἡγούμενος, εἰ τὸ τῆς πόλεως προσλάβοι ναυτικόν, παραχρῆμα καὶ Πελοποννήσου κρατήσειν" et alibi (V. Oth. Schneiderus *Isocr.* Vol. II. p. 81[3]).

Lycurgus κατὰ Λεωκρ. 24 „Φιλόμηλος Χολαργεὺς καὶ Μενέλαος ὁ πρεσβεύσας πρὸς βασιλέα".

Theopompus apud Longin. περὶ Ὕψ. XLIII. 2 (p. 144 Weisk.) „ποία γὰρ πόλις ἢ ποῖον ἔθνος τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν οὐκ ἐπρεσβεύσατο πρὸς βασιλέα;"

Pausanias Ἀττικ. XXVII. 6 „ὅτε, ἐσβεβηκότων ἐς τὰς ναῦς Ἀθηναίων, βασιλεὺς εἷλεν ἔρημον τῶν ἐν ἡλικίᾳ τὴν πόλιν" (V. Schubart-Walz editionem Pausaniae Vol. III. p. 536).

Maximus Tyrius Λόγ. XIII. 4 (p. 49, 9 Did.) „λοιμὸς ἐμπεσών, ἐξ Αἰθιοπίας ἀρξάμενος, καὶ καταβὰς διὰ τῆς βασιλέως γῆς etc.".

Simplicius Ὑπομν. εἰς Ἀριστοτ. Vol. IX p. 552, 9 „ὡς ἐν βασιλεῖ τὰ τῶν Ἑλλήνων ἐλέγετο πράγματα", etiam p. 556, 11 „ἀλλὰ καὶ ὅταν ἐν βασιλεῖ ἢ Λακεδαιμονίοις λέγωμεν τὰ τῶν Ἑλλήνων εἶναι πράγματα".

In Bekkeri Anecdotis p. 85, 25 est „Βασιλεύς: χωρὶς τοῦ

13

ἄρθρου. Ἀριστοφάνης Μαμμακύθῳ". Cf. etiam Schol. Lucian. p. 259 Iac. „καθότι Φίλον Ἀθηναίοις τῶν ἄρθρων ἐλλιπεστέρας τὰς πτώσεις προφέρεσθαι· αὐτὸς γὰρ ἀφικόμην, φασί, πρὸς βασιλέα καὶ προσῆλθε βασιλεῖ".

In Hesychii Lexico fertur „Ὡς βασιλέα: πρὸς τὸν βασιλέα". Intellegitur vero sine dubio ὁ Περσῶν βασιλεύς. Cf. Thucyd. II. 67 „πορευόμενος ἐς τὴν Ἀσίαν ὡς βασιλέα" etiam Pseudodemosthenem p. 1191, 25 „μέλλων τοίνυν ἀποδημεῖν ὡς βασιλέα", p. 1193, 30 „ὁ ὕστερος ἐνιαυτὸς ἢ οὗτος ἀνήγετο ὡς βασιλέα", etiam Theopomp. apud Athen. p. 144 f „ἀναχθέντα αἰχμάλωτον ὡς βασιλέα", etiam Athen. p. 251,B. „Τιμαγόραν δ' ἀπέκτειναν ὅτι πρεσβεύων ὡς βασιλέα προσεκύνησεν αὐτόν".

Apollonius Alexandrinus dicit περὶ Συντάξ. p. 84, 2 Bekk. „Μετὰ δὲ κυρίων οὐ λυπεῖ κἂν χωρὶς τοῦ ἰδίου ἄρθρου, ὁ Ἀριστάρχου γνώριμος, ὁ Ἀπολλωνίου φίλος. Καὶ κατὰ τὸ τοιοῦτον κυρίου σύνταξιν ἀποφέρεται τὸ βασιλεύς· φαμὲν γὰρ ὁ βασιλέως οἰκέτης παρεγένετο, τῶν ἄλλων προσηγορικῶν ἀπαραδέκτων ὄντων", etiam p. 84, 15 „Ταύτῃ μοι δοκεῖ εὐπαράδεκτον γίνεσθαι καὶ τὸ ὁ βασιλέως οἰκέτης, καθὸ δυνάμει κύριόν ἐστιν ὄνομα τὸ ὁ βασιλεύς· νοεῖται γὰρ ἐκ τοῦ ἐπικρατοῦντος ὁ Πτολεμαῖος, καὶ μᾶλλόν γε ἰδιάζεται τοῦ Πτολεμαίου, εἴγε ὁμώνυμοι μὲν Πτολεμαῖοι, εἷς δὲ εἰς ὃν τὰ τῆς βασιλείας ἀνηνέχθη". Cf. *Act. Sem. Phil. Erl.* Vol. II. p. 161, 19.

Praeclari philologi contendunt nomen βασιλεύς, cum agatur de re Persarum, semper sine articulo poni, numquam vero cum articulo ὁ βασιλεύς. Genitivus cum articulo τοῦ βασιλέως invenitur in fragmento Platonis comici apud Athen. p. 229,f „κᾆτ' ἔλαβον Ἐπικράτης τε καὶ Φορμίσιος παρὰ τοῦ βασιλέως πλεῖστα φιλοδωρήματα", etiam dativus apud Herodotum I. 132 „ὁ δὲ πᾶσι τοῖσι Πέρσῃσι κατεύχεται εὖ γίνεσθαι καὶ τῷ βασιλέϊ". Herwerdenus scribit in *Nov. A. Crit.* p. 9 „Nota res est Graecos, ubi mentio fiat regis Persarum, ponere solitos esse vocabulum βασιλεὺς sine articulo. Hoc tamen ita verum esse, ut vel apud antiquos articuli usus in ea re soloecus non sit, hoc loco constare videtur. At quis praestabit, Platonem non dedisse: παρὰ βασιλέως (πολὺ) πλεῖστα δωροδοκήματα?" et in editione Herodoti Vol. I. p. 106 „articulum ante βασιλέι abesse malim, licet saepius in nostri libris addatur" (Cf. etiam *Stud. Thucyd.*

p. 106). Dicitur tamen etiam in fragmento Antiphanis apud Athen. p. 84,B. „*νεωστὶ γὰρ τὸ σπέρμα τοῦτ' ἀφιγμένον εἰς τὰς Ἀθήνας ἐστὶ παρὰ τοῦ βασιλέως*". Memoratu digna, opinor, quae Sauppius in *Xenoph. Lexil.* p. 22 scribit „*βασιλεὺς* ubi rex Persarum dicitur, articulus additus ita suspectus est Dindorfio An. 2, 4, 4. (n) Ox., ed. 4. Lips. VIII, ut etiam contra auctoritatem librorum eum deleat Hell. 7, 1, 37 n. 38 Oec. 4, 15. An. 2, 5, 38. Ceterum vid. Born. Comm. 3, 5, 26. mea R. Lac. 13, 6. *ὁ δὲ βασιλεύς* An. 1, 10, 6 dub." (Vid. etiam Schaeferus *Melet. Crit.* p. 4. 65 et Stahlius *Thucyd.* Vol. IV. II. p. 72, 1883). Multis de re disputat Benselerus in *Isocr. Areop.* p. 125 (V. etiam Poppus in minore editione Thucydidis P. IV. II. p. 75 et Voemelius in editione *Demosthenis* p. 706. 778. 779. Cf. Oth. Schneiderus *Isocr.* Vol. II. p. 81. 171 et Rehdantzius Lycurg. contra Leocr. p. 134.

Adnotandum in verbis Theopompi apud Athen. p. 252. B. C. dici non solum „*ἀνεκόμισε πρὸς βασιλέα τὸν υἱὸν* et *τράπεζαν παρετίθει χωρὶς ὀνομάζων τῷ δαίμονι τῷ βασιλέως*", sed etiam „*οἰόμενος δὲ διὰ τῆς θεραπείας ταύτης χρηματιεῖσθαι μᾶλλον παρὰ τοῦ βασιλέως*". Cf. Heraclid. apud Athen. p. 145,B. „*τῶν δὲ τοῦ βασιλέως συνδείπνων οἱ μὲν ἔξω δειπνοῦμεν — οἱ δὲ εἴσω μετὰ βασιλέως*" et „*ἐν ᾧ ὁ βασιλεὺς τὸ ἄριστον ποιεῖται*" et „*ἐν ᾧ οἱ σύνδειπνοι καὶ ὁ βασιλεὺς ἐκείνους ὁρᾷ διὰ τοῦ παρακαλύμματος τοῦ ἐπὶ τῇ θύρᾳ*" et p. 145,C „*ἐν ἑνὶ οἰκήματι ἅπαντες δειπνοῦσιν, ἐν ᾧ καὶ ὁ βασιλεύς*" et „*ὅταν δειπνήσωσιν, ὅ τε βασιλεὺς αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν καὶ οἱ σύνδειπνοι, καλεῖ τοὺς συμπότας τούτους τις τῶν εὐνούχων*" et p. 145,D „*τὰ δὲ πλεῖστα ὁ βασιλεὺς μόνος ἀριστᾷ καὶ δειπνεῖ*" et „*τὸ δὲ δεῖπνον, φησί, τοῦ βασιλέως καλούμενον ἀκούσαντι μὲν δόξει μεγαλοπρεπὲς εἶναι, ἐξεταζόμενον δὲ φανεῖται οἰκονομικῶς καὶ ἀκριβῶς συντεταγμένον*" et p. 145,E „*ἔστι μὲν γὰρ τῷ βασιλεῖ χίλια ἱερεῖα τῆς ἡμέρας κατακοπτόμενα*" et „*μέτρια μὲν αὐτῶν παρατίθεται ἑκάστῳ τῶν συνδείπνων τοῦ βασιλέως*". In p. 145,C citans Dindorfius p. 327 „*ὅταν δὲ ὁ βασιλεὺς πότον ποιῆται*" adnotavit „*ὅταν δὲ ὁ* B. Aberat *ὁ*".

Dicunt autem Graeci saepe *ὁ Περσῶν βασιλεύς* vel *βασιλεὺς ὁ Περσῶν* et *ὁ μέγας βασιλεύς* vel sine articulo *μέγας βασιλεύς* et *ὁ τῆς Ἀσίας βασιλεύς*.

Xenoph. Ἀναβ. III. 4, 8 „*ταύτην βασιλεὺς ὁ Περσῶν, ὅτε παρὰ*

Μήδων τὴν ἀρχὴν ἐλάμβανον Πέρσαι, πολιορκῶν οὐδενὶ τρόπῳ ἐδύνατο ἑλεῖν" et Ἑλλην. VI. I. 12 „οἶσθα δὲ δήπου ὅτι καὶ βασιλεὺς ὁ Περσῶν οὐ νήσους ἀλλ' ἤπειρον καρπούμενος πλουσιώτατος ἀνθρώπων ἐστίν" et Ἀγησιλ. I. 6 „ἐξηγγέλθη βασιλεὺς ὁ Περσῶν ἀθροίζων καὶ ναυτικὸν καὶ πεζὸν πολὺ στράτευμα ὡς ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας". Demosth. p. 295, 20 „παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως μετὰ πολλῆς χάριτος τοῦτ' ἂν ἀσμένως ἐδόθη τῇ πόλει" et p. 84, 29 „ἣν οἱ Ἕλληνος καὶ βασιλεὺς ὁ Περσῶν ἐψηΦίσαντο καὶ ὡμολογήκασιν ὑμετέραν εἶναι". Aeschines περὶ Παραπρεσβ. 149 „πεπρεσβευκὼς μὲν ὑπὲρ ὑμῶν ἀξίως τῆς πόλεως πρὸς τὸν Περσῶν βασιλέα". Dinarchus κατὰ Δημοσθ. 10 „ἢ καὶ τὴν προτέραν ζήτησιν τὴν ὑπὲρ τῶν τριακοσίων ταλάντων τῶν παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως ἀΦικομένων ζητεῖν". Lucianus Τίμ. 42 „ὦ Μίδα καὶ Κροῖσε καὶ τὰ ἐν ΔελΦοῖς ἀναθήματα ὡς οὐδὲν ἄρα ἦτε ὡς πρὸς Τίμωνα καὶ τὸν Τίμωνος πλοῦτον, ᾧ γε οὐδὲ ὁ βασιλεὺς ὁ Περσῶν ἴσος" (Vid. Veberus in *Demosth. Aristocr.* p. 509, etiam Sauppius in *Lexil. Xenoph.* p. 22).

Aristophanes Ἀχαρν. 65 „ἐπέμψαθ' ἡμᾶς ὡς βασιλέα τὸν μέγαν" et Πλούτ. 170 „μέγας δὲ βασιλεὺς οὐχὶ διὰ τοῦτον κομᾷ;" (Schol. „μέγας δὲ βασιλεύς: τὸν τῶν Περσῶν λέγει") et Ὀρν. 486 „διὰ ταῦτ' ἄρ' ἔχων καὶ νῦν ὥσπερ βασιλεὺς ὁ μέγας διαβάσκει ἐπὶ τῆς κεΦαλῆς τὴν κυρβασίαν τῶν ὀρνίθων μόνος ὀρθήν". Herodotus I. 188 „στρατεύεται δὲ δὴ βασιλεὺς ὁ μέγας καὶ σιτίοισι εὖ ἐσκευασμένος ἐξ οἴκου καὶ προβάτοισι". Plato Gorg. p. 470,E „δῆλον δή, ὦ Σώκρατες, ὅτι οὐδὲ τὸν μέγαν βασιλέα γιγνώσκειν Φήσεις εὐδαίμονα ὄντα" (Schol. „τὸν μέγαν βασιλέα: τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα") et Εὐθυδ. p. 274,A „μακαρίζω ἄρ' ὑμᾶς ἔγωγε τοῦ κτήματος πολὺ μᾶλλον ἢ μέγαν βασιλέα τῆς ἀρχῆς". Xenoph. Ἀναβ. I. 4, 11 „ὅτι ἡ ὁδὸς ἔσοιτο πρὸς βασιλέα μέγαν εἰς Βαβυλῶνα" et I. 7, 2 „ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ἥκοντες αὐτόμολοι παρὰ μεγάλου βασιλέως" et II, 4, 3 „Τί μένομεν; Ἦ οὐκ ἐπιστάμεθα ὅτι βασιλεὺς ἡμᾶς ἀπολέσαι περὶ παντὸς ἂν ποιήσαιτο, ἵνα καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι Φόβος ᾖ ἐπὶ βασιλέα μέγαν στρατεύειν;". Isocrates Ἀρχιδ. 84 „Φεύγοντες τὴν βασιλέως τοῦ μεγάλου δεσποτείαν" (V. Benselerus *Isocrat. Areop.* p. 125). Lucianus Βί. Πράσ. 9 „καὶ οὕτως ἔχων εὐδαιμονέστερος εἶναι Φήσεις τοῦ μεγάλου βασιλέως". Arrianus Ἀναβ. I. 12, 4 „καίτοι Ἀλέξανδρος οὔτε ξὺν ἄλλῳ ἐστράτευσεν οὔτε Φεύγων μέγαν βα-

σιλέα τοὺς τῇ καθόδῳ τῇ ἐπὶ θάλασσαν ἐμποδὼν γιγνομένους ἐκράτησεν". Commemoramus quae Isocrates dicit in Panegyrico 121 „οὐ βασιλέα τὸν μέγαν αὐτὸν προσαγορεύομεν ὥσπερ αἰχμάλωτοι γεγονότες; Οὐκ ἐν τοῖς πολέμοις τοῖς πρὸς ἀλλήλους ἐν ἐκείνῳ τὰς ἐλπίδας ἔχομεν τῆς σωτηρίας, ὃς ἀμφοτέρους ἡμᾶς ἡδέως ἂν ἀπολέσειεν;". Cf. etiam Iulianum p. 252, 25 Hertl. „ὡς οἱ τότε εἰώθεσαν λέγειν Ἕλληνες, τοῦ μεγάλου τοῦ βασιλέως, τὸν Πέρσην λέγοντες" et Pseudoplutarchum Ἠθικ. p. 190 f „Ἀγησίλαος ἔλεγε τοὺς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦντας, ἐλευθέρους μὲν κακοὺς εἶναι, δούλους δὲ ἀγαθούς. Εἰθισμένων δὲ αὐτῶν τὸν Περσῶν βασιλέα μέγαν προσαγορεύειν, τί δὲ ἐκεῖνος, εἶπεν, ἐμοῦ μείζων, εἰ μὴ δικαιότερος καὶ σωφρονέστερος;"

Xenoph. Ἑλλην. III, 5, 13 „ὅ γε μὴν τῆς Ἀσίας βασιλεὺς καὶ τὰ μέγιστα αὐτοῖς συμβαλόμενος εἰς τὸ ὑμῶν κρατῆσαι νῦν τί διάφορον πάσχει ἢ εἰ μεθ' ὑμῶν κατεπολέμησεν αὐτούς;". Isocrat. Φιλίππ. 76 „εἰ μέν τις φαίη τὸν τῆς Ἀσίας βασιλέα τοῖς Ἕλλησιν ἐπιβουλεύειν καὶ παρεσκευάσθαι στρατεύειν ἐφ' ἡμᾶς, οὐδὲν ἂν λέγοι περὶ αὐτοῦ φλαῦρον etc.". Lys. (aut Pseudolys.) Ἐπιταφ. 21 „ὁ γὰρ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς οὐκ ἀγαπῶν τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς, ἀλλ' ἐλπίζων καὶ τὴν Εὐρώπην δουλώσεσθαι, ἔστειλε πεντήκοντα μυριάδας στρατιὰν (al. στρατιᾶς)" et 60 „εὐτυχὴς δ' ὁ τῆς Ἀσίας βασιλεὺς ἑτέρων ἡγεμόνων λαβόμενος".

Commemoranda quae dicit Dio Chrysostomus Vol. I. p. 45, 13 Dind. „Ἐκεῖνο μέντοι οἶσθα δήπου, ὦ Σώκρατες, ὅτι τῆς ἁπάσης οἰκουμένης τοῦ πλείστου καὶ ἀρίστου βασιλεύει μέρους· ἔξω γὰρ τῆς Ἑλλάδος καὶ τῆς Ἰταλίας καί τινων ὀλίγων ἐθνῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην σύμπαντα τἄλλα ὑφ' ἑαυτῷ πεποίηται, καὶ τῆς μὲν καλουμένης Ἀσίας ὅλης ἄρχει μέχρι Ἰνδῶν, πολλοὺς δὲ καὶ αὐτῶν φασιν ὑπακούειν, τῆς δὲ Λιβύης τοῦ πλείονος μέρους, ἐν δὲ τῇ Εὐρώπῃ Θρᾴκης καὶ Μακεδονίας· ἁπάντων τούτων κρατεῖ· ὅθεν δὴ καὶ μέγας βασιλεὺς κέκληται μόνος ἐκεῖνος". Et Eustathius scribit in Commentariis ad Dionysium Periegetam p. 394, 42 „Ὅτι μόνοι οἱ Πέρσαι ἔθνος ἔχουσιν Ἀσίας βασιλεύτατον, καὶ μέγας διὰ τοῦτο ἐλέγετο βασιλεὺς ὁ τῶν Περσῶν, ὡς καὶ ὁ κωμικὸς δηλοῖ".

---

## Cap. III.

### § 1. Πόντος = Εὔξεινος πόντος, Χερσόνησος (Χεῤῥόνησος) = Θρᾳκικὴ Χερσόνησος (Χεῤῥόνησος) etc.

Strabo p. 26, 30 Mein. „*ἁπλῶς δὲ οἱ τότε τὸ πέλαγος τὸ Ποντικὸν ὥσπερ ἄλλον τινὰ ὠκεανὸν ὑπελάμβανον, καὶ τοὺς πλέοντας ἐκεῖσε ὁμοίως ἐκτοπίζειν ἐδόκουν, ὥσπερ τοὺς ἔξω στηλῶν ἐπὶ πολὺ προϊόντας· καὶ γὰρ μέγιστον τῶν καθ' ἡμᾶς ἐνομίζετο, καὶ διὰ τοῦτο κατ' ἐξοχὴν ἰδίως Πόντον προσηγόρευον, ὡς ποιητὴν τὸν Ὅμηρον*", etiam p. 946, 12 „*ἐντὸς ἀναλαμβάνοιτ' ἂν καὶ ὁ νῦν ἰδίως λεγόμενος Πόντος τῆς Καππαδοκίας μέρος ὢν τὸ πρὸς τῷ Εὐξείνῳ*". Eustathius quoque dicit in Commentariis ad Dionysium Periegetam p. 240, 19 „*Δεῖ δὲ εἰδέναι ὅτι ἡ Προποντὶς καὶ στόμα ἁπλῶς λέγεται, καὶ μετὰ προσθήκης δὲ στόμα πόντου, δηλαδὴ τοῦ Εὐξείνου, ὃς κατ' ἐξοχὴν Πόντος λέγεται, ὡς μετ' ὀλίγον εἰρήσεται*", etiam p. 244, 3 „*Διό, καθὰ προεῤῥήθη, κατ' ἐξοχὴν ἰδίως Πόντος ἐλέγετο· καθὰ καὶ οὗτος ὁ ποιητὴς αὐτὸν καλεῖ ἐν τῷ δεξιᾷ Πόντου καὶ καλέουσι δὲ μητέρα Πόντου καὶ Πόντου τὸ μυρίον ὕδωρ*". Cf. p. 291, 17. 356, 29. A Stephano Byzantio dicitur p. 532, 17 Mein. „*Πόντος εἰδικῶς ὁ Εὔξεινος· τὸ ἐθνικὸν Πόντιος καὶ Ποντία καὶ Ποντιάς, καὶ τὸ κτητικὸν Ποντικός*". Legenda sunt quae Prellerus scripsit in collectione fragmentorum Polemonis p. 65.

Photius Βιβλιοθ. p. 534, 12 Bekk. *ἐκ τῶν τοῦ Ἑλλαδίου Χρηστομαθειῶν* „*Ὅτι ὀργὰς μὲν κοινῶς, φησί, πᾶσα ἡ γῆ, ὅση ἐπιτηδεία πρὸς καρπῶν γονάς· ὀργάδα δὲ ἰδίως ἐκάλουν οἱ Ἀθηναῖοι τὴν τοῖν θεαῖν ἀνειμένην τῆς Ἀττικῆς μεταξὺ καὶ τῆς Μεγαρίδος. Ὥσπερ καὶ Ἴδην μὲν κοινῶς ἕκαστον ὄρος, ἐξ οὗ ῥᾴδιόν ἐστιν ἰδεῖν τὰ κάτω· ἰδίως δὲ Κρήτης καὶ Τροίας ὄρη. Καὶ ῥίον μέν, φησί, λέγομεν ἅπαν ὄρους ἀκρωτήριον, ἰδίως δὲ τὸ Μολυκρικόν. Καὶ ἰσθμὸς μὲν κοινῶς ἅπαν τὸ ὑπὸ δυοῖν πελαγῶν περιεχόμενον, ἰδίως δὲ τὸ χωρίον, ὅπερ Ἰσθμὰ Κορίνθιοι λέγουσιν. Ὡσαύτως καὶ Χεῤῥόνησος κοινῶς μὲν πᾶν τὸ ὑπὸ θαλάσσης ἐπὶ πλεῖστον περιεχόμενον, καθ' ἓν δὲ μέρος τῇ γῇ συναπτόμενον· καὶ ἴδιον δὲ ὄνομα Θρᾳκίου τόπου. Καὶ αἰγιαλὸν μὲν καὶ ἀκτὴν ἁπλῶς τὰ παραθαλάσσια πάντα λέγομεν, εἰδικώτερον δὲ τὴν Ἀττικὴν Ἀκτὴν λέγουσιν· ὡσαύτως καὶ Αἰγιαλὸν ἐξῃρημένως φασὶ τὸ περὶ τὴν*

'Ελίκην παράλιον μέρος· ἔστι δὲ τῆς 'Αχαΐας, ἀφ' οὗ καὶ τοὺς 'Αχαιοὺς Αἰγιαλεῖς τινες εἰώθασι καλεῖν. Καὶ μὴν καὶ ἤπειρος μὲν πᾶσα ἡ γῆ, "Ἤπειρος δὲ ἰδίως καὶ ἡ Θεσπρωτιάς". Cf. Anonym. Geograph. Graec. Min. Vol. II. p. 477, 9 „Πρὸς ταύτῃ (τῇ Θρᾴκῃ) δέ ἐστι καὶ ἡ ἰδίως καλουμένη Χερρόνησος". Vide de μεγάλη Χερρόνησος disputantem Schweighaeuserum in *Appian.* Vol. III p. 113. Veriora docet de Rhio Strabo, cuius verba sunt VIII, II, 3 „Προϊοῦσαι δὲ πλέον τελέως συμπίπτουσι κατὰ τὸ 'Ρίον καὶ τὸ 'Αντίρριον ὅσον δὴ πέντε σταδίων ἀπολείπουσαι πορθμόν. Ἔστι δὲ τὸ μὲν 'Ρίον τῶν 'Αχαιῶν ἀλιτενὴς ἄκρα δρεπανειδῆ τινα ἐπιστροφὴν εἰς τὸ ἐντὸς ἔχουσα (καὶ δὴ καὶ καλεῖται Δρέπανον), τὸ δ' 'Αντίρριον ἐν μεθορίοις τῆς Αἰτωλίας καὶ τῆς Λοκρίδος ἵδρυται· καλοῦσι δὲ Μολύκριον ὕδωρ" (Cf. etiam Herwerdenum *Mnem.* 1887, p. 444). E proprio nomine 'Ισθμός fictum est adverbium 'Ισθμοῖ et adiectivum Ἴσθμιος et neutrum plurale Ἴσθμια, unde 'Ισθμιονίκης.

Animadvertendum per hanc figuram ut 'Ισθμός, ita etiam Πορθμός proprium factum esse. Harpocratio dicit p. 254, 1 Dind. „Πορθμός: Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος. Πόλις ἐστὶ τῆς Εὐβοίας". Cf. Pseudodemosth. p. 133, 22 „κατέσκαπτε Πορθμὸν καὶ τυραννίδα ἀπαντικρὺ τῆς 'Αττικῆς ἐπετείχισεν ὑμῖν ἐν τῇ Εὐβοίᾳ". Scribit autem de hoc loco Cobetus in *Mnemos.* 1875, p. 445 „Ecquis erit qui futile emblema [ἐν τῇ Εὐβοίᾳ] vel apud hunc impostorem ferri posse putet?"

Sic etiam πόλις aut Πόλις appellabatur olim κατ' ἐξοχὴν ἡ 'Αλεξάνδρεια posteaque τὸ Βυζάντιον, ut ait Eustathius in Commentariis ad Dionysium Periegetam p. 261, 35 „λέγεται δὲ καὶ πόλις ποτὲ κληθῆναι κατ' ἐξοχήν, ὡς νῦν ἡ Κωνσταντίνου πόλις καὶ ὡς αἱ 'Αθῆναί ποτε ἄστυ". Eustathius in Commentariis ad Homerum scribit p. 239, 12 „Ὅρα δὲ ὅπως τὴν Τροίαν δίχα τινὸς ἐπιθέτου πόλιν ὠνόμασε, καὶ γέγονεν ἀρχὴ τῷ Φιλομήρῳ 'Αλεξάνδρῳ τοῦ τὴν κατ' αὐτὸν 'Αλεξάνδρειαν οὕτω καλέσαι· φέρεται γὰρ ἱστορία πόλιν κατ' ἀρχὰς αὐτὸ τοῦτο δίχα προσθήκης κατ' ἐξοχὴν κληθῆναι τὴν 'Αλεξάνδρειαν", etiam p. 349, 35 „Ἄστυ δὲ παρὰ μὲν τῷ ποιητῇ πᾶσα πόλις· 'Αθηναῖοι δὲ ὕστερον εἰς τὴν κατ' αὐτοὺς ἐμόνασαν τὸ ὄνομα· ἄστυ γὰρ ἰδίως ἐκαλοῦντο αἱ 'Αθῆναι, ὥσπερ καὶ πόλις μετὰ τοῦτο ἡ 'Αλεξάνδρεια", etiam p. 1383, 3 „Ἄστυ δὲ κοινῶς μὲν πᾶσα πόλις, ὅθεν καὶ ἀστεῖος κυρίως

ἀνὴρ ὁ ἐξ ἄστεως καὶ μὴ ἀγρότης. Ἀττικοὶ δὲ ἰδίως οὕτω τὰς Ἀθήνας ὠνόμαζον κατά τι ἐξαίρετον, ὥσπερ καὶ οἱ Ἀλεξανδρεῖς πόλιν ἐξαιρέτως τὴν Ἀλεξάνδρειαν", etiam p. 1650, 42 „ Αστυ δὲ ὅτι πάλαι μὲν ἅπαν πόλισμα, ὕστερον δὲ ἰδίως τὸ Ἀττικόν, καθὰ καὶ πόλις ἦν ὅτε ἡ Ἀλεξάνδρεια κατ' ἐξοχήν, δεδήλωται ἐν ἄλλοις". Dictum est a Stephano quoque Byzantio p. 70, 20 Mein. „ἐλέγετο δὲ κατ' ἐξοχὴν πόλις καὶ πολῖται ἐξ αὐτοῦ, ὡς ἄστυ αἱ Ἀθῆναι καὶ ἀστός καὶ ἀστικὸς οἱ Ἀθηναῖοι, [ὡς καὶ ἐπὶ Ῥώμης λέγεται οὔρψ]", etiam p. 140, 7 „ὅτι δὲ ἡ Ἀλεξάνδρεια ἄστυ ἐκλήθη εἴρηται" (Vid. Oeconomus ἐν τῷ περὶ τῶν Ο συγγράμματι Vol. IV. p. 1000). Apud Sozomenum Ἐκκλησ. Ἱστορ. p. 265 est „Τούτοιν δὲ ὁ μὲν Αἰγύπτιος, ὁ δὲ πολιτικός, ὡς ἀστός ὠνομάζετο· ἦν γὰρ τῷ γένει Ἀλεξανδρεύς", apud Appianum autem p. 1, 15 Mend. fertur „καὶ ἡ μεγάλη πόλις, ἣν ὁ Ἀλέξανδρος ἔθηκε πρὸ Αἰγύπτου"· adnotat vero Schweighaeuserus in editione Appiani Vol. III. p. 111 „Celebrata satis magnitudo Alexandriae urbis est, et πόλιν dici κατ' ἐξοχὴν solitam Stephanus Byzant. adnotavit. Neque vero vitio Scriptori nostro vertemus, quod, ubi in patriae suae mentionem incidit, paulo magis solito efferat se eius oratio". Cf. Philonem Vol. VI. p. 70 „Ἐγὼ δὲ Φλάκκος εἰμὶ ὁ πρὸ μικροῦ τῆς μεγαλοπόλεως ἢ πολυπόλεως Ἀλεξανδρείας ἡγεμών, ὁ τῆς εὐδαιμονεστάτης χώρας ἐπίτροπος Αἰγύπτου, εἰς ὃν ἐπέστρεφον αἱ τοσαῦται μυριάδες τῶν οἰκητόρων, ὁ δυνάμεις πολλὰς πεζὰς καὶ ἱππικὰς καὶ ναυτικάς, οὐκ ἀριθμὸν ἄλλως, ἀλλ' ὅσον δοκιμώτατον ἐν ὑπηκόοις ἔχων, ὁ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν ταῖς ἐξόδοις ὑπὸ μυρίων ὅσων παραπεμπόμενος", etiam Galenum Vol. XIV. p. 296 „Εἰσὶ δὲ καὶ ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου καὶ ἐπὶ τῆς βασιλίδος πόλεως τοσοῦτοι τὸ πλῆθος φίλοι σοὶ μόνῳ Κρητῶν, ὅσοι τοῖς ἄλλοις ἅπασιν οὐκ εἰσιν".

Appellabatur autem ἡ Κωνσταντίνου πόλις et ἡ βασιλὶς πόλις vel ἡ βασιλὶς τῶν πόλεων et ἡ καλλίπολις καὶ ἡ μεγαλόπολις καὶ τὸ βασίλειον ἄστυ.

Eusebius εἰς τὸν βίον τοῦ μακαρ. Κωνσταντ. τοῦ βασιλέως LXIII „καὶ Ῥωμαίους μὲν τοὺς τὴν βασιλίδα πόλιν οἰκοῦντας ἐτίμα δόσεσιν ἐτησίοις" et LXIX „οἱ δὲ τὴν βασιλίδα πόλιν οἰκοῦντες".

Themistius Λόγ. p. 50, 19 Dind. „ἀλλ' ἐν τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων ἀναδεῖ τὸν βασιλεύοντα τῶν ἀνθρώπων ἡ τὰ δεύτερα δι' ὑμᾶς βασιλεύουσα". p. 50, 29 „οὕτω καὶ τὸν Δία ἑαυτῆς ἡ

*καλλίπολις τὰ μὲν πρὸς Ὠκεανὸν Φραγνύμενον καὶ προορῶντα διοχλεῖν οὐ προαιρεῖται*". p. 53, 19 „*ἐπὶ τὸν συνοικισμὸν τῆς καλλιπόλεως ὥρμησεν*". p. 99, 24 „*εἴ τις ἀντεξετάζοι τὰς ἀΦορμὰς δι' ἃς ὁ Κωνσταντῖνος ἑάλω τῆς καλλιπόλεως*". p. 171, 29 „*τοσαῦτα μὲν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, τοσαῦτα δὲ ἐπὶ τῷ Ἴστρῳ διειλεγμένος*". p. 223, 26 „*τὸν μὲν ἀπὸ τοῦ πλούτου στέΦανον εἰς τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἡ καλλίπολις εὐτρεπίζεται*". p. 225, 12 „*δεῖται δὲ ἀμΦοτέρων ἡ μεγαλόπολις*". p. 234, 26 „*καὶ ἥκει σοι ἐθελοντὴς ὁ πάλαι σεμνὸς καὶ ὑψηλογνώμων ἱκέτης εἰς τὴν πόλιν τὴν βασιλίδα*". p. 456, 2 „*τὴν ἀρχὴν ὑποστὰς τῆς καλλιπόλεως*". p. 456, 7 „*ὑπάρχει σοι καὶ χρόνῳ σεμνύνεσθαι ὅσον πεπολίτευμαι τῇ καλλιπόλει*". Dindorfius autem adnotat in editione Themistii p. 454 „Constantinopolin dicit Callipolin, id est *pulchram urbem*, constanter Themistius, bis quidem in hac Oratione, tum in Oratt. III. p. 41. bis A. D. et p. 44. item bis B. V. 70. C. VI. 83. B. XI. 151. B. XIV. 181. D. XXI. 248. A. XXXI. 354. D".

Iulianus p. 5, 27 Hertl. „*ἡ μὲν βασιλεύουσα τῶν ἁπάντων πόλις μήτηρ οὖσα σὴ καὶ τροΦὸς* etc.".

Zonaras Ἐπιτομ. Ἱστορ. Vol. III. p. 331, 26 Dind. „*μετατίθησιν ἐκ Κυζίκου ἐπὶ τὴν ἱερὰν καθέδραν τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων Γερμανόν*". p. 336, 6 „*τῇ δὲ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων προσβαλὼν χάρακα παρὰ τοῖς κατὰ χέρσον αὐτῆς ἐπήξατο τείχεσιν*". p. 345, 3 „*κατὰ δὲ τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν τῶν δημοσίων οἰκονόμος πραγμάτων παρὰ τοῦ Κωνσταντίνου ὁ μάγιστρος ΘεοΦάνης εἰάθη*". p. 362, 21 „*ὁ μὲν βασιλεὺς ἐπανέζευξεν εἰς τὴν μεγαλόπολιν*". p. 363, 10 „ *αἱ δὲ στρατιωτικαὶ συντάξεις ἀθροισθεῖσαι κατὰ τὴν μεγαλόπολιν ἐβουλεύοντο βασιλεῦσαι τὸν ἀπὸ Καισάρων ΝικηΦόρον τὸν τοῦ Κωνσταντίνου πατράδελΦον*". p. 374, 17 „*καὶ κακῶς ἐκ τοῦ τραύματος διακείμενος εἰς τὴν μεγαλόπολιν εἰσελήλυθεν*". p. 414, 4 „*ἐπανελθὼν δ' εἰς τὴν μεγαλόπολιν, περιχαρῶς ἐδέχθη παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος*". etiam Vol. IV. p. 18, 22 „*καὶ ἄρας ἔρχεται πρὸς τὴν μεγαλόπολιν*". p. 25, 3 „*ἐπανελθὼν δὲ εἰς τὴν μεγαλόπολιν τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ ΧριστοΦόρον κατὰ τῶν Ἀγαρηνῶν εἰς τὴν Κρήτην ἐκπέπομΦεν*". p. 124, 18 „*αὐτοῦ δὲ συλληΦθέντος καὶ δεσμίου ἀπαχθέντος εἰς τὴν τῶν πόλεων βασιλεύουσαν*". Cf. p. 16, 25 „*τῶν τῇ βασιλίδι γειτονούντων πυρσῶν*". p. 114, 8 „*τὸν Δελ-*

Φινᾶν εἰς τὴν ἀντικρὺ τῆς βασιλίδος ἐκπέμπει Χρυσόπολιν". p. 243, 6 „διὰ τῆς μεγίστης τῶν πόλεων καὶ τῶν ταύτης ὁρίων τὴν πτῆσιν ποιούμενον. Nominat autem Zonaras τὴν Κωνσταντίνου πόλιν etiam „τὴν ὑπερκειμένην τῶν πόλεων" (Vol. III. p. 355, 21 et Vol. IV. p. 62, 4. et p. 70, 8. 123, 27. 355, 21) etiam „τὴν προκαθημένην τῶν πόλεων" (Vol. IV. p. 25, 18. 64, 31).

Photius Ἐπιστολ. p. 141 Bal. „τοῦ δυσσεβοῦς Νεστορίου τοῦ τῆς βασιλίδος ἀθέως ἱεραρχήσαντος". p. 167 „μάλιστα δὲ κατὰ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν". p. 211 „τῆς βασιλίδος πόλεως τοὺς ἱεραρχικοὺς θεσμοὺς ἐγκεχειρισμένος". p. 212 „τῆς αὐτῆς βασιλίδος ἐκ διαδοχῆς τοὺς ἀρχιερατικοὺς πηδαλιουχήσαντες οἴακας", etiam Λόγ. καὶ Ὁμιλ. Vol. I. p. 312, 2 „τὴν βασιλίδα πόλιν ἱερὸν ἐδείκνυ φροντιστήριον". p. 319 „παρὰ τῶν ἐπὶ τῆς βασιλευούσης πόλεως ἑκατὸν πεντήκοντα συνελθόντων πατέρων". Vol. II. p. 33 „ἐλπίδι τοῦ λαβεῖν τὴν βασιλίδα πόλιν", etiam p. 317. Dicitur autem et in Bibliotheca p. 28 „τὴν ἐνδημίαν δὲ Φιλιππικοῦ περὶ τὸ βασίλειον ἄστυ", etiam p. 32, 3 „περὶ τῆς σιτοδείας τῆς γενομένης τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων". Cf. Efraimium 2354 (p. 374 Bonn.) „οὗτος Λατίνους ἐξελαύνει πατρίδος τῆς Κωνσταντίνου, βασιλίδος ἀστέων".

Ut dicebatur ἡ μεγαλόπολις, ita etiam ἡ μεγάλη πόλις a Libanio Ἐπιστολ. p. 66, 3 Wolf. „εἴθ' ἡμῖν ὁμοῦ πρός τε τὴν μεγάλην ἐπανήκειν ἠγγέλλου πόλιν" et p. 75. 118. Vid. Wolfius in editione Epistolarum Libanii p. 281.

Apponimus quae Themistius scribit de Constantinopoli „Αὐτὴ δὲ δὴ καθ' ἑαυτὴν ἄνευ τῆς τοιαύτης ἐπικουρίας ἆρ' ἄτιμος καὶ ἀδόκιμος καὶ ἐν φαύλῳ λόγῳ τοῖς μέλλουσιν ἁπάσης ἄρξειν τῆς οἰκουμένης; Ἢ καθάπερ σώματος ἑνός, ὅλης τῆς γῆς δεύτερος ὀφθαλμός, μᾶλλον δὲ καρδία καὶ ὀμφαλὸς καὶ ὅ τι ἂν εἴποι τις τῶν μερῶν τὸ κυριώτατον; Συνοχὴ τῶν δυοῖν ἠπείρων, ὅρμος τις ἐν χρείᾳ θαλάττης, ἀγορὰ τῆς πλοΐμου καὶ πορευσίμης, ἐγκαλλώπισμα ἐνεργὸν τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας. Οὐ γὰρ ἀπῴκισταί γε, ὥσπερ τέμενος, ἔξω τοῦ πόρου, οὐδὲ παραιρεῖται τοὺς αὐτοκράτορας τὴν τῶν κοινῶν ἐπιμέλειαν, εἰ πρὸς ἑαυτὴν ἀσχολήσειαν, ἀλλὰ πανταχόθεν ἐστὶ καὶ ἐφ' ἅπαντα ὁρμωμένοις ἀναγκαία διαγωγή, καὶ ὅταν μάλιστα οἴκοι κατέχῃ, τότε μάλιστα ἐν μέσῳ ποιεῖ τῆς ὅλης ἀρχῆς. Τὰ δὲ ἔξω τῆς χρείας σκοποῦντι πάρεστιν ἔχειν ἐν ὀφθαλ-

*μοῖς πανήγυριν Χαρίτων, κεστὸν Ἀφροδίτης, πέπλον ἐκ γῆς καὶ θαλάττης ἐξυφασμένον, πανδαισίαν ἑορτῆς, ἐργαστήριον εὐφροσύνης, ταμιεῖον εὐδαιμονίας. Εἰ δέ τι καὶ τὰ φιλοσοφίας γέ ἐστι, πάλαι ἦν ἑστία τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους Μουσῶν, καὶ νῦν οὐ μεῖον νὴ Δία φυλάττει τὰ ζώπυρα. Ἀλλ', ὦ βασίλειε Ζεῦ, ὦ πάτερ ἀνθρώπων, ὦ πολιοῦχε καὶ τῆς ἑῴας Ῥώμης καὶ τῆς ἑσπερίας, φυλάττοις μὲν τῶν πόλεων τὴν ξυνωρίδα, φυλάττοις δὲ τῶν βασιλέων οἳ τὸ σὸν βούλημα διασῴζουσιν".*

Adnotandum autem Mich. Acominatum nomine *πόλις* significare *τὴν Κωνσταντίνου πόλιν* Vol. II. p. 354, 20 *Λάμπρ. „οὐδένα τῶν βασιλέων τῶν ἐπὶ τῆς πόλεως βασιλευσάντων ἰσοστάσιόν σοι νομίζω"*. Cf. p. 355, 8 *„ἐν τῷ τόπῳ ᾧ ἀρχῆθεν ἐξελέξατο κύριος καὶ τὴν πόλιν ὅλην ἐπανασώσασθαι"*.

Scarlatus Byzantius scribit *ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει* Vol. I. p. 59 *„Οἱ Γραικοὶ τὴν ὠνόμαζον ἔκπαλαι καὶ τὴν ὀνομάζουσιν εἰσέτι κατ' ἐξοχὴν πόλιν, καθὼς οἱ Ἀθηναῖοι Ἄστυ ἰδίως τὰς Ἀθήνας, καὶ οἱ Λατῖνοι* Urbs *τὴν Ῥώμην, καὶ οἱ Ἄγγλοι* Town *τὸ Λονδῖνον· ὁ δὲ Εὐστάθιος λέγει* (Ἰλ. Θ, 367) *„Πόλιν τὰς ἀρχὰς, αὐτὸ τοῦτο δίχα προσθήκης, κατ' ἐξοχὴν κληθῆναι τὴν Ἀλεξάνδρειαν"*.

Nec non memoranda sunt quae Schaeferus disputavit in editione *Ellips.* Bosii p. 20 „In *ἄστυ urbs,* quando absolute et *κατ' ἐξοχὴν* ab auctoribus ponitur, in primis subaudiri solet *Ἀθῆναι.* v. Etymologicum M. in v. *ἄστυ.* Aristophanes Nub. v. 47. Herodotus lib. I. cap. 62. *Ἐκ Μαραθῶνος ἦσαν ἐπὶ τὸ ἄστυ ἐς τὠυτὸ συνιόντες.* Cornelius Nep. II. cap. 4. *At Xerxes, Thermopylis expugnatis, protinus accessit astu.* v. Savaro ad Sidon. Apollin. lib. I. ep. 6. Nec tamen Athenae solum, sed aliae quoque primariae regionum urbes pro contextus ratione subintelligi possunt. Sic apud Latinos quoque in *urbs* subaudiri solet *Roma.* Virgilius Ecl. I. 35. *Pinguis et ingratae premeretur caseus urbi.* Tibullus lib. I. el. IX. 61. *Te canet agricola, e magna cum venerit urbe.* Schweb. Leontius Scholasticus v. 2. Constantinopolin *ἄστυ* vocat. Ceterum neque talia inter Ellipses referenda. Schaef.". Cf. etiam Plutarchum *Φωκ.* XXVII *„Ὡς οὖν ἐπανῆλθεν ὁ Φωκίων εἰς τὸ ἄστυ καὶ τοῖς Ἀθηναίοις ταῦτα ἔδοξεν ὑπ' ἀνάγκης"*, etiam Psellum p. 46 Boisson. *„ἡνίκα Σύλλας ἐκπολιορκήσας εἷλε καὶ τὸν Πειραιᾶ καὶ τὸ ἄστυ"*. Coraes adnotat

in editione τῶν Παραλλήλων βίων τοῦ Πλουτάρχου P. V. 319 „Εἰς τὸ ἄστυ: Ἐκ ΔΓ, ΑΤ, Εἰς ἄστυ. Ἔστι δὲ, Εἰς τὴν πόλιν, τὰς Ἀθήνας κατ' ἐξοχὴν οὕτω καλουμένας. Τὸ δὲ ὄνομα οὐχ Ἑλληνικὸν, ἀλλ' ἀπ' Αἰγύπτου μετενηνεγμένον, ἀπὸ τοῦ παρ' ἐκείνοις Ἄστεος, εἰ χρὴ πιστεύειν Διοδώρῳ τῷ Σικελιώτῃ (A, 28)". Haec monui quia apud Athenienses τῷ ἄστει opponuntur ὁ Πειραιεύς et οἱ ἀγροί. Optimum exemplum vocabuli ἄστυ per figuram κατ' ἐξοχὴν usurpati ad significandas Athenas praebet nobis Alciphro dicens „Αἱ ἐν Κορίνθῳ ἑταῖραι ταῖς ἐν ἄστει χαίρειν".

## § 2. Πύλαι = Θερμοπύλαι.

Herodot. VII. 201 „βασιλεὺς μέν Ξέρξης ἐστρατοπεδεύετο τῆς Μηλίδος ἐν τῇ Τρηχινίῃ, οἱ δὲ δὴ Ἕλληνες ἐν τῇ διόδῳ. Καλέεται δὲ ὁ χῶρος οὗτος ὑπὸ μὲν τῶν πλεόνων Ἑλλήνων Θερμοπύλαι, ὑπὸ δὲ τῶν ἐπιχωρίων καὶ περιοίκων Πύλαι". Aristoph. Λυσιστρ. 1131 „οἳ μιᾶς ἐκ χέρνιβος βωμοὺς περιρραίνοντες, ὥσπερ ξυγγενεῖς, Ὀλυμπίασιν, ἐν Πύλαις, Πυθοῖ — πόσους εἴποιμ' ἂν ἄλλους, εἴ με μηκύνειν δέοι;" (Σχολ. „Ἐν Πύλαις: ἀντὶ τοῦ ἐν Θερμοπύλαις· ἔπεμπον γὰρ εἰς τὴν Πυλαϊκὴν πανήγυριν τοὺς λεγομένους ἱερομνήμονας"). Multa alia testimonia usus Πύλαι pro Θερμοπύλαι commemorantur. Cf. etiam Thesaur. Steph. Vol. VI. p. 2232.C Did.

Memoratu digna putamus quae Eustathius dixit in Comment. ad Dionys. Perieg. p. 291, 17 Did. „ὥσπερ καὶ τὸ πρὸ τοῦ Εὐξείνου ὕδωρ στόμα τε ἁπλῶς λέγει καὶ στόμα Πόντου συνθέτως· οὕτω δὲ καὶ τὰς Θερμοπύλας Πύλας ἁπλῶς λεγομένας εὑρίσκομεν". Et Harpocratio ait p. 266, 8 Dind. „Πύλαι καὶ Πυλαία καὶ Πυλαγόρας: Πύλαι μὲν καλοῦνται αἱ Θερμοπύλαι· Δημοσθένης Φιλιππικοῖς etc.".

## § 3. Νῆσος = Ὀρτυγία.

Athen. p. 462, B „καὶ Πολέμων δὲ ἐν τῷ περὶ τοῦ Μορύχου ἐν Συρακούσαις Φησὶν ἐπ' ἄκρᾳ τῇ Νήσῳ πρὸς τῷ τῆς Ὀλυμπίας ἱερῷ etc. (Cf. etiam Pausan. Ἠλ. VII. 2). Plutarch. Τιμολ. IX „ὁ γὰρ Ἱκέτης μάχῃ νενικηκὼς Διονύσιον καὶ τὰ πλεῖστα μέρη τῶν Συρακουσῶν κατειληΦὼς ἐκεῖνον μὲν εἰς τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὴν

*καλουμένην* Νῆσον *συνεσταλμένον αὐτὸς συνεπολιόρκει καὶ συμπεριετείχιζε*, *Καρχηδονίους δὲ Φροντίζειν ἐκέλευεν, ὅπως οὐκ ἐπιβήσοιτο Τιμολέων Σικελίας*". Zonar. Ἐπιτομ. Ἱστορ. Vol. II. p. 264, 22 „*καὶ τὴν πόλιν ἁλῶναι πλὴν τῆς Ἀχραδίνης καὶ τῆς* Νήσου *καλουμένης*". Adnotat vero Heldius in editione Aemilii Pauli et Timoleontis Plutarchi p. 357 „Quinque fuerunt Syracusarum partes, Ὀρτυγία, Ἀχραδινή (scr. Ἀχραδίνη), Τύχη, Νεάπολις, Ἐπιπολαί. Ortygia autem modo insula vocatur ab antiquis scriptoribus, modo peninsula. Nam antiquissimis temporibus vallo lapideo iuncta erat terrae continenti, quod vel terrarum motu destructum, vel undarum vi perruptum est. Deinde valli loco ponte continebatur. Rursus e ruderibus illius pontis et aedificiorum finitimorum vallum confectum est, quod hodieque perstare dicitur. In Ortygia exstructa fuit *acropolis*, a Cicerone domus tyrannorum dicta. Goeller. de situ Syracusarum p. 39 sqq. Cic. Verr. IV. 53 „Ea tanta est urbs (Syracusae) ut ex quattuor urbibus maximis constare dicatur, quarum una est ea, quam dixi *Insula*, quae duobus portubus cincta, in utriusque portus ostium aditumque proiecta est, in qua domus est, quae regis Hieronis fuit, qua praetores uti solent (V. Poppus in magna editione Thucydidis P. III. IV. p. 14). In Schol. Pindar. Nem. I. 1 est „*Ἡ δὲ Ὀρτυγία πρότερον μὲν οὖσα νῆσος εἶτα προσχωσθεῖσα χερρόνησος γέγονεν, ὡς καὶ Ἴβυκος ἱστορεῖ*". Cf. Strabo I. III. 18 „*ἀλλαχόθι δὲ προσχώσεις ἢ γεΦυρώσεις, καθάπερ ἐπὶ τῆς πρὸς Συρακούσας νήσου νῦν μὲν γέΦυρά ἐστιν ἡ συνάπτουσα αὐτὴν πρὸς τὴν ἤπειρον, πρότερον δὲ χῶμα, ὥς Φησιν Ἴβυκος, λογαίου λίθου, ὃν καλεῖ ἐκλεκτόν*" etiam VI. II. 4. Forbigerus scribit in quarta editione Vergili P. II. p. 419 „de hac autem *Ortygia*, quae (diversa ab illa, quam supra v. 124 commemoratam vidimus) posterioribus temporibus, ubi antiquissimam Syracusarum partem efficiebat, *κατ' ἐξοχὴν Nasos* (Νᾶσος) appellabatur, vid. Thuc. VI. 3, VII. 22. Diod. V. 3 alios". Cf. etiam Livium libr. XXV. 24 „Epicydes ab *Insula*, quam ipsi *Nason* vocant, citato profectus agmine etc." et non tam vim multitudinemque hostium metuens, quam ne qua intestina fraus per occasionem oreretur clausasque inter tumultum Achradinae atque *Insulae* inveniret portas".

Est etiam alia Νῆσος, quam memorat Polybius libr. III.

49, 5 dicens „Ἀννίβας δὲ ποιησάμενος ἑξῆς ἐπὶ τέτταρας ἡμέρας τὴν πορείαν ἀπὸ τῆς διαβάσεως ἧκε πρὸς τὴν καλουμένην Νῆσον, χώραν πολύοχλον καὶ σιτοφόρον, ἔχουσαν δὲ τὴν προσηγορίαν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ συμπτώματος· ᾗ μὲν γὰρ ὁ Ῥοδανός, ᾗ δ' Ἰσάρας προσαγορευόμενος ῥέοντες παρ' ἑκατέραν τὴν πλευρὰν ἀποκορυφοῦσιν αὐτῆς τὸ σχῆμα κατὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους σύμπτωσιν".

Adnotandum autem νήσους κατ' ἐξοχὴν vocari τὰς Κυκλάδας tum ab aliis tum a Xenophonte Hell. IV. 8, 7 „καὶ ξενικὸν προσμισθωσάμενος ἔπλευσεν ὁ Φαρνάβαζός τε καὶ ὁ Κόνων μετ' αὐτοῦ διὰ νήσων εἰς Μῆλον". Adnotat Breitenbachius in editione Hellen. Vol. II. p. 146 „διὰ νήσων: medias per Cycladas, cui oppositum est: per mare apertum. In qua formula articulus solet abesse, ut VI. 2, 12" (Vid. etiam Baerius in secunda Herodoti editione Vol. III. p. 51. 356. 379). Scriptum est etiam ab Asopio ἐν τῇ Β' Περιόδῳ τοῦ Συντακτικοῦ p. 144 § 32 „Παραλείπεται δὲ τὸ ἄρθρον εἰς τὸ διὰ νήσων καὶ ἐπὶ νήσων = τῶν νήσων τοῦ Αἰγαίου πελάγους· ὁ Φαρνάβαζος ἔπλευσε διὰ νήσων εἰς Μῆλον" Ξενοφ. Ἑλλην. Δ', η' 7 (V. L. Dindorfius in Thesaur. Steph. Vol. V. p. 100. C et in Teubneriana editione Diodori Vol. I. p. 158). Cum articulo dixit Aristides Vol. I. p. 158 Dind. „ἥ τ' ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας πρώτη διαβᾶσα δύναμις διὰ τῶν νήσων προσέσχεν εἰς Μαραθῶνα" et Stephanus Byzantius p. 381, 6 Mein. „ἐμοὶ δοκεῖ Ἀλέξανδρος δηλοῦν οὐ τὸν διὰ τῶν νήσων πλοῦν πεποιημένον, τὸν εἴσω ἄγοντα, ἀλλὰ τὸν ἔξω". Cf. Bremium in *Demosth. ad Leptin.* p. 376.

Sciendum autem apud Herodotum libr. V. 33 edidisse Herwerdenum Vol. II. p. 279 „τῶν γὰρ νήσων [τούτων τῶν Κυκλάδων] οὐδεμία κω ἦν ὑπὸ Δαρείῳ" iure, ut videtur, interpolata esse existimantem verba „τούτων τῶν Κυκλάδων".

---

## Cap. IV.

### § 1. ὄψον et ὀψάριον = ἰχθύς.

Athen. p. 276. E „Πολλῶν δὲ ὄντων καὶ διαφόρων τῶν παρεσκευασμένων καὶ ἀεὶ παρασκευαζομένων ἰχθύων μεγέθει τε καὶ ποι-

κιλίᾳ, ὁ Μυρτίλος ἔφη· εἰκότως, ἄνδρες φίλοι, πάντων τῶν προσοψημάτων ὄψων καλουμένων, ἐξενίκησεν ὁ ἰχθὺς διὰ τὴν ἐξαίρετον ἐδωδὴν μόνος οὕτως καλεῖσθαι διὰ τοὺς ἐπιμανῶς ἐσχηκότας πρὸς ταύτην τὴν ἐδωδήν. Λέγομεν γοῦν ὀψοφάγους οὐ τοὺς βόεια ἐσθίοντας, οἷος ἦν Ἡρακλῆς, ὃς 'τοῖς βοείοις κρέασιν ἐπήσθιε σῦκα χλωρά', οὐδὲ τὸν φιλόσυκον, οἷος ἦν Πλάτων ὁ φιλόσοφος, ὡς ἱστορεῖ Φανόκριτος ἐν τῷ περὶ Εὐδόξου· ἱστορεῖ δ' ὅτι καὶ Ἀρκεσίλας φιλόβοτρυς ἦν· ἀλλὰ τοὺς περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀναστρεφομένους" et p. 385. D „ὀψάριον δὲ τῶν μὲν ζώντων ἡμεῖς λέγομεν, ἀτὰρ καὶ Πλάτων ἐν Πεισάνδρῳ

Α. ἤδη φαγών τι πώποθ', εἶα γίνεται,
ὀψάριον ἔκαμες καὶ προσέστη τοῦτό σοι;
Β. ἔγωγε πέρυσι κάραβον φαγών.

Φερεκράτης Αὐτομόλοις

τοὐψάριον τουτὶ παρέθηκέ τις ἡμῖν.

Φιλήμων Θησαυρῷ

οὐκ ἔστ' ἀληθὲς παραλογίσασθ'(?) οὐδ' ἔχειν
ὀψάρια χρηστά".

Et Macho dicit p. 244. B „ὄψου πετραίου παρατεθέντος ποικίλου ἐπὶ τῆς τραπέζης καράβων τ' ἀληθινῶν" et Archestratus p. 294. A

καὶ γόγγρος σπουδαῖος ἁλίσκεται, ὥστε τοσοῦτον
τῶν ἄλλων πάντων ὄψων κρατεῖ οὗτος ὅσονπερ
θύννος ὁ πιότατος τῶν φαυλοτάτων κορακίνων".

Cf. etiam p. 274. D „ὁ μὲν γὰρ Τουβέρων παρὰ τῶν ἐν τοῖς ἰδίοις ἀγροῖς ὄρνιθας ἐωνεῖτο δραχμιαίους, ὁ δὲ Ῥουτίλιος παρὰ τῶν ἁλιευόντων αὐτοῦ δούλων τριωβόλου τὴν μνᾶν τοῦ ὄψου καὶ μάλιστα τοῦ θυριανοῦ καλουμένου".

Plutarch. Ἠθικ. p. 667. F „ὡς γὰρ πολλῶν ὄντων ποιητῶν, ἕνα τὸν κράτιστον ἐξαιρέτως ποιητὴν καλοῦμεν, οὕτω πολλῶν ὄντων ὄψων, ἐκνενίκηκεν ὁ ἰχθὺς μόνος ἢ μάλιστά γ' ὄψον καλεῖσθαι διὰ τὸ πολὺ πάντων ἀρετῇ κρατεῖν· καὶ γὰρ ὀψοφάγους καὶ φιλόψους λέγομεν οὐχὶ τοὺς βοείοις χαίροντας, ὥσπερ Ἡρακλῆς, ὃς 'τοῖς κρέασι χλωρὰ σῦκ' ἐπήσθιεν', οὐδὲ τὸν φιλόσυκον, οἷος ἦν Πλάτων, οὐδὲ τὸν φιλόβοτρυν, οἷος Ἀρκεσίλαος, ἀλλὰ τοὺς περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀναδιδόντας ἑκάστοτε καὶ τοῦ κώδωνος ὀξέως ἀκούοντας. Καὶ ὁ Δημοσθένης τὸν Φιλοκράτην φησὶν ἐκ τοῦ προδοτικοῦ χρυσίου 'πόρνας καὶ ἰχθῦς ἀγοράζειν', ἐπ' ὀψοφαγίᾳ καὶ ἀσελγείᾳ τὸν

*ἄνδρα λοιδορῶν. Ὁ δὲ Κτησιφῶν οὐ κακῶς, ὀψοφάγου τινὸς ἐν τῇ βουλῇ βοῶντος ῥαγήσεσθαι, ʻμηδαμῶςʼ εἶπεν ʻὦ ἄνθρωπε ποιήσῃς ἡμᾶς ἰχθυοβρώτουςʼʼ.* De scriptura *ἀναδιδόντας* scribit Cobetus *ἐν τῷ Λογίῳ Ἑρμῇ* 1867, p. 251 *„Ἔσφαλται γὰρ περιφανῶς τὸ ἀναδιδόντας. Τί γὰρ τὸ „τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀναδιδόναι;" Γραπτέον δέ: ΑΛΥΟΝΤΑC „περὶ τὴν ἰχθυοπωλίαν ἀλύοντας", τουτέστι ῥεμβομένους καὶ περιφθειρομένους καὶ ἀναστρεφομένους μέν, ὡς ὁ Ἀθήναιος μετέγραψεν, ἀλλ' αἰσχρῶς καὶ ἐπονειδίστως ἢ ἀργῶς καὶ ῥᾳθύμως ἀναστρεφομένους, τοῦτο γὰρ δύναται τὸ ἀλύειν, ὡς καὶ τὸ περιφθείρεσθαι καὶ ῥέμβεσθαι".* Cf. *Mnemos.* 1878, p. 28. Coraes existimabat *ἀναδιδόντας* vitiosam scripturam esse pro *ἐναλύοντας* in Aethiopicis Heliodori Vol. II p. 81 *„Ἐναλύων: Πάνυ κυριολεκτικῶς· ἐμφαίνει γὰρ ἀμφοτέρας τὰς σημασίας τοῦ, Ἀλύω, τήν τε τοῦ, Πλανῶμαι, τῇδε κἀκεῖσε περιστρέφομαι, καὶ τὴν τοῦ, Ἀδημονῶ, ἢ δυσθυμῶ. Παρῴδηται δὲ ἐξ ὧν Ὅμηρος* (Ἰλ. Ω, 12) *φησὶ περὶ τοῦ δυσθυμοῦντος ἐπὶ τῷ Πατρόκλου θανάτῳ Ἀχιλλέως,*

*Δινεύεσκ' ἀλύων παρὰ θῖν' ἁλὸς ...*

*εἰσὶ γάρ πως αἱ ὄχθαι τοῖς ποταμοῖς, ὅπερ τῇ θαλάσσῃ οἱ θῖνες. καὶ τὸ μὲν ἁπλοῦν, Ἀλύω, πολὺ παρὰ ποιηταῖς τε καὶ λογογράφοις· τῷ συνθέτῳ δέ, Ἐναλύω, πρῶτος ἔοικεν Ἡλιόδωρος κεχρῆσθαι, πλὴν εἰ μὴ ὑπονοητέον καὶ παρὰ Πλουτάρχῳ εὑρίσκεσθαι, ὅπου (Συμποσιακ. Δ, δ'.) φησίν, „Ἀλλὰ τοὺς περὶ τὰ ἰχθυοπώλια ΑΝΑΔΙΔΟΝΤΑΣ ἑκάστοτε". δήλου γὰρ ὄντος ὅτι οὐκ ἔχει χώραν ἐνταῦθα τὸ Ἀναδιδόντας, γραπτέον ἴσως, ΕΝΑΛΥΟΝΤΑΣ".* Vid. Meinekius in *Athen.* Vol. IV. p. 120. 350.

Strabo p. 196, 10 Mein. *„καὶ οἱ γόγγροι δὲ ἀποθηριοῦνται πολὺ τῶν παρ' ἡμῖν ὑπερβεβλημένοι κατὰ τὸ μέγεθος, καὶ αἱ σμύραιναι καὶ ἄλλα πλείω τῶν τοιούτων ὄψων".* p. 310, 29 *„καὶ γὰρ πλέονται (αἱ λίμναι) καὶ τρέφουσιν ὄψον πολὺ καὶ τῶν πτηνῶν τὰ λιμναῖα".* p. 771, 15 *„κατὰ θάλατταν μὲν ἔχουσα εὐφυΐαν τὴν ἐκ τῆς πηλαμυδείας (πρώτιστα γὰρ ἁλίσκεται ἐνταῦθα τὸ ὄψον τοῦτο), ἐκ δὲ τῆς γῆς τὰ μέταλλα νῦν μὲν σιδήρου, πρότερον δὲ ἀργύρου".* p. 1149, 25 *„φησὶ δ' Ἀριστόβουλος ἐκ τῆς θαλάττης μηδὲν ἀνατρέχειν ὄψον εἰς τὸν Νεῖλον πλὴν κεστρέως καὶ θρίσσης καὶ δελφῖνος διὰ τοὺς κροκοδείλους".*

Sextus Empiricus p. 329, 21 Bekk. *„ὁ γὰρ ἀνατεινόμενος πυρσὸς τισὶ μὲν πολεμίων ἔφοδον σημαίνει, τισὶ δὲ φίλων ἄφιξιν δηλοῖ,*

*καὶ ὁ τοῦ κώδωνος ψόφος οἷς μὲν ὄψου πράσεώς ἐστιν, οἷς δὲ τοῦ δεῖ ῥαίνειν τὰς ὁδούς".*

In fragmento Euripidis apud Athen. p. 640. B. est „*Τί γὰρ ποθεῖ τράπεζα; τῷ δ' οὐ βρίθεται; πλήρης μὲν ὄψων ποντίων, πάρεισι δὲ μόσχων τέρεινχι σάρκες ἀρνεία τε δαίς*". Cf. Polybium XXXIV, 8, 5 „*τὸ δὲ θαλάσσιον ὄψον καὶ κατὰ τὸ πλῆθος καὶ κατὰ τὴν χρηστότητα καὶ κατὰ τὸ κάλλος μεγάλην ἔχει διαφορὰν πρὸς τὸ γινόμενον ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάσσῃ*".

Apud Lucianum in *Διὶ ἐλεγχομένῳ* § 4 duplex scriptura fertur „*ὡς καὶ σὲ αὐτὸν ἀνάσπαστον αἰωροῦσα ἐκ τοῦ ἀτράκτου, καθάπερ οἱ ἁλιεῖς ἐκ τοῦ καλάμου τὰ ἰχθύδια*" et *ὀψάρια*.

Commemoranda putamus quae Coraes de hoc nomine scripsit *ἐν τοῖς Ἀτάκτοις* Vol. I. p. 96 „*Ὄψον ὠνόμαζαν ὅ,τι χρησιμεύει εἰς τροφὴν ἔξω ἀπὸ τὸν ἄρτον, ἤγουν ὅ,τι ὀνομάζομεν τὴν σήμερον Προσφάγιον. Ἔπειτα κατ' ἐξοχὴν ἐδόθη τὸ ὄνομα εἰς τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης, τοὺς ὁποίους διὰ τοῦτο ἐκατήντησαν νὰ ὀνομάζωσιν ὀψάρια ἀπὸ τοὺς χρόνους ἤδη τοῦ Μενάνδρου*" et p. 198 „*Ὀψάριον ὑποκοριστικὸν τοῦ ὄψον. Καὶ τὰ δύο ἐσήμαιναν εἰς τοὺς παλαιούς, ὅ,τι σήμερον ὀνομάζομεν Προσφάγιον, ἤγουν, πλὴν τοῦ ἄρτου, ὅσα τρώγονται μ' αὐτόν. Καὶ ἐπειδὴ οἱ λαίμαργοι φυσικὰ κλίνουν πολὺ πλέον εἰς τὰ προσφάγια παρὰ εἰς τὸν ἄρτον, ἐκ τούτου τὸ ὀψοφάγος κατήντησε νὰ γενῇ συνώνυμον τοῦ λαίμαργος, καὶ τὸ ὄψον ἢ ὀψάριον, νὰ σημαίνῃ ἐξαιρέτως τοὺς ἰχθύας, ὡς ἡδύτερα προσφάγια· ἡ κατάχρησις τῆς λέξεως δὲν εἶνε νέα, ἐπειδὴ εὑρίσκονται εἰς τοὺς κωμικοὺς τῶν ἀρχαίων καὶ τὰ ὀψάρια σημαίνοντα ὡς καὶ εἰς ἡμᾶς σήμερον τοὺς ἰχθύας, οἷον* (Μένανδρ. παρ' Ἀθην. IX. σελ. 285)

*Ἐπιθυμιάσας τῷ Βορέᾳ λιβανίδιον*
ΟΨΑΡΙΟΝ *οὐδὲν ἔλαβον· ἑψήσω φακῆν*".

etiam Vol. V. p. 271 „ΟΨΑΡΙΟΝ, Δ. ΨΑΡΙ, Σ. (poisson) — Ὁ Δ. *Φέρει μαρτυρίαν ἀπὸ τὸν Νικόλαον, πατριάρχην τῆς Κωνσταντινουπόλεως παραγγέλλοντα εἰς Ἀναστάσιον, ἡγούμενον τῆς μονῆς τοῦ Σινᾶ περὶ νηστείας, δὲν ἐξεύρω ποίας, Ὀψάριον καὶ ἔλαιον κατάλυε καὶ μόνον· καὶ ἀπὸ τὸ τυπικὸν τοῦ Σάβα καὶ τὸ* Τριῴδιον: „*Δεῖ εἰδέναι, ὅτι δὶς παρελάβομεν ἐσθίειν ὀψάριον, τῇ ἑορτῇ τοῦ Εὐαγγελισμοῦ καὶ τῆς Βαϊοφόρου", ὡς καὶ σήμερον συνειθίζεται ἡ κατάλυσις τοῦ ὀψαρίου τὰς δύο μόνας ταύτας ἡμέρας τῆς τεσσαρακοστῆς*".

## § 2. Ὄρνις = ἀλεκτορίς.

Athenaeus p. 373. A. „Ὁ Μυρτίλος ἔφη· ἀλλὰ μὴν καὶ ὄρνιθας καὶ ὀρνίθια νῦν μόνως ἡ συνήθεια καλεῖ τὰς θηλείας, ὧν ὁρῶ περιφερόμενον πλῆθος ...., ἀλεκτρυόνας δὲ καὶ ἀλεκτορίδας τοὺς ἄρρενας· τῶν ἀρχαίων δὲ τὸ ὄρνις καὶ ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς λεγόντων ἐπ' ἄλλων ὀρνέων, οὐ περὶ τούτου τοῦ εἰδικοῦ, περὶ οὗ φησιν ἡ συνήθεια ὄρνιθας ὠνήσασθαι. Ὅμηρος μὲν οὖν φησι

ὄρνιθες δέ τε πολλοὶ ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο

καὶ ἀλλαχόθι θηλυκῶς 'ὄρνιθι λιγυρῇ' καὶ

ὡς δ' ὄρνις ἀπτῆσι νεοσσοῖσι προφέρῃσι
μάστακ', ἐπεί κε λάβῃσι, κακῶν δέ τε οἱ πέλει αὐτῇ.

Μένανδρος δ' Ἐπικλήρῳ πρώτῃ σαφῶς τὸ ἐπὶ τῆς συνηθείας φησὶν ἐμφανίζων οὕτως 'ἀλεκτρυών τις ἐκεκράγει μέγα. Οὐ σοβήσετ' ἔξω, φησί, τὰς ὄρνιθας ἀφ' ἡμῶν;' καὶ πάλιν

αὕτη ποτ' ἐξεσόβησε τὰς ὄρνις μόλις".

Et Eustathius dicit in Commentariis ad Homerum p. 1440, 51 „Ἰστέον δὲ ὅτι παρὰ τοῖς παλαιοῖς ὄρνιθες κεῖνται καὶ αἱ εἰδικῶς οὕτω καλούμεναι. Καὶ φέρεται εἰς τοῦτο χρῆσις ἐκ Μενάνδρου εἰπόντος 'ἀλεκτρυών τις ἐκεκράγει μέγα, οὐ σοβήσετ' ἔξω τὰς ὄρνιθας ἀφ' ἡμῶν;"

Galen. Vol. VI. p. 700 „Ὄρνιθας ὀνομαζόντων τῶν παλαιῶν ἁπάντων τὰ πτηνὰ ζῷα καὶ δίποδα, τοῖς νῦν Ἕλλησιν ἔθος ἤδη γέγονε τὰς ὑπ' ἐκείνων ἀλεκτορίδας καλουμένας μόνας οὕτως προσαγορεύειν, ὥσπερ γε καὶ τοὺς ἄρρενας ἀλεκτρυόνας".

Theophrastus, compositis vocabulis ὄρνιθες et ἀλεκτρυόνες dixit ἐν τῷ περὶ Σημείων κτλ. § 17 (σελ. 287 Schneid.) „ὅλως δὲ ὄρνιθες καὶ ἀλεκτρυόνες φθειριζόμενοι ὑδατικὸν σημεῖον". Significat autem nomen ὄρνις ἀλεκτορίδα et apud Athenaeum p. 340. F „Ὄρνιν δ' ἕψων ποτὲ ὁ Ἀνταγόρας οὐκ ἔφη βαδιεῖσθαι εἰς τὸ βαλανεῖον, εὐλαβούμενος μήποτε οἱ παῖδες τὸν ζωμὸν ἐκροφήσωσι. Φιλοκύδους δ' εἰπόντος ὅτι ἡ μήτηρ τηρήσει, ἐγὼ οὖν εἶπε, τῇ μητρὶ ὀρνίθειον ζωμὸν πιστεύσω;" et in fabulis Aesopi CXI (p. 57 Halm.) „Γυνή τις χήρα ὄρνιν εἶχε καθ' ἑκάστην ἡμέραν ᾠὸν αὐτῇ τίκτουσαν. Νομίσασα δὲ, ὡς, εἰ πλείους τῇ ὄρνιθι κριθὰς παραβάλοι, δὶς τέξεται τῆς ἡμέρας, τοῦτο πεποίηκεν. Ἡ δ' ὄρνις πιμελὴς γενομένη οὐδ' ἅπαξ τεκεῖν ἠδύνατο.

In Rufi verbis apud Oribasium Vol. I. p. 545 Dar. fertur

„ὄψοις δὲ κρέασιν ἐρίφων καὶ ἀρνῶν καὶ χοίρων καὶ ὄρνισιν ἀλεκτορίσι καὶ ἀτταγῆσι καὶ πέρδιξι καὶ χησὶ καὶ νήσσαις", invenitur vero et scriptura „καὶ ὄρνισι καὶ ἀλεκτορίσι" et „καὶ ὀρνίθων ἀλεκτορίδων. Forsitan quispiam putet scriptum esse a Rufo ὄρνισι, postea additum autem ἀλεκτορίσι ab eo qui vellet interpretando apertiorem rem facere.

Sciendum autem addi nonnumquam nomini ὄρνις adiectivum κατοικίδιος, e. g. Clemens Alexandrinus Vol. II. p. 258, 15 Dind. „καὶ αἱ κατοικίδιοι δὲ ὄρνιθες συνεχῶς ταῦτα σιτούμεναι ἄτοκοι γίνονται". Longus Ποιμεν. III, 6 „τῆς δὲ αὐλῆς προῆλθεν οὐδείς, οὐκ ἀνήρ, οὐ γύναιον, οὐ κατοικίδιος ὄρνις, ἀλλὰ πάντες τῷ πυρὶ παρμένοντες ἔνδον κατεκέκλειντο". Alexander Aphrodisiensis Προβλ. Α, 1 (Φυσικ. καὶ Ἰατρ. Ἑλλ. Μικρ. Vol. I. p. 4, 22 Id.) „καὶ λέων ἀλεκτρυόνα δέδοικε μόνος, ὄρνις δὲ κατοικίδιος ᾠὸν τεκοῦσα τοῖς κάρφεσιν ἑαυτὴν ἀποκαθαίρει πανταχόσε τοῦ σώματος". Dicitur etiam in Schol. Hippocr. et Galen. Vol. I. p. 299 „τοὺς κατοικιδίους ὄρνεις φησὶ καὶ τοὺς φασιανούς" et Geopon. I. 3 (p. 8, 12 Teubn.) „καὶ κατοικίδιοι ὄρνιθες πυκνῶς κονιώμεναι etc." Aratus dixit ἐν τοῖς Φαινομένοις vs. 920 „καὶ τιθαὶ ὄρνιθες, ταὶ ἀλέκτοροσ ἐξεγένοντο etc.", in quem locum hoc est σχόλιον „τὰς κατοικιδίους ὄρνιθας λέγει· ἐδήλωσε γὰρ εἰπὼν αἵτινες ἐκ τοῦ ἀλέκτορος ἐγένοντο· τιθαὶ δὲ λέγονται αἱ ἥμεροι καὶ πραεῖαι" (V. Schneid. in edit. Theophrasti Vol. IV. p. 729).

Postremo commemoro quae Coraes scripsit ἐν Ἀτάκτοις Vol. IV. p. 372 „ΟΡΝΙΘΑ, Σ. Δ. Τὸ Ὄρνις Ἑλλ. (ὅθεν τὸ Ὄρνιθα) εἰς τοὺς παλαιοὺς ἐσήμαινε γενικῶς τὰ πετεινὰ (oiseau). Ἀλλ' ἔπειτα εἰδικώτερον ἐσήμανε καὶ τὴν Κότταν (poule), Ἀλεκτορίδα Ἑλλ. Εἰς τοῦ Μενάνδρου τοὺς χρόνους καὶ αὐτοὶ οἱ Ἀττικοὶ τὴν ὠνόμαζαν Ὄρνιθα καὶ Ὀρνίθιον (Ἀθην. IX, σελ. 373).

## § 3. Πρόβατον — πρόβατα = οἶς — οἶες.

Cratinus Fragm. 43 Kock. „ὁ δ' ἠλίθιος, ὥσπερ πρόβατον, βῆ βῆ λέγων βαδίζει".

Aristophanes diminutiva forma προβάτια usus dixit Εἰρ. 535 et Ἀποσπ. 387, 5 Kock. „προβατίων βληχωμένων" et Πλούτ. 293 „βληχώμενοί τε προβατίων αἰγῶν τε κιναβρώντων μέλη" (Schol. „Τὸ βληχᾶσθαι ἐπὶ προβάτων· συνάπτεται (γὰρ) πρὸς τὸ προβατίων").

Phrynichus dixit *ἐν τῇ Σοφιστικῇ Προπαρασκευῇ* p. 33, 5 „*Τῶν μὲν οὖν ἡ φωνὴ γρυλισμός, προβάτων δὲ βληχή, αἰγῶν δὲ καὶ ἐλάφων μηκή, βοῶν δὲ μυκηθμός ἢ μύκησις, ἵππων δὲ χρεμετισμός, λύκων δὲ ὠρυγή τε καὶ ὠρυγμός. Τὰ δὲ ῥήματα μηκᾶται αἲξ καὶ ἔλαφος, βληχᾶται πρόβατον καὶ ἀκολούθως*". Cf. Hesych. „*βληχήσασθαι: ὡς πρόβατα βοῆσαι*" et Suid. „*Βληχᾶσθαι γὰρ τὸ τὰ πρόβατα ποιᾷ κεχρῆσθαι φωνῇ*" et Herodian. post Lex. Vindobon. p. 313 Nauck. E verbo *βληχᾶσθαι* fictum est *βλήχημα* et *βληχηθμός*. Hesychius „*Βληχήματα: βοαὶ προβατώδεις*" et Suidas „*Βληχή καὶ βληχήματα: φωναὶ προβάτων*" (Vid. Contus *ἐν Ἐφημερίδι Φιλομαθῶν* 1878 p. 242 etc.).

Asopius scribit *ἐν τῇ Εἰσαγωγῇ εἰς τὴν Ἑλλην. Σύνταξιν* p. 651, § 57 „*Κατ' αὐτὸν τὸν τρόπον ὠνομάσθησαν κατ' ἀρχὰς πρόβατα ὅλα τὰ τετράποδα ζῷα, ὡς διὰ τῆς προτάσεως καὶ κινήσεως τῶν ποδῶν εἰς τὰ ἐμπρὸς βαίνοντα κατὰ διαφορὰν τῶν ἑρπετῶν, νηκτῶν καὶ πτηνῶν. Ἔπειτα δὲ περιωρίσθη ἡ λέξις εἰς τὰ κυρίως πρόβατα*".

De usu vocabuli *πρόβατα* ad significanda omnia animalia quae pascuntur agit Galenus Vol. XVIII. ι. p. 356 „*Πρόβατα νῦν εἶπε τὰ βοσκήματα, καθάπερ ἐν τῷ περὶ ἱερῆς νούσου γέγραπται κατὰ λέξιν οὕτως· οὐκ ἔστιν ἄλλο πρόβατον οὐδὲν ἢ βόες καὶ αἶγες. Καὶ τὸ παρὰ τῷ ποιητῇ τοιοῦτόν ἐστιν, ἔνθα φησὶ*

*πολλά τέ οἱ προβατ' ἐστί·*

*βούλεται γὰρ ἀγέλας βοσκημάτων δηλοῦν. Ἐχρήσαντο καὶ ἄλλοι οὕτως τῶν παλαιῶν τῇ φωνῇ*". Et Eustathius dicit in commentariis ad Homerum p. 877 „*Προσθετέον δ' ἀναγκαίως ἐνταῦθα καὶ τὰ τοῦ γραμματικοῦ Ἀριστοφάνους, ἔχοντα οὕτω πως· αἰπόλων καὶ συβωτῶν καὶ τῶν ἄλλων γενῶν ὁ νομεύς· οὕτω δὲ καὶ ποιμένων, οἳ καὶ προβατεῖς καλοῦνται ...... Δοκεῖ δέ μοι, φησίν, ὁ ποιητὴς ἐν τῷ κειμήλιά τε πρόβασίν τε καὶ τὴν τῶν ἄλλων τετραπόδων βοσκημάτων κτῆσιν πρόβασιν καλεῖν οὐ μὴν μόνων τῶν κοινῶς λεγομένων προβάτων. Εἶτά φησιν ὡς καὶ Πίνδαρός που τὰς τοῦ Διομήδους ἵππους πρόβατα καλεῖ, τὴν φάτνην αὐτῶν λέγων προβάτων τράπεζαν. Οὕτω δέ που, φησί, καὶ ἐπὶ τοῦ Πηγάσου ποιεῖ. Προφέρει δὲ Σιμωνίδου χρήσεις, ἐν αἷς βοῦν ἄρρενα ὁτὲ μὲν ταῦρον, ὁτὲ δὲ μᾶλον, ἤγουν μῆλον, ὁτὲ δὲ πρόβατον ἐκεῖνος ὀνομάζει, καί τινα χρῆσιν ἑτέραν ταύτην· μῆλα, βόας κεραοὺς καὶ ὄϊς καὶ πίονας αἶγας*". Cf. p. 1649, 2. Legenda sunt quae Nauckius

exposuit in collectione fragmentorum Aristophanis Byzantii p. 197 etc. et Valckenarius in Annotationibus ad Herodotum p. 437 Gaisf. et Baerius in secunda editione Herodoti Vol. I. p. 276.

Adnotandum denique in recentiorum Graecorum vulgari sermone vocabulum πρόβατον poni propria quoque vi. Fictum vero est in eo sermone diminutivum nomen προβατάκι et femininum προβατίνα, cui opponitur vocabulum ἀρνάδα. Hoc etiam animadvertendum pro προβάτειος in quotidiano sermone poni vocabulum πρόβειος, de quo vid. Thesaurum Stephani Vol. VI. p. 1656. B.

(*Continuabuntur*).

---

PLUTARCHUS.

Quom. adol. 24 E. Puer qui didicit voce q. e. ἀρετή modo *ipsam virtutem* significari, modo *virtutis praemium*, cum versum audierit qualis hic est

Ζεὺς δ' ἀρετὴν ἄνδρεσσιν ὀφέλλει τε μινύθει τε

non continuo putabit ἐπὶ τῇ τύχῃ κεῖσθαι τὴν αὐτοῦ φρόνησιν αὔξειν ἢ κολούειν.

Non de uno puero hic agitur, sed de omnibus mortalibus. Lege ergo ἀνθρώπου (ανου).

Quom. adol. 33 C. Antisthenes τοὺς Ἀθηναίους ἰδὼν θορυβήσαντας ἐν τῷ θεάτρῳ

τί δ' αἰσχρὸν εἰ μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκεῖ;

statim alium versum opposuit:

αἰσχρὸν τό γ' αἰσχρόν, κἂν δοκῇ κἂν μὴ δοκῇ.

Nimirum in theatro illa res peracta est! Sed hoc sponte quivis intelligit. Et cetera non cohaerent. Deleto ergo θεάτρῳ lege ἐπί pro ἐν.

J. J. H.

# NOVAE CURAE CRITICAE MORALIUM PLUTARCHI (ED. BERN.).

Cf. Mnem. vol. XVIII, XIX, XXI, XXII.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.



P. 45 C. *καθέδρα τε τις ἄθρυπτος καὶ ἀκλινὴς ἐν ὀρθῷ σχήματι καὶ πρόσβλεψις αὐτῷ τῷ λέγοντι καὶ τάξις ἐνεργοῦ προσοχῆς καὶ προσώπου κατάστασις καθαρὰ κτέ.*

Pro *τάξις* vix recte *ἕξις* proposuit Dübner. Expectatur potius *δεῖξις* aut *πάρεξις*.

P. 48 C. Locum hunc lacunosum ope loci 50 A sic fere explendum suspicor: *ὥσπερ οὖν εἴ τις ἐκ* (l. *ἐν*) *γειτόνων πυρὸς δεόμενος, εἶτα πολὺ καὶ λαμπρὸν εὑρὼν αὐτοῦ καταμένοι διὰ τέλους θαλπόμενος, οὕτως εἴ τις ἥκων λόγου μεταλαβεῖν πρὸς ἄλλον οὐκ οἴεται δεῖν φῶς οἰκεῖον ἐξάπτειν καὶ νοῦν ἴδιον, ἀλλὰ χαίρων τῇ ἀκροάσει κάθηται θελγόμενος, οἷον ⟨τὰ ψευδόχρυσα ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ⟩ ἔρευθος καὶ γάνωμα, ἕλκει ⟨μὲν⟩ τὴν δόξαν ἀπὸ τῶν λόγων, τῶν δ' ἐντὸς εὑρῶτα τῆς ψυχῆς καὶ ζόφον οὐκ ἐκτεθεράπευκεν* (Emperius pro *ἐκτεθέρμαγκεν*) *οὐδ' ἐξέωκε διὰ φιλοσοφίας.*

P. 51 F. *ψέγων μὲν οἷς ἐκεῖνον αἰσθάνεται πράγμασι .... ἐπαινέτης δὲ τῶν ἀρεσκόντων οὐ μέτριος .... βεβαιῶν δὲ τὸ φιλοῦν καὶ τὸ μισοῦν ὡς κρίσει μᾶλλον ἢ πάθει γιγνόμενον.*

In altero *δέ* iam recte haesit Larsen, quod tamen non delendum, sed in *δή* mutandum videtur.

P. 54 C. De adulatore quaecumque faciat dicatve amicus in

maius affirmante dicitur: '*ἀκαίρως*' *Φησὶν* '*ἐγέλας, ἐγὼ δ' ἐξέθνησκον ὑπὸ τοῦ γέλωτος*'.

Imo vero: '*εὐκαίρως*'.

P. 56 E. *τὴν Πτολεμαίου θηλύτητα καὶ θεοληψίαν καὶ ὀλολυγμοὺς καὶ τυμπάνων ἐγχαράξεις εὐσέβειαν ὀνομάζων καὶ θεῶν λατρείαν.*

Si quis mecum non intellegit *ἐγχαράξεις*, rescribito *τυμπάνων συναράξεις*, tympanorum *compulsationes*. Contra infra p. 501 E *τὸν .... συνηραγμένον ὄχλον* olim correxi *συντεταραγμένον*.

P. 61 F. *ἀεὶ γὰρ* (adulator) *ὑΦορμεῖ τινι πάθει* (amici) .... '*ὀργίζῃ;*' *κόλασον.* '*ἐπιθυμεῖς;*' *ὤνησαι.* '*Φοβῇ;*' *πίστευσον.*

Manifesto sententia postulat ipsum contrarium *ἀπίστησον*.

P. 69 E. Necessario negatio sic inserenda verbis: *Ἐν τίσιν οὖν σΦοδρὸν εἶναι δεῖ τὸν Φίλον ...; ὅταν ἡδονῆς ἢ ὀργῆς ἢ ὕβρεως ἐπιλαβέσθαι Φερομένης οἱ καιροὶ παρακαλῶσιν ἢ ⟨μὴ⟩ κολοῦσαι Φιλαργυρίαν ἢ ἀπροσεξίαν ἀνασχεῖν* (i. e. *cohibere*) *ἀνόητον.*

Haplographia eadem vocula intercidit infra p. 172 F extr., ubi sententia, ut olim Mnem. XVIII 375 monui, flagitat *Φήσας ⟨μὴ⟩ μετρίως ἔχειν.*

P. 72 B. *ὅθεν οὐχ ἁπλῶς ὁ Φοῖνιξ ἐνέβαλε τὰ περὶ αὑτὸν ἀτυχήματα.*

Nonne requiritur *οὐκ ἄλλως*, *non temere, sine causa*?

P. 82 F. *Πύρρωνα δέ Φασι πλέοντα καὶ κινδυνεύοντα χειμῶνι δελΦάκιόν τι δεῖξαι χρώμενον ἀσμένως κριθαῖς παρεγκεχυμένοις.*

Lege *παρεΚκεχυμένοις*, i. e. *elapsis* (vasibus vi tempestatis et fluctuum).

P. 87 F. *καὶ μὴν τοὺς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίτας ὁρῶμεν ἐκλελυμένους καὶ ἀπροθύμους καὶ οὐκ ἀκριβῶς πολλάκις ἀγωνιζομένους ἐν τοῖς θεάτροις ἐΦ' ἑαυτῶν· ὅταν δ' ἅμιλλα καὶ ἀγὼν γένηται πρὸς ἑτέρους, οὐ μόνον αὑτοὺς ἀλλὰ καὶ τὰ ὄργανα μᾶλλον συνεπιστρέΦουσι, χορδολογοῦντες καὶ ἀκριβέστερον ἁρμοζόμενοι κτέ.*

Manifesto in ipso certamine musicis iam non est otium *elegendi chordas*, sed corrigendum *χορδοτονοῦντες*, *chordas tendentes*. Cf. lexica s. vv. *χορδοτόνος* et *χορδοτονία*.

P. 96 A. *μὴ πολλοὺς ποιεῖσθαι φίλους μηδὲ πολύκοινον μηδὲ πάνδημον ἀσπάζεσθαι φιλίαν καὶ πρὸς ἐναντίην ἢ μετὰ πολλῶν παθῶν εἰσιοῦσαν, ὧν τὸ μὲν συναγωνιᾶν καὶ συνάχθεσθαι καὶ συμπαθεῖν καὶ συγκινδυνεύειν, πάνυ δύσοιστον τοῖς ἐλευθέροις καὶ γενναίοις ἐστί.*

Non magis quam haec intellego editoris coniecturam *πρὸς ἑαυτὴν μετὰ — εἰσιοῦσαν*. Sequentia *ὧν κτέ.* suadere videntur *πρὸς ἀνάντη μετὰ — ἰοῦσαν*, *in acclivia* (i. e. aspera) *tendentem.*

P. 121 E. *περιέχει δὲ καὶ* (oratio mea consolatoria) *τὴν πρὸς τὸν θεοφιλέστατον υἱόν σου Ἀπολλώνιον πρέπουσαν τιμήν, ποθεινοτάτην οὖσαν τοῖς ἀφιερωθεῖσι, τὴν διὰ τῆς ἀγαθῆς μνήμης καὶ τῆς ἀδιαλείπτου πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον εὐφημίας.*

Vix dubito quin Plutarchus dederit *ἀφηρωσθεῖσι*, i. e. *defunctis.*

Vol. II p. 351 E. *Διὸ θειότητος ὄρεξίς ἐστιν ἡ τῆς ἀληθείας μάλιστα δὲ τῆς περὶ θεῶν ἔφεσις, ὥσπερ ἀνάληψιν ἱερῶν τὴν μάθησιν ἔχουσαν καὶ τὴν ζήτησιν.*

Vera lectio videtur *ἄναψιν.*

P. 370 B. *ἄλλους δὲ ποιήσας* (Oromasdes) *τέσσαρας καὶ εἴκοσι θεοὺς εἰς ᾠὸν ἔθηκεν, οἱ δ' ὑπὸ τοῦ Ὀρειμανίου γενόμενοι καὶ αὐτοὶ τοσοῦτοι διατρήσαντες τὸ ᾠὸν γανωθέν, ὅθεν ἀναμέμικται τὸ κακὸν τοῖς ἀγαθοῖς.*

Pro corrupto *γανωθέν* Dübnerum secutus Bernardakis dedit *γαν ** ὅθεν*, coniciens *ἄνωθεν ⟨ἐξήγαγον ἐκείνους⟩ ὅθεν*, parum probabiliter, quippe quae pugnent cum ipsis sequentibus, quae suadent *παρ⟨εισῆλθον⟩. ὅθεν ἀναμέμικται τὸ κακὸν τοῖς ἀγαθοῖς*, unde saltem egregia prodit sententia.

Vol. III. p. 398 E. *ἐκρήξεις πυρὸς ὀρείου καὶ ζέσεις θαλασσίας καὶ πετρῶν καὶ φλεγμονῶν ὑπὸ πνεύματος ἀναρρίψεις κτέ.*

Vox medica *φλεγμονή*, *inflammatio*, adhibita de *flammis*, suspecta mihi est admodum. Iure expectamus aut *φλεγμάτων* aut *φλογμῶν.*

P. 402 C. *περιελθόντες οὖν ἐπὶ τῶν μεσημβρινῶν καθεζόμεθα κρηπίδων τοῦ νεὼ πρὸς τὸ τῆς Γῆς ἱερὸν τό θ' ὕδωρ ** ἀποβλέποντες.*

In cod. E lacuna est octo litterarum. An fuit *Κασταλίας*?

P. 403 A. *εἴ γε Θαλῆς ἐποίησεν ὡς ἀληθῶς εἰπεῖν τὴν εἰς αὐτὸν ἀναφερομένην Ἀστρολογίαν.*

Vix genuinum videtur praeter morem additum *εἰπεῖν.*

P. 461 A. *ὡς ἐκεῖνος ὁ βουλόμενος τύπτειν τὸν ὀνηλάτην, εἶτ' ἀνακραγόντος ὅτι Ἀθηναῖός εἰμι, 'σὺ δὲ μὲν οὐκ εἶ Ἀθηναῖος' τὸν ὄνον λέγων ἔτυπτε καὶ πολλὰς ἐνεφόρει πληγάς.*

Scripserim: *σὺ δέ γ' οὐκ εἶ Ἀθηναῖος*, *at tu saltem non es Atheniensis.*

P. 406 E extr. *ἀπέπαυσε δὲ τὴν Πυθίαν ὁ θεὸς πυρικάους μὲν ὀνομάζουσαν τοὺς αὑτῆς πολίτας.*

Quantocius revocanda vetus lectio *πυρκόους.*

P. 409 C. *ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἄλλως ὅτι τηλικαύτην καὶ τοσαύτην μεταβαλεῖν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ γενέσθαι δι' ἀνθρωπίνης εὐλαβείας, μὴ θεοῦ παρόντος ἐνταῦθα καὶ συνεπιθεάζοντος τὸ χρηστήριον.*

Corrigendum arbitror: *ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἄλλως οἷόν τε .... ἢ θεοῦ παρόντος κτέ.*

P. 419 E. *Ὁ δὲ Δημήτριος ἔφη τῶν περὶ τὴν Βρεττανίαν νήσων εἶναι πολλὰς ἐρήμας σποράδας, ὧν ἐνίας δαιμόνων καὶ ἡρώων ὀνομάζεσθαι.*

Si sincerum crederem *ὀνομάζεσθαι*, ante *δαιμόνων* additum mallem *ἀπό*, sed genuina lectio videtur, quod passim a librariis cum eo confunditur, *νομίζεσθαι.* Ita v. c. infra p. 600 F requiritur *μᾶλλον δὲ νομίζεται καὶ καλεῖται* pro *δ' ὀνομάζεται.*

P. 442 A. *ἕτερον δὲ παθητικὸν καὶ ἄλογον καὶ πολυπλανὲς καὶ ἄτακτον ἐξ ἑαυτοῦ δεόμενον.*

Sub corrupto *ἐξ ἑαυτοῦ* neque *ἐξάρχου* neque *ἐξουσιαστοῦ* latere puto cum Bernardaki, sed *ἐξεταστοῦ*, quo nihil est aptius nec facilius ad intellegendum, ut taceam corruptelae facilitatem. Cf. p. 483 B extr.

P. 460 EF. *οὐ δεῖ δὲ ταῦτα περιμένειν τὸν ὀργιζόμενον, ἀλλὰ τὸ τοῦ Διογένους 'οὗτοί σου καταγελῶσιν, ὦ Διόγενες, ἐγὼ δ' οὐ καταγελῶμαι' λαμβάνειν ἐν ἑαυτῷ, καὶ καταφρονεῖσθαι καὶ νομίζειν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκείνου καταφρονεῖν, ὡς δι' ἀσθένειαν ἢ πλημμέλειαν ἢ προπέτειαν ἢ ῥᾳθυμίαν ἢ ἀνελευθερίαν ἢ γῆρας ἢ νεότητα πλημμελοῦντος.*

Sub πλημμέλειαν, quod labem tulisse videtur e sequenti πλημμελοῦντος, nescio an delitescat δυσμένειαν. Expungebat Stegmann.

P. 463 A. καὶ πηλόν, ὥς τις εἶπεν, οἴνου καὶ σπαράγματα στεφάνων.

Comici nescio cuius versus videtur sic digerendus:

καὶ πηλὸν οἴνου καὶ στεφάνων σπαράγματα.

Silet editor, neque exstat in Meinekii et Kockii fragmentorum comicorum collectionibus.

P. 469 E extr. καὶ λέγειν ἔξεστι καὶ πράττειν καὶ σιωπᾶν καὶ σχολάζειν.

Naturalis verborum ordo hic est: κ. λ. ἔ. καὶ σιωπᾶν καὶ πράττειν καὶ σχολάζειν.

P. 470 B. τοὺς ὑποδεεστέρους ἀποθεωρεῖν καὶ μή, καθάπερ οἱ πολλοί, πρὸς τοὺς ὑπερέχοντας ἀντιπαρεξάγουσιν.

Wyttenbachii correctio ἀντιπαρεξάγειν non sufficit, quia hoc verbum *comparandi* notione caret. Iure expectamus ἀντιπαρεξετάζειν ⟨ἑαυτούς⟩.

Ibidem C. κλαίων ὅτι μὴ φορεῖ πατρικίους.

Nihil opus esse ut cum Madvigio substituatur καλτίους confirmat locus similis p. 465 A ὡς οὔτε ποδάγρας ἀπαλλάττει πατρίκιος κτἑ.

P. 472 F. νῦν δὲ τὴν ἄμπελον σῦκα φέρειν οὐκ ἀξιοῦμεν οὐδὲ τὴν ἐλαίαν βότρυς.

Simillimus est locus evangelii Matthaei VII 16.

P. 475 B. οὐκ ἄχρηστόν ἐστι πρὸς ταῦτα μὲν ἔχειν ἀεὶ τὸ Μενάνδρου πρόχειρον·

οὐδὲν πέπονθας δεινόν, ἂν μὴ προσποιῇ.

τί γὰρ πρός σε ἐστι, φησίν, ἂν μὲν μήτε σαρκὸς ἅπτηται μήτε ψυχῆς;, οἷόν ἐστι δυσγένεια πατρὸς ἢ μοιχεία γυναικὸς ἢ στεφάνου τινὸς ἢ προεδρίας ἀφαίρεσις.

Iniuria Bernardakis carpit fragmentorum Menandri collectores non curantes verba versum excipientia, quae etiam e poeta sumta existimat. Optime enim ipsius philosophi esse intellexerunt, ut arbitror. Vocula autem φησιν aut interpreti reddenda est aut refingenda in φημί vel φήσομεν.

P. 484 D. τῷ μὲν οὖν ὑπερέχοντι παραινέσειεν ἄν τις πρῶτον μὲν οἷς δοκεῖ διαφέρειν, ταῦτα κοινὰ ποιεῖν τοῖς ἀδελφοῖς, συνεπικοσμοῦντα τῇ δόξῃ καὶ συνεισποιοῦντα ταῖς φιλίαις· κἂν λέγειν δεινότερος ᾖ, χρῆσθαι παρέχοντα τὴν δύναμιν, ὡς ἐκείνου μηδὲν ἧττον οὖσαν.

Neminem, qui hoc agat, potest latere Plutarchum scripsisse aut τῷ ἀδελφῷ aut, quod praetulerim, ἐκείνων.

P. 494 F. Quod Mnem. XIX p. 287 observavi perperam dici gallinarum pullos ἐπιβαίνειν τῶν νώτων matrum suarum (quod sit avium aquatilium proprium) fortasse non tribuendum ipsius Plutarchi errori sed librariorum neglegentium verba καὶ τὰς νήττας, quae ille post τὰς δ' ἀλεκτορίδας inseruerit.

P. 498 B. οἱ δὲ νῦν ἄλυποι καὶ πρακτικοὶ δοκοῦντες εἶναι μηδενὸς καλοῦντος ὠθοῦντες δι' αὐτῶν ἐπὶ τραχήλου εἰς αὐλὰς καὶ προπομπὰς καὶ θυραυλίας ἐπιπόνους κτέ.

Annotat editor: ἄλυποι] ex praegresso ἄλυπον ortum; quid lateat incertum. αὐλικοὶ Amyotus.

Infelicissimam esse hanc Amyoti coniecturam fallet neminem, quia δεξιοί similisve notio expectatur, nec sane e tradita voce alia refingi potest similis, quae satisfaciat. At vix credo aliud sub ea latere vocabulum, sed aut fallor aut, cum ἄλυπον miro librarii errore repetitum esset, corrector adiecta copula inde fecit ἄλυποι. Quibus deletis plane sufficiunt verba οἱ δὲ νῦν πρακτικοὶ δοκοῦντες εἶναι κτέ.

P. 510 F. καθάπερ γὰρ οἱ Κελτίβηρες [ἐκ] τοῦ σιδήρου τὸ στόμωμα ποιοῦσιν, ὅταν κατορύξαντες εἰς τὴν γῆν τὸ πολὺ καὶ γεῶδες ἀποκαθήρωσιν, οὕτως ὁ Λακωνικὸς λόγος οὐκ ἔχει φλοιόν, ἀλλ' εἰς αὐτὸ τὸ δραστήριον ἀφαιρέσει τοῦ περιττοῦ διωκόμενος στομοῦται.

Itane vero? Num Celtiberes ferrum, e terra effossum, denuo terra tegebant, ut scilicet purgarent partibus terrenis? Quis quaeso haec intelleget?

Non possum quin audacter reponam ὅταν ἐξορύξαντες ἐκ τῆς γῆς τὸ πολὺ γεῶδες ἀποκαθήρωσιν, abiecta vocula καί.

P. 520 D. τῶν πρώτων ἀναμιμνησκέτωσαν ἑαυτοὺς ὅτι χάριν καὶ ὄνησιν οὐδεμίαν ἤνεγκεν.

Aliquanto melius intellegam *τῶν προεγνωσμένων*, coll. ibid. A *ἡ τῶν προεγνωσμένων ἀνάμνησις*.

P. 526 A. *Ἀλλὰ νὴ Δία, φήσει τις ὅτι παισὶν οὗτοι καὶ κληρονόμοις φυλάττουσι καὶ θησαυρίζουσι.*

Non delendum est *ὅτι* cum Stegmanno, sed procul dubio corrigendum: *Ἀλλὰ νὴ Δία, φήσει τις, ⟨οὔ⟩ τι παισὶν .... θησαυρίζουσι*; ut sit qaaestio, cui ipse scriptor respondet.

Ibidem E. *οὐ κολοφὼν οὐ σφαῖρα οὐ τραχηλισμὸς οὐκ Ἀκαδήμεια καὶ Λυκεῖον, κτέ.*

Nusquam alibi *κολοφών* commemoratur in ludis athleticis, passim vero *κώρυκος*, quod tamen propter gravem dissimilitudinem proponere non audeo. Monere sufficiat vocem *κολοφών* significantem libri finem librariis esse notissimam itaque facile pro ignotiore potuisse substitui.

P. 532 C. *ὥσπερ οἱ Πυθαγορικοὶ παρεφύλαττον ἀεὶ μηδέποτε τῷ δεξιῷ μηρῷ τὸν εὐώνυμον ἐπιτιθέναι μηδὲ τὸν ἄρτιον ἀντὶ τοῦ περιττοῦ λαβεῖν, τῶν ἄλλων ἐπ' ἴσης ἐχόντων.*

Requiro aut *τὸ ἄρτιον* aut *τὸν ἄρτιον ⟨ἀριθμὸν⟩*.

P. 541 D. *Θεμιστοκλῆς ... ὁπηνίκα τοὺς Ἀθηναίους ἑώρα μεστοὺς ὄντας αὐτοῦ καὶ περιορῶντας, οὐκ ἐφείδετο λέγειν 'τί, ὦ μακάριοι, κοπιᾶτε ...;'*

Graece verba *περιορᾶν, παρορᾶν, ὑπερορᾶν* sic differunt, ut primum significet *sinere* (= *ἐᾶν*), secundum *neglegere*, tertium *contemnere*, sed saepius confunduntur a librariis. Huius vero loci est *ὑπερορῶντας*.

P. 546 B. *πρῶτον γὰρ ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπαίνοις ... τὸ φιλότιμον ἐξανθεῖ τὴν περιαυτολογίαν· καί τις αὐτὸ καταλαμβάνει δακνόμενον καὶ γαργαλιζόμενον οἷον ἐπὶ κνησμοῦ δυσκαρτέρητος ἐπιθυμία καὶ ὁρμὴ πρὸς δόξαν.*

Pronomen *αὐτό* referri solet ad *τὸ φιλότιμον*, sed vide quanto melius sententia procedat, si pro eo substitueris *ἄνδρα*.

P. 565 B extr. *οὐλαὶ δέ καὶ μώλωπες ἐπὶ τῶν παθῶν ἑκάστου τοῖς μὲν μᾶλλον ἐμμένουσι τοῖς δ' ἧσσον.*

Corrigendum: *ἀπὸ τῶν παθῶν*.

P. 566 A. *ὅθεν οὐδὲ διατρίβειν βουλόμενον εἴα τὸν Θεσπέσιον.*

In Mnem. XIX, 290 corrigebam *οὐ*, sed hodie ambigo utrum ita legendum sit an *οὐ δή*, quod aeque aptum.

P. 610 B. *πολὺ γὰρ ἀμβλύνεται καὶ χαλᾶται, ὥσπερ [ἐν] εὐδίᾳ κῦμα, τῇ γαλήνῃ τοῦ σώματος διαχεομένου.*

Deleo vitiosam praepositionem dittographia natam ex praegresso aut sequenti syllaba.

Vol. IV. p. 645 F extr. *εἰ δέ τις ἀφ' αὐτοῦ βαδίζοι, τούτῳ δεῖ τὴν θύραν κεκλεῖσθαι.*

Syntaxis poscit *βαδίζει*.

P. 655 A. *τὸν δὲ* (sobrium surgentem mane ad labores quotidianos circumsonant) *κτύποι ῥαιστήρων καὶ τρισμοὶ πριόνων καὶ τελωνικῶν ἐπορθριασμοὶ κεκραγμῶν.* Iam olim in Mnemos. XXI p. 101 monui corruptum videri *τελωνικῶν*. Expectatur *καπηλικῶν* vel *ἐμπολητικῶν* vel aliquid simile, nulli enim audiebantur *publicanorum,* ut opinor, mane clamores, sed *venditorum* in foris et fortasse, ut hodie, per plateas incedentium et alta voce laudantium venales quas vellent protrudere merces.

P. 632 B init. Sententia flagitat: *κλέπτῃ δ' ⟨ἂν⟩ ἀνθυπάθῳ λοιδόρημα καὶ ὄνειδος ἦν,* nam Quietus, homo iustus et innocens, Aufidii Modesti iocum aequo animo ferebat, quod non *fecisset* si proconsul rapax e provincia rediisset.

P. 655 A. *λήγει δὲ Κύπρις θαλίαι τε νέων,*
*οὐδέ τι θύρσος φύλλα Βακχίου.*

In ingeniosa Nauckii coniectura *θύσθλα τ' Ἰάκχου* displicet tamen abundantia. Mihi venit in mentem

*οὐδ' ἔτι θύρσος φιλόβακχος* sive *φιλοβάκχειος.*

P. 681 B. *αἱ γὰρ ἀντιβλέψεις τῶν ἐν ὥρᾳ καὶ τὸ διὰ τῶν ὀμμάτων ἐκπῖπτον, εἴτ' ἄρα φῶς εἴτε ῥεῦμα, πρὸς ἐρῶντας ἐκτήκει καὶ ἀπόλλυσι μεθ' ἡδονῆς ἀλγηδόνι μεμιγμένην, ἣν αὐτοὶ γλυκύπικρον ὀνομάζουσιν.*

Aperte alluditur ad notissimum Sapphonis carmen. Noli tamen propterea pro *αὐτοὶ* conicere *ποιηταί*, nam saucia amore *ipsa* Sappho amorem vocavit *γλυκύπικρον ἀμάχετον ὄρπετον.*

P. 685 C. *διὸ καὶ τῶν Στωικῶν ἔνιοι* (ex Heracliti, opinor, sententia, quem in physicis sequebantur) *τὴν ΤΝ σάρκα νεκρὰν*

γεγονέναι λέγουσι, τῆς ψυχῆς, ὥσπερ ἁλῶν, παρεσπαρμένην ὑπὲρ τοῦ διαμένειν.

Pro ὗν correctum oportere ⟨π ᾶ σ⟩α ν fidem faciet Heracliti dictum p. 669 A: κρέας δὲ π ᾶ ν νεκρόν ἐστι καὶ νεκροῦ μέρος· ἡ δὲ τῶν ἁλῶν δύναμις, ὥσπερ ψυχὴ παραγενομένη, χάριν αὐτῷ καὶ ἡδονὴν προστίθησιν.

Sine controversia neutiquam agitur de suilla aliave carne, sed de omni animali, praesertim vero humana.

P. 692 F. καὶ ψέγεις τὴν κάθαρσιν ὥσπερ χολημεσίαν, δι' ἧς τὸ βαρὺ καὶ μεθυστικὸν ἀφιεὶς καὶ νοσῶδες ἐλαφρὸς καὶ ἄ ν ε υ ὀ ρ γ ῆ ς ἀναμίγνυται ἡμῖν, κτέ.

Offensioni est in Plutarcho gravis hiatus, quem facile vitare potuit scribendo ἄ ν ο ρ γ ο ς, cuius adiectivi fortasse hodie legimus glossema.

P. 741 C. οὐδὲν γὰρ οἱ τοιοῦτοι σ τ ό μ α χ ο ι διαφέρουσι τῶν ἐρωτώντων πότερον ἄρτια τῇ χειρὶ συνειληφότες ἢ περιττὰ συντείνοντες.

Apte Doehner proposuit λ ο γ ο μ ά χ ο ι, sed sufficere mihi videtur lenior mutatio σ τ ό μ α ρ γ ο ι.

P. 750 E. Ἔρως δὲ προσδοκίαν φιλίας ἀποβαλὼν οὐκ ἐθέλει παραμένειν οὐδὲ θεραπεύειν ἐφ' ὥρᾳ τ ὸ λ υ π ο ῦ ν κ α ὶ ἀ κ μ ά ζ ο ν.

Melius equidem intellegam: οὐδὲ θεραπεύειν ἔθ' ὥ ρ ᾳ τ ὸ λ ε ῖ π ο ν κ α ὶ ⟨ἀ π⟩α κ μ ά ζ ο ν, *quod flore deficit et iuventute.*

Vol. V, p. 776 B. Multis incertis coniecturis accedat haec mea: Ὡ ς ε ἰ ς κ α ν ῆ ν (codd. σωρκανον) ἐγκολπίσασθαι φ ι λ ί α ν κ α ὶ (pro καὶ φιλίαν) τιμᾶν καὶ προσδέχεσθαι καὶ γεωργεῖν πολλοῖς μὲν ἰδίᾳ πολλαῖς δὲ καὶ δημοσίᾳ χρήσιμον καὶ ἔγκαρπον γενησομένην, φιλοκάλων ἐστὶ καὶ φιλανθρώπων, οὐχ, ὡς ἔνιοι δοκιμάζουσι, φιλοδόξων.

Initio possis etiam lenius Ὡ ς κ α ν α ῖ ς.

P. 778 E. τοὺς δ' Ἀπολλοδώρου τοῦ τυράννου καὶ Φαλάριδος καὶ Διονυσίου φίλους καὶ συνήθεις ἀπετυμπάνιζον, ἐστρέβλουν καὶ ἐνεπίμπρασαν, ἐναγεῖς ἐποιοῦντο καὶ καταράτους, ὡς ἐκείνων μὲν ἀδικούντων ἕ ν α, τούτων δὲ πολλοὺς δι' ἑνὸς τοῦ ἄρχοντος.

De istis tyrannis dici non potuit in *unum* eos saeviisse, quare vide ne Plutarchus dederit aut ἕ ν' ἀ⟨ε ί⟩, aut ἐ ν ί ο υ ς.

P. 782 E. Supplendum: ὥσπερ τῶν κενῶν ἀγγείων οὐκ ἂν διαγνοίης τὸ ἀκέραιον καὶ ⟨τὸ⟩ πεπονηκός.

P. 783 E. ὅπερ οὐδὲ λέγειν καλὸν οὐδ' ἀποδέχεσθαι τῶν λεγόντων.

Huius loci est οὔτε — οὔτ'.

P. 791 B. Obiter Plutarcho reddatur forma genuina βρωμῶδες pro barbara βρομῶδες.

Ibidem C. διὸ πολιτεύεσθαι καθῆκόν ἐστιν, οὐ πεπολιτεῦσθαι, καθάπερ ἀληθεύειν, οὐκ ἀληθεῦσαι, καὶ δικαιοπραγεῖν, οὐ δικαιοπραγῆσαι, καὶ φιλεῖν, οὐ φιλῆσαι τὴν πατρίδα.

Suspectum mihi sequentibus tot aoristis perfectum πεπολιτεῦσθαι pro πολιτεύσασθαι.

Ibidem F. Suppleverim: Μασανάσσην δ' ἱστορεῖ Πολύβιος ἐνενήκοντα μὲν ἐτῶν ⟨ὄντ'⟩ ἀποθανεῖν.

P. 802 C. ἐρωτηθεὶς οὗτος (Cimon) ὑπ' Ἀρχιδάμου ... πότερον αὐτὸς ἢ Περικλῆς παλαίει βέλτιον 'οὐκ ἂν εἰδείη τις' εἶπεν· 'ὅταν γὰρ ἐγὼ καταβάλω παλαίων, ἐκεῖνος λέγων μὴ πεπτωκέναι, νικᾷ καὶ πείθει τοὺς θεωμένους. Cf. vit. Pericl. c. 8.

Simillime Aristophanes in Equitibus 571 sqq. de Laconibus ἀλλὰ διεπάλαιον αὖθις, εἶτ' ἠρνοῦντο μὴ πεπτωκέναι.

P. 808 A. δεῖ γὰρ οὐκ ἄχρι τοῦ βωμοῦ φίλον εἶναι [τῷ μὴ συνεπιορκεῖν], ὥς ποτε Περικλῆς εἶπεν.

Non est dubium quin turpe, quod ipsa Graecitate se prodit, interpretamentum reddendum sit interpolatori.

P. 815 B. οἷα καὶ πρὸς Βοῦλιν ἔοικε καὶ Σπέρχιν πρὸς Σπαρτιάτας παθεῖν ὁ Πέρσης, καὶ πρὸς Σθέννωνα Πομπήιος [ἔπαθεν], ὅτε κτέ.

Expunxi glossema.

P. 818 D. ἡ μὲν γὰρ Ἄρτεμις ἡ ἐν Ἐφέσῳ τοῖς χρεώσταις, ὅταν καταφύγωσιν εἰς τὸ ἱερὸν αὐτῆς, ἀσυλίαν παρέχει καὶ ἄδειαν ἀπὸ τῶν δανείων.

Multo probabilius videtur: ἀπὸ τῶν δανειστῶν.

Ibidem E. φεῦγε πολέμιον καὶ τύραννον δανειστήν, οὐ γῆν αἰτοῦντα καὶ ὕδωρ ὡς ὁ Μῆδος, ἀλλὰ τῆς ἐλευθερίας ἁπτόμενον καὶ προγράφοντα τὴν ἀτιμίαν, κἂν μὴ διδῷς, ἐνοχλοῦντα, κἂν

ἔχῃς, μὴ λαμβάνοντα, κἂν πωλῇς, ἐπευωνίζοντα, κἂν μὴ πωλῇς, ἀναγκάζοντα, κἂν δικάζῃς, ἐντυγχάνοντα.

Plura in his verba, quae diductis litteris indicavi, mihi obscura sunt. Conicio: κἂν μὴ ἔχῃς, συλλαμβάνοντα (scil. σε), κἂν δικάζῃς (δικάζῃ σε?), δίκης τυγχάνοντα; et *si in ius te vocet, causa vincentem.*

Ibidem F. δουλεύουσι γὰρ ἅπασι τοῖς ἀφανισταῖς.

Madvig proposuit δανεισταῖς, verum nescio an sana sit vox, sed exciderit τῆς οὐσίας, simileve quid. Sic enim aptissime vocantur feneratores.

P. 865 B. οὐδ' ὅπως αὐτὸς ἑαυτῷ λέγων παρ' ὀλίγους ἀνθρώπους οὐ φανεῖται συνειδώς;

Verba corrupta alius aliter tentavit, mihi placet: ⟨πᾶσι⟩ παρ' ὀλίγους ἀνθρώποις, *omnibus hominibus, paucis exceptis, apparebit.*

P. 866 D med. ὃς μάχεσθαι μὲν ὑπ' ἀνάγκης φησὶ τοῖς ἀπελθεῖν καὶ φεύγειν δυναμένους.

Antecedens aoristus suadet φυγεῖν. Idem mendum tollatur infra p. 873 A, l. 4 sq.

P. 867 A. οὔτε γιγνώσκει τις ἀνθρώπων πρὸ Ἡροδότου στιχθέντας ὑπὸ Ξέρξου Θηβαίων.

Propterea quod de nullo scriptore Herodoto antiquiore cogitari potest, inepta est praep. πρό, et necessarium videtur πλήν. Fortasse ΠΡΟ dittographia nata est e sequenti syllaba ΗΡΟ, eaque fuit causa cur πλήν omitteretur.

P: 869 AB. Supplendum: οἱ μὲν γὰρ Ναξίων ὡρογράφοι λέγουσι Μεγαβάζου ⟨αὐτοὺς⟩ ἀπώσασθαι ναυσὶ διακοσίαις ἐπιπλεύσαντα τῇ νήσῳ, nullis enim machinis hic defendi potest subiecti omissio.

P. 913 F. Item: αἱ γοῦν πιόνες γυναῖκες ἱματίοις ⟨λινοῖς⟩ ἢ ἐρεοῖς (codd. ἐρίοις) ἁπαλοῖς ἀναλαμβάνουσαι τῆς δρόσου δοκοῦσι συντήκειν τὴν πολυσαρκίαν.

P. 911 A. φθοροποιὸν γὰρ ἑκατέρου μοναρχία.

Ἑκατέρου non habet quo referatur. Latere suspicor καὶ ἐχθρόν.

P. 914 A. ἐλαύνουσα (l. ψαύουσα. Vid. Mnem. XXII,

p. 337) *γὰρ ἡ ψυχρότης τὸ ὕδωρ ποιεῖ βαρὺ καὶ σωματῶδες, ὡς ἔστιν ἐν ταῖς κλεψύδραις καταμαθεῖν· βράδιον γὰρ ἕλκουσι χειμῶνος ἢ θέρους.*

Obscurum mihi est *ἕλκουσι*. Num fuit *ἐκχέουσι*?

P. 917 E. *Πότερον αἱ κύνες, ὥς φησιν Ἐμπεδοκλῆς,*

*κέμματα θηρείων μελέων μυκτῆρσιν ἐρευνῶσαι*

*τὰς ἀπορροίας ἀναλαμβάνουσιν . . .;*

Solito infelicius Emperius proposuit *πέλματα*. Procul dubio latet *κεύθματα θ. μ.*, *latebras ferarum*, qua forma pro *κευθμῶνας* usus est etiam Theognis vs. 243.

P. 921 F. *εἰπὲ δή τι πρὸς τὸν ἄνδρα πάντως, ἀέρος μῖγμα καὶ μαλακοῦ πυρὸς ὑποτιθέμενον τὴν σελήνην, εἶθ' οἷον ἐν γαλήνῃ φρίκης ὑποτρεχούσης φάσκοντα τοῦ ἀέρος διαμελαίνοντος ἔμφασιν γίγνεσθαι μορφοειδῆ **.*

Lacuna, quae teste editore in cod. E est quattuor aut quinque litterarum, probabiliter expleri potest pronomine *ταύτῃ*, scil. *τῇ σελήνῃ*.

Ibidem sub D: *καίτοι γε, φίλε Πρίαμ**, ἀλλὰ πολλοῖς οὐκ ἀρέσκει φυσιολόγοις κτέ.*

Certa est vetus emendatio *φίλε ⟨Λαμ⟩πρία*, sed non capit lacuna trium quattuorve litterarum in cod. B quae addenda putat editor verba *μέγας ἀνήρ*. Sufficit vero solum *μ⟨έγας⟩*, referendum ad proxime antecedens *Ἱππάρχου*.

P. 929 B. Requiro: *ὁ μὲν οὖν ἑταῖρος ἐν τῇ διατριβῇ τοῦτο δὴ τὸ Ἀναξάρχειον ἀποδεικνὺς ὡς ⟨ὁ⟩ ἥλιος ἐντίθησι τῇ σελήνῃ τὸ λαμπρὸν εὐδοκίμησεν.*

P. 930 C. *ὧν τῆς γενέσεως Πλάτων ἀποδίδωσιν.*

Nihil horum legitur apud Platonem, sed legebantur olim, ut arbitror, apud *Stratonem*, physicum fama celebratissimum, itaque *Στράτων* Plutarcho reddatur, ut p. 909 E pro eodem iam reddidit Corsinus.

P. 930 F. *ὅπου γὰρ οἶνος ὕδατος θιγὼν κατὰ πέρας* (l. *μέρος* cum Emperio), *καὶ σταγὼν αἵματος εἰς ὑγρὸν ἐμπεσόντος ἀνέχρωσε πᾶν ἅμα ** φοινιχθέν.*

Lacunam 6—7 litterarum in cod. B, 8 in E apte explebit *ἅμα ⟨τοῦτο δια⟩φοινιχθέν.*

P. 831 F. *τὰ λοιπὰ δ' οἶμαι ταῖς μαθηματικαῖς ἀκριβείαις εἰς τὸν * * ἐξῆχθαι καὶ βέβαιον.*

Lacuna in B est octo, in F septem litterarum capax itaque non potest admitti Wyttenbachii supplementum *ἀσφαλῆ λόγον* neque melius Emperii *τὸ π[ιστόν]*, sed eodem sensu reponendum est *εἰς τὸ π[ιθανὸν] καὶ βέβαιον.*

P. 935 F extr. *ἐν Λήμνῳ μὲν οὐδέτερος ἡμῶν εὖ οἶδ' ὅτι γέγονε, τουτὶ μέντοι τὸ τεθρυλημένον ἰαμβεῖον ἀμφότεροι πολλάκις ἀκηκόαμεν*

*Ἄθως καλύψει πλευρὰ Λημνίας βοός·*

*ἐπιβάλλει γὰρ ἡ σκιὰ τοῦ ὄρους, ὡς ἔοικε, χαλκῷ τινὶ βοιδίῳ, κτέ.*

Propter versus interpretationem credideris verius esse tempus praesens, quo *σκιάζει* scribens utitur Eustathius ad Il. 229.

P. 942 A. *ὅσα γὰρ ὁ Ζεὺς προδιανοεῖται, τοῦτ' ὀνειροπολεῖν τὸν Κρόνον· εἶναι δ' ἀνάστασιν τὰ τιτανικὰ πάθη καὶ κινήματα τῆς ψυχῆς ἐν αὐτῷ παντάπασιν ὁ ὕπνος καὶ γένηται τὸ βασιλικὸν καὶ θεῖον αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ καθαρὸν καὶ ἀκήρατον.*

Sententiae convenit haece scriptura: *εἶναι δ' ⟨ἐν⟩ ἀναστάσει τὰ τιτανικὰ πάθη καὶ κινήματα τῆς ψυχῆς ἐν αὐτῷ πάντα⟨, ἕως ἂν⟩ πᾶσιν ὁ ὕπνος [καὶ] γένηται κτέ.* Cf. editoris nota critica.

P. 945 B. *μικρὸν γὰρ οὐδὲν οὐδ' ἥσυχον οὐδ' ὁμολογούμενον ἔργον ἐστίν, ὅταν ἄνευ νοῦ τῷ παθητικῷ σώματος ἐπιλάβωνται.*

Cum haec ipsa verba tum antecedentia demonstrant corruptum esse *μικρὸν*. Fortasse verum est *ἄκρον*, *eximium.*

Ibidem C. *οἱ δὲ Στωικοὶ καὶ τὸ πνεῦμα λέγουσι ἐν τοῖς στόμασι τῶν βρεφῶν τῇ περιψύξει στομοῦσθαι καὶ μεταβάλλον ἐκ φύσεως γίγνεσθαι ψυχήν.*

Si Bernardakis conferendo p. 1052 F voluit indicare sibi corrigendum videri *ψυξέως*, me habet assentientem. Res enim dubia non est.

P. 954 F. *οἱ δὲ χαλκεῖς τῷ πυρουμένῳ καὶ ἀνατηκομένῳ σιδήρῳ μάρμαρον καὶ λατύπην παραπάσσουσι, τὴν πολλὴν ῥύσιν ἐφιστάντες καὶ καταψύχοντες.*

Attamen ita faciendo non sistunt nimiam ferri fluxionem. Procul dubio requiritur *περιπάσσουσι.*

Vol. VI. P. 955 F extr. Malim: *τοῦ δ' ὕδατος χρείᾳ καὶ χειμῶνος καὶ θέρους καὶ νοσοῦσι καὶ ὑγιαίνουσι* ⟨*καὶ*⟩ *νυκτὸς καὶ μεθ' ἡμέραν.*

P. 957 D. *ζῆν λέγοντες.*

Agitur de *vivis* fluviis, oppositis *τοῖς στασίμοις τῶν ὑδάτων*, itaque fallitur Bernardakis proponens *ῥεῖν*.

P. 967 B. Ut integra fiat sententia postulo: *πῶς οὖν οὐ χρησιμώτερον* (*πυρὸς* sc.) *ὕδωρ στοιχείῳ* ⟨*τοιούτῳ*, quale est mare⟩ *περιττεῦον*; Ductuum similitudine vox necessaria intercidisse videtur.

Mox legitur *τούτων δ' αὖ πάλιν ἀλλήλοις διαφορά*, ubi editor probat Reiskii coniecturam *ἀλλ' ἄλλοις διάφορα*, equidem ambigo utrum ita scribendum sit an ⟨*ἐν*⟩ *ἀλλήλοις διαφορά*. Facillime enim post *πάλιν* excidere potuit ЄN.

Ibidem F. *σχεδὸν γὰρ ἡ πρὸς τὰ ἐκ τῆς ἀπουσίας μείζων τῶν ἐκ τῆς τοῦ πυρὸς γίγνεται παρουσίας διαφθορά.*

Corrigendum arbitror: *σ. γ. ἡ π. τ. ἐκ τῆς τοῦ πυρὸς ἀπουσίας μείζων τῶν τῆς τοῦ ὑγροῦ γίγνεται παρουσίας* (*παρουσίας γίγνεται*?) *διαφθορά*. Oboluit aliquid editori '*ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τέλος ἵκετο μύθων*', ut ait Homerus.

P. 958 B. *καὶ τὴν θάλατταν ἡ θερμότης ὠφελιμωτέραν ἐποίησεν, ὡς μᾶλλον καταθερῆ τῶν ὑδάτων, ἐπεὶ κατ' αὐτό γε τῶν λοιπῶν οὐδὲν διαφέρει.*

Quoniam mare et ipsum est aqua, inepte *τῶν ὑδάτων* dictum est pro *τῶν λοιπῶν ὑδάτων*. Unde apparet legendum esse aut *τῶν λοιπῶν ὑδάτων*, deleto mox *τῶν λοιπῶν*, aut in fine '*τῶν λοιπῶν ὑδάτων οὐδὲν διαφέρει*', deleto *τῶν ὑδάτων* in antecedentibus. Utrum horum verum sit, non potest dignosci.

Paullo ante legerim: *τὸ γὰρ λέγειν ὡς ἔστι ποτὲ ὁ ἄνθρωπος ἄνευ πυρὸς* ⟨*ἄπορον*⟩, *ἄνευ γὰρ* ⟨*πυρὸς*⟩ *οὐδ' ὅλως δύναται γενέσθαι ὁ ἄνθρωπος* (duo ultima vocabula num genuina?), reliqua cum Reiskio, qui minus recte proposuit *ἀβέλτερον*, quo tamen peius est editoris supplementum *ἄτοπον*. Facillime autem post *πυρός* excidere potuit *ἄπορον*, quod ipsum sententiam postulare nemo negabit.

Ibidem D. *ἐγὼ δ' ἂν εἴποιμι διόπερ σκότος ἐγρήγορεν ἀεὶ*

διὰ νυκτός, ἀλλ' οὐδὲν ὄφελος ἀπὸ τῆς ἐγρηγόρσεως, εἰ μὴ τὸ πῦρ τὸ τῆς ἡμέρας ἡμῖν παρεῖχεν ἀγαθὰ κτέ.

Violenter neque apte editor: ὅτι καὶ ἀπειρηκώς τις. Scripserim διότι, κεἴ τις ἐγρήγορεν (ἐγρηγόρειν?) κτέ.

P. 966 A extr. καὶ τί θαυμαστόν, ὅπου καὶ ἀνθρώπῳ σῦν μὲν καὶ ἔλαφον καὶ νὴ Δία δορκάδα καὶ λαγωὸν ἑλεῖν κάλλιον ἢ πρίασθαι, θύννον δὲ καὶ κάραβον καὶ ἀμίαν σεμνότερόν ἐστιν αὐτὸν ὀψωνεῖν ἢ ἁλιεύειν.

Utrique transponendum ὀψωνεῖν ἢ αὐτὸν ἁλιεύειν.

Ibidem E. Alaudae συλλαβοῦσαι κονιορτὸν οὕτως ἐξαλείφουσι καὶ συνδέουσι τὰ χαλῶντα καὶ διολισθάνοντα.

Nonne requiritur ἐπαλείφουσι?

P. 967 A. ἄλλως δ' ἂν ἐδόκει μῦθος, ὥσπερ ἡμῖν ἐδόκει τὸ τῶν ἐν Λιβύῃ κοράκων, οἳ ποτοῦ δεόμενοι λίθους ἐμβάλλουσιν, ἀναπληροῦντες καὶ ἀνάγοντες τὸ ὕδωρ, μέχρι ἂν ἐν ἐφικτῷ γένηται.

Post ἀναπληροῦντες deest necessarium obiectum, sive fuit τὰ ῥεῖθρα sive τὰς ταφρούς aliudve simile.

P. 968 A extr. τοὺς δὲ τὰς μυρμηκιὰς αὐτῶν ἐπὶ τῷ καταμαθεῖν ὥσπερ ἐξ ἀνατομῆς πληροῦντες οὐκ ἀποδέχομαι.

Lenissime sane editor de suo rescripsit τηροῦντας, sed multo me iudice aptius reposueris πορθοῦντας.

Ibidem BC. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι θαυμάζουσι τοῦ ἐλέφαντος ὅσα μανθάνων καὶ διδασκόμενος ἐν θεάτροις ἐπιδεικνύναι σχημάτων εἴδη καὶ μεταβολάς, ὧν οὐδ' ἀνθρωπίναις μελέταις τὸ ποικίλον καὶ περιττὸν ἐν μνήμῃ καὶ καθέξει γενέσθαι πάνυ ῥᾴδιόν ἐστιν.

Nonne probabilius est Plutarchum dedisse ἐν μνήμῃ καθεξῆς κτέ., i. e. *deinceps ordine?*

P. 970 F. Φασὶ δὲ καὶ τὸν πρωτεύοντα κύνα τῶν Ἰνδικῶν καὶ μαχεσθέντα πρὸς Ἀλέξανδρον, ἐλάφου μὲν ἀφιεμένου καὶ κάπρου καὶ ἄρκτου, ἡσυχίαν ἔχοντα κεῖσθαι καὶ περιορᾶν (παρορᾶν?), ὀφθέντος δὲ λέοντος, εὐθὺς ἐξαναστῆναι κτέ.

Conicio: μάλιστα θαυμασθέντα πρὸς Ἀλεξάνδρου. Cf. p. 971 B init. ὃν οὐχ ἥκιστα θαυμασθῆναι λέγουσιν ὀρέως τέχνῃ περιγενόμενον.

P. 985 C med. De halcyonum nidis: ὥστε διαρμόσαι καὶ γενέσθαι στρογγύλον ἐνήρεμον.

Vocabuli corrupti incerta est emendatio. Bernardakis proposuit *εὔορμον*, mihi in mentem venit *εὐηρεφές*.

P. 983 E. *ἵλεως δ' ὁ θεὸς εἴη καὶ πρός τι μουσικὸν ὄντα καὶ νησιώτην, ὑμνουμένης τῆς πελαγίου σειρῆνος εὐμενῶς* [*καὶ* dele] *καταγελᾶν τῶν ἐρωτημάτων ἐκείνων, κτἑ.*

Emendandum: *καὶ προσ⟨ήκει⟩ τοι, μουσικὸν ὄντα κτἑ.*

P. 984 A. *ὃν δ' αὐτὸς ἑαυτῷ τόπον ἐξαίρετον ὁ θεὸς* (Apollo) *πεποίηται*, ** *Κρητῶν ἀπογόνους οἰκοῦντας* (*ἀποικοῦντας* l. cum editore) *ἡγεμόνι δελφῖνι χρησαμένους κτἑ.*

Memor hanc rem narrari in hymno Homerico in Apollinem Pythium vs. 298 sqq., vix dubito quin in lacuna exciderint verba *φησὶν ὁ ποιητής* aut similia.

Ibidem B med. *ὅθεν ἀναβατήριον θύσαντες κτἑ.*

Non sufficit probata ab editore Reiskii correctio *ἀναβατήρια*; agitur enim de sacrificio, quod Ptolemaei legati peragunt non *ἀναβησόμενοι εἰς τὴν ναῦν, vela facturi*, sed *ἀποβάντες εἰς Κίρραν*, itaque emendandum *ἀποβατήρια*. Ceterum *ἀναβατήρια* eo quidem sensu nusquam alibi, *ἀποβατήρια* passim commemorantur.

P. 993 E. Versus sic digerendi videntur:

*οὔπω δ'*
*ἥλιος* [*ἵδρυτο* dele] *ἀπλανῆ ἠδὲ* (pro *καὶ*) *βέβαιον ἔχων δρόμον ἠῶ*
*καὶ δύσιν ἔκρινεν, περὶ δ' ἤγ' ἀεὶ* (pro *ἤγαγεν*) *αὖθις ὀπίσσω*
*καρποφόροισιν ἐπιστέψας καλύκων* (pro *κάλυκος*) *στεφάνοισιν*
*ὥρας· γῆ δ' ὕβριστο.*

P. 994 E. *εἶθ' ἃς φθέγγεται καὶ διέτρισε φωνὰς ἀνάρθρους εἶναι δοκοῦμεν, οὐ παραιτήσεις καὶ δεήσεις καὶ δικαιολογίας ἑκάστου λέγοντος 'οὐ παραιτοῦμαί σου τὴν ἀνάγκην ἀλλὰ τὴν ὕβριν, ἵνα φάγῃς ἀπόκτεινον, ἵνα δ' ἥδιον φάγῃς μή μ' ἀναίρει.*

Aoristi rationem non expediens requiro *διατρίζει.*

P. 998 B. *καὶ γευσάμενον οὕτω καὶ προμελετῆσαν ἐν ἐκείνοις τὸ φονικὸν ἐπὶ βοῦν ἐργάτην ἦλθε καὶ τὸ κόσμιον πρόβατον καὶ τὸν οἰκουρὸν ἀλεκτρυόνα.*

Revocanda librorum lectio *κοσμοῦν* (sc. *τοῖς ἐρίοις τοὺς ἀνθρώπους*) quod praepostere editor cum Turnebo mutavit, non reputans traditam lectionem ut *ἐργάτης* et *οἰκουρός* spectare animalium utilitatem, non mores.

P. 1033 F extr. Supplendum ὥσθ' ⟨ἑαυτοῖς⟩ καὶ πολιτευόμενοι μάχονται Stoici.

P. 1034 B extr. ἱερὸν γὰρ μὴ πολλοῦ ἄξιον [καὶ] ἅγιον οὐκ ἔστιν.

Deleo importunam copulam et sub C in fine huius capitis suppleo: αὐτοὶ δὲ μᾶλλον ἐλέγχονται θύοντες, ἃ μήθ' ⟨ἅγια⟩ εἶναι μήτ' οἰκοδομεῖσθαι δεῖν ἀξιοῦσιν.

P. 1066 C. εἰ δὲ τῆς ἀρετῆς ἐστιν 'ὄνομα μόνον καὶ δόκημα νυκτερωπὸν ἐννύχων' σοφιστῶν κτέ.

Stoici non interdiu minus quam noctu, sed aliquanto plus ut opinor, agebant sophistas, neque igitur dubito quin Plutarchus ex Euripidis Herc. 112 plenius attulerit:

δόκημα νυκτερωπὸν
ἐννύχων ὀνείρων
σοφιστῶν κτέ.

ut σοφιστῶν esset genetivus possessivus suspensus ex verbis Euripideis.

P. 1088 C. οἷς οὖν οἱ πόνοι τοῦ σώματος οὕτως εἰσὶν ἐλαφροὶ καὶ ῥᾴδιοι, πῶς ἔνεστί τι ταῖς ἡδοναῖς ἀξιόλογον, καὶ γὰρ εἰ μὴ χρόνῳ μηδὲ μεγέθει τῶν πόνων ἀποδέουσι, ἀλλὰ περὶ πόνοις ἔχουσι κτέ.

Sententia flagitat ἀλλὰ παρί⟨σως τοῖς⟩ πόνοις ἔχουσι (sc. αἱ ἡδοναί).

P. 1089 E. καὶ πῶς οἷόν τε, τῆς βάσεως τινασσομένης, μὴ συντινάσσεσθαι τὸ βαῖνον.

Malim τοὐπιβαῖνον.

P. 1104 B. οὐ γὰρ Ἐπίκουρος ἄλλῳ τινὶ τῆς ἀδικίας οἴεται δεῖν ἀπείργειν ἢ φόβῳ κολάσεων.

Expectabam potius οὐδὲ γὰρ, *nam ne* Epicurus *quidem* (ipse) etc.

P. 1105 B. Supplendum: οἱ δὲ καὶ δεδιότες τελετάς τινας αὖ πάλιν καὶ καθαρμοὺς οἴονται βοηθεῖν, οἷς ⟨ἂν⟩ ἁγνισάμενοι διατελοῖεν ἐν Ἅιδου παίζοντες κτέ.

P. 1129 B. ταῦτα δεῖται σκότους τὰ τέλη, ταῦτα νυκτός, ἐπὶ ταῦτα τὴν λήθην καὶ τὴν ἄγνοιαν.

Vix aposiopesis admitti posse videtur verbi unde pendeat τὴν ἄγνοιαν. Num fuit ἐπὶ ταῦτ' ⟨ἐπακτέα⟩ τ. λ. κ. τ. ἄ.?

P. 1133 C. *ἐποιήθη δὲ καὶ τὸ σχῆμα τῆς κιθάρας πρῶτον κατὰ Κηπίωνα τὸν Τερπάνδρου μαθητήν κτέ.*

Necessario corrigendum *μετεποιήθη*, siquidem ipse Terpander cithara iam fuerat usus. Cf. ipsa antecedentia.

Ibidem EF. *τὸν δὲ καλούμενον Ἁρμάτιον* (l. *-ειον*) *νόμον λέγεται ποιῆσαι ὁ πρῶτος Ὄλυμπος, ὁ Μαρσύου μαθητής, τὸν δὲ Μαρσύαν φασί τινες Μάσσην καλεῖσθαι, οἱ δ' οὔ, ἀλλὰ Μαρσύαν· εἶναι δ' αὐτὸν Ὑάγνιδος υἱόν, κτέ.*

Duo tantum musici Olympi commemorantur, itaque corrigendum *πρότερος*, verba autem *οἱ δ' οὔ* (*οὔκ?*), *ἀλλὰ Μαρσύαν* tam inepte abundant, ut delenda sint, nisi forte mavis suspicari sub *Μαρσύαν* latere tertiam eiusdem nominis varietatem.

P. 1135 D. Requiritur: *ἡμεῖς γὰρ μᾶλλον* ⟨*τῷ*⟩ *χειρουργικῷ μέρει τῆς μουσικῆς ἐγγεγυμνάσμεθα.*

P. 1144 D. *δεύτερον ἐκ τῆς ποιήσεως· ὡσαύτως γὰρ καὶ αὐτή· ὑποκρίνειε γὰρ ἄν τις ἀκούων αὐλητοῦ, πότερόν ποτε συμφωνοῦσιν οἱ αὐλοὶ ἢ οὔ, καὶ πότερον ἡ διάλεκτος σαφὴς ἢ τοὐναντίον.*

Non sane inepte editor proposuit *ἀπορήσειε*, sed plane sufficere mihi videtur multo lenior correctio *ἐπικρίνειε*, *diiudicet*.

Vol. VII p. 1, l. 16. *τὴν δὲ κακίαν καὶ ἀκοσμίαν τὴν ἐν ἡμῖν τέσσαρα πάθη τὰ πρῶτα κινεῖ καὶ διαφέρει πρὸς τοὐναντίον ἀτάκτως καὶ ἀλόγως, ἄνω μὲν ἡδονὴ καὶ κάτω λύπη, πρόσω δ' ἐπιθυμία καὶ ὀπίσω φόβος ὥσπερ ἐξ ὀργάνων ἀμέτρων μετασχηματιζομένην.*

Iniuria editor improbare videtur Duebneri sententiam ultima verba depravata esse ducentis. Nam neque *ὄργανα* quo sensu *ἄμετρα* dici potuerint facile dixeris nec quo pacto *μετασχηματιζομένην* iungi queat cum primis verbis *τὴν κακίαν καὶ ἀκοσμίαν.*

Aut fallor aut diametrica oppositio verborum *ἡδονή — λύπη, ἐπιθυμία — φόβος, ἄνω — κάτω, πρόσω — ὀπίσω* probabilem reddit coniecturam scriptorem dedisse *ὥσπερ ἐξ ὀργάνων* ⟨*κατὰ δι*⟩*άμετρον μετασχηματιζόμενα.*

P. 9, 7. *καὶ ὀρχεῖται ὁ ἄνθρωπος, ἀλλὰ ταῖς χερσί· καὶ λακτίζει, ἀλλὰ τοῖς σκέλεσιν.*

Notissimae quidem sunt in veterum saltatione manuum partes, attamen subit mirari, sileri de pedibus, qui non inmoti mane-

bant, at arbitror. Num forte post *χερσί* excidisse censenda sunt verba *καὶ τοῖς ποσί* aut post *ἀλλά* verba *τοῖς τε ποσί*? Incredibile dictu est quot lacunis laborent Moralium codices.

P. 14, 8. *ὀρθῶς ἄρα καὶ Ἀριστοτέλης τὴν ἀνθρώπου ψυχὴν δύναμιν συναποκαλῶν, ὅτι ποτὲ μὲν λογίζεται, ποτὲ δ' οὔ.*

Non persuasit mihi editor proponens: *⟨δῆλός ἐστι⟩ συναποκαλῶν*, quoniam obscura manet vis praepositionis CΥN. Coniecerim potius: *τυγ⟨χάνει⟩ ἀποκαλῶν*, aut sine lacuna *ἔστιν ἀποκαλῶν*.

P. 30, 5. *Ὅτι καὶ ὅσοι γαλῆν φοβοῦνται ἢ σαῦρον ἢ χελώνην, οὓς εἰδέναι αὐτός.*

Imo vero: *Ὅτι καὶ εἰσ' οἳ γαλῆν κτέ.*

P. 44, 27. *ἔνιοι δὲ τὴν Ἥραν αὐτὴν ἐκεῖ τῷ Διὶ λάθρᾳ συνοῦσαν καὶ λανθάνουσαν οὕτω φασὶ Νυχίαν προσηγορεῖσθαι.*

Ipsa haec verba testantur genuinam lectionem esse *Μυχίαν*, ut recte legitur l. 25: *ὥστε καὶ Λητοῖ Μυχίᾳ προθύεσθαι.*

P. 45, 11. *νὺξ δ' οὐδὲν ἄλλο πλὴν σκιὰ γῆς· ὅταν γὰρ πλησιάσασα ταῖς δυσμαῖς ἀποκρύψῃ τὸν ἥλιον, ἀναπλατυνομένη μελαίνει τὸν ἀέρα.*

Miror Bernardakium, quamvis agnoverit pro verbo composito requiri simplex, non perspexisse veram lectionem esse *ἅμα πλατυνομένη*.

Ibidem l. 18. *Ὅτι δ' οὐκ ἄλλη τίς ἐστι τῆς Ἥρας ἡ Λητώ, μάθοιτ' ἂν ἐνθένδε· τὴν Ἄρτεμιν ἤδη που θυγατέρα Λητοῦς καλοῦμεν.*

Quia non quandoque, sed semper Diana ab omnibus habita est filia Latonae, nescio an praestet *δήπου*.

P. 51, 15. Perperam ipse scriptor, falsam secutus etymologiam, quasi derivetur a subst. *λιμός*, herbam maritimam dictam inde *ἄλιμος*, mutato spiritu aspero in lenem scripsit *ἄλιμος*. Cf. p. 52, 2.

P. 71, 14. *Ἐκ βοείων δερμάτων εἶναι κελεύει* (Hesiodus) *τὰ ὑποδήματα, καὶ τούτων τῶν ἰσχυρῶν· τοιαῦτα δ' εἶναι τὰ τῶν σφαγέντων βοῶν, ἀλλ' οὐ τὰ τῶν αὐτομάτως ἀποθανόντων. εἰκό-*

*τως· ἀποθνήσκουσι μὲν γὰρ ἢ νοσήσαντες, ὥστ' ἠσθενηκότες· τῶν δὲ σφαγέντων ἡ ἐν τοῖς δέρμασι δύναμις μένει.*

Legendum *ὥστ' ἠσθένει* scil. *τὰ δέρματα*. Vitiosa lectio nata videtur ex *ἠσθένει εἰκότως*, errore repetita voce *εἰκότως*. Nisi forte ita scribere mavis, deleto priore *εἰκότως*, ubi quamquam optime habet, non tamen est necessarium. Utrum horum sit praeferendum, nemo facile dixerit.

P. 103, 5. *ὃν γὰρ τρόπον οἱ ζωγράφοι ἀντρώδεις τόπους γράφοντες φωτὶ τραχύνοντες τὴν ὄψιν, ἅτε φύσει τοῦ μὲν λαμπροῦ προβάλλοντες ἔξω καὶ διωθοῦντες τὴν φαντασίαν τοῦ δὲ μέλανος ὑποσκιάζειν καὶ βαθύνεσθαι δοκοῦντες κτἑ.*

Locus difficilior, in quo haesit iam Wyttenbach, conferendus cum iis quae secuntur l. 17 sqq. *καὶ γὰρ οἱ ζωγράφοι ὅσα μὲν βούλονται προεχῆ δεικνύναι, τῷ λευκῷ, ὅσα δὲ κοῖλα καὶ ἐν βάθει τῷ μέλανι*, sed imprimis cum loco, quem propter longitudinem non excribo, Longini *περὶ ὕψους* ed. Vahlen. pag. 41 (191 r.) 16—42, 2, ubi in fine Reiske *ἐπισκιάζει* proposuit pro *ἀποσκιάζει*. Loco nostro *ὑποσκιάζειν* est *obumbrare, umbra obtegere*, sed expectes potius *βαθύνειν*.

P. 117, 2. *καὶ ὅσῳ τις ἂν ἄφρων ᾖ, τοσούτῳ καὶ ἐξυβρίζει.*

Necessarius videtur comparativus *ἀφρονέστερος*.

P. 121, 1. *Ὅτι τὰ σώματα ἀνίησιν ἡ ἡδονὴ καθ' ἡμέραν ἐκμαλάττουσα ταῖς τρυφαῖς, ὧν ἡ συνέχεια παραιρεῖται τὸν τόνον, ἀναχαλῶσα τὴν ἰσχὺν αὐτῶν· ἐξ ὧν ῥᾳστώνη μὲν νόσων ῥᾳστώνη δὲ καμάτων, προμελετώμενον δ' ἐν νεότητι γέρας.*

Haec si ita se haberent, minus sane fugienda foret voluptas, sed philosopho reddendum arbitror *πόνων* pro *νόσων*.

P. 237, 8. *ἐν τοῖς τέκνοις γὰρ ἀρετὴ τῶν εὐγενῶν*
*διέλαμψε· κρείσσων τ' ἐστὶ πλουσίου γάμου.*

Sic editor pro *ἐνέλαβε* ex apta Cobeti coniectura, attamen fateor me non videre, quidni lenius reponamus *ἐνέλαμψε* aut *ἔλαμψε*. Ceterum cf. eiusdem Euripidis versus p. 792 A.

*λάμπει γὰρ ἐν χρείαισιν ὥσπερ εὐγενὴς*
*χαλκός· κτἑ.*

P. 260, 3. *Ὁ δὴ Φίλων οὐχ ὥσπερ σοι δοκεῖ, οὕτως ἄδικος διάκειται πρὸς τὴν εὐγένειαν.*

Imo vero *ἀδίκως*.

P. 283, 13. *Κατορύσσουσι δὲ κατ' ἐνιαυτὸν γραῦν κατάκριτον παρὰ τὸν ὀνομαζόμενον λόφον Θηρογόνον· ἅμα γὰρ τὴν πρεσβῦτιν κατορυχθῆναι ἑρπετῶν πλῆθος ἐκ τῆς ἀκρωρείας ἐξέρχεται καὶ τὰ περιιπτάμενα τῶν ἀλόγων* (probabiliter *ἄλλων* Wyttenbach) *ζῴων κατεσθίει.*

Verbum *circumvolandi* de solis *avibus* potuit usurpari, quas difficile dictu est, quo pacto reptilia corripere potuerint, sed procul dubio mendosum est *περιιπτάμενα*. Celat genuinam lectionem *πέριξ ἁπτόμενα* scil. *undique tangentia* defossae vetulae cadaver, sive mavis *παραπτόμενα*, coll. vit. Cleomenis c. 27.

P. 285, 8. *δυεῖν γυναικῶν [τῶν] ἐπισήμων θέλοντος γῆμαι τὴν ὠφελιμωτέραν.*

Quamvis recte dixeris *γυναῖκες τῶν ἐπισημοτέρων mulieres ex nobilioribus*, hic tamen suspectum habeo articulum.

P. 287, 10. *ὁ δ' υἱὸς περικατάληπτος γενόμενος ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Ῥύμβον.*

Hic et ubique in hoc libello *περικατάληπτος* significat *in eo ut prehenderetur, paene correptus*, cf. p. 289, 16; 294, 3; 295, 21 etc. Moneo propterea quod in Papii lexico perperam explicatur: *dabei, darüber ergriffen.*

P. 290, 17. *ἐὰν δέ τις προπετέστερον ἀποστραφῇ τῶν ἀσεβεστέρων διὰ μέθην καὶ εἰς τὸν τόπον εἰσέλθῃ τῶν σωφρονούντων ἀφαρπάζεται λογισμῶν.*

Non agitur de *impiis*, sed de *dissolutis*, itaque leni manu corrigendum *ἀσελγεστέρων*, passim enim *ἀσελγής* opponitur *τῷ σώφρονι*, ut p. 287, 5: *ἀποτυχοῦσα δὲ τῆς προαιρέσεως ἡ ἀσελγὴς κατεψεύσατο τοῦ σώφρονος*. Eodem tamen vitio laborat p. 283, 9: *οἱ δ' ἐγχώριοι τὰς ἀσεβῶς ἀναστρεφομένας παρθένους σταυροῖς προσηλώσαντες* pro *ἀσελγῶς* et fortasse (minus enim offendit) p. 290, 22: *εἰς τὸ καλούμενον στόμιον τῶν ἀσεβῶν* apud inferos, ubi sane generali vocabulo scriptor uti potuit.

Pius monachus ista describens pro ignotiore familiarius sibi e sacra scriptura vocabulum substituisse videtur.

P. 298, 2 sqq. Miram haec de Maeandro fabella similitudinem

habet cum narratiuncula de imprudenti Iephtae iudicis voto in veteri testamento.

P. 208, 13. *θλιβόμενος δ' ὑπὸ τῶν κακῶν ὁ τύραννος τοῖς βωμοῖς Ἀγανίππην προσήγαγε. τῆς δὲ διασπαρθείσης ὁ Αἴγυπτος δι' ὑπερβολὴν τῆς λύπης ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Μέλανα.*

Non *discerpebantur* victimae, sed *mactabantur*, itaque quin scriptor dederit *διασφαχθείσης* noli dubitare.

Harum lucubrationum agmini finem imponat certa, ut mihi quidem videtur, emendatio fragmenti Sophoclei apud Plutarchum Mor. p. 625 D, Nauck. F. T. 774 (p. 312 sq.):

*βαρεῖα μὲν γὰρ ἐν λόγοισι προσβολὴ*
*μόλις δι' ὠτὸς ἔρχεται τρυπωμένου.*
*πόρρω δὲ λεύσσων, ἐγγύθεν δὲ πᾶς τυφλός.*

Quale quid sententia postularet ante me vidit vir amicissimus Naber, tentans *ῥύπου πλέω* i. e. quod comice vocatur a Luciano *κυψέλης ἀναπλέω*. Sed ingeniosam emendationem perficiam multo lenius eodem sensu reponendo *ἐρρυπωμένου*, quod participium attice respondet homerico *ῥερυπωμένος* in Odyssea VI 59.

Minus quidem certa est vs. tertii correctio, ubi tamen vide annon pro *δὲ πᾶς* reponendum sit *δὲ στάς* (*βας*?) sive *δ' ἑστώς*. Quippe non desunt qui ad extremam senectutem oculorum aciem infractam conservent. Ceterum nuperrime criticorum Anglorum felicissimus, eheu iam defunctus, in periodico *Philological Journal* ante hunc versum statuit nonnulla excidisse.

---

## EMENDATUR CICERO PRO M. CAELIO § 27, ED. V. WAGENINGEN.

Legendum: ‘Quid quaeritis? iudices, ⟨vix⟩ ignoscebam vobis attente audientibus, propterea quod egomet tam triste illud et tam asperum genus orationis horrebam’. Cf. Wageningii adnotatio.

H. v. H.

---

# HOMERICA.

SCRIPSIT

J. VAN LEEUWEN J.F.



## XXXIV.

### ΑΒΡΟΜΟΙ ΑϜΙϜΑΧΟΙ.

Nuper cum denuo incidissem in priscam quaestionem necdum nisi fallor ad finem perductam, quae est de significatione adiectivorum *ἀβρόμου* et *ἀϝιϝάχου* (*αὐιάχου*) uno Iliadis loco (N 41) lectorum, et re saepius pensitata tandem eo pervenissem ut quid de his adiectivis statuendum esset perspicere mihi viderer, operae pretium duxi scripto mandare quae mecum, mox cum amico Mendes da Costa disputavi. Quamquam illi tunc — quod egregie doleo — persuadere non potui. Nunc faciam periculum an possim aliis, fortasse et ipsi.

Adiectiva illa si nullo iam in carmine epico extarent nec nisi e glossa aliqua nobis innotuissent, nullus, ut opinor, hodie ambigeret philologus quomodo essent interpretanda; omnes insererent praelongae seriei adiectivorum quorum priorem partem efficit negatio *ἀ*(*ν*)-, illud igitur „*ἄνευ βρόμου*" interpretati, hoc „*ἄνευ ϝιϝαχῆς*", quemadmodum *ἄκοσμος* id quod *ἄνευ κόσμου* valet, *ἄκουρος* = *ἄνευ κούρων*, *ἀλήϊος* = *ἄνευ λήϊου*, *ἀθέμιστος* = *ἄνευ θεμίστων*, *ἀναίμων* = *ἄνευ αἵματος*, *ἀγέραστος* = *ἄνευ γέραος*, alia multa.

Itaque si quis aliter de duobus hisce adiectivis statui iubeat, certam aliquam causam proferat oportet, qua moveat nos ad eam quae in promptu est interpretationem reiiciendam.

Et prolata sane eiusmodi causa est ab Aristarcheis. Nempe Troianos duce Hectore „sine fremitu, sine clamoribus" aciem hostilem aliquando invasisse credibile non est visum, quod alibi Troiani dicantur „κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τε" Achivos petisse „ὄρνιθες ὥς" (Γ initio) et veluti pecudes „ἀζηχὲς μεμακυῖαι" clamores dissonos civisse (Δ 433 sqq.).

*τοῦτ' ἔστ' ἐκεῖνο!* Non congruunt inter se aut parum congruere videntur duo loci Homerici: ergo invenienda est ratio qua inter se concilientur; quod ni fieri queat, alter uter damnetur utpote spurius.

Rationem invenisse sibi visus est Aristarchus: *intensivam* esse vim syllabae initialis horum adiectivorum, *vehementer* igitur *frementes atque clamantes* dici Troianos: „ἡ διπλῆ ὅτι ἀντὶ τοῦ ἄγαν βρομοῦντες καὶ ἄγαν ἰαχοῦντες", annotavit Aristonicus, „κατ' ἐπίτασιν τοῦ ᾱ κειμένου· ἑκάστοτε γὰρ θορυβώδεις τοὺς Τρῶας παρίστησιν".

Posteris parum placuit haec ratio interpretandi. Quid igitur? Reiectane est Aristarchi opinio, quemadmodum sepulta iam iacet opinio aliorum grammaticorum duorum, qui *αὔιαχοι* scribebant *siccam* vel *duram vocem* Troianorum intellegentes? Non ita: mutata est tantum; non enim *ἄγαν* particulam sive alpha *intensivum* inesse sed *ἅμα* sive alpha *copulativum* iam fuere qui contenderent, *simul frementes* et *simul clamantes* igitur vertentes. Et haec multis nisi fallor hodie probatur sententia.

Satisne igitur sic datum est analogiae?

Vix crediderim. Nam etsi *ἅμα* illud sive *σα-* (= *σεμ*, *σμ̥*) praefixum in lingua Graeca haudquaquam est incognitum, nullum tamen — quod quidem noverim — extat compositum alterum quod sit consimile adiectivis, quae illi fingunt, (σ)ά-βρομος et (σ)α-ϝίϝαχος. Dicuntur sane *ἀκοίτης* et *ἄκοιτις* et *ἄλοχος* qui *ἐν τῷ αὐτῷ* (vel, si quis mavult, *ἐν ἑνὶ*) *κοίτῳ*, *ἐν τῷ αὐτῷ λέχει* iacent; sunt *ἀτάλαντα* quae *τοῖς αὐτοῖς ταλάντοις* imponuntur, *ἀδελφεοί* sunt quos tulit *ἡ αὐτὴ δελφύς* sive *μία νηδύς*, ut loquitur Priamus, et similis est ratio adiectivorum cognatorum *ὄπατρος*, *ὀϝέτης*, *ὄθριξ*, — sed ea omnia, ut notissima, sic a nostra quaestione aliena sunt. Nam non cum *substantivo*, quale est *λέχος* vel *τάλαντα*, sed cum stirpe *verborum* *βρέμειν* et *ϝιϝάχειν* composita esse creduntur adiectiva de quibus disputamus.

Eiusmodi autem adiectivum, cuius quidem certa videatur origo, — nam ignota per ignotiora illustrare non conabitur qui sapiat, — nullum novi. Unum id quod in vicinia legitur ἀϝολλής sive ἀϝελλής potest conferri, sed ne hoc quidem multum prodest collatum. Nam si τὰ ἅμα ϝεϝελμένα illud adiectivum significare sumimus, *passiva* vel *intransitiva* inerit notio, cuiusmodi et inest τῷ ἀταλάντῳ sive τῷ ἐν τοῖς αὐτοῖς ταλάντοις κειμένῳ, ceterisque adiectivis quae supra attulimus; ἄβρομος vero et ἀϝίϝαχος modo perhibebantur τὸν ἅμα βρέμοντα et τὸν ἅμα ϝιϝάχοντα significare.

Sed prorsus debilia habentor haec argumenta, licet mihi quidem minime contemnenda et tantum non invicta videantur: — quid lucrati erimus? Satisne probabiliter iam verti poterunt verba tradita? Quae haec sunt:

Τρῶες δὲ Φλογὶ ϝῖσοι ἀϝολλέες ἠὲ θυέλλῃ
Ἕκτορι Πριαμίδῃ ἄμοτον μεμαῶτες ἕποντο,
ἄβρομοι ἀϝίϝαχοι.

Habebimus igitur haec: *Troes conglobati strenuo impetu Hectorem sequebantur simul frementes simul clamantes.* At quaenam hic erit vis particulae *simul*? Milites cum clamorem attollunt, estne cur dicantur *simul* clamare — quibuscum? Cum se ipsis nimirum. *Simul omnes* igitur erit vertendum, licet non ea sit vis particulae ἅμα, quae nihil valet nisi dativus aliqui aut subiungatur aut mente certe suppleri possit: ἀτάλαντος nihil est, ἀτάλαντος Ἄρηϊ vel Διί intellegi potest. Sed hoc quoque mittamus: operaene igitur pretium fuit eiusmodi quid dici? Nonne per se intellegebatur? Id demum, ut mirificum et vere ridiculum, sic memoratu dignum fuisset, si singuli deinceps aut fremitum edissent aut clamorem, quasi βαρβαρικόν τι σκολιὸν δεχόμενοι. Prorsus alia est ratio nominum qualia sunt ἀτάλαντος et ἄλοχος vel ἀϝολλής: *coniunctim* vel *simul imposita trutinae, una in toro iacentes, in unum conglobati*; nam harum notionum pondus in ipsum illud *simul, una, in unum* incumbit: quod deme, languebit epitheton atque adeo ad nihil redigetur; contra hominum illorum *simul frementium et simul clamantium* τὸ ἅμα misere an ludicre dicam abundat: dele, nihil desiderabitur. Aristarchi interpretationi parum favebat linguae ratio, novae vero explicationi ipsa mens sana aliquanto vehementius adversatur. Poterat

sane poeta *vehementer clamantes* fingere Troianos vel *altos* vel *terrificos clamores edentes* et alia eiusmodi multa dicere poterat, si clamantes eos cogitabat: non poterat — quoniam insulsum id fuisset — *simul* particulam sic nudam collocare.

Nimis vehementibus verbis uti videor? At plus etiam dicendum arbitror; nam contendo verti omnino non posse illa *ἄβρομοι ἀϝίϝαχοι*, si sonus *ἀ-* id quod *simul* valere credatur. Nam tam ineptum est *simul fremere et clamare* quam aptum est *neque fremere neque clamare.* Inter *βρόμον* et *ϝιϝαχήν* id interest quod inter sonum *gravem, obscurum, fuscum* et sonum *acutum, clarum, stridulum.* Optime igitur coeunt hae notiones in negatione, non coeunt in affirmatione, nam simul fremere et clamare nemo potest.

Est igitur hoc asyndeton componendum cum similibus, qualia sunt *ἄϝιστος ἄπυστος, ἄσιτος ἄποτος*, alia multa adiectivorum ab *ἀ-* privativo incipientium, et tantum non consimile est quod apud Euripidem legitur de Alcestide mortem imperterrita expectanti: *ἄκλαυτος ἀστένακτος.*

Videmus quo duxerit studium locos Homericos multorum versuum intervallo seiunctos inter se conciliandi, et vix iam tolerabilius videtur illud *(σ)ἀ-βρομος* vel *(σ)α-ϝίϝαχος* quam *Cylaemenes* Zenodoteus Pylaemeni substitutus N 643, ne mortuus homo in Iliade etiam vivere diceretur.

Quid igitur? Inter se pugnare locos ubi Troiani clamare et locus ubi tacere dicuntur candide et aperte proloquimur, quemadmodum Pylaemenem post mortem filio exequias ire vel Adrastum bis in Iliade occidi nemo hodie aut negat aut admodum graviter fert? Ita si statuendum sit, non magnopere commovebor equidem, neque ea causa tantum apud me valebit ut nova tentem itinera, quibus ad abstrusam aliquam et reconditam interpretationem adiectivorum *ἄβρομοι* et *ἀϝίϝαχοι* fortasse possit perveniri. Sed nullam hic cerno pugnam. Cerno discrimen, sed minime id molestum. Alia illic, alia nostro loco narrantur, non narrantur quae inter se conciliari nequeant. Tum cum primum Troianos petiverunt Achivi, hos illi, neutri taciti prodierunt, sed clamantes utrique. Achivi ingenti strepitu e castris proruerunt in planitiem, veluti avium

migrantium agmina infinita (B 459 sqq.), dein vero, cum ordines essent constituti, taciti perrexerunt; Troianorum vero et sociorum primum tunc in unum iunctorum multus etiamtunc fuit clamor et nonnihil turbarum. Credimus libentissime poetae eleganter narranti. Nunquamne igitur exinde Troianis licuit pugnare nisi vociferantibus? Ne tum quidem cum soli sine sociis procederent? Bona verba! Nostro loco „denso agmine Hectorem secuti hostium invadunt castra incendio vel procellae similes". Non ovilia plurimo balatu resonantia, non garrula agmina avium migrantium hic pinguntur, sed animo poetae obversatum est silentium illud minarum plenum animosque animantium miro terrore opprimens, quod fulminis tonitrusque furorem instantem solet nuntiare. Proruunt Troiani „*ἄμοτον μεμαῶτες ἄβρομοι αὐΐαχοι*", quae verba sic reddenda sunt, si quis ipso poeta interprete velit uti: „*ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες, ἐν θυμῷ μεμαῶτες ἀλεξέμεν' ἀλλήλοισι* (Γ 8 sq.). Quae illic de Achivis, ea hoc loco de Troianis fortiter hostem petentibus cecinit vates.

Verum igitur olim videbant Apion et qui cum illo interpretati sunt: „*ἄφωνοι καὶ ἥσυχοι*" (Apollon. lex.) vel: „*χωρὶς βρόμου ἢ ἄνευ θορύβου*" et: „*ἄνευ βοῆς ἢ σιωπῇ*" (Hesych.).

Itaque insigne hoc duco exemplum quo corroborari possit lex, quam in Homero interpretando postquam mihi scripsi, nonnihil profecisse mihi videor; quapropter eam iunioribus — nam seniores et ipsi eam dudum reppererunt, opinor — commendare liceat sic expressam: nomen vel verbum vel verborum structura aliunde bene cognita si quo loco Homerico ita adhibita reperitur ut admirationem faciat, ad solvendam quaestionem quaevis ratio ineunda est potius quam persuaderi nobis sinamus aliam iam vocum notarum esse vim, alias res alios homines significari. Si vero — ut hoc utar exemplo — raptae Helenae *ὁρμήματά τε στοναχάς τε* interpretamur non ita ut suadet sana ratio: *Helenae luctum* sed *luctum cuius causa Helena extitit*, quod Helena libens et sponte sua Paridem secuta esse credatur, cum Iovis filiae innocentissimae inferimus iniuriam, tum ipsi linguae. Sic *ἀβρόμους* qui vertit *simul* vel *vehementer frementes*, neque ab analogiae parte satis tutus esse mihi videtur neque vero contextui ipsique arti poetae satis consulere.

---

# AD PLUTARCHI LIBELLUM

## QUOMODO ADULATOR AB AMICO INTERNOSCATUR.

SCRIPSIT

J. J. HARTMAN.



49 E. *οὐ γὰρ δεῖ βλαβέντας αἰσθέσθαι ἀλλ' ὅπως μὴ βλαβῶμεν ἐμπειρίαν λαβεῖν καὶ κατανόησιν τοῦ κόλακος.*

Et hiatus vitabitur ét sententiae sua reddetur venustas, si istud *αἰσθέσθαι* deleverimus.

50 C. Difficile illud est negotium cum adulandi artifices persequamur

*ἀλλὰ μή, καθάπερ οἱ πολλοί, τοὺς αὐτοληκύθους τούτους λεγομένους καὶ τραπεζέας καὶ μετὰ τὸ κατὰ χεῖρας ὕδωρ ἀκουομένους ὥς τις εἶπε κόλακας νομίζωμεν.*

Deest hic haud dubie *μόνους*, nam recte iudicat qui adulatores esse putat eos qui ad cenam vocari student, sed errat qui illos *solos* adulatores appellat. Observa deinde quam inepto loco participium *λεγομένους* sit positum, quam sit sensu cassum *ἀκουομένους*, quam frigidum istud *ὥς τις εἶπε* cum praecedat *καθάπερ οἱ πολλοί*. Denique sua sciolo reddamus et sic Plutarchum ipsum loqui sinamus:

*ἀλλὰ μή, καθάπερ οἱ πολλοί, τοὺς αὐτοληκύθους τούτους καὶ τραπεζέας καὶ μετὰ τὸ κατὰ χεῖρας ὕδωρ* ἀ κ ο ύ ο ν τ α ς μ ό ν ο υ ς *κόλακας νομίζωμεν.*

Causa corruptelae fuit male intellectum *ἀκούοντας* (= *λεγομένους*).

51 B. *τὸ μάλιστα φιλίας ἀρχὴν* σ υ ν έ χ ο ν *ὁμοιότης ἐστὶν ἐπιτηδευμάτων καὶ ἠθῶν.*

Immo vero *παρέχον*. Quid sit *φιλίαν συνέχειν* intelligo, sed *ἀρχὴν φιλίας συνέχειν* nihili est.

52 B. Simius deprehenditur et captivus fit homines imitando,

*ὁ δὲ κόλαξ αὐτὸς ἑτέρους ἐπάγεται καὶ παλεύει, μιμούμενος οὐχ ἅπαντας κτέ.*

Ne nulla hic sit comparatio, transponatur virgula: *παλεύει μιμούμενος, οὐχ ἅπαντας κτέ.*

53 F. Adulatores, quorum rex infirma est valetudine, se quoque aegrotare simulant:

*ὥσπερ οἱ Διονυσίου κόλακες ἀμβλυωποῦντες ἐμπίπτοντες ἀλλήλοις καὶ τὰς παροψίδας ἐν τῷ δειπνεῖν καταβάλλοντες.*

Ipse, opinor, Dionysius infirmis erat oculis; ideo eius adulatores faciebant ea quae caecorum sunt. Lege ergo *ἀμβλυωποῦντος*.

56 E. Potentium hominum adulatores exitio sunt populis, velut ille qui Antonii libidines

*ἱλαρὰ πράγματα καὶ φιλάνθρωπα χρωμένης ἀφθόνως αὐτῷ δυνάμεως καὶ τύχης*

vocabat. Qui, obsecro, potestas et fortuna *Antonio uti* dici possunt? Lege *αὑτῇ*, habebis exquisitas blanditias: „tua, o Rex, potestas, tuaque fortuna se (i. e. viribus suis) utuntur et quantum valeant demonstrant iis quae tu facis."

62 B. Si quis se amico pecuniam mutuam daturum pollicitus, postea nummorum tenax *fidem* fallere cupit, quid facit eius adulator?

*τῇ χείρονι ῥοπῇ προστιθεὶς ἑαυτὸν ὁ κόλαξ ἐπέρρωσε τὴν εἰς τὸ βαλλάντιον γνώμην.*

Unquamne ulla fuit *γνώμη εἰς βαλλάντιον* vel *εἰς* ullam aliam rem? Mutent inter se locum vocabula q. s. *ῥοπή* et *γνώμη* et legatur:

*τῇ χείρονι γνώμῃ προστιθεὶς ἑαυτὸν ὁ κόλαξ ἐπέρρωσε τὴν εἰς τὸ βαλλάντιον ῥοπήν.*

Adulator peiori sententiae accedit et sic facit ut alter ille magis etiam quam antea *inclinet crumenam versus* i. e. pecuniae retinendae fiat cupidior.

---

# AD MENANDRI FRAGMENTA NOVA.

SCRIPSIT

J. VAN LEEUWEN J.F.



*Zwei neue Blätter der Perikeiromene.* Von A. Körte. Mit 4 Tafeln. Aus den Berichten d. ph.-h. Kl. d. k. S. Ges. d. Wissenschaften zu Leipzig, 1908 p. 145—175.

Complures iam praeterlapsi sunt menses postquam Alfredus Körte collega honoratissimus benevole, ut est eius mos, mihi dono misit quae nuper tunc ediderat Circumtonsae fabulae Menandri nova fragmenta duo, lacera eheu admodum et partim obscuriora. Quae fragmenta saepius deinde tentavi; sed non admodum prospere cedebat res, itaque tacere de iis quam nihil dicere videbatur satius. Neque nunc multas habeo quas de iis in medium proferam coniecturas; quaedam tamen melius interpretari posse iam mihi videor; quae breviter indicaturus sum.

Fragmenti prioris initium sic inter loquentes distribuo:

ΣΩΣΙΑΣ (ad Polemonem:) [1])

*ἐκεῖθεν ἥκει χρήματ' εἰληφώς* [2]). *ἐμοὶ*
*πίστευε· προδίδωσίν σε καὶ τὸ στρατόπεδον.*

ΠΑΤΑΙΚΟΣ.

*κάθευδ' ἀπελθών, ὦ μακάριε, τὰς μάχας*

1) Personam loquentis non indicavit Körte.

2) *Pataecum* perhibet argento corruptum esse ut periculum a Myrrhinae aedibus avertere conaretur.

ταύτας ἐάσας. οὐχ ὑγιαίνεις. σοὶ λαλῶ·
νὴ τὸν . . .! μεθύεις γάρ.

ΠΟΛΕΜΩΝ.

ἧττον ὅς πέπωκ' ἴσως
κοτύλης [1]), προειδὼς πάντα ταῦθ', ὁ δυστυχής,
τηρῶν τ' ἐμαυτὸν εἰς τὸ μέλλον!

ΑΒΡΟΤΟΝΟΝ [2]).

εὖ λέγεις·
πείσθητί μοι [3]).

ΠΟΛΕΜΩΝ.

τί δ' ἐστὶν ὁ κελεύεις ἐμέ;

ΑΒΡΟΤΟΝΟΝ [4]).

ὀρθῶς ἐρωτᾷς· νῦν ἐγὼ δὴ σοί γ' [5]) ἐρῶ.

(Aliquantisper expectat.)

ΠΟΛΕΜΩΝ.

'Αβρότονον, ἐπισήμηνον [6]).

ΑΒΡΟΤΟΝΟΝ.

εἴσω τουτονὶ [7])
πρῶτον ἀπόπεμψον τούς τε παῖδας οὓς ἄγεις.

ΠΟΛΕΜΩΝ.

κακῶς διοικεῖς [8]) τὸν πόλεμον! διαλύσεται [9]),
δέον [10]) λαβεῖν κατὰ κράτος. οὑτοσί με γὰρ
Πάταικος ἐξόλλυσιν [11]).

ΑΒΡΟΤΟΝΟΝ.

οὐκ ἔσθ' ἡγεμών!

κτἑ.

---

1) -ης Körte, -ην cod.

2) *Pataeco* tribuit Körte.

3) Habrotonon τὸ μέλλον interpretatur *amoris praelia* cum ipsa colluctaturi.

4) *Pat.* Körte, etiam versus sequentis partem priorem huic continuans.

5) σοί γε] *tibi certe, soli,* αὐτῷ (ceteros si removeris). Ficto pudore puella militem palam ceteris ad concubitum invitare non vult.

6) Id quod λέγοις ἄν, quod Ar. Eccl. 132 legitur loco subsimili. *Significa igitur quid velis.*

7) *Sosiam.*

8) συ(?) πολεμεισ cod.².

9) διαλυσετε cod.², διαλυεται¹.

10) Hoc (vel ἐξὸν) suppl. Körte.

11) *Nam Pataeci istius ad pacem et quietem hortantis verba nihil curo.*

Quibus versibus cum loquentium nomina superscriberem, cur a Körtio semel iterumque discesserim exponere inutile duco. Aut ipsi Körtio iudici peritissimo et aliis vel sic satis placebit haec recensio, aut frustra fuero.

Addere liceat aliquid de uno e versibus qui novis fragmentis cum Lefeburianis sunt communes. Vs. 231 Lefebvre edidit:

ἐρεῖς
τοῦτ', οἶδ' ἀκριβῶς, ὥσθ' ὃ μὲν νυνὶ ποεῖς
ἀποπληκτόν ἐστιν.

Quae quoniam intellegi non poterant, pro ἐρεῖς conieci ἐρᾷς. Coniectura mox Körtii tulit plausum, id ipsum in papyro extare tunc rati. Iam vero, postquam innotuere fragmenta Lipsiensia, negari nequit illic legi ЄΡЄΙC, non ЄΡΑΙC, itaque Körtio lubenter concedo papyri litteras obscuriores item ita esse accipiendas. Traditum igitur in utroque codice esto ἐρεῖς: etiamne recte traditum? Ita arbitratus Körte in versu sequenti pro ὥσθ' iam scripsit ὡς, quod suaserat vWilamowitz, sic igitur interpretatus: *dices (aliquando), sat scio, id quod nunc agis vesani esse hominis*. Non assentior. In utroque codice legitur ἐρεῖς, at in utroque non minus claris litteris etiam ὥσθ' est perscriptum, in utrumque igitur vitium aliquod irrepsisse certum est, et luculentum hoc est exemplum erroris cum aperti tum codicibus perantiquis communis. Sed illud vitium cuiusmodi sit quaeritur, et multo facilius AI in ЄI abire potuit (quarum diphthongorum ductus saepe ne possunt quidem inter se oculis distingui) quam Θ littera irrepere. Quapropter mihi ἐρᾷς et ὥστε etiamnunc vera videntur, cum praesertim sic demum apte decurrat enuntiatum: *Amas! probe scio. Ergo id quidem quod nunc facis vesani est hominis.* Eam ipsam ob causam, quod amas, vis nunc non est adhibenda. — Si vero ἐρεῖς et ὡς legimus, primum desidero ἔτι vel αὐτός vel eiusmodi quid post ἐρεῖς [1]), dein pro τοῦτ' οἶδ' ἀκριβῶς expecto potius εὖ οἶδ' ὅτι, denique μὲν particulam ferre nequeo.

Ante hoc fragmentum desiderari versus fere 70 docuit Körte. Quos finem actus tertii et initium actus quarti habuisse arbitror. Polemonem autem etiam in priore actu adfuisse, id quod

---

1) Nudum ἐρεῖς quomodo usurpetur apparet e. g. Herod. Mimiamb. IV 33.

censet Körte, vs. 176 (meae ed.) prodire eum ratus, id veri simile non duco, et aliis indiciis fretus et verbis versus 180. Non enim ipsius Polemonis est dicere: „*Glycera n o s plorare iussit*, sed Sosiae latronis ut opinor haec sunt verba iram ducis veriti. Item in vs. 189: *πότερα νομίζετ' οὐκ ἐκεῖν' ἡ μ ῖ ν μέλειν*. Itaque litterae ΠΟ, quas codex Aegyptius ante versum 183 habere dicitur, si recte sunt lectae, aut errori nescio cui deberi videntur aut aliud quid significare atque ΠΟ(*λέμων*).

Posterioris fragmenti Koertiani sive Lipsiensis, in quo tota fere *ἀναγνώρισις* legitur versibus Euripideis composita, partim satis integra extant verba, partim dubia corrigere vel supplere nequeo; pauca tantum habeo quae mutem vel addam. Sed loquentium vices hic quoque paullo melius quam fecit editor distinguere posse mihi videor. Sic enim ut opinor se habet res. Adsunt in proscenio *Pataecus* et *Glycera*, quae crepundia a Doride ancilla in cista vel vidula modo allata ei ostendit. Sed et *Moschio* adest iuvenis, qui — Davone servo comitante? — in angulo proscenii ita adstat ut neque a Glycera neque a Pataeco possit cerni; et sic, dum Glycerae cum patre colloquium auscultat, mox discit quae scire eum oportet, ita fere ut Charisius in Disceptantibus.

Ita igitur constitutos hos versus excribam [1]):

ΠΑΤΑΙΚΟΣ [2]).

*. . . αι* [3]) *τότ' εἶδον. οὐ παρ' αὐτὸν ουτοσὶ*
*[τρά]γος τις ἢ βοῦς ἢ τοιουτὶ θηρίον*
*[ἕ]στηκεν;*

ΓΛΥΚΕΡΑ [4]).

*ἔλαφος, φίλτατ', ἐστίν, οὐ τράγος.*

ΠΑΤΑΙΚΟΣ [5]).

*[κέρα]τ' ἔχει, τοῦτ' οἶδα* [6]).

1) Litteras cancellis inclusas quibus nihil adscriptum est e Körtii editione repetivi.

2) *Moschioni* tribuit Körte.

3) *ὃν καὶ* Körte. Lacunam indicare malui. Post *εἶδον* personam mutari (verba *ὃν καὶ τότ' εἶδον* igitur Pataeci esse) suspicatur Körte.

4) *Pat.* Körte.

5) *Mosch.* Körte.

6) Sic scripsi, *κέρα γ' ἔχει τοῦτ'* Körte, dein personam mutans.

ΓΛΥΚΕΡΑ [1]).

καὶ τουτὶ τρίτον
πετεινὸς ἵππος.

ΠΑΤΑΙΚΟΣ.

τῆς γυναικὸς τῆς ἐμῆς
[τὰ χρή]ματ' [2]) ἐστὶ ταῦτα, καὶ μάλ' ἀθλίας.
(Flens aliquantisper inspicit monumenta.)

ΜΟΣΧΙΩΝ (secum).

[πῶς; [3]) τῶν ἀ]δυνάτων ἐστὶ τοῦτ', ἐμοὶ δοκεῖν [4]),
[ἐθελον]τὶ τὴν ἐμὴν τεκοῦσαν μητέρα [5])
[οὕτω [6]) προ]έσθαι θυγατέρ' αὐτῇ γενομένην.
[εἰ δ' οὖν δέδρακε]ν [7]) τοῦτ', ἀδελφὴ δ' ἔστ' ἐμή [8]),
[ἤδη κάκιστ' ἔφ]θαρμ' ὁ δυστυχὴς ἐγώ.

ΠΑΤΑΙΚΟΣ.

[δήλου], τίν' ἤδη τἀπίλοιπα τῶν ἐμῶν.

ΓΛΥΚΕΡΑ.

[λέγ' εἴ τι] βούλει τοῦτο πυνθάνου τ' ἐμοῦ.

ΠΑΤΑΙΚΟΣ.

[πόθεν] λαβοῦσα κέκτησαι; φράσον.

ΓΛΥΚΕΡΑ.

[ἐν τοῖ]σδ' ἀνῃρέθην ποτ' οὖσα παιδίον.

ΜΟΣΧΙΩΝ (ad Davum?) [9]).

[ἐπ]άναγε σαυτὸν μικρόν· ὡσ γὰρ [εἰκάσαι] [10]),
ἥκω τύχης εἰς καιρὸν οἰκείας ἐγώ.

ΠΑΤΑΙΚΟΣ.

μόνη δ' ἔκεισο; τοῦτο γὰρ σημαινέ μοι.

---

1) *Pat.* Körte, etiam duos versus proximos huic continuans.

2) An [γνωρίσ]ματ'?

3) *οὐ* Körte.

4) Sic Körte, *δοκεῖ* cod.

5) Cf. *τὴν ἐμὴν κεκτημένην* Her. 37. *Myrrhinam* dicit, quae quin mater sua sit Moschio ne dubitat quidem.

6) Sic scripsi, Körte *μετ' ἐμοῦ*, quod cur verum ducere nequeam ostendit quae praecedit mea notula.

7) Sic scripsi, *ἀλλ' εἰ τετύχηκεν* Körte.

8) Mutatur igitur subiectum, si verum vidi, ut vs. 106 et 165.

9) *Pat.* Körte, versum sequentem *Moschioni* tribuens. Deest codicis margo, qui habueritne paragraphum necne, nescitur igitur.

10) Sic scripsi, *γάρ* litteras in imagine phototypa cernere me ratus; Körte *ὡς ῥοθ*....

ΓΛΥΚΕΡΑ.

οὐ δῆτ', ἀδελφὸν δ' ἐξέθηκε καὶ ἐμέ τις.

ΜΟΣΧΙΩΝ (secum) [1]).

τουτὶ μὲν ἕν μοι τῶν [πάλα]ι [2]) ζητουμένων.

ΠΑΤΑΙΚΟΣ.

πῶς οὖν ἐχωρί[σθητ'] ἀπ' ἀλλήλων δίχα;

ΓΛΥΚΕΡΑ.

ἔχοιμ' ἂν ε[ἰπεῖ]ν πάντ' ἀκηκουῖά σοι,
τὰ δ' ἄλλ' [3]) ἐρώτα, ῥητὰ γὰρ ταῦτ' ἐστί μοι,
ἐκεῖνα δ' αὐτῇ [4]) μὴ φράσειν ὀμώμοκα.

ΜΟΣΧΙΩΝ (ut supra).

καὶ τ[οῦτ]ό μοι σύσσημον εἴρηκεν σαφές·
ὀμώμοκεν τῇ μητρί! [πο]ῦ ποτ' εἰμὶ γῆς;

Pergunt colloqui Pataecus et Myrrhina, quorum verba partim integra partim feliciter iam emendata hic denuo excribi nihil est opus. Dein in fine fragmenti Moschio „οὐκέτι καθέξω — — —" exclamans e latebra procurrit sororem et patrem modo inventos amplexurus, et Pataecus „ὦ θεοί," ait „τίς ἐστιν; οὗτος — —". Desunt cetera.

1) *Pat.* Körte.
2) Sic scripsi, ἐμοὶ Körte.
3) Sic Körte, ταμαδ' cod.
4) *Myrrhinae* igitur nuper.

---

PLUTARCHUS.

Quom. adol. 34 E. Non laus est sed opprobrium εἶδος ἄριστε, quoniam quem sic alloqueris in eo nihil praeter faciem laudabile esse significas. Itidem opprobrium putandum est τὸ „χρήμασιν ἄριστε" καὶ „παισὶν ἢ ὑποζυγίοις ἄριστε" καὶ νὴ Δία τὸ λέγειν ἐφεξῆς „ἄριστε". Ain vero? Opprobriumne istud est si quem vocabulo ἄριστε saepius repetito salutas? Scin quid lateat in hisce ineptiis? Docebit hic locus: An seni 788 D δημαγωγοὺς βοᾶν μέγα καὶ λέγειν ἀπνευστὶ — δυναμένους. Homines stulti et aliis rebus gloriantur et quod per multas horas possint verba facere. Lege ergo: καὶ νὴ Δία „τῷ λέγειν ἐφεξῆς ἄριστε": „o tu qui continua oratione habenda excellis". J. J. H.

# DE FIGURA QUAE ΚΑΤ' ΕΞΟΧΗΝ VOCATUR.

SCRIPSIT

CH. CH. f. CHARITONIDES.

(*Continuantur e pag.* 201.)



## Cap. IV.

### § 4. Θήρ = λέων.

Galenus Vol. IV. p. 771 „Οὕτω δὲ καὶ τὸν θῆρα λέγουσιν ἐξαιρέτως τὸν λέοντα καὶ ἄλλα τοιαῦτα κατ' ἐξοχὴν ὀνομάζουσιν".

Choeroboscus 'Επιμερ. εἰς τὸ Ψαλτήρ. p. 125, 29 Gaisf. „θήρ: κυρίως λέγεται ὁ λέων θήρ".

Schol. Il. p. 423, 5 Bekk. „θῆρε: λέοντες κατὰ Κεφαλλῆνας" et Schol. Odyss. p. 580, 14 Dind. „θῆρας τοὺς λέοντας κατ' ἐξοχήν".

Schol. Apollon. Rhod. p. 379, 7 Keil. „ἠΰτε τις θήρ: κυρίως οἱ ποιηταὶ τὸν λέοντά φασι θῆρα, ὡς καὶ Καλλίμαχος".

Schol. Arat. p. 56, 9 Bekk. „ἢ καὶ διὰ τὸ ἕλκεσθαι ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ κατ' ἐξοχὴν πάντων ὠνομάσθη, ὡς ὁ λέων θὴρ κατ' ἐξοχὴν εἴρηται".

Schol. Oppian. p. 340, 8 Did. „θῆρα κυρίως τὸν λέοντα λέγουσιν, ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν πάρδαλιν διὰ τὸ ἄγριον καὶ μιαιφόνον".

In epigrammate in Leontem, quem custodiebat leo marmoreus, dicitur „θηρῶν μὲν κάρτιστος ἐγώ, θνατῶν δ', ὃν ἐγὼ νῦν φρουρῶ τῷδε τάφῳ λάϊνος ἐμβεβαώς" (Poet. Lyr. Graec. Bergk. Vol. III. p. 463 ed. IV). Dictum est etiam θηρὸς λέοντος ab Euripide Herc. F. 465 „στολήν τε θηρὸς ἀμφέβαλλε σῷ κάρα λέοντος" et θῆρα λέοντα ab Epimenide apud Aelian. Nat. Anim. XII. 7

„καὶ γὰρ ἐγὼ γένος εἰμὶ Σελήνης ἠϋκόμοιο,
ἣ δεινὸν φρίξασ' ἀπεσείσατο θῆρα λέοντα
ἐν Νεμέᾳ, ἀνάγουσ' αὐτὸν διὰ πότνιαν Ἥραν"

et a Mesomede *λέαινα θήρ* in Anthol. Palat. XIV. 63

*πτερόεσσα μὲν ἦν τὰ πρόσω γυνά,*
*τὰ δὲ μέσσα βρέμουσα λέαινα θήρ,*
*τὰ δ' ὄπισθεν ἑλισσόμενος δράκων"*

et *θῆρες λέαιναι* a Callimacho Hymn. Del. 119 *„ἐπεὶ καὶ θῆρες ἐν οὔρεσι πολλάκι σεῖο ὠμοτόκους ὠδῖνας ἀπηρείσαντο λέαιναι"* (Vid. Meinekius in Analect. Alexandr. p. 84).

Adnotandum autem *θηρία* appellari *τοὺς ἐλέφαντας* a Polybio p. 773, 31 Hulsch. *„τῶν δὲ θηρίων τὰ μὲν ἓξ ἅμα τοῖς ὕστερον ἀνδράσιν ἔπεσεν, τὰ δὲ τέτταρα διωσάμενα τὰς τάξεις ὕστερον ἑάλω μεμονωμένα καὶ ψιλὰ τῶν Ἰνδῶν"* et a Dionysio Halicarnasensi Ant. Rom. Vol. IV. p. 253, 15 Kisl. *„Ἱππεῖς δὲ παρεγένοντο Ῥωμαίοις μὲν ἀμφὶ τοὺς ὀκτακισχιλίους, Πύρρῳ δὲ μικρῷ πλείους καὶ θηρία ἑνὸς δέοντα εἴκοσι"* et a Plutarcho Pyrrh. XVII *„τέλος δέ, τῶν θηρίων ἐκβιαζομένων μάλιστα τοὺς Ῥωμαίους καὶ τῶν ἵππων· πρὶν ἐγγὺς γενέσθαι δυσανασχετούντων* etc." et alibi. Dicit etiam Suidas p. 504 Bekk. *„θηρία οἱ ἐλέφαντες — ἐγένοντο δὲ οἱ περὶ τὸν Προυσίαν περὶ τὴν τῶν θηρίων συναγωγήν"* (Vid. Baerius in editione Plutarchi vit. Philop. Flamin. Pyrrh. p. 195).

## § 5. Πηρός = τυφλός.

Adiectivum *πηρός* significat quolibet membro corporis captum atque synonymum est eius quod est *ἀνάπηρος*· unde et verbum *πηροῦν — πηροῦσθαι* est idem quod *βλάπτειν — βλάπτεσθαι*, ut apud Aristophanem Ran. 623 *„δίκαιος ὁ λόγος, κἄν τε πηρώσω γέ σοι τὸν παῖδα τύπτων"* (Schol. *„κἄν τι πηρώσω: Ἐὰν βλάψω μέρος τοῦ σώματος τοῦ παιδίου τύπτων"*) et Demosthenem p. 247, 67 *„ἑώρων δ' αὐτὸν τὸν Φίλιππον, πρὸς ὃν ἦν ἡμῖν ὁ ἀγών, ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ δυναστείας τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένον, τὴν κλεῖν κατεαγότα, τὴν χεῖρα, τὸ σκέλος πεπηρωμένον"*. Fertur etiam adiectivum compositum *ἔμπηρος* apud Herodotum et alios.

In Anthol. Palat. IX. 11 est *„πηρὸς ὁ μὲν γυίοις, ὁ δ' ἄρ' ὄμμασιν"*. Saepe autem dicitur *κατ' ἐξοχὴν πηρός*, qui oculis captus est et videndi sensu privatus est, id est caecus; invenitur etiam verbum *πηρωθῆναι* et *πεπηρῶσθαι* pro *τυφλωθῆναι — τετυφλῶσθαι* positum.

Sextus Empiricus p. 183, 18 Bekk. *„ὡς γὰρ ὁ ἐκ γενετῆς πη-*

ρός, εἰς ὅσον ἐστὶ πηρός, οὐκ ἂν λάβοι χρωμάτων ἀντίληψιν, οὐδὲ ὁ ἐκ γενετῆς κωφὸς ὁμοίως φωνῆς, οὕτως οὐδὲ ὁ ἄτεχνος καταλάβοι ἂν τὰ τῆς τέχνης θεωρήματα, ἧς ἐστιν ἄτεχνος". p. 201, 28 „πεπήρωται γὰρ πρὸς τὴν γνῶσιν τῶν τεχνικῶν ἰδιωμάτων, καὶ ὡς οὔτε τυφλὸς λαμβάνει τὰ τῆς ὁράσεως ἔργα οὔτε κωφὸς τὰ τῆς ἀκοῆς, οὕτως οὐδὲ ὁ ἄτεχνος ὀξυωπεῖ πρὸς τὴν κατάληψιν τοῦ τεχνικῶς ἀπολεσθέντος". p. 254, 22 „καίτοι οὐ μόνον τὴν κοινὴν σύνοδον ὡς σῶμα νοεῖν ἐστιν ἀφυής, ἀλλὰ πρὸς τὴν ἑκάστου τῶν τούτῳ συμβεβηκότων κατάληψιν πεπήρωται, οἷον εὐθέως μήκους". p. 425, 30 „ἀλλ' ὃν τρόπον ὁ μὴ περιπεπτωκὼς λευκῷ χρώματι καὶ μέλανι διὰ τὸ ἐκ γενετῆς εἶναι πηρὸς οὐ δύναται νόησιν ἔχειν χρώματος, οὕτως οὐδὲ θεὸς μὴ περιπεπτωκὼς πόνῳ δύναται νόησιν ἔχειν τούτου". p. 512, 24 „οἱ ἐκ γενετῆς πηροὶ τῆς μὲν τοῦ κόσμου κινήσεως ἔννοιαν οὐκ ἔχουσιν, καθίσαντες δὲ καὶ ἀναστάντες καὶ περιπατήσαντες ἔννοιαν χρόνου λαμβάνουσι". p. 592, 5 „οὔτε δὲ ὁ ἄτεχνος τὸν ἄτεχνον διδάσκειν δύναται, ὡς οὐδὲ ὁ τυφλὸς τὸν τυφλὸν ὁδηγεῖν, οὐθ' ὁ τεχνίτης τὸν τεχνίτην· οὐ γὰρ ἔχει πάντως ὃ διδάξει· οὔτε μὴν ὁ ἄτεχνος τὸν τεχνίτην, ὡς οὐδὲ ὁ τυφλὸς ὁδηγεῖν ποτε δύναται τὸν βλέποντα· πεπήρωται γὰρ ὁ ἰδιώτης εἰς τὰ τῆς τέχνης θεωρήματα καὶ διὰ τοῦτ' ἀνεπιτήδειος πρὸς τὸ διδάσκειν". p. 592, 18 „ὃν τρόπον οὔτε ὁ ἐκ γενετῆς τυφλὸς εἰς ἔννοιαν ἔρχεται χρωμάτων οὔτε ὁ ἐκ γενετῆς κωφὸς εἰς ἔννοιαν ἔρχεται φωνῶν, οὕτω καὶ ὁ ἄτεχνος, ἐφ' ὅσον ἐστὶν ἄτεχνος, πεπηρωμένος πρὸς τὴν τῶν τεχνικῶν θεωρημάτων ἀντίληψιν οὐ δύναται τούτων αὐτῶν ἔχειν τὴν γνῶσιν". p. 594, 4 „ὃν τρόπον ὁ ἐκ γενετῆς πηρός, μέχρις οὗ πηρός ἐστιν, οὐκ ἔχει ἔννοιαν χρωμάτων, καὶ ὁ ἐκ γενετῆς κωφός, μέχρις οὗ κωφός ἐστιν, οὐκ ἀντιλαμβάνεται φωνῶν, οὕτω καὶ ὁ ἄφρων etc.". p. 605, 28 „ὅμοιον γάρ, ὡς εἴ τις λέγοι τὸν βλέποντα ὑπὸ τοῦ πεπηρωμένου ὁδηγεῖσθαι".

Philo Iudaeus Vol. I. p. 297, 12 Berol. „διόπερ ἑλέσθαι ἂν μοι δοκοῦσιν οἱ μὴ τελείως ἀπαίδευτοι πεπηρῶσθαι μᾶλλον ἢ τὰ μὴ προσήκονθ' ὁρᾶν καὶ κεκωφῶσθαι μᾶλλον ἢ βλαβερῶν ἀκούειν λόγων" et Vol. III. p. 18, 8 „εἰς ἔλεγχον τοῦ τυφλοῦ τῶν ἀγελαίων ἀνθρώπων γένους, ὃ βλέπειν δοκοῦν πεπήρωται· πῶς γὰρ οὐ πεπήρωται, ὅτε κακὰ μὲν ἀντ' ἀγαθῶν, αἰσχρὰ δ' ἀντὶ καλῶν — ᾕρηται;". p. 135, 24 „οἱ μὲν οὖν μήτε εὑρέσεως μήτε ζητήσεως ἐφιέμενοι τὸν λογισμὸν ἀπαιδευσίᾳ καὶ ἀμελετησίᾳ χαλεπῶς ᾐκίσαντο καὶ δυνάμενοι ὀξὺ καθορᾶν ἐπηρώθησαν". p. 146, 17 „τὴν

δ' ἡγεμονικὴν οὐσίαν ὁ βουλόμενος καταθεάσασθαι τῷ περιαυγεῖ τῶν ἀκτίνων πρὶν ἰδεῖν πηρὸς ἔσται". Cf. p. 230, 9 „μεθ' ὧν οἱ τὰ τῆς ψυχῆς ὄμματα πρὸ τῶν σώματος πεπηρωμένοι ζῶσιν". Dixit etiam Philo „ἀναμνήσεως δὲ λήθη πάντως προηγεῖται, πηρὸν καὶ τυφλὸν πρᾶγμα" (Vol. I p. 133, 19) et „τουτέστιν ὁ λαός σου καὶ ἡ δύναμις εἴρηται πηρὸς καὶ τετυφλωμένος" (Vol. I. p. 164, 26).

Origenes Vol. XVIII. p. 355 „καί φησι τοῦτον ἐπὶ τῶν ὀφθαλμιώντων αἰτιᾶσθαι τοὺς ὀξὺ βλέποντας ὡς πεπηρωμένους".

Io. Chrysostomus ad Matth. p. 830 A „ἄλλος τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀλγεῖ καὶ πεπήρωται, οὐκ ὀρθὰ βλέπων".

Procopius Vol. I p. 208 Bonn. „νεκρούς τε γὰρ καλῶν ἐξανέστη ὥσπερ ἐξ ὕπνου, καὶ πηροῖς τοὺς ὀφθαλμοὺς οὕτω τεχθεῖσιν ἀνέῳγεν".

Suidas dicit p. 854 Bekk. „Πηρός: ὁ παντάπασι μὴ ὁρῶν" et „Πήρωσις: ἡ τύφλωσις". Cf. Hesych. „Πηρόν: τὸν παντάπασι μὴ ὁρῶντα" et Pseudherodian. Epimer. p. 109 Boisson. „Πηρός: ὁ τυφλός καὶ τὰ ὅμοια".

In Magno Etymologico p. 671, 1 scribitur „Πηρός: ὁ τυφλός. Ἀπὸ τοῦ πήθω πήσω πηρός, ὁ ἐπὶ παντὸς μέρους πεπονθώς, ἐξαιρέτως δὲ ἐπὶ τῆς ὄψεως". Memoratu digna sunt etiam quae Pollux scripsit Onomast. II. 60 „Προσήκοι δ' ἂν τούτῳ τῷ μέρει τυφλός, τυφλούμενος, πεπηρωμένος τοὺς ὀφθαλμούς· ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γὰρ τὴν πήρωσιν μετὰ προσθήκης τῶν ὀφθαλμῶν λέγουσιν, ὡς ἄνευ τῆς προσθήκης ἄδηλον ὂν ποίου μέρους ἡ πήρωσίς ἐστιν· ἀνάπηρος δὲ ὁ πᾶν τὸ σῶμα πεπηρωμένος, ὡς Ἰσαῖος ἐν τῷ κατὰ Ἀριστομάχου· κατέλιπεν ἐν τῷ χωρίῳ γέροντας καὶ ἀναπήρους. Ἀντιφῶν δ' ἐν τοῖς περὶ ἀληθείας καὶ ἀνάπηρα εἴρηκε, Κρατῖνος δ' ἐν Πλούτῳ ἀναπηρίαν. Τάχα δὲ καὶ τὸ ἔμπηρα τούτοις προσήκει καὶ τὸ ἄπηρα".

Adiectivo πηρός usus est etiam Homerus Ἰλ. B, 599 „αἱ δὲ χολωσάμεναι πηρὸν θέσαν (Θάμυριν), αὐτὰρ ἀοιδὴν θεσπεσίην ἀφέλοντο καὶ ἐκλέλαθον κιθαριστύν". Intellegitur autem πηρὸν θέσαν communi opinione pro τυφλὸν ἐποίησαν. Extat etiam scholion ad hoc vocabulum: „Ὅτι πηρὸν οὐ τυφλόν, ⟨ὡς⟩ ἀπεδέξαντο οἱ νεώτεροι, ἀλλὰ τῆς ᾠδῆς πηρόν· τί γὰρ ἦν αὐτῷ βλαβερὸν κιθαρῳδῷ ὄντι, εἰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐστερήθη; μᾶλλον γὰρ προσεκτικὸς ἂν ἐγένετο τῇ φωνῇ. Τόν γε δή τοι Δημόδοκον ἡ Μοῦσα ὀφθαλμῶν μὲν ἄμερσε, δίδου δ' ἡδεῖαν ἀοιδήν". Sed

aperte dixit poeta praeter oculorum privationem abstulisse Musas Thamyridi divinum cantum effecisseque ut fidibus canere oblivisceretur. V. etiam Epigramma a Ceramopullo scite lectum et explicatum in *Bull. de Corresp. Hell.* 1902, p. 467.

§ 6. *Ἔπος* = versus atque adeo dactylicus.

Proclus Chrestom. III „*Καὶ ὅτι τὸ ἔπος πρῶτον μὲν* (scr. *πρώτη μὲν*) *ἐφεῦρε Φημονόη Ἀπόλλωνος προφῆτις, ἑξαμέτροις χρησμοῖς χρησαμένη· καὶ ἐπειδὴ τοῖς χρησμοῖς τὰ πράγματα εἵπετο καὶ σύμφωνα ἦν, ἔπος τὸ ἐκ τῶν μέτρων* (scr. *τὸ ἑξάμετρον*) *κληθῆναι. Οἱ δέ φασιν ὅτι διὰ τὴν κατασκευὴν καὶ τὴν ἄγαν ὑπεροχὴν τὴν ἐν τοῖς ἑξαμέτροις θεωρουμένην τὸ κοινὸν ὄνομα παντὸς τοῦ λόγου τὸ ἑξάμετρον ἰδιώσατο, καὶ ἐκλήθη ἔπος· καθάπερ καὶ ὁ Ὅμηρος τὸν ποιητὴν καὶ ὁ Δημοσθένης τὸν ῥήτορα ᾠκειώσατο· ἐπεὶ καὶ τὰ τρίμετρα ἔπη προσηγόρευον. Γεγόνασι δὲ τοῦ ἔπους ποιηταὶ* etc.".

Eustathius Ad Hom. Il. p. 3, 39 „*Ἐπεὶ δὲ ποιητὴν μέγαν περιεργαζόμεθα, σκοπητέον τὸ τοιοῦτον ὄνομα καὶ σημειωτέον ὅτι, καθάπερ ἔπος ἁπλῶς μὲν ὁ λόγος, ὡς τὸ ἔπεα πτερόεντα, ἰδίως δ' ἔπος ὁ ἔμμετρος λόγος, οὕτω καὶ ποιεῖν ὅλως μὲν τὸ πράττειν, καὶ ἔστιν ἡ χρῆσις καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ πολλαχοῦ· ἰδιάζεται δὲ ἡ λέξις καὶ ἐπὶ τῶν ῥαψῳδούντων κατά τι ἐξαίρετον διὰ τὸ τῆς ἐν αὐτοῖς πράξεως ταύτης ἐξέχον ὡς θεῖον καὶ ἔλλογον. Ὅθεν καὶ συνθέμενοί τινες τὸ ἔμμετρον ἔπος καὶ τὸ ῥαψῳδικοὺς ποιεῖν ὠνόμασαν συνθέτως ἐποποιοὺς τοὺς ἐν ἁπλότητι λεγομένους καὶ ποιητάς, μάλιστα δὲ τοὺς ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ ἡρωΐζοντας, ὧν λέγεταί τις Φημονόη, γυνὴ προφῆτις Ἀπόλλωνος, ἐφευροῦσα, φασίν, αὐτὴ πρώτη τὸ ἔπος, κληθὲν οὕτω κατὰ τοὺς παλαιοὺς οὐ μόνον καθ' ὑπεροχήν, δι' ἣν τὸ ἑξάμετρον ἰδιώσατο τὴν κοινὴν προσηγορίαν τοῦ λόγου ἀλλὰ καὶ διότι ἕπονται, φασί, τὰ πράγματα τοῖς χρησμοῖς. Εἰ δὲ ἡ τοιαύτη ἐτυμολογία δασύνεσθαι ἀπαιτεῖ τὸ ἔπος, ἀλλ' ἔστι συνηγορῆσαι καὶ τῇ ψιλώσει ταύτῃ πιθανῶς, εἴ τις βουληθείη*".

Theodosius Grammaticus p. 59, 16 Goetl. „*Ἔπος λέγεται πᾶς στίχος ἰαμβικὸς καὶ τροχαϊκὸς καὶ ἀναπαιστικὸς καὶ δακτυλικὸς καὶ οἱῳδήποτε ποδὶ μετρούμενος· κατ' ἐξοχὴν δὲ καὶ ὑπεροχὴν τὸ ἡρωικὸν μέτρον ἔπος καλεῖται. Εἴρηται δὲ ἔπος παρὰ τὸ ἕπεσθαι καὶ ἀκολουθεῖν. Τὰ δὲ ἔπη τὰ ἡρωικὰ εὐτόνως ἀναγινώσκομεν,*

ἤγουν συντόνῳ φωνῇ καὶ μὴ ἐκλελυμένῃ, μετὰ δυνάμεως διὰ τὸ περιέχειν αὐτὰ ἡρώων πρόσωπα". Cf. etiam Bekk. Anecd. Graec. p. 751.

Nemo est quin concedat ineptissimam esse eorum opinionem qui existiment τὸ ἔπος a verbo ἕπεσθαι duci.

## § 7. Ὀπός = Κυρηναϊκὸς ὀπός.

Schol. Nicandr. p. 71, 13 Keil. „Ὀπόν: νῦν τὸν Κυρηναϊκόν φησι". p. 88, 36 „Ἐμπευκέϊ ὀπῷ χράνας ἀντὶ τοῦ μίξας τῷ πικρῷ ὀπῷ, λέγει δὲ τῷ Κυρηναϊκῷ". p. 94, 28 „αὐτὴ ἡ ῥίζα λέγεται σίλφιον, ὁ δὲ ταύτης ὀπὸς Κυρηναϊκὸς καλεῖται ὀπός". p. 95, 25 „καὶ σιλφίου φησὶ καὶ ὀποῦ Κυρηναϊκοῦ".

Galenus Vol. XII. p. 91 „Εἰσὶ δὲ πάμπολλοι μὲν ὀποί· ῥίζης γὰρ ἡστινοσοῦν ἢ καυλοῦ τμηθέντος, τὸ ῥέον ἐκ τῆς τομῆς παχὺ καὶ γλίσχρον ὀπός ἐστιν. Εἰδικώτερον δέ, οἷον καθ' ὑπεροχήν τινα, τὸν Κυρηναῖον οὕτως ὀνομάζουσι καὶ τὸν Μηδικὸν καὶ τὸν Συριακόν" et Vol. XIX. p. 126 „Ὀπός: τοῦ σιλφίου κατ' ἐξοχήν, ὥσπερ καὶ καυλός· καλεῖ δὲ σίλφιον τὴν ῥίζαν μόνην" et „Ὀποῦ καρπόν: σιλφίου σπέρμα". De diminutiva forma ὄπιον dicit Galenus Vol. XIII. p. 272 „τούτοις ἅπασι μίγνυσθαι κελεύει τὸν τοῦ μήκωνος ὀπόν, εἰθισμένον ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ὄπιον ἰδίως ὀνομάζεσθαι, μηδενὸς τῶν ἄλλων ὀπῶν, καίτοι παμπόλλων ὄντων, κατὰ τὸ καλούμενον οὐδέτερον γένος ὀνομαζομένων". Etiam Coraes scribit ἐν τῷ Προδρόμῳ τῆς Ἑλληνικῆς Βιβλιοθήκης p. 354 „Μήκωνα δὲ ἐνταῦθα, τῆς Μήκωνος τὸν ὀπὸν ἐκδεκτέον, τὸν ὑποκοριστικῶς λεγόμενον Ὄπιον, ὃν οἱ χυδαῖοι εἰς τὸ Τουρκικὸν Ἀφιόνι μετεποίησαν, οὐκ εἰδότες ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ παρὰ τοῖς Τούρκοις Ἀφιούν τοῦ Ὀπίου παραποίησις ἐστι". Vid. etiam quae de ὀπός et ὄπιον tractata sunt in Thesauro Stephani Vol. V. p. 2109. C.D.

## § 8. Ὥρα = ἔαρ, ὥρα ἔτους = θέρος.

Eustathius ad Hom. p. 256, 20 „Ὥραν δὲ τὴν ἐαρινὴν λέγει κατ' ἐξοχὴν ἢ κατ' ἔλλειψιν. Προϊὼν γοῦν φησιν· ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ, ἐνταῦθα μὲν ἐλλείψας, ἐκεῖ δ' εἰπὼν ἐντελῶς, ὁποῖόν τι ποιεῖ καὶ ὅτε πατρίδα λέγει ἐλλειπτικῶς καὶ πατρίδα γαῖαν ἐντελῶς" et p. 1851, 41 „τὸ δὲ ὥρῃ ἐν εἰαρινῇ ἐντελῶς κἀνταῦθα εἴρηται, ὡς καὶ ἐν Ἰλιάδι· ἐν δέ γε τῷ ὅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα

*γίνεται ὥρῃ λείπει τὸ εἰαρινῇ*". Cf. etiam Galen. Vol. XVII. p. 185 „*οὔτε γὰρ ἐξαιρέτως τις ὥραν ἔτους ὠνόμασε τὸ ἔαρ, ἀλλ' ἁπλῶς ὥραν, ὥσπερ καὶ τὰς ἄλλας οὔτε* etc.". Adnotat autem Coraes in editione Xenocratis et Galeni *περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ἐνύδρ. τροφῆς* p. 162 „*Ὡραῖον δὲ ἐπὶ τῶν ταρίχων, οἱ μὲν τὸ ἐν ἔαρι ἁλισθέν, ἐπεὶ καὶ κατ' ἐξοχὴν Ὥρα καλεῖται τὸ ἔαρ* (*Ἴδ. Ἡσύχ. λέξ. Ὡραῖον*), *οἱ δὲ τὸ ἐξ εὐμεγέθους καὶ ὡραίου τουτέστι καλοῦ, ἰχθύος τάριχος ἐξεδέξαντο*".

Galenus Vol. VI. 558 „*Ὥραν ἔτους ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες ἐκεῖνον τὸν καιρόν, ἐν ᾧ μεσοῦντι τὴν τοῦ κυνὸς ἐπιτολὴν γίγνεσθαι συμβαίνει· χρόνος δ' ἐστὶν οὗτος ἡμερῶν τεσσαράκοντα. Κατὰ τοῦτον οὖν τὸν χρόνον ἅπαντές εἰσιν οἱ ὡραῖοι καλούμενοι καρποί, τινὲς μὲν ἤδη παρακμάζοντες, ἔνιοι δ' ἀρχόμενοι, τινὲς δ' ἀκμάζοντες ἢ μετὰ τὴν ἀκμὴν ἢ πρὸ αὐτῆς. Ὡραίους δ' αὐτοὺς ὀνομάζουσιν οὐχ ὅτι μόνον κατὰ τὸν εἰρημένον γίγνονται χρόνον ἀλλ', ὡς οἶμαι, διορίζειν βουλόμενοι τῶν εἰς ἀπόθεσιν ἐπιτηδείων, ἐπεί τοι καὶ πυροὶ καὶ κριθαὶ καὶ πάνθ' ὅσα κατὰ τὸ πρῶτον γράμμα διῆλθον, ἐπέτειόν τε καὶ θερινὴν ἔχει τὴν γένεσιν*" et Vol. XVI. p. 432 „*Κατ' ἐξοχὴν δ' ὥραν ἔτους καλοῦσιν ἐκεῖνον τὸν καιρόν, καθ' ὃν οἱ καρποί, οὓς ὡραίους καλοῦσι, τελειοῦνται*" et Vol. XVII. p. 184 „*ἐπιφέρουσι μὲν γὰρ τὸ τῆς ὥρας ὄνομα καὶ φθινοπώρῳ καὶ χειμῶνι καὶ ἦρι· κατ' ἐξοχὴν δ' ἐνίοτε καλοῦσιν ὥραν ἔτους ἐκεῖνον τὸν καιρόν, ἐν ᾧ τοὺς ὡραίους ὀνομαζομένους καρποὺς τελειοῦσθαι συμβαίνει*".

Pseudherodianus *Φιλετ.* p. 465 „*Ἔτους ὥραν: ἰδίως τὸ θέρος Ἀττικοί*" (Vid. quae Piersonus adnotavit ad hunc locum).

Legitur etiam in Schol. Thucyd. p. 47, 21 Did. „*Ὥρα ἔτους: τῷ θέρει λέγει*".

## § 9. *Ὀπώρα* = *σταφυλή* vel *σταφυλὴ καὶ σῦκον*.

Hesych. „*Ὀπώρα: — κυρίως δὲ ἡ σταφυλή· καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων*".

Galen. Vol. VI. p. 792 „*Ἣν δὲ ὀνομάζουσιν ἰδίως οἱ Ἕλληνες ὀπώραν ἐν σύκοις καὶ σταφυλαῖς οὖσαν, ἀμείνων μέν ἐστι τῶν εἰρημένων, οὐ σμικρὰν δ' ἔχει τὴν διαφορὰν ἢ πέπειρον ἀκριβῶς εἶναι τὸν καρπὸν ἢ μηδέπω τοιοῦτον· ἐγγὺς γὰρ τῶν ἀβλαβῶν τὰ πέπειρα σῦκα καὶ μετὰ ταῦτα ἡ πέπειρος σταφυλή*". Cf. etiam

p. 573 „Σῦκα καὶ σταφυλαὶ τῆς ὀπώρας ὥσπερ κεφάλαιόν ἐστι" (Vid. Coraes Atact. Vol. IV. p. 450).

## § 10. Φύλλον = μαλάβαθρον.

Coraes adnotat in editione Aethiopicorum Heliodori Vol. II, p. 352 „Φύλλον δὲ θυῶδες (ὅπερ ὁ Α. Baume, τουτέστιν βάλσαμον ἐξεδέξατο) τὸ Μαλάβαθρον ἔοικε λέγειν, ὃ καὶ Φύλλον ἁπλῶς καὶ κατ' ἐξοχὴν ἐκαλεῖτο. Ἐνταῦθα δὲ προσέθηκε τὸ θυῶδες, ὅ ἐστιν εὐῶδες, ἢ ἀρωματικὸν, τὴν ποιότητα δηλῶσαι βουλόμενος τοῦ Μαλαβάθρου, οὕτως ὀνομασθέντος τοῖς Ἕλλησιν, ἐκ τοῦ παρ' Ἰνδοῖς, παρ' οἷς καὶ φύεται, ὀνόματος Ταμαλαπάτρα, ὥς φησιν ὁ Σαλμάσιος (Πλινιακ. Γυμνασ. σελ. 754)· ἴσως δὲ τοὔνομα τοῦτο οὐδὲν ἄλλο σημαίνει ἢ αὐτὴν τὴν παραλίαν τοῦ Μαλαβάρου (côte de Malabar)· φύεται γὰρ ἐκεῖ πολὺ τὸ Μαλάβαθρον, ὥς φασιν οἱ νεώτεροι τῆς Φυσικῆς Ἱστορίας συγγραφεῖς Τόμ. ΙΓ, σελ. 15 καὶ σελ. 563), οἵτινες καὶ Δαφνοκασσίαν αὐτὸ καλοῦσιν".

Legenda etiam quae sunt in Thesauro Stephani Vol. VIII. p. 1129.

## § 11. Κόκκος (ἡ κόκκος) = πρινοκόκκιον.

Coraes scribit Atact. Vol. V. p. 313 „ΠΡΙΝΟΚΟΚΚΙΟΝ: ὁ γνωστὸς εἰς ὅλην τὴν Ἑλλάδα κόκκος (Kermés), ὀνομαζόμενος θηλ. ἡ Κόκκος, κατ' ἐξοχὴν, ἢ Κόκκος βαφικὴ κατὰ τὸν Διοσκορίδην, ὅθεν ὀνομάζομεν καὶ Κόκκινα (couleur d'écarlate) τὰ βαφόμενα μὲ τὴν Κόκκον· 'Κόκκος, ἐξ οὗ τὸ φοινικοῦν βάφεται, καὶ αὐτὸ τὸ χρῶμα' λέγει ὁ Ἡσύχιος. Τὸ δένδρον ὀνομάζεται ὡς καὶ παλαιὰ Πρῖνος τῶν φυτολόγων ἡ quercus coccifera (chène cochenillefére)".

Theophrastus dicit Hist. Plant. III. vii. 3 „καὶ ἡ πρῖνος τὸν φοινικοῦν κόκκον (φέρει)" „et XV. 1 „φέρει δὲ (ἡ πρῖνος) καὶ παρὰ τὴν βάλανον κόκκον τινὰ φοινικοῦν". Purpureum hoc coccum ilicis appellatur κατ' ἐξοχὴν κόκκος, sed est in tali re femininum, ut apud Strabonem p. 194, 25 Mein. „καὶ κηρὸς δὲ καὶ μέλι καὶ πίττα ἐξάγεται καὶ κόκκος πολλὴ καὶ μίλτος οὐ χείρων τῆς Σινωπικῆς γῆς" et p. 881, 1 „ἔστι δὲ καὶ πρὸς βαφὴν ἐρίων θαυμασίως σύμμετρον τὸ κατὰ τὴν ἱερὰν πόλιν ὕδωρ, ὥστε

τὰ ἐκ τῶν ῥιζῶν βαπτόμενα ἐνάμιλλα εἶναι τοῖς ἐκ τῆς κόκκου καὶ τοῖς ἀλουργέσιν" (V. I. Schneiderus in editione Theophrasti Vol. III. p. 241).

Cognoscenda etiam quae Pausanias dixit X. 36 § 1 „πεφύκασι μέντοι καὶ αἱ θάμνοι· τὴν δὲ θάμνον ταύτην Ἴωνες μὲν καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν κόκκον, Γαλάται δὲ οἱ ὑπὲρ Φρυγίας φωνῇ τῇ ἐπιχωρίῳ σφίσιν ὀνομάζουσιν ὕσγινον· γίνεται δὲ αὕτη μέγεθος μὲν ἡ κόκκος κατὰ τὴν ῥάμνον καλουμένην, φύλλα δὲ μελάντερα μὲν καὶ μαλακώτερα ἢ ἡ σχῖνος, τὰ μέντοι ἄλλα ἐοικότα ἔχει τῇ σχίνῳ. Ὁ δὲ αὐτῆς καρπὸς ὅμοιος τῷ καρπῷ τῆς στρύχνου, μέγεθος δέ ἐστι κατὰ ὄροβον· γίνεται δέ τι ἐν τῷ καρπῷ τῆς κόκκου βραχὺ ζῷον· τοῦτο εἰ ἀφίκοιτο εἰς τὸν ἀέρα, πεπανθέντος τοῦ καρποῦ, πέτεταί τε αὐτίκα καὶ ἐοικὸς κώνωπι φαίνοιτο ἄν· νῦν δὲ πρότερον πρὶν ἢ τὸ ζῷον κινηθῆναι, συλλέγουσι τῆς κόκκου τὸν καρπόν· καὶ ἔστι τοῖς ἐρίοις ἡ βαφὴ τὸ αἷμα τοῦ ζῴου". Manifestum autem est κόκκον feminino genere vocari a Pausania arbustum in cuius fructu nascatur bestiola culici similis, cuius sanguine tincta lana purpureo inficiatur colore.

## § 12. Θαλλός = κλάδος ἐλαίας.

Schol. Theocrit. p. 171, 1 Ahr. „Θαλλός ἁπλῶς λέγεται πᾶν τὸ τεθηλός, κυρίως δὲ ὁ τῆς ἐλαίας βλαστός" et „θαλλὸν ἔλεγον οἱ ἀρχαῖοι πᾶν τὸ τεθηλός — Ἀθηναῖοι δὲ κατ' ἐξοχὴν θαλλὸν τὴν ἐλαίαν φασί" et „θαλλὸς λέγεται ἰδίως ὁ τῆς ἐλαίας κλάδος, θύρσος δὲ ἁπλῶς ὁ ἁπαλὸς κλάδος".

Schol. Odyss. p. 642, 1 Dind. „θαλλόν: πᾶν τὸ ἐκ γῆς φυὲν ἢ τὴν φυλλάδα· πᾶς γαρ κλάδος δένδρου θαλλὸς προσαγορεύεται, ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν δὲ μόνος ὁ τῆς ἐλαίας".

Timaeus Sophista Lex. Platon. p. 136 „θαλλός: πᾶν τὸ θάλλον, κυρίως δὲ ὁ τῆς ἐλαίας κλάδος". Cf. Eustath. ad Odyss. p. 1557, 23 „Ὁ δέ γε παρὰ τοῖς ὕστερον θαλλὸς ἐν δυσὶ λάμβδα καὶ ὀξυτόνως δηλοῖ μὲν καὶ αὐτὸς πᾶν τὸ θάλλον, καθὰ καὶ τὸ θάλος, ἐθέλει δὲ ἔχειν προσθήκην· διὸ κατὰ Αἴλιον Διονύσιον προστιθέασιν ἐλάας ἢ ἄλλου τινός, καὶ θαλλοφόροι δέ τινες ἦσαν ἐν Ἀθήναις".

A Polluce dicitur I. 237 „ἰδίως μέντοι ὁ τῆς ἐλαίας κλάδος θαλλὸς καλεῖται, ὥσπερ ὁ τῆς ἀμπέλου κλῆμα" et 244 „καλεῖται

δὲ καὶ ὁ κλάδος αὐτοῦ ὁμωνύμως Φοίνιξ καὶ ῥάβδος Φοίνικος καὶ ἐν τοῖς ποιηταῖς σπάδιξ, τὸ δὲ Φύλλον θαλλός" et VII. 147 „ὡς δὲ ὁ τῆς ἀμπέλου κλάδος κλῆμα καὶ ὁ τῆς ἐλαίας θαλλός, οὕτω καὶ ὁ τοῦ Φοίνικος σπάδιξ".

Testimonia nominis θαλλός per figuram κατ' ἐξοχὴν usurpati ad significandum ramum olivae videas in Thesauro Stephani Vol. IV. p. 239—240.

De eo quod est θαλλὸν προσείειν τινί, ubi vocabulum θαλλός generalem habet vim, disputaverunt cum alii clari philologi tum Cobetus ἐν τῷ Λογίῳ Ἑρμῇ 1867. p. 509. C. Oeconomus dicit ἐν τῷ περὶ Γνησίας ΠροΦορᾶς p. 767 „Κόψε κλαδὶ καὶ μαύλει τον" (Ἠπειρῶται) = θαλλὸν προσείειν".

## § 13. μαθήματα = ἀριθμητικὴ καὶ γεωμετρία.

Vox μαθήματα κατ' ἐξοχὴν posita significabat τὴν ἀριθμητικὴν et τὴν γεωμετρίαν, tum etiam τὴν ἀστρολογίαν, unde qui his artibus operam dabant μαθηματικοί appellabantur. Ut autem dicitur ἀριθμητική eiusdemque generis alia, sic etiam μαθηματική, id est ἐπιστήμη.

Strabo p. 70, 31 Mein. „ὁ δ' οὕτως ἡδύς ἐστιν, ὥστε καὶ μαθηματικὸς ὢν οὐδὲ τὴν Ἀρχιμήδους βεβαιοῖ δόξαν". p. 71, 4 „ταύτην γὰρ τὴν δόξαν ἀποδέχονται πάντες οἱ μαθημάτων πως ἁψάμενοι" et 9 „καὶ μάρτυράς γε τῆς τοιαύτης ἀμαθίας ἀρχιτέκτονας ἄνδρας ποιεῖται, καὶ (καίτοι?) τῶν μαθηματικῶν καὶ τὴν ἀρχιτεκτονικὴν μέρος τῆς μαθηματικῆς ἀποΦηναμένων". p. 146, 12 „ὅστις μηδὲν ἐΦρόντισε τῶν λεγομένων ἰδίως μαθημάτων". p. 214, 5 „οὔτε τῶν γραμματικῶν οὔτε τῶν περὶ τὰ μαθήματα δεινῶν οὐδείς".

Galenus Vol. III. p. 837 „γνόντες ὕστερον ὅτι κἂν τοῖς μαθήμασι γεγύμνασται περιίσταντό τε τὰ πολλὰ καὶ οὐ πάνυ τι χαίροντες ἔτι συνεγίγνοντο· διὰ ταῦτ' οὖν, ἀεὶ ΦυλαξάμενοςΦ ἅπτεσθαι τῶν τοιούτων λόγων, ἐνταυθοῖ μόνον, ὡς ἔΦην, ἀΦοσιούμενος τῷ τοῦ δαίμονος προστάγματι, γραμματικοῖς ἐχρησάμην θεωρήμασιν". Verbum autem περιίσταντο pro ἐξέκλινον vel ἔΦευγον poni docuit Cobetus Mnemos. 1882. p. 182.

Origenes Vol. XIV. p. 205 „εἰσὶ γὰρ καὶ ἄλλοι κόσμοι ἐν τῇ γῇ, ὡς δείκνυσι μὲν καὶ τὰ μαθήματα etc.".

Photius Epistol. p. 338 Bal. „καὶ ὁ τῶν κατὰ τὰ μαθήματα θεωρημάτων πολιτικάς τε καὶ ἐπιπολαίους πίστεις ἐπιχειρῶν προσκομίζειν. Adnotat autem editor „Μάθημα, κοινῶς μὲν σημαίνει πᾶν ὅ τι μανθάνει τις, εἴτε καθ' ἑαυτὸν, εἴτε μετ' ἄλλων διδασκόμενος· ἰδίως δὲ μαθήματα ἐκαλοῦντο τὰ νῦν λεγόμενα μαθηματικά, καὶ μάλιστα ἡ περὶ τὴν ἀστρολογίαν σπουδή, ἴσως ὡς τῶν ἄλλων μαθημάτων ὑψηλότερα καὶ δυσκολώτερα μαθεῖν νομιζόμενα".

Biogr. Graec. Westerm. p. 56, 7 „οὗ καθηγήσατο τὰ μαθηματικὰ ὁ Ἄρατος".

Anonymus qui una cum Herone editus est p. 277 Hulsch. „Ἀπὸ τίνος δὲ μαθηματικὴ ὠνομάσθη; Οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ περιπάτου φάσκοντες ῥητορικῆς μὲν καὶ ποιητικῆς συμπάσης τε τῆς δημώδους μουσικῆς δύνασθαί τινα συνεῖναι καὶ μὴ μαθόντα, τῶν δὲ καλουμένων ἰδίως μαθημάτων οὐδενὸς εἴδησιν λαμβάνειν μὴ οὐχὶ πρότερον ἐν μαθήσει γενόμενον τούτων, διὰ τοῦτο μαθηματικὴν καλεῖσθαι τὴν περὶ τούτων θεωρίαν ὑπελάμβανον. Θέσθαι δὲ λέγονται τὸ τῆς μαθηματικῆς ὄνομα ἰδιαίτερον ἐπὶ μόνης γεωμετρίας καὶ ἀριθμητικῆς οἱ ἀπὸ τοῦ Πυθαγόρου· τὸ γὰρ πάλαι χωρὶς ἑκάτερα τούτων ὠνομάζετο, κοινὸν δὲ οὐδὲν ἦν ἀμφοῖν ὄνομα. Ἐκάλεσαν δὲ αὐτὰς οὕτως ὅτι τὸ ἐπιστημονικὸν καὶ πρὸς μάθησιν ἐπιτηδείως ἔχον εὕρισκον ἐν αὐταῖς".

In Schol. Aristid. p. 492, 32 Dind. est „Κυρίως δὲ μάθημα καλεῖται ἡ γεωμετρία, ἡ ἀριθμητική, ἡ ἀστρονομία, ἡ μουσική". Proclus autem Diadochus ἐν τῷ εἰς Εὐκλείδην Ὑπομνήματι p. 48, 9 Teubn. ait „Ὅτι μὲν οὖν ἡ γεωμετρία τῆς ὅλης ἐστὶ μαθηματικῆς μέρος καὶ ὅτι δευτέραν ἔχει τάξιν μετὰ τὴν ἀριθμητικὴν ὡς ἐκ ταύτης τελειουμένη καὶ ἀφοριζομένη — εἴρηται τοῖς παλαιοῖς καὶ οὐ πολλοῦ δεῖται λόγου πρὸς τὸ παρόν".

Praeterea mathematici οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων appellabantur, ut apud Sextum Empiricum p. 708, 22 Bekk. „καθάπερ ἀξιοῦσιν οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων", apud Cleomedem I. 40 (p. 74, 10 Teubn.) „οἱ δὲ ἡμέτεροι καὶ οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων πάντες καὶ οἱ πλείους τῶν ἀπὸ τοῦ Σωκράτους διδασκαλείου σφαιρικὸν εἶναι τὸ σχῆμα τῆς γῆς ἀπεφήναντο", apud Pappum Alexandrinum p. 1022, 1 Hulsch. „ἡ μηχανικὴ θεωρία — πλείστης εἰκότως ἀποδοχῆς ἠξίωται πρὸς τῶν φιλοσόφων καὶ πᾶσι τοῖς ἀπὸ τῶν μαθημάτων περισπούδαστός ἐστιν". Plutarchus Mor. p. 892, B.

non „*οἱ ἀπὸ τῶν μαθηματικῶν*", ut in manuscriptis invenitur, dixit sed „*οἱ ἀπὸ τῶν μαθημάτων*".

Sic dicitur „*οἱ ἀπὸ φιλοσοφίας καὶ λόγων*" (Lucian. Conviv. § 6) et „*οἱ ἀπὸ παιδείας*" (Athen. p. 2. B).

A nomine *μαθηματικός* deductum est verbum *μαθηματικεύομαι*, de quo scriptum est in Thesauro Stephani Vol. V. p. 497 D „*Μαθηματικεύομαι* Mathematica tracto. Doxopater in Walz. Rhett. Vol. 2, p. 132, 2: *Φυσιολογεῖ ἢ θεολογεῖ ἢ μαθηματικεύεται*. Ex Io. Siceliota annotavit Bekker. in Ind. ad Anecd. p. 1396". Usus est hoc verbo etiam Damascius *Ἀπορ. καὶ Λύσ.* Vol. II. p. 244, 18 Ruell. „*δοκεῖ γὰρ μαθηματικεύεσθαι πέρα τοῦ δέοντος*". In p. 69, 4 est „*καὶ εἴπερ μὴ παίζει ἢ μαθητικεύεται*", pro quo legendum „*εἴπερ μὴ παίζει ἢ μαθηματικεύεται*, ut a meo magistro C. Conto in margine adscriptum est.

## § 14. *Ἱστορία = γεωμετρία.*

*Ἱστορία* appellabatur a Pythagora *ἡ γεωμετρία*, quippe quae ei *κατ' ἐξοχὴν ἐπιστήμη* videretur; nomen enim *ἱστορία* cum ab *ἵστωρ* ducatur *τὴν γνῶσιν ἢ ἐπιστήμην* significat. Qua de re haec Cobetus in *Collect. Crit.* p. 355 scribit: „In § 89 (Iambl.) *ἐκαλεῖτο δὲ ἡ γεωμετρία πρὸς Πυθαγόρου* ΊCTOPIA. Si hoc tenebis intelliges verbum Heracliti apud Diogenem Laërt. VIII. 6. *Ἡράκλειτος ὁ φυσικὸς κέκραγε· Πυθαγόρης Μνησάρχου* ΊCTOPIHN *ἤσκησε ἀνθρώπων μάλιστα πάντων*, quod non significat ficat quod Is. Casaubono (admodum adolescenti) videbatur: „*omnium hominum maxime fuit polyhistor*", quo nihil est a Pythagorae ingenio et natura alienius, sed „*unus omnium plurimum operae geometriae dedit*", quod omnium consensu confirmatur. Iamblichus § 158 *λέγεται δὲ γεωμετρίας αὐτὸν ἐπὶ πλέον ἐπιμεληθῆναι*".

Sciendum autem opus Eudemi esse quod appelletur *ἀριθμητικὴ ἱστορία* sive numerorum scientia, aliud quod *γεωμετρικὴ ἱστορία*, aliud quod *ἀστρολογικὴ ἱστορία*, ut docet Spengelius in Fragm. Eudemi p. 112 (p. 117). p. 119. 128, 10 et 20 (p. 141, 4 et 5) et p. 142, 8.

## § 15. Πολιτεία = δημοκρατία.

Harpocratio p. 251, 20 Dind. „ΠΟΛΙΤΕΙΑ: *ἰδίως εἰώθασι χρῆσθαι ἐπὶ τῆς δημοκρατίας, ὥσπερ Ἰσοκράτης τε ἐν τῷ Πανηγυρικῷ καὶ Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς*".

Aristoteles discrimen facit inter *πολιτείαν* et *δημοκρατίαν* Polit. III. v. 2 (Vol. I. p. 527 Did.) „*Καλεῖν δ' εἰώθαμεν τῶν μὲν μοναρχιῶν τὴν πρὸς τὸ κοινὸν ἀποβλέπουσαν συμφέρον βασιλείαν, τὴν δὲ τῶν ὀλίγων μὲν πλειόνων δ' ἑνὸς ἀριστοκρατίαν, ἢ διὰ τὸ τοὺς ἀρίστους ἄρχειν ἢ διὰ τὸ πρὸς τὸ ἄριστον τῇ πόλει καὶ τοῖς κοινωνοῦσιν αὐτῆς· ὅταν δὲ τὸ πλῆθος πρὸς τὸ κοινὸν πολιτεύηται συμφέρον, καλεῖται τὸ κοινὸν ὄνομα πασῶν τῶν πολιτειῶν, πολιτεία*" et § 4 „*Παρεκβάσεις δὲ τῶν εἰρημένων τυραννὶς μὲν βασιλείας, ὀλιγαρχία δ' ἀριστοκρατίας, δημοκρατία δὲ πολιτείας. Ἡ μὲν γὰρ τυραννίς ἐστι μοναρχία πρὸς τὸ συμφέρον τοῦ μοναρχοῦντος, ἡ δ' ὀλιγαρχία πρὸς τὸ τῶν εὐπόρων, ἡ δὲ δημοκρατία πρὸς τὸ συμφέρον τὸ τῶν ἀπόρων· πρὸς δὲ τὸ τῷ κοινῷ λυσιτελοῦν οὐδεμία αὐτῶν*".

## § 16. Ἔψημα = σίραιον.

De usu, quo vocabulo *ἕψημα* significatur *τὸ σίραιον* tamquam *τὸ κατ' ἐξοχὴν ἕψημα* disputavit C. Contos sagacissimus meus magister *ἐν τῇ Ἀθηνᾷ* Vol. XVII. p. 342—346.

## § 17. Ὄνομα = κύριον ὄνομα.

Eustath. ad Odyss. p. 1892, 48 „*Ἐν δὲ τῷ ὄνομ' ἔσκεν ὄνομα κατ' ἐξοχὴν τὸ κύριον δηλοῦται, οὐ μὴν τὸ κοινόν, ἐξ οὗ ὀνομάζειν Ὅμηρος πολλαχοῦ οἶδε τὸ διεξοδικῶς λαλεῖν ἐν συνθήκῃ ὀνομάτων, ἤγουν λέξεων*". Cf. etiam p. 1383, 39 „*Ἡ ἐπιθετικῶς ὁ ὑπὲρ ἡμᾶς ἰών· καὶ ὤφειλεν εἶναι ὑπεριὼν ὀξυτόνως ὡς μετοχικὸν ὄνομα, μετέπεσε δὲ διὰ ἀποφυγὴν συνεμπτώσεως εἰς καθαρὸν ὄνομα*".

Invenitur autem in Schol. Il. Vol. II p. 135, 11 Dind. „*Ὁ Ζωίλος τὸ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ χαίρων οὕνεχ' ἑταῖρον ἐνηέα λεῦσσ' ἐν ἀγῶνι ὡς ὄνομα ὑπέλαβεν*" et in Schol. Pind. p. 276 Boeckh „*εἰ*

δὲ ὀνόματα λαμβάνοιμεν τὸ Τερψίας καὶ τὸ Ἐρίτιμος, ἔσται τὰ τῆς διανοίας, ὡς εἴπομεν" et in Schol. Aristoph. p. 152, 21 Did. „Σηκίδα τὴν κατ' οἶκον θεράπαιναν λέγουσι καὶ σεσημειῶσθαί τινας ὡς ἀπεκδεχομένων τινῶν τὴν σηκίδα ὄνομα" „et „ἡ διάκονος, ἡ θεράπαινα, οἱ δὲ ὄνομα" et in Schol. Sophocl. p. 101, 3 Teubn. „Ἐλέγοντο δὲ ὁλοσχερέστερον μὲν Φωκεῖς, ἐπὶ μέρους δὲ Φανοτεῖς. Τινὲς δὲ ὄνομά φασι τὸ Φανοτέως". In p. 135, 8 est „Λεύκιππος Αἰνειάν· ἐμοὶ δοκεῖ ὄνομα εἶναι· οὐδὲν γὰρ ἄτοπον ἐπίθετον εἶναι· ὄνομα γὰρ κύριον οὐ προτέθεικεν πρὸς τὸ τοῦ πράγματος ἀνεξέλεγκτον". Video autem in margine Teubnerianae editionis Scholiorum Sophoclis a meo magistro Const. Conto ad illud „ἐμοὶ δοκεῖ ὄνομα εἶναι" hoc adscriptum „οὔ μοι δοκεῖ ὄνομα εἶναι", ut etiam pro eo quod est in Vol. II. p. 264, 27 Dind. „Φαέθων: ἐπίθετον ἐνταῦθα ὄνομα ἀντὶ τοῦ λάμπων" ab eodem adscriptum est „Φαέθων: ἐπίθετον ἐνταῦθα, οὐκ ὄνομα, ἀντὶ τοῦ λάμπων".

Diogen. Laertius dicit VII. 56 (p. 171 Cob.) „Τοῦ δὲ λόγου ἔστι μέρη πέντε, ὥς φησι Διογένης τ' ἐν τῷ περὶ φωνῆς καὶ Χρύσιππος, ὄνομα, προσηγορία, ῥῆμα, σύνδεσμος, ἄρθρον· ὁ δ' Ἀντίπατρος καὶ τὴν μεσότητα τίθησιν ἐν τοῖς περὶ λέξεως καὶ τῶν λεγομένων. Ἔστι δὲ προσηγορία μὲν κατὰ τὸν Διογένην μέρος λόγου σημαῖνον κοινὴν ποιότητα, οἷον ἄνθρωπος, ἵππος· ὄνομα δέ ἐστι μέρος λόγου δηλοῦν ἰδίαν ποιότητα, οἷον Διογένης, Σωκράτης· ῥῆμα δέ ἐστι μέρος λόγου σημαῖνον ἀσύνθετον κατηγόρημα, ὡς ὁ Διογένης, ἤ, ὥς τινες, στοιχεῖον λόγου ἄπτωτον, σημαῖνόν τι συντακτὸν περί τινος ἢ τινων, οἷον γράφω, λέγω" (Cf. etiam Pseudherodian. περὶ Σολοικ. καὶ Βαρβ. editum cum Vindobonensi Lexico et aliis opusculis a Nauckio p. 296 et Fischerum in *Animadv. ad I. Vell. Gramm. Graec.* Vol. I. p. 347).

Dicitur autem in Bekk. Graec. Anecdotis p. 842 „Οἱ Στωικοὶ ὀνόματα μὲν τὰ κύρια ἔλεγον, τὰ δὲ προσηγορικὰ οὐκ ὀνόματα".

In Schol. Il. p. 427, 40 Bekk. scriptum est „Ἀμφίβολόν ἐστι πότερον τὸ κλειτόν ἐστιν ὄνομα ἢ τὸ ἀγλαόν. Καί τινες μὲν τὸ Κλειτόν φασι παράλογον· Κλεῖτον γὰρ ἔδει εἶναι πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ κλειτόν, ὃ σημαίνει τὸν ἔνδοξον. Ἄμεινον οὖν τὸ μὲν κλειτόν ἀντὶ τοῦ ἔνδοξον, τὸ δὲ Ἀγλαόν ἀντὶ κυρίου ὀνόματος ἐκλαμβάνειν".

In Schol. Odyss. p. 433, 28 est „Οὖτις ἔμοιγ' ὄνομα: προ-

*περισπαστέον νῦν τὸ ὄνομα· ἐπὶ δὲ τοῦ οὔτις με κτείνει παροξυντέον, ὡς δύο γὰρ μέρη λόγου παραλαμβάνεται*". Cf. etiam Cram. Anecd. Ox. Vol. I. p. 314, 10 „*Οὔτις τὸ οὐ ἐπίρρημα, τὸ τίς ἀόριστον. Τὸ δ' Οὖτις ἐπὶ τοῦ 'Οδυσσέως ἀντὶ τοῦ ὀνόματος κυρίου λαμβάνεται· καὶ ἔστιν ἓν μέρος λόγου καὶ περισπᾶται*". Polacus in *Cur. Sec. ad Odyss. eiusque Schol.* p. 414 citavit „*προπερισπαστέον νῦν ὡς ὄνομα*" et „*ἀντὶ ὀνόματος κυρίου λαμβάνεται — καὶ προπερισπᾶται*".

Eadem ratione etiam adiectivum *ὀνοματικόν* et adverbium *ὀνοματικῶς* ponitur. Sextus Empiricus dicit p. 653, 4 „*ἄρχων γὰρ λέγεται καὶ ὀνοματικῶς καὶ ὁ τὴν ἀρχὴν διέπων· ἀλλ' Ἄρχωνος μὲν γίνεται κατὰ πλάγιον πτῶσιν τὸ ὀνοματικόν, ἄρχοντος δὲ τὸ μετοχικόν. Καὶ κατὰ ὅμοιον τρόπον μένων, θέων, νέων, μετοχικὰ ὄντα καὶ ὀνοματικὰ διαφερούσας λαμβάνει τὰς κλίσεις· Μένωνος μὲν γὰρ γίνεται τὸ ὀνοματικόν, μένοντος δὲ ἡ μετοχή, καὶ Θέωνος μὲν τὸ ὀνοματικόν, θέοντος δέ ἡ μετοχή ἐστιν*". Eustathius etiam scribit in *Comment. ad Hom.* p. 325, 42 „*ἢ γοῦν Δάρδανον ἄνδρα, ὡς ἐρρέθη, νοήσει τις ἀορίστως κατὰ ἐθνικὸν εἶδος ἢ ὀνοματικῶς, τουτέστι κατὰ κύριον ὄνομα ὁμώνυμον τῷ ἐθνικῷ, ὥσπερ καὶ 'Αχαιός κατὰ τὸν αὐτὸν Πορφύριον τραγῳδίας ποιητὴς 'Ερετριεὺς ὁμώνυμος τῷ ἐθνικῷ καὶ ὁ Λίβυς ὁμοίως ὁ Λυσάνδρου ἀδελφὸς καὶ 'Επειὸς ὁ τέκτων τοῦ δουρείου ἵππου κατὰ ὁμωνυμίαν 'Επειοῦ τοῦ ἐθνικοῦ* etc." et p. 1468, 34 „*Λισσὴ δὲ πέτρα ἢ ἡ λεία ἢ ὀνοματικῶς οὕτω λεγομένη κατά τι κύριον ὄνομα*" et 1478, 2 „*ἦλθον ἐς πεδίον πυρηφόρον τὸ ἐγγὺς Λακεδαίμονος, λεγόμενον οὕτως ἢ ὀνομαΣτικῶς ἢ ὡς εὔφορον σίτου*" et p. 1294, 55 „*Δέκτην δὲ 'Αρίσταρχος μὲν τὸν ἐπαίτην λέγει παρὰ τὸ δέχεσθαι, ὁ δὲ κυκλικός, φασίν, ἤγουν ὁ τῶν κυκλίων ποιητής, ὀνοματικῶς ἀκούει τὴν λέξιν, Δέκτην τινὰ κατὰ κυριολεξίαν εἰπών, παρ' οὗ τὸν 'Οδυσσέα λαβόντα τὰ ῥάκη* etc.".

Forma *ὀνομαΣτικῶς* invenitur etiam apud Epiphanium Vol. II. p. 284, 2 Dind. „*ἣν καλοῦσιν ὀνομαΣτικῶς 'Ωραίαν*" et Philonem Iudaeum Vol. I. 213 „*ὃ κέκληκε προσηγορικῶς μὲν γυναῖκα, ὀνομαΣτικῶς δὲ Εὔαν*"· sed e nova Philonis editione discimus in quibusdam manuscriptis ferri *ὀνοματικῶς*, quod praeferendum. Cf. Apollon. Sophist. Lex. Homer. p. 3, 23. 7, 4. 41, 19. 98, 17: *ὀνοματικῶς* et p. 103, 3: *ὀνομαΣτικῶς* et Etymol. Magn. p. 77, 49: *ὀνοματικῶς — ὀνομαΣτικῶς* et p. 136, 10: *ὀνοματι-*

κῶς et Schol. Aeschin. p. 512 „Οἱ δὲ Κήρυκες καὶ αὐτοὶ εἰσὶ τῶν περὶ μυστήρια. Καὶ τοῦτο δὲ τὸ γένος ἀπό τινος ὀνομαΣτικῶς λεχθέντος Κήρυκος" et Schol. Theocrit. p. 277, 2 Ar. „Ὁ Μόλων ὀνομαΣτικῶς εἴρηται — δύναται δὲ καὶ μολών μετοχὴ εἶναι ἀντὶ τοῦ μετερχόμενος". Meinekius in tertia editione Bucol. Poetarum p. 261 apponens quod memoravi scholium scribit „Ὁ Μόλων ὀνομαστικῶς (ὀνοματικῶς) εἴρηται". In Scholiis autem ad Lycophronem p. 583, 3 Myll. est „Τρέμων: ὀνομαΣτικῶς οὕτω καλεῖται χωρίον παρὰ τῇ Δήλῳ, ἔνθα ὁ Αἴας τέθαπται"· sed in Teubneriana Lycophronis editione scriptum est „Τρέμων δὲ ὀνοματικῶς οὕτω καλεῖται χωρίον πρὸς τῇ Δήλῳ, ἐν ᾧ ὁ Αἴας τέθαπται". Plura de hac re scribere necessarium nunc non puto.

## § 18. Ἡλικία = ἀκμαία ἡλικία ἢ νεότης.

Demosth. p. 38, 34 „Ἔστι τις ἔξω τῆς ἡλικίας ὑμῶν; Ὅσα οὗτος ἀτάκτως νῦν λαμβάνων οὐκ ὠφελεῖ, ταῦτ' ἐν ἴσῃ τάξει λαμβάνων πάντ' ἐφορῶν καὶ διοικῶν ἃ χρὴ πράττεσθαι". Aeschin. in Timarch. 63 „δημότῃ τε ὄντι τοῦ Ἡγησάνδρου καὶ ἤδη ποτὲ καὶ χρησαμένῳ, ὅτ' ἦν ἐν ἡλικίᾳ" et 189 „εὑρὼν τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα διεφθαρμένην καὶ τὴν ἡλικίαν οὐ καλῶς διαφυλάξασαν μέχρι γάμου". Aristot. Polit. V. VIII. 12 (Vol. I. p. 581, 35 Did.) „συνεπέθετο δὲ καὶ Ἑλλανοκράτης ὁ Λαρισαῖος διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν· ὡς γὰρ χρώμενος αὐτοῦ τῇ ἡλικίᾳ οὐ κατῆγεν ὑποσχόμενος, δι' ὕβριν καὶ οὐ δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν ᾤετ' εἶναι τὴν γεγενημένην ὁμιλίαν" (Cf. V. IX. 17. p. 587, 15). In Schol. Demosth. p. 137, 24 Dind. dicitur „Ἔστι τις ἔξω τῆς ἡλικίας ἡμῶν;: Καὶ τίς ἐστιν ἔξω τῆς καθολικῆς, οἷον νέων, ἀνδρῶν, γερόντων, εἰ μὴ ἄρα οἱ τελευτήσαντες; Λέγομεν οὖν ὅτι ἡλικίαν ἐκάλουν ἐξαιρέτως τὴν τῶν δυναμένων πονεῖν· ὁ τοίνυν ταύτης ὢν ἔξω τῆς ἡλικίας γέρων ἂν ὑπάρχοι"· in schol. autem Aeschin. p. 495 fertur „Ἐν ἡλικίᾳ: Ὅτι ἐξαιρέτως εἰώθεσαν οἱ ἀρχαῖοι τὴν νεότητα καλεῖν" et p. 500 „Ἡλικίαν: πάλιν τὴν νεότητα λέγει ἡλικίαν". Cf. Plat. Cratyl. p. 440, D. „ἔτι γὰρ νέος εἶ καὶ ἡλικίαν ἔχεις". Apud Demosthenem p. 1263, 21 est „τοῖς δι' ἡλικίαν ἢ νεότητα τούτων τι πράττουσι", delevit autem ἢ νεότητα Reiskius tamquam scholion. Etiam e loco Aeneae Poliorcet. I, 8

„τῶν δὲ λοιπῶν τοὺς ῥωμαλεωτέρους ἡλικίᾳ καὶ νεότητι ἐκλέξαντα ἐπὶ τὰς φυλακὰς καθιστάναι καὶ τὰ τείχη" expulit Hercherus in editione Aeneae p. 5, 8 *καὶ νεότητι* Hertlinum secutus".

In inscriptione Dorica invenitur „Πορευέσθωσαν δὲ καὶ αἱ τούτοις συνοικοῦσαι γυναῖκες καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν, τὰ μὲν θήλεα ἕως καὶ ὑπὸ τὸν πατέρα, τὰ δὲ ἄρσενα καὶ ἐν ἡλικίᾳ γενόμενα, καὶ τὰ ἐκ τούτων κατὰ τὰ αὐτά" (*Delect. Inscript. Graec.* Cau. p. 96, 26).

Apud Pausaniam II. 2 § 2 est „τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ Λακεδαιμόνιοι ποιοῦσιν ἀναστάτους", adnotant autem Schaubartius et Walzius in editione Pausaniae Vol. I. p. XLIV „Sic III. 2, 2. legimus τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ; quum Pausanias omnibus aliis in locis, et sunt innumeri, οἱ ἐν ἡλικίᾳ dicere soleat, etiam hic *τῇ* eiciendum videtur". Invenitur etiam in Poliorcet. Aeneae IX. 1 „ἑτοίμους εἶναι τοὺς ἐν τῇ ἡλικίᾳ" et XVII. 2 „ἐξῆγον πομπὴν σὺν ὅπλοις τῶν ἐν τῇ ἡλικίᾳ", scribit autem Hercherus in editione huius operis p. 41 „τῶν ἐν τῇ ἡλικίᾳ: Communi sermonis consuetudine dicitur οἱ ἐν ἡλικίᾳ. Articulum Aeneas sumpsit a Thucydide VI. 24, 2. VIII. 75, 3".

Memoratu digna sunt quae scripsit Pollux libr. I. 117 „ἐρεῖς δὲ τοὺς ἐκ τοῦ καταλόγου, τοὺς ἐν ἡλικίᾳ, τοὺς ἀκμάζοντας, τοὺς τὴν στρατεύσιμον ἡλικίαν ἔχοντας, τὴν μάχιμον, τοὺς ἐν ἀκμῇ, τοὺς χρησίμους· τὸ δ' ἐναντίον τὴν ἄχρηστον ἡλικίαν, τὴν ἀπόμαχον, τὴν ἀστράτευτον, τὴν ἀπόλεμον" et II. 11 „τὸ δὲ τούτων πλῆθος νεολαία· εἶτα ἀνήρ, τὴν μάχιμον ἡλικίαν ἔχων, τὴν στρατεύσιμον ἡλικίαν ἔχων, τῶν ἐκ καταλόγου, ἀκμάζων, σφριγῶν, ἐκ τῆς ἀπομάχου ἡλικίας, ἐκ τῆς ἀμάχου, ἐκ τῆς ἀπολέμου, ἐκ τῆς ἀστρατεύτου". Cf. Porphyr. Ζητ. 'Ομ. εἰς 'Ιλ. p. 228, 2 Schrad. „ἐκαθέζοντο γὰρ ἐν ἐκκλησίᾳ βουλευόμενοι, τὰ τείχη φρουρεῖν παραδόντες τῇ ἀπολέμῳ ἡλικίᾳ" et p. 229, 2 „εἰς δὲ τὸν λόχον καθωπλίζοντο, παραδόντες τοῖς ἀστρατεύτοις τὴν φρουρὰν τῶν τειχῶν" et p. 305, 17 „οἳ ἦγον τὴν στρατεύσιμον ἡλικίαν". Est etiam in Xenoph. Graec. VI. 5, 12 „τοὺς δ' ἐν *τῇ στρατευσίμῳ* ἡλικίᾳ οἰχομένους εἰς τὸ 'Αρκαδικόν", scribit autem de eo loco Cobetus in *Nov. Lect.* p. 317 „Ibid. VI. v. 12. εὑρὼν τοὺς ἐν [τῇ στρατευσίμῳ] ἡλικίᾳ οἰχομένους, quis Veterum sic loquitur?" (Cf. Thesaur. Steph. s. v. στρατεύσιμος).

Sciendum autem dici etiam *ἡ Φρονοῦσα ἡλικία*, aetas qua quis sapit (Vid. Cobetus in *Nov. Lect.* p. 90).

§ 19. *Ἔργον, ἔργα = γεωργία.*

In Schol. Odyss. p. 589, 15 Dind. est „*Ἔργον: ἡ γεωργία, ἀπὸ τῆς ἔρας· τὰς γὰρ λοιπὰς πράξεις ἔργα Φάσκων ὁ ποιητὴς προστίθησι διασημαίνων, ὡς ἔργον Ἄρηος*". Scribit etiam Eustathius in Comment. ad Hom. p. 1562, 11 „*Ὅτι ἔργα κατ' ἐξοχὴν ἐνταῦθα τὰ γεωργικὰ ἐν τῷ ἀγροὺς ἴομεν καὶ ἔργ' ἀνθρώπων*" et Coraes *ἐν τῷ Προδρόμῳ τῆς Ἑλλην. Βιβλιοθήκης* p. 305 „*Λυμαινόμενον αὐτῶν τὰ ἔργα: Ἔργα ἐνταῦθα ἰδίως τὰ κατὰ τὴν γεωργίαν, ὡς καὶ παρ' Ὁμήρῳ (Ἴδ. τὰ εἰς τὸ Ἱπποκράτ. περὶ Ἀέρων, Ὑδάτ. Τόπ. σημειωθέντα μοι, Τόμ. Β, σελ.* 258)· *ὅθεν παραλαβοῦσα ἡ συνήθεια Ἐργάτην ἐκάλεσε τὸν γεωργόν*" et in editione *τῶν ΞενοΦῶντος Ἀπομνημονευμάτων καὶ τοῦ Πλάτωνος Γοργίου* p. 303 „*γῆν .... ἢ ἔργον ἀποδείξασθαι: ΔιαΦόρως ἐξηγησαμένων τῶν κριτικῶν τὸ ἔργον ἀποδείξασθαι, ἔμοιγε δοκεῖ οὐδὲν πλέον σημαίνειν ἢ ἀγρὸν ἑαυτῷ ποιῆσαι σπείραντα, συντομώτερον ἐργάσασθαι* (*Γαλλ.* la labourer). *Ἔργον γὰρ κατ' ἐξοχὴν λέγεται ἡ γεωργία, καὶ αὐτὴ προσέτι ἡ γεγεωργημένη γῆ· καὶ πολλὴ τούτου χρῆσις παρὰ τῷ ποιητῇ, οἷον* (*Ἰλιάδ. β,* 751),

*Οἵ τ' ἀμΦ' ἱμερτὸν Τιταρήσιον ἔργ' ἐνέμοντο,*

*τουτέστιν, ἀγρούς· καὶ πάλιν* (*μ,* 283)

*Καὶ πεδία λωτεῦντα, καὶ ἀνδρῶν* ΠΙΟΝΑ ΕΡΓΑ,

*αὐτὰ ταῦτα λέγων, ἃ Τυρταῖος* (Α, 3) ΠΙΟΝΑΣ ΑΓΡΟΥΣ *καλεῖ. Λέγει δὲ καὶ Ἀπολλώνιος* (*Λεξικ. σελ.* 356) „*Ἔργον· ὅταν ψιλῶς Ὅμηρος ἔργον λέγῃ, μηδενὸς ἑτέρου συμΦραζομένου, μηδ' ἐκ τῶν παρακειμένων δηλούμενον, τὴν γεωργίαν δηλοῖ*". *Μαρτυρεῖ τούτοις καὶ ἡ παρ' ἡμῖν συνήθεια Ἐργάτην καλοῦσα τὸν παρὰ τοῖς Γάλλοις* labourer *καὶ Ἐργατεύω τὸ παρ' ἐκείνοις* labourer".

§ 20. *Ὅπλον = ἀσπίς.*

Cobetus scribit in *Mnem.* 1881, p. 325 „(Cornel. Nep.). In Iphicrate I 4: *a quo postea peltastae pedites appellabantur.* Recte Fleckeisen pro lectione librorum *appellantur* restituit *appellabantur,* sed et illum et reliquos fugit lacunam in hoc loco esse

sic ferme explendam: — *peltastae pedites* APPELLATI SUNT, QUI ANTEA HOPLITAE *appellabantur*. Diodorus Siculus XV. 44. qui manifesto eundem auctorem quem Nepos sequitur, nempe Theopompum, de ea re ita scribit: *οἱ πρότερον ἀπὸ τῶν ἀσπίδων ὁπλῖται καλούμενοι τότε ἀπὸ τῆς πέλτης πελτασταὶ μετωνομάσθησαν*. Miratur Wesseling quid sit *ἀπὸ τῶν ἀσπίδων ὁπλῖται καλούμενοι*, sed nihil est mirandum, nempe *αἱ ἀσπίδες* olim *τὰ ὅπλα* appellabantur et haesit nomen vetus in formula militari *θέσθαι τὰ ὅπλα, ἀναλαβεῖν τὰ ὅπλα, οἱ τὰ ὅπλα ἔχοντες* et sic *ὁπλῖται* sunt *οἱ τὰς ἀσπίδας ἔχοντες*. Quod apud Homerum ex *ἀσπίς* formatur *ἀνέρες ἀσπιδιῶται* et *ἀνδρῶν ἀσπιστάων* in linguam popularem non est receptum".

Servius etiam dicit *Comment. in Virgil. Carm.* Vol. I. II. p. 554 Hag. „proprie enim arma sunt quae armos tegunt, *hoc est scutum, quod Graecis* [*solum*] *ὅπλον dicitur*, cum cetera sua nomina habeant". Cf. etiam Polyb. p. 264 Hulsch. „*ἐὰν βραχέα τις προνοηθῇ τοῦ τὰ μὲν ἐπίσημα τῶν ὅπλων ὕπτια τιθέναι πρὸς τὴν γῆν, τὰς δὲ περικεφαλαίας ὑποτιθέναι τοῖς ὅπλοις*".

Admoneo autem vocem *ἀσπίς* collectiva vi pro eo quod est *ὁπλῖται* poni, ut apud Herodotum V. 30 „*πυνθάνομαι γὰρ ὀκτακισχιλίην ἀσπίδα Ναξίοισι εἶναι καὶ πλοῖα μακρὰ πολλά* (= *ὀκτακισχιλίους ὁπλίτας*)" et apud Xenophontem Anab. I. VII. 10 „*ἐνταῦθα δὴ ἐν τῇ ἐξοπλισίᾳ ἀριθμὸς ἐγένετο τῶν μὲν Ἑλλήνων ἀσπὶς μυρία καὶ τετρακοσία, πελτασταὶ δὲ δισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι* (= *ὁπλῖται μύριοι καὶ τετρακόσιοι*)". Cf. Thucyd. I. 80, 3 „*προσέτι θαλάσσης ἐμπειρότεροί εἰσι καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἄριστα ἐξήρτυνται, πλούτῳ τε ἰδίῳ καὶ δημοσίῳ καὶ ναυσὶ καὶ ἵπποις καὶ ὅπλοις καὶ ὄχλῳ ὅσος οὐκ ἐν ἄλλῳ ἑνί γε χωρίῳ Ἑλληνικῷ ἐστιν*" et I. 31, 1 „*τάχ' ἄν τις θαρσοίη ὅτι τοῖς ὅπλοις αὐτῶν καὶ τῷ πλήθει ὑπερφέρομεν*" (Vid. Baerius in secunda editione Herodoti Vol. III. p. 50).

De Euripidis dicto (Hecub. vs. 14) „*οὔτε γὰρ φέρειν ὅπλα οὔτ' ἔγχος οἷός τ' ἦν* (Elmsl. *ἦ*) *νέῳ βραχίονι*" Eustathius censet in Comment. ad Hom. p. 48, 5 eo quod est *ὅπλα* significari genus, eo vero quod est *ἔγχος* speciem. Eustathii verba haec sunt „*Ἰστέον δ' ὅτι οὐκ ἔξω λόγου καὶ τὸ γενικῶς μέν, ὡς καὶ προερρέθη, νοῆσαι τὸν μάντιν, εἴδη δὲ αὐτοῦ εἰπεῖν τὸν ἱερέα καὶ τὸν ὀνειροκρίτην, ἵνα λέγῃ ὅτι ἐρωτηθήτω τις μάντις, οἷον ἱερεὺς*

ἢ ὀνειροπόλος. Οὕτω καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ γένος εἰπών, τὸ Φυτόν, ἐπάγει τὰ εἴδη ἐν τῷ οὐ Φυτόν, οὐ συκῆ, οὐκ ἄμπελος οὐ μὲν ἐλαίη, καὶ ἑξῆς. Τοιοῦτον καὶ παρ' Εὐριπίδῃ τὸ οὔτε ὅπλα οὔτ' ἔγχος· γένος μὲν γὰρ τὰ ὅπλα, εἶδος δὲ τὸ ἔγχος".

## § 21. Λοβοί = Φάσηλοι vel Φασίολοι.

Λοβοὶ appellabantur *κατ' ἐξοχὴν οἱ Φάσηλοι* vel *Φασίολοι*, ut docet Galenus Vol. VI. p. 542, cuius verba sunt „Ἔνιοι μὲν γὰρ λοβούς, ἔνιοι δὲ ΦασΗόλους ὀνομάζουσιν αὐτοὺς διὰ τεττάρων συλλαβῶν τὴν Φωνὴν προΦερόμενοι, καὶ διὰ τοῦτο ποιοῦντες ἕτερον ὄνομα τοῦ διὰ τριῶν συλλαβῶν λεγομένου Φασήλου" et p. 547 „καὶ κατὰ τοῦτο οἶμαι τὸν ὅλον καρπὸν ὑπὸ τῶν νῦν ἀνθρώπων ὀνομάζεσθαι λοβούς, ὥσπερ ἀστάχυας ὅλους (τοὺς) σιτηροὺς καρπούς. Ἴσμεν δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ἐν πολλῇ χρήσει παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ὄντων ὅλου τοῦ γένους τοὔνομα σΦετερισάμενα, καθάπερ τὸν κάλαμον, ᾧ γράΦομεν, καὶ τὸ μέλαν" et p. 557 „Πάμπολλα γὰρ ὁ σύμπας καρπὸς τοῦ σπέρματος διαΦέρει. Κυάμου δὲ καὶ θέρμου καὶ δολίχου καὶ Φακῆς ὅσα τ' ἄλλα τῶν σπερμάτων ἀμΦίτομα λοβὸν ἔχει, τὸ μὲν ἐξ ἀμΦοῖν συγκείμενον καρπός ἐστιν, ἡ πλείστη δὲ μοῖρα τῆς οὐσίας ἐν τοῖς σπέρμασιν. Ἐσθίεται δὲ τῶν μὲν ἄλλων σχεδὸν ἁπάντων, ὅσα διῆλθον ἐν τῷ α' λόγῳ, μόνον τὸ σπέρμα, δολίχων δὲ μόνον (scr. *μόνων*) ὁ καρπὸς ὅλος, ἔστ' ἂν ὦσιν οἱ καρποὶ χλωροὶ ἔτι· ξηρανθέντων γὰρ ἄχρηστοι τοῖς ἀνθρώποις οἱ περιέχοντες τὰ σπέρματα γίγνονται λοβοί. Κυάμων δ' οὐκ ἔστι χλωρῶν ὁ λοβὸς ἐδώδιμος, ὥσπερ οὐδὲ τῶν ἐρεβίνθων οὐδὲ τῶν ἄλλων ὅσα καλεῖν εἴωθεν ἔλλοβα ὁ ΘεόΦραστος. Εἰκότως οὖν ἔΦην ὀνομάζεσθαι ὑπὸ πολλῶν λοβούς, οὓς ἔνιοι Φασήλους καλοῦσιν, ἐπειδὴ μόνον (scr. *μόνων*) αὐτῶν ὁ λοβὸς ἐδώδιμός ἐστιν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς τούτων δυνάμεως εἴρηται πρόσθεν, ὥσπερ γε καὶ ὅτι τὸ τῶν δολίχων ὄνομα κατὰ τούτων ἡγοῦμαι Φέρειν ἐνίους τῶν παλαιῶν". Notandum autem scribi quidem *Φάσηλος* H littera, sed *Φασίολος* non H sed I littera enuntiari (Cf. etiam Coraes in ed. τῶν Παραλλήλων Βίων τοῦ Πλουτάρχου P. V. p. 318. Vid. et Thesaur. Steph. Vol. VIII. p. 667—668).

In vulgari quoque sermone dicuntur *λοβιά* vel *λουβιά*, de quo vocabulo v. Coraes Atact. Vol. IV. p. 995, vel etiam *λόπια*. Significantur autem nominibus his quae alias vocan-

tur *πλατέα Φασόλια* vel *Φασούλια*, praesertim cum viridia sunt.

## § 22. Κονία = σμῆγμα.

Multis de hoc usu disputavit meus magister Const. Contus *ἐν τῷ Περιοδικῷ Συγγράμματι Παρνασσῷ* 1877, p. 262, unde apponimus haec „*Ἡ λέξις κονία τὴν κόνιν καθόλου παρ' Ὁμήρῳ σημαίνουσα ἐλαμβάνετο παρὰ τοῖς ἔπειτα εἰδικώτερον εἰς δήλωσιν τῆς τέφρας καὶ μάλιστα τοῦ διὰ τῆς τέφρας ἠθουμένου ὑγροῦ τοῦ περιέχοντος τὴν λεπτομερῆ καὶ ῥυπτικὴν αὐτῆς οὐσίαν*". *Ἡσύχ*. „*Κονία: σμῆμα, σποδός*" (*Πρβ. καὶ* „*Ἴκνυον: κονίαν, σμῆμα*"). *Πλούταρχ. Ἠθικ. σελ.* 684, *γ'* „*Τῆς γὰρ συκῆς καὶ τὸ Φύλλον διὰ τραχύτητα θρῖον ὠνόμασται καὶ τὸ ξύλον ὀπῶδές ἐστιν· ὥστε καιόμενον μὲν ἐκδιδόναι δριμύτατον καπνόν, κατακαυθὲν δὲ τὴν ἐκ τῆς τέφρας κονίαν ῥυπτικωτάτην παρέχειν ὑπὸ δριμύτητος*". *σελ.* 911, *ε'* „*Ἡ γέγονεν ἄποτον καὶ πικρὸν τὸ ὕδωρ, ὡς Ἀριστοτέλης Φησίν, ἀναμείξει κατακεκαυμένης γῆς; καὶ γὰρ ἡ κονία γίνεται, γλυκέος ὕδατος εἰς τέφραν ἐμπεσόντος, ἡ δὲ διάλυσις ἐξίστησι καὶ Φθείρει τὸ χρηστὸν καὶ πότιμον*". *Γαλην. Τόμ.* ΙΒ', *σελ.* 143 „*Κατὰ ἀναλογίαν δὲ τῆς εἰρημένης αὐτῶν δυνάμεως ἡ τέφρα καὶ ἡ ἀπ' αὐτῆς κονία*".

Nomine *κονία* significabatur praecipue *ἡ τίτανος* vel *ἄσβεστος*, unde verbum *κονιῶ*, ex quo nomina *κονίαμα*, *κονίασις* et *κονιατός*. Cf. *ἀκονίατος*. Demosthenes dicit p. 36, 29 „*Καὶ τί ἂν εἰπεῖν τις ἔχοι; τὰς ἐπάλξεις ἃς κονιῶμεν καὶ τὰς ὁδοὺς ἃς ἐπισκευάζομεν καὶ κρήνας, καὶ λήρους;*" et p. 689, 208 „*δημοσίᾳ δ' ὑμεῖς ἃ μὲν οἰκοδομεῖτε καὶ κονιᾶτε*" (De locutione *κρήνας καὶ λήρους* vid. Mnemos. 1899, p. 72). Nemo est quin norit quod in Novo Testamento est *τάφοι κεκονιαμένοι*.

## § 23. Διάδοχοι = οἱ τοῦ μεγάλου Ἀλεξάνδρου διάδοχοι.

Qui Alexandro magno successerunt vocabantur non solum *οἱ διάδοχοι τοῦ Ἀλεξάνδρου* et *οἱ* (*τοῦ*) *Ἀλεξάνδρου διάδοχοι* sed etiam simpliciter *οἱ διάδοχοι*, utpote qui quodammodo *κατ' ἐξοχὴν διάδοχοι* fuissent.

Qua de re apponenda videntur quae meus magister Contus disputavit *ἐν τῷ Περιοδικῷ Βύρωνι* 1878, p. 448: *Ἐπιδιάδοχοι ἀντὶ τοῦ διάδοχοι διαδόχων εἶνε λέξις τοῦ Ἀσωπίου ἤτοι λέξις ἄστοχος καὶ ἀπόβλητος.*

*Ἐν τῷ περὶ τοῦ μεγάλου Ἀλεξάνδρου λόγῳ τοῦ μακαρίτου Ἀσωπίου ἀναγινώσκεται σελ.* 56 *„Οἱ μετέπειτα ὅμως διάδοχοι καὶ ἐπιδιάδοχοι, κακοὶ γενόμενοι, κατήσχυναν τὴν ἀρχὴν ἐκείνου" καὶ σελ.* 64 *„οἱ διάδοχοι καὶ ἐπιδιάδοχοι αὐτοῦ, οἵτινες χάρις εἰς τὰς συνετὰς ἐκείνου διατάξεις, διετήρησαν μέχρι τινὸς ἀρχὴν καὶ ἀξιοπρέπειαν" καὶ σελ.* 68 *„Πάντες σχεδὸν οἱ διάδοχοι καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν ἐπιδιαδόχων ἐκληρονόμησαν τὴν Φιλομάθειαν τοῦ μεγάλου τούτου ἀνδρός". Παρατηρηθήτω δ' ἐν παρόδῳ καὶ τὸ ἀηδέστατον „χάρις εἰς τὰς συνετὰς ἐκείνου διατάξεις".*

*Οἱ διαδεξάμενοι τὸν μέγαν Ἀλέξανδρον ἐκαλοῦντο ἢ οἱ διάδοχοι τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ οἱ (τοῦ) Ἀλεξάνδρου διάδοχοι ἢ ἁπλῶς οἱ διάδοχοι ὡς τοῖς πᾶσι γνωστοὶ καθεστῶτες διὰ τὸν πολὺν περὶ αὐτῶν ἐν τῇ ἱστορίᾳ λόγον ἢ ὡς οἱ ἐπιφανέστατοι καὶ μόνοι τρόπον τινὰ διάδοχοι ὄντες.*

*Διονύσ. Ἁλικαρν. Ῥωμ. Ἀρχαιολ. σελ.* 125 *„αὕτη διέμεινεν ἕως τῆς Μακεδόνων δυναστείας τῆς κατὰ τοὺς διαδόχους τοῦ Ἀλεξάνδρου γενομένης. Ἀθήν. σελ.* 51, *α' „εἷς δὲ οὗτος τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων" καὶ σελ.* 184, *β' „διὰ τὰς γενομένας συνεχεῖς κινήσεις ἐν τοῖς κατὰ τοὺς Ἀλεξάνδρου διαδόχους χρόνοις". Πλούταρχ. Δημητρ.* 3 *„ὥστ' ἀγάλλεσθαι τὸν μέγιστον τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων καὶ πρεσβύτατον" καὶ* 5 *„τὸν πᾶσι τοῖς Ἀλεξάνδρου διαδόχοις πρὸς ἀλλήλους ὄντα συνεχῆ πόλεμον". Ἡρῳδιαν. Ἱστορ. Α' γ',* 2 *„τοῦτο δὲ αἱ τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων ἐς τοὺς ὑπηκόους ὕβρεις τε καὶ βίαι". Στράβ. σελ.* 623 *„ἦν μὲν δὴ τὸ Πέργαμον Λυσιμάχου γαζοφυλάκιον τοῦ Ἀγαθοκλέους ἑνὸς τῶν Ἀλεξάνδρου διαδόχων". Ἐν σελ.* 302 *Φέρεται „ὅ τε Δρομιχαίτης κατὰ τοὺς διαδόχους ἦν τοὺς Ἀλεξάνδρου Γετῶν βασιλεύς"· ἀλλ' ὕποπτοι τῷ Κραμήρῳ ἐφάνησαν αἱ λέξεις τοὺς Ἀλεξάνδρου ὡς ἀτοπώτατα μεταξὺ τοῦ ἦν καὶ τοῦ Γετῶν τεθειμέναι. Καὶ ὁ Μεινέκιος δὲ καὶ ὁ Κόβητος* (Mnemos. 1876, *σελ.* 177) *περιέγραψαν αὐτὰς ξένης χειρὸς προσθήκην ὑπολαβόντες.*

*Πλούταρχ. Δημητρ.* 18 *„ἐπενείματο δ' οὕτω τὸ πρᾶγμα τῷ ζήλῳ τοὺς διαδόχους" καὶ Συγκρ. Δημ. καὶ Ἀντων.* 1 *„μέγιστον*

ἰσχύσαντος Ἀντιγόνου τῶν διαδόχων". Διόδ. Σικελ. ΙΗ', μβ', 1 „ὧν ἦν ἡγούμενος Ἱερώνυμος ὁ τὰς τῶν διαδόχων ἱστορίας συγγεγραφώς". Πρβ. καὶ Ἰώσηπ. Ἀρχ. ΙΒ', 1.

Λέγεται δὲ καὶ οἱ Ἀλέξανδρον διαδεξάμενοι, οἷον Στραβ. σελ. 593 „ἔδοξε γὰρ εὐσεβὲς εἶναι τοὺς Ἀλέξανδρον διαδεξαμένους ἐκείνου πρότερον κτίζειν ἐπωνύμους πόλεις". Πρβ. καὶ Διόδ. Σικελ. ΙΗ', α', 6 „αὕτη δὲ τὰ τοῖς διαδεξαμένοις τὴν τούτου (τοῦ Ἀλεξάνδρου) βασιλείαν πεπραγμένα περιέχουσα κτέ." καὶ Πολύβ. Θ', κθ', 1 καὶ λδ', 4 καὶ ΙΖ', γ', 6.

Οἱ παῖδες δ' ὅμως τῶν διαδόχων ἤτοι οἱ διάδοχοι τῶν διαδόχων δὲν ὠνομάζοντο ἐπιδιάδοχοι, ὡς ὁ Ἀσώπιος προσαγορεύει αὐτούς, ἀλλ' ἐπίγονοι ἅτ' ἐπιγενόμενοι τοῖς διαδόχοις καὶ διαδεξάμενοι αὐτούς.

Διόδ. Σικελ. Α', γ', 3 „οἱ μὲν γὰρ εἰς τὰς τοῦ Φιλίππου πράξεις, οἱ δ' εἰς τὰς Ἀλεξάνδρου, τινὲς δ' εἰς τοὺς διαδόχους ἢ τοὺς ἐπιγόνους κατέστρεψαν τὰς συντάξεις". Στράβ. σελ. 736 „τοῦτον δὲ καταλύσας Ἀλέξανδρος αὐτὸς ἦρξε δώδεκα ἔτη· εἶτ' εἰς πλείους τοὺς διαδεξαμένους καὶ τοὺς ἐπιγόνους τούτων μερισθεῖσα ἡ ἡγεμονία τῆς Ἀσίας διελύθη". Ἀππιαν. Προοιμ. 10 „ἀλλὰ πάντα ἐς τοὺς ἐπιγόνους αὐτῶν συνετρίφθη φθαρέντων ἐς ἀλλήλους". Διονύσ. Ἁλικ. Ῥωμ. Ἀρχαιολ. σελ. 17 „τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀρχαιολογίαν ἐπιδραμόντος Ἱερωνύμου τοῦ Καρδιανοῦ συγγραφέως ἐν τῇ περὶ τῶν ἐπιγόνων πραγματείᾳ". Σουΐδ. „Νύμφις Νύμφιδος — Περὶ Ἀλεξάνδρου καὶ τῶν διαδόχων καὶ ἐπιγόνων βιβλία ΚΔ'".

Ὀλίγους δ' ἴσως λανθάνει ὅτι ἐπίγονοι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων ἐκαλοῦντο καὶ οἱ παῖδες τῶν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας.

Πίνδαρ. Πυθιον. Η', 41 „ὁπότ' ἀπ' Ἄργεος ἤλυθον δευτέραν ὁδὸν ἐπίγονοι". Πρβ. καὶ Ἡρόδ. Δ', 32 „ἀλλ' Ἡσιόδῳ μέν ἐστι περὶ Ὑπερβορέων εἰρημένα, ἔστι δὲ καὶ Ὁμήρῳ ἐν Ἐπιγόνοισι, εἰ δὴ τῷ ὄντι γε Ὅμηρος ταῦτα τὰ ἔπεα ἐποίησε" καὶ Ἡσ. καὶ Ὁμ. Ἀγῶν. σελ. 324, 2 Γοιτλ.

Στράβ. σελ. 325 „μετὰ τὴν (τῶν) ἐπιγόνων ἐπὶ τὰς Θήβας στρατείαν" (Πρβ. καὶ σελ. 462).

Διόδωρ. Σικελ. Δ', ξϛ', 1 „οἱ μὲν οὖν ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας τοιοῦτον τὸ πέρας ἔσχον· οἱ δὲ τούτων παῖδες ἐπίγονοι ὀνομασθέντες τὸν τῶν πατέρων θάνατον ἐπεξιόντες ἔγνωσαν στρατεύειν κοινῇ ἐπὶ τὰς Θήβας" (Πρβ. καὶ Δ', ξζ', 1).

Ἀπολλόδ. Γ', ζ', 2 „μετὰ δ' ἔτη δέκα οἱ τῶν ἀπολομένων παῖδες κληθέντες ἐπίγονοι στρατεύειν ἐπὶ Θήβας προῃροῦντο" (Πρβ. καὶ Α', θ', 13).

Παυσαν. Θ', θ', 4 „ἔτεσι δὲ οὐ πολλοῖς ὕστερον ὁμοῦ Θερσάνδρῳ στρατεύουσιν ἐπὶ τὰς Θήβας οὓς ἐπιγόνους καλοῦσιν Ἕλληνες" καὶ Θ', κε', 7 „κατὰ δὲ τὴν τῶν ἐπιγόνων στρατείαν καὶ ἅλωσιν τῶν Θηβῶν κτέ. (Πρβ. καὶ Ι', ι', 4 καὶ κε', 7)".

---

## Cap. V.

Ex vulgari quoque nostro sermone possunt huius figurae testimonia afferri, e. g. *ἄλογον* = equus, *πετεινός* = gallus gallinaceus.

### § 1. *ἄλογον* = *ἵππος*.

*Ἄλογον* quod proprie omne animal ratione carens significat in vulgari sermone pro equo ponitur. Coraes scribit in editione *Ξενοκράτους καὶ Γαληνοῦ περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ἐνύδρων τροφῆς* p. 20 „*Εἰ δ' ἀληθές, ὅτι καὶ Σαλάκι ὁ Ῥόμβος καλεῖται παρ' ἡμῖν, ὥς φησιν ὁ Σομαυέρας ἐν τῷ Γραικιταλικῷ Λεξικῷ* (*λεξ. Σαλάκι*), *τοὔνομα τοῦτο, προδήλως παρὰ τὸ ἀρχαῖον Σελάχιον παρασχηματισθέν, ὑπαγορεύει τὸν Ῥόμβον, ἄριστον ὄντα τῶν σελαχωδῶν, κατ' ἐξοχὴν οὕτως προσηγορεῦσθαι· καθὰ καὶ Ἄλογον καλοῦμεν τὸν Ἵππον, καὶ Πετεινὸν τὸν Ἀλέκτορα, καὶ Ὄρνιθα τὴν Ἀλεκτορίδα, ὡς ἄριστα, ἢ γοῦν ἡμῖν χρησιμώτατα, τῶν ὁμογενῶν*", etiam Atact. Vol. I. p. 43 „ΑΛΟΓΟΝ *ὀνομάζομεν τὸν Ἵππον, κατὰ ἀντονομασίαν, διὰ τὴν ἐξοχὴν τοῦ ζῴου ἢ καὶ διὰ τὴν πλειοτέραν παρὰ πολλῶν ἄλλων ζώων χρῆσιν καὶ συνήθειαν, ὡς ὀνομάζομεν καὶ Πετεινὸν* (coq) *τὸν Ἀλέκτορα, καὶ Ὄρνιθαν* (poule) *τὴν Ἀλεκτορίδα. Ἡ χρῆσις εἰς τοιαύτην σημασίαν εἶναι παλαιά· „Ἀπώλεσαν .... ΙΠΠΑΓΩΓΟΥΣ καὶ πλοῖα ἕτερα τριακόσια. Ἀπὸ δὲ Καμαρίνης ἕως Παχύνου τὰ σώματα καὶ τὰ ἄλογα καὶ τὰ ναυάγια ἔκειντο*" (*Διοδωρ. Σικελ. Ἐκλογ. Βιβλ.* XXIII, *σελ.* 505)". Cf. etiam Vol. IV. p. 17 „ΑΝΔΡΟΓΥΝΑΙΚΑ: — *ἐὰν σιμὰ τῶν φυσικῶν τούτων σημείων ἔχῃ καὶ ἦθος ἀνδρὸς ἀγριοτρόπου, καὶ τὴν ἀλλοτρίαν τοῦ γυναικείου χαρακτῆρος ἀναίδειαν, τότε προσαρμόζουν εἰς αὐτὴν καὶ τὸ ὑβριστικὸν Ἀλογοφάγισσα λέξιν ἰδίαν τῆς*

*γλώσσης, ὡς νὰ ἔλεγες ἐξελληνίζων τὄνομα, Ἱπποφάγον* (mangeuse de cheveaux)" et Vol. V. p. 118 „*Στράτορα, Δ. ὠνόμαζαν οἱ Γραικορωμαῖοι τὸν ἐπιμελητὴν τῶν ἵππων ἢ Ἱπποκόμον· ἐπειδὴ μὶ' ἀπὸ τὰς φροντίδας του ἦτο καὶ νὰ τοὺς στρόνῃ ὅθεν καὶ „Σάγματα, στρατούρια ἀλόγων*". Sed praestat fortasse in loco Diodori Siculi vocabulum *ἄλογα* pro iumentis accipere.

Apud Mich. Psellum Μεσαιων. Βιβλιοθ. Σάθ. Vol. V. p. 437 etc. est „*Ὁ γοῦν πρώτως χαλιναγωγοῦμεν καὶ ἀνασειράζομεν τῷ χαλινῷ ἀναστέλλοντες καὶ τὸ ἔμφυτον αὐτοῦ θράσος συστέλλοντες, τοῦτο δὴ πρώτως ὀνομάζομεν ἄλογον· οὐ γὰρ λέουσιν ἐποχούμεθα οὐδὲ κήτεσιν ἐπικαθήμεθα ὥσπερ οἱ Τρίτωνες οὐδὲ παρδάλεις ἑαυτοῖς ὑποζεύγνυμεν, ἵνα ἐποχούμενοι τούτοις κατὰ μίμησιν τῆς ἐν ἡμῖν φύσεως ἰδιαίτερον ἄλογα ταῦτα προσαγορεύοιμεν· ἀλλὰ τοῖς ἵπποις μόνον τὴν ὀνομασίαν ταύτην δίδομεν. Καὶ κοινῇ μὲν ἄλογα ξύμπαντα· οὐδένα γὰρ λόγον ἔχει τὸν φυσικόν, οὐδέ τι τούτων ἀναμιμνήσκεται ἢ συλλογίζεται οὐδὲ ζητεῖται τοῦ ἀφανοῦς τὴν οὐσίαν οὐδὲ θηρᾶται τὸ κεκρυμμένον δι' ἀποδείξεως οὐδὲ ψυχὴν ἔχει τὴν λογικήν, ἀλλ' ὑπὸ φύσεως ἄγεται καὶ θυμοῖς ἀγριαίνεται καὶ ἐπιθυμίαις μαλάττεται καὶ μέχρις ὀνομάτων ἡμῖν ἐπικοινωνεῖ· τὸ δὲ γ' ἰδιαίτερον ὀνομαζόμενον ἄλογον, ὥσπερ ἐπαναδιπλοῦται τὴν τοῦ κοινοῦ προσηγορίαν, ἀλλ' ἄλογόν ἐστιν ἡμῖν ὡς ὑποπῖπτον ταῖς ἡμετέραις χερσί, καὶ παρ' ἡμῶν ἀγόμενόν τε καὶ εὐθηνούμενον* (scr. *εὐθΤνΟμενον*)".

Apud Nic. Choniatem fertur p. 674, 16 Bonn. „*Πλεγμάτιον τοίνυν ἐκ λύγων συγκείμενον, ὅ φησιν ἡ δημώδης φράσις ὄνον ξύλινον, χρυσοπάστῳ σάγῳ ζῳωτῷ ἐς τὸ διαμπερὲς σκεπόμενον διαζωσάμενος τὸ σχέδιον ἐκεῖνο θέατρον εἴσεισιν, ὅτε καὶ ἦν τὸν αὐτὸν ὁρᾶν καὶ ὡς ἀναβάτην μεγαλοπρεπευόμενον καὶ ἵππον εὐήνια προποδίζοντά τε καὶ χρεμετίζοντα*". Quorum verborum hoc est scholion „*Πλεγμάτιον: ξυλάλογον ποιήσας καὶ χρυσοῦν βλατὶν σκεπάσας αὐτὸ καὶ σαγίσας ὡς δῆθεν καβαλλικεύων αὐτὸ εἰσῆλθε μέσον τοῦ θεάτρου καὶ ποτὲ μὲν ὡς ἄλογον ἐφαίνετο καμαρώνων καὶ τὸν σφόνδυλον ὑψῶν καὶ τζατζαρίζων καὶ χρεμετίζων, ποτὲ δὲ ὡς καβαλλάριος ἐπὶ ἀλόγου δῆθεν ἐγκαθήμενος καὶ ἐπαιρόμενος*. Memoranda putamus quae in p. 903 scripta sunt „*ἄλογον* equus. p. 19 d *ἵπποις ὠκύποσιν ἐποχούμενοι*: codex GB *ἀλόγοις*. et p. 331 d *μὴ πολεμιστηρίῳ ἵππῳ ἔποχον ὤν*: codex GB *ἀλόγῳ ὑποσελλιακῷ*. Theophilus Alexandrinus in contione, cuius rei homo similis sit:

*τὸν μὲν ἵππον ἀπωλέσαμεν, διὰ τί καὶ τὸ καθημερινὸν νόμισμα ἀπολέσομεν; ἐφ' ὅσον τὸ ἄλογον μόνον ἐφόνευσε, καὶ τοὺς ἀνθρώπους οὐ βλάπτει.* et pag. 8 edit. Morellianae: *ὁ δοῦλος τιμῇ ἠγοράσθη, καθάπερ καὶ τὸ ἄλογον.* Paulus in l. si quis 17 D. de instit. act. si quis mancipiis vel iumentis pecoribusve emendis vendendisque praepositus sit. Basilica lib. 18 tit. I. cap. 17: *ὁ προστήσας τινὰ πιπράσκειν καὶ ἀγοράζειν δούλους ἢ ἄλογα.* et lib. 20 tit. 1 cap. 30 § 2: *ὁ μισθωσάμενος ἄλογον.* Leo Tactic. cap. 10 § 15: *ἔχειν τὴν τῶν ἀλόγων ἀποτροφήν.* vide Glossarium ad Cedrenum [Vol. II., p. 892 Bonn]". Videtur mihi Nicetas scripsisse „*ὅ φησιν ἡ δημώδης φράσις ἄλογον ξύλινον*", non „*ὅ φησιν ἡ δημώδης φράσις ὄνον ξύλινον*", quod a vulgari sermone est alienum.

Dixit etiam Georgius Codinus p. 84, 18 Bonn. „*τὸ δὲ καλούμενον Φωκόλισθον λέγουσί τινες οὕτω κληθῆναι ὅτι, Φωκᾶ τοῦ τυράννου ἐφ' ἵππου βαδίζοντος, ὠλίσθησε τὸ ἄλογον αὐτοῦ ἐκεῖσε καὶ ἔπεσεν*". Cf. Eudoc. Ion. p. 110, 16 Flach. „*ἔγραψεν ἱππιατρικὸν βιβλίον καὶ φυσικὸν περὶ τῶν αὐτῶν ἀλόγων ἐν βιβλίοις τέσσαρσιν*".

Multis de hoc nominis usu Ducangius egit in Glossario p. 55. V. Menagius *Observ. ad Diogen. Laertium* Vol. I. p. 258 Hubn.

Apponimus etiam quae meus magister, Georg. Hatzidakis, cuius magna est auctoritas *ἐν τῇ γλωσσολογίᾳ*, scripsit *ἐν τῇ Ἀθηνᾷ* Vol. I. p. 176 „*Ὁμοίως ἔχει καὶ ἡ λέξις ἄλογον, περὶ ἧς ἐλέχθη ὅτι ὁ ἵππος εἶναι οὕτω φρόνιμον ζῷον, ὥστε ἐπ' οὐδενὶ λόγῳ ἠδύνατο νὰ ὀνομασθῇ ἄλογον ἤτοι ἄφρον. Ἀλλ' ἡ ὀνομασία αὕτη δὲν ἀπεδόθη διὰ μιᾶς, ἀλλὰ κατεσκευάζετο ἐπὶ μακρὸν χρόνον, καὶ διὰ τοῦτο οὐδεὶς ἠδύνατο νὰ ἐκπλαγῇ διὰ τὴν τοιαύτην ἀντίφασιν. Εἶναι γνωστὸν ὅτι ἀρχαιόθεν ἐλέγετο τριβὴ ἄλογος ἤτοι ἄνευ θεωρίας καὶ ἄνευ ἀρχῶν, ὕλη ἄλογος, θηριῶδες καὶ ἄλογον, τὸ ὑπολειφθὲν σῶμα γεῶδες καὶ ἄλογον κτλ. Ἐκ τῆς τοιαύτης χρήσεως ὁρμηθέντες οἱ φιλοσοφοῦντες ἀντιδιέστειλαν σφόδρα μεταξὺ λογικοῦ (= φρονίμου, λόγον ἔχοντος, ὁμιλοῦντος) καὶ ἀλόγου (ἄνευ λόγου καὶ ἀρχῆς, ἄφρονος, ἀφώνου)· πρβ. Δίωνος Κασσίου* 55, 17 *τῶν ἀλόγων ζῴων τῶν μηδένα νοῦν ἐχόντων, Ἀρτεμιδώρου* 2, 69 *καὶ τὰ ἄλογα ζῷα πάντως ἀληθῆ λέγει διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐν μεθόδῳ λόγου. Ἐντεῦθεν τὸ ἄριστον τῶν ἀλόγων ζῴων, ὁ ἵππος, ὠνομάσθη κατ' ἐξοχὴν ἄλογον. Οὕτω*

κατὰ τὸν τέταρτον αἰῶνα μ. χ. ὁ μέγας 'Αθανάσιος ἐν 'Απογραφῇ β', 646 λέγει τὸ ἐν ᾧ ἦτο ἡ Φάτνη (Λουκᾶ Β', 7, 12, 16) ἀλογοτροφεῖον exiguum brutorum animantium stabulum, καὶ βραδύτερον ἀναγινώσκεται παρ' 'Ησυχίῳ ἐν λέξει καπωτόν: παράβλημα ἀλόγων. Τὴν διαφορὰν ταύτην κατέστησεν ἔτι μᾶλλον συνήθη ὁ ἐν στρατῷ βίος, ἔνθα οἱ ἄνδρες καὶ οἱ ἵπποι συχνὰ ἀντιδιαστέλλονται, πρβλ. Θεοφάνους Χρονογραφίᾳ 49, 20 ἀνθρώπων τε καὶ ἀλόγων ἰάσεις, 317, 17 ἀνάπαυσιν τοῦ τε στρατοῦ καὶ τῶν ἀλόγων". Cf. etiam Vol. II. p. 155.

Deminutiva forma ἀλογίτζιν est apud Mich. Acominatum Vol. II. p. 121, 20 Lampr. „Τὴν ἁγίαν κυρὰν προσκυνῶ· ἀλογίτζιν, τῶν νῦν εὑρισκομένων ἐνταῦθα τὸ κάλλιον, ἀπεστάλκαμεν τῇ εὐγενείᾳ σου καὶ δέξαι τοῦτο ὡς εὐλογίαν τῆς θεομήτορος". In quotidiano sermone deminutiva forma nominis ἄλογον dicitur ἀλογάκι vel ἀλογατάκι.

Nomina composita ex vocabulo ἄλογον afferuntur a Scarlato Byzantio ἐν τῷ Λεξικῷ τῆς καθ' ἡμᾶς Διαλέκτου quinque ἀλογόμυιγα, ἀλογόμυλος, ἀλογοουρά, ἀλογόπετρα, ἀλογοφόρτι. His adde ἀλογοσούρτης, ἀλογοτόμαρο, ἀλογότριχα.

Voce ἀλογόμυια usus est Anonymus in Comment. ad Aristot. Vol. XXI. ii. p. 125, 9 „κυνοραισταὶ λέγονται τὰ τζιμούρια ἢ αἱ λεγόμεναι ἀλογομυῖαι (scr. ἀλογόμυιαι) παρὰ τὸ ῥαίζειν καὶ κείρειν τοὺς κύνας". Vocabulum ἀλογόμυια aliud est atque κυνορραίστης vel κρότων, qui vulgo τζιμποῦρι vocatur". Veram esse formam κυνορραίστης — κυνορραῖσται docuit meus magister Const. Contus ἐν ταῖς Γλωσσικαῖς Παρατηρήσεσι p. 434.

Apud Byzantinos inventum est nomen μεγαλοαλοτῖται, de quo v. Ducangius in Glossario p. 894.

### § 2. λάχανον = κράμβη.

Usitatum est in nostro vulgari sermone nomen λάχανον ad significandam τὴν κράμβην. Coraes scribit Atact. Vol. IV. p. 660 „Φυλλάδα, οὐσ. θηλ. Σ. τὸ σημειόνει ὡς συνώνυμ. τοῦ Λάχανα (choux), εἰς δὲ τὸ Λ στοιχεῖον ἐξηγεῖ τὰ Λάχανα πληθ. κατὰ τὴν ἀρχαίαν σημασίαν, 'Ελλ. (herbes potagères, légumes). Τὸ λάχανον συνήθως σημαίνει τὴν κράμβην, 'Ελλ. (chou) τῶν παλαιῶν,

ὡς τὸ ἐξηγεῖ καὶ ὁ Δ. ἀπὸ τὸν Ἀγάπιον, „Τὰ κραμβία, ἤγουν Φυλάδες (γρ. Φυλλάδες) καὶ καρμπολάχανα (γρ. κραμβολάχανα)". Ἴσως καὶ παλαιὰ Φυλλάς, Ἑλλ. ὠνομάζετο καὶ ἡ Κράμβη, Ἑλλ. σημαντικῶς διὰ τὸ πολύφυλλον, ἢ μᾶλλον πάμφυλλον αὐτῆς" et in editione Ξενοκράτους καὶ Γαληνοῦ περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ἐνύδρων τροφῆς p. XXXIII „Ὅτι κοινῶς οἱ Ἕλληνες ἦσαν Φιλόκραμβοι, ὡς καὶ οἱ Ῥωμαῖοι, τὸ μαρτυρεῖ καὶ ὁ παρακμάζων Ἑλληνισμός, ὅστις ἔδωκεν εἰς τὴν κράμβην κατ' ἐξοχὴν τὸ γενικὸν ὄνομα Λάχανον, ὡς ἀκόμη σήμερον τὴν ὀνομάζομεν. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι καὶ ἀπ' αὐτοὺς τοῦ Αὐγούστου τοὺς χρόνους ἄρχισαν νὰ ὀνομάζωσιν *olus* (λάχανον) τὴν *brassicam* (κράμβην).

### § 3. ἀγγεῖον vel vulgarius ἀγγειό = ἀμίς.

De hoc etiam nomine in vulgari sermone eadem vi qua ἀμίς posito disputat Coraes in editione τῶν Παραλλήλων Βίων τοῦ Πλουτάρχου P. III. p. VIII. Haec scribit „Ὁ τρίγλωσσος Λεξικογράφος ἐλησμόνησε νὰ βάλῃ τὴν λέξιν ταύτην εἰς τὸ Λεξικόν του. Καὶ ὅμως ἔχει τὸ Ἀγγεῖον σημειώσεως ἀξίας δύο τροπικὰς σημασίας, εἰς μόνην ἴσως ἡμῶν τὴν γλῶσσαν ἰδίως. Ἡ πρώτη εἶναι, ὅταν μεταχειριζώμεθα τὴν λέξιν κατ' ἐξοχὴν εἰς τὸ δεχόμενον τὰ περιττώματα τῆς κοιλίας, τὰς περισσοτέρας φορὰς πήλινον ἀγγεῖον, τὸ ἀπὸ τοὺς παλαιοὺς ὀνομαζόμενον Λάσανον ἢ Σκωραμίς. Ὅ τι ἐξέχει εἰς τὸ εἶδός του, οἰκειοποιεῖται τοῦ εἴδους ὅλου τὸ ὄνομα· ἐξέχει δέ, ὄχι μόνον δι' ἀρετήν, ἢ δι' ἀξίαν, ὡς ὅταν ὀνομάζωμεν ἁπλῶς, Ποιητὴν τὸν Ὅμηρον, Ῥήτορα τὸν Δημοσθένην, καὶ Φιλόσοφον τὸν Ἀριστοτέλην, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν συχνοτέραν μεταχείρισιν, ὡς τό, λάχανον ἀντὶ τῆς Κράμβης, τῶν παλαιῶν. Τὸ σχῆμα τοῦτο τοῦ λόγου ὀνομάζεται ἀπὸ τοὺς τεχνογράφους ἀντΩνομασία. Κατὰ τοιαύτην λοιπὸν ἀντΩνομασίαν καὶ τὸ κοπροδόχον ἀγγεῖον ὠνομάσθη ἁπλῶς καὶ κατ' ἐξοχήν, Ἀγγεῖον, διὰ τὴν ὁποίαν ἔχομεν καθημερινὴν καὶ ἀναγκαίαν αὐτοῦ χρείαν".

### § 4. ῥιζάριον vel ut vulgo dicitur ῥιζάρι = ἐρυθρόδανον.

Coraes scribit Atact. Vol. IV. p. 476 „Ῥιζάριον, Δ. ὑποκορ. τοῦ κοιν. καὶ Ἑλλ. Ῥίζα (racine). 2) Ῥιζάριον (χυδ. Λιζάριον)

ὀνομάζεται κατ' ἐξοχὴν τὸ Ἐρυθρόδανον, Ἑλλ. τῶν παλαιῶν (garance), διὰ τὴν χρῆσιν τῆς ῥίζης του εἰς βαφὴν ἐρυθρῶν. Τὸ Ῥιζάριον τοῦτο, νοεῖ, νομίζω, καὶ ὁ Στράβων ὅταν λέγῃ (III, σελ. 163) περὶ τῆς Ἰβηρικῆς παραλίας, „Καὶ τῶν ῥιζῶν τῶν εἰς βαφὴν χρησίμων πλῆθος". Οἱ Γραικορ. τὸ ὠνόμαζαν καὶ Ῥίζιον, τὸ ὁποῖον μὴ νοήσας ὁ Δ. ἑρμήνευσε, floris species (Ἄνθους εἶδος). Ἀπὸ τὴν Φερομένην ὅμως μαρτυρίαν του φαίνεται, ὅτι εἶναι τὸ αὐτὸ καὶ τὸ Ῥιζάριον· „Ἔστι δὲ ὁ τῆς Γαλατίας σκώληξ, καὶ τὸ τῆς Ἀχαίας ἄνθος, ὃ καλοῦσι Λακχὰν, καὶ τὸ τῆς Συρίας, ὃ καλοῦσι Ῥίζιον". Ὁ σκώληξ τῆς Γαλατίας εἶναι τὸ γνωστὸν εἰς τὴν γλῶσσάν μας Πρινοκόκκιον, Κόκκος, Ἑλλ. κατ' ἐξοχὴν ὀνομασθεὶς ἀπὸ τοὺς παλαιοὺς, χρήσιμος εἰς βαφήν. Ἀπὸ τοὺς Γαλάτας (ἤγουν τοὺς Γαλλογραικοὺς τῆς Μικρᾶς Ἀσίας) ὠνομάζετο κατὰ τὸν Παυσανίαν (X, 36), Ὗς, ἢ Ὕσγη (houx), ὅθεν καὶ τὰ ἀπ' αὐτὸν χρωματισμένα Ὑσγινοβαφῆ, Ἑλλ.".

## § 5. δένδρον = δρῦς.

De usu vocabuli δένδρον pro δρῦς satis mihi videtur esse apponere quae meus magister Const. Contus scripsit ἐν τῇ Ἐφημερίδι τῶν Φιλομαθῶν 1877, p. 68 „Καὶ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς γλώσσῃ λέγεται ἀρσενικῶς ὁ δρῦς, οὗ ὁ πληθυντικὸς ἀριθμὸς σχηματίζεται οἱ δρυάδες ὑπὸ τῶν Κείων, ὡς καὶ ὑπὸ τῶν Κρητῶν προφερόντων οἱ δρυγιάδες. Ἀλλ' ἄλλοι ἀγνοοῦντες παντελῶς τὸ ὄνομα δρῦς λαμβάνουσι τὸ δένδρον ἰδίως πρὸς δήλωσιν τῆς δρυὸς ἐκφέροντες αὐτὸ καὶ κατ' ἀρσενικὸν γένος ὁ δένδρος ἢ ὁ δέντρος. Λέγουσι δὲ καὶ ξύλα δένδρινα ἢ δέντρινα ἀντὶ τοῦ δρύϊνα.

## § 6. πετεινός = ἀλεκτρυών.

In quotidiano sermone ὁ ἀλεκτρυών vel ἀλέκτωρ tum κόκοττος vel κόκκορας, tum πετεινός κατ' ἐξοχὴν vocatur, velut „ὅπου λαλοῦν πολλοὶ πετεινοὶ ἀργεῖ νὰ ξημερώσῃ" etc. Fictum autem est deminutivum πετεινάρι. Est etiam compositum πετεινόμυαλος, pro quo dicitur et κοκορομύαλος. Videtur mihi etiam quod Constantinus Porphyrogennetus dixit Vol. III. p. 78, 3 Bonn. „καὶ θύουσι πετεινοὺς ζῶντας" pro ἀλεκτρυόνας poni.

§ 7. Ὄρνεο (ὄρνεον) = γύψ.

Scarlatus Byzantius scribit ἐν τῷ Λεξικῷ τῆς καθ' ἡμᾶς Ἑλλην. Διαλέκτου p. 261 „ὌρνΕΙον (κυρ. κάθε μεγάλον σαρκοφάγον πουλί) Οἰωνός, γαμψώνυχον, oiseau de proie. (ἰδιαιτέρως δὲ τὸ Τουρκ. Καρτάλι) π. Γύψ (ὁ)".

§ 8. σκουλῆκι = μεταξοσκώληξ.

Vocabulo σκουλῆκι κατ' ἐξοχὴν significatur ὁ μεταξοσκώληξ, id est ὁ σηρικὸς σκώληξ, ὁ βόμβυξ. Dicitur etiam nonnusquam θροφή et θρεφτό.

§ 9. κουκκί = κύαμος.

Κουκκί quod nihil aliud est nisi vocis κοκκίον corruptela ponitur κατ' ἐξοχὴν ad fabas significandas. Coraes dicit Atact. Vol. IV. p. 241 „Κουκκί, Σ. Σπειρί, Σ. Κουκί, Κουκίον καὶ Κουκκίον, Δ. Καρπὸς φυτοῦ ἐπιτήδειος νὰ σπαρῇ εἰς βλάστησιν νέου φυτοῦ. Τὸ Κουκὶ (grain), ἀπὸ τὸ Κουκίον ὑποκορ. τοῦ Κόκκος — Κοκκία κατ' ἀντΩνομασίαν, λέγομεν καὶ τοὺς Κυάμους Ἑλλ. (fêves) τῶν παλαιῶν". Dicit etiam Scarlatus Byzantius ἐν τῷ Λεξικῷ τῆς καθ' ἡμᾶς Ἑλλην. Διαλέκτου p. 180 ed. sec. „Κουκκί (ἀπὸ τοῦ) Κοκκίον (ὑποκορ. τοῦ Κόκκος), Φ. καὶ ὄσπριον. Κύαμος (ὁ), fêve (de marais), θ. ῥίχνω τὰ κουκκιά (ἢ) 'σ τὰ κουκκιὰ, (εἶδος μαντείας). Κυάμοις (ψήφοις) μαντεύομαι".

§ 10. βράσμα = σίραιον.

Ut olim appellabatur τὸ σίραιον κατ' ἐξοχὴν ἕψημα, sic nunc nonnusquam nominatur βράσμα.

§ 11. χαρτιά = παιγνιόχαρτα = tesserae chartaceae, quibus luditur.

Χαρτιά vocantur κατ' ἐξοχὴν τὰ παιγνιόχαρτα, velut „παίζομεν τὰ χαρτιά;", „ῥίχνω τὰ χαρτιά", etc. Sunt etiam composita χαρτοπαίκτης, χαρτοπαικτῶ, χαρτοπαιξία, χαρτοπαίγνιον.

§ 12. *σίδερα* = *δεσμά*.

Nomine *σίδερα* significatur saepe *κατ' ἐξοχὴν τὰ σιδηρᾶ δεσμά*, velut „*τὸν βάλανε στὰ σίδερα*" etc. Dicitur etiam *σίδερο* (*σίδηρον*) *κατ' ἐξοχὴν* instrumentum quo laevigantur vestimenta, etc. Fictum est etiam verbum *σιδερώνω*, unde deducta est feminina forma *σιδερώτρα*.

§ 13. *ποταμός* = *Δανούβιος* (*Δούναβις*) vel *Ἴστρος*.

Ut a veteribus Graecis *ἡ Ὀρτυγία* vocabatur Νῆσος — Νᾶσος, etc., sic a nobis *ὁ Ἴστρος* appellatur Ποταμός (*ὁ Ποταμός*)· *ἔχει παγώσει ὁ ποταμός*, etc. = *πέπηγεν ὁ Ἴστρος*, etc. Eodem modo vocatur Νησί oppidulum quoddam Peloponnesi, quod nomen invenitur iam apud Georg. Phrantzen p. 133, 4 Bonn. „*ἦσαν γὰρ τὰ ἐντὸς* (*τῆς Πελοποννήσου*), *Ἀνδροῦσα λέγω καὶ Καλαμάτα, Μαντίνεια, Ἰάνιτζα, Πίδημα* (*Πήδημα*) *καὶ Μάνη καὶ* Νησὶν etc.

De hac figura in quotidiano nostro sermone alias accuratius scribam.

---

## Appendix I.

Corollarii instar apponimus quae de hac figura scripta sunt in quarta editione operis Vigeri *De praecipuis Graecae Dictionis Idiotismis* p. 18 „*Proprium designat*: Praeter vulgaria, alia nonnulla exempla subiiciam, non cuivis fortasse obvia, et quae tironibus aliquoties negotium facessunt: qualia sunt, *ὁ Δειπνοσοφιστής*, Athenaeus: *ὁ γεωγράφος*, Strabo: *ὁ περιηγητής*, Dionysius, *cuius poema* inscribitur, *περιήγησις τῆς οἰκουμένης· ὁ ἐθνικογράφος*, sive *ὁ ἐθνογράφος* [1]), *Stephanus Byzantius, qui librum περὶ πόλεων καὶ δήμων* scripsit: *ὁ παραβάτης*, *Iulianus Imperator, qui vulgo ἀποστάτης* dicitur: *ὁ τῶν στάσεων ἐξηγητής*, Hermogenes Rhetor: *ὁ τεχνικὸς*, Herodianus Grammaticus: *ὁ τεχνικὸς Γεώργιος*, *Choeroboscus*: *ὁ πορθμεὺς*, Charon: *ὁ πονηρὸς*, *Diabolus*: *ὁ βουκόλος*, Theocritus: *ὁ συγγραφεὺς*, Thucydides, apud Aph-

---

1) De vocabulo *ἐθνογράφος* — *ἐθνικογράφος* legenda quae meus magister Contus scripsit *ἐν τῷ Παραρτήματι τῆς Ἐφημερίδος Ἀθηνῶν* m. Nov. 1908, p. 17—18.

thon. 21. *ὁ χρυσοῤῥήμων, Ioann. Chrysostomus*: *ὁ θεολόγος, Gregorius Nazianzenus*: *ὁ ποιητὴς, Homerus*: *ὁ ῥήτωρ, Demosthenes*" et „*Idem valet participium, Hebraeorum more, nominis loco positum cum articulo*: e. g. *ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας, Stephanus*, qui supra dicitur *ἐθνικογράφος· ὁ ποιήσας τὰ Διονυσιακὰ, Nonnus Panopolitanus, cuius libr.* 48 *Dionysiacon titulo Graece extant*: Ἀλεξανδρεὺς ῥήτωρ *ὁ τὰ ἐρωτικὰ παίξας, Achilles Tatius*, qui 8 *libr. lusit de Clitophontis et Leucippes amoribus*: *ὁ τὰ βουκολικὰ γράψας*, Theocritus: *ὁ τὰ* Κύπρια *γράψας* (scilicet *ἔπη*, vel *ποιήματα*) *Stasinus, ὁ τὴν πατρίδα* Κύπριος· *ὁ πειράζων*, Diabolus" et p. 703 „etiam apud alios, ut saepius apud Gregor. Cor. de dial. v. c. p. 24. Vide huius praefationem. Addendus *ὁ μεταφραστὴς*, de quo v. Koen. ad Gregor. Cor. p. 23".

De nomine *μεταφραστής* vel *ὁ μεταφράστης* scribit meus magister Const. Contus *ἐν ταῖς* Γλωσσικαῖς Παρατηρήσεσι p. 427 „Ὁ Βάστιος *ἀποφηνάμενος ὅτι τὰ εἰς* ΑΣΤΗΣ *ῥηματικὰ εἶνε ὀξύτονα, οἷον δικαστής, δοκιμαστής, ἀγοραστής, ἐπάγει συμπερασματικῶς ὅτι κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον πρέπει νὰ ἐκφέρωνται καὶ τὸ φραστής, ὅπερ πλημμελῶς λέγει, ἔγραψεν ὁ Σνειδῆρος φράστης ἐν λέξει φραστικός, καὶ τὸ μεταφραστής καὶ τὸ παραφραστής.* Νομίζει *δ', ὅτι, ὅπου παραλαμβάνεται τὸ μεταφραστής κατ' ἐξοχὴν ἐπὶ τοῦ Συμεῶνος, δύναται οὐχὶ κακῶς νὰ γράφηται παροξυτόνως, ὁ* Μ*εταφράστης.* Ἀλλ' *ὁ Σχαιφῆρος καὶ ἐπὶ ταύτης τῆς χρήσεως προκρίνει τὸν ἐν τῇ ληγούσῃ τονισμὸν παρατηρῶν ὅτι δὲν γίνεται ἐκ τοῦ κατ' ἐξοχὴν σχήματος κύριον ὄνομα· προστίθησι δ' ὅτι ὀρθῶς παρὰ Διοδώρῳ τῷ Σικελιώτῃ εἶνε ἐκδεδομένον* Π*ολιορκητής*". Vid. et p. 429. Cf. etiam Hilgard in editione Choerobosci Vol. II. p. LXXXIX.

Sciendum autem voce *στοιχειωτής* — *ὁ στοιχειωτής* significari Eucliden, ut docuit meus magister in Athen. Vol. VII. p. 41. Cf. etiam *πολυΐστωρ* vel Π*ολυΐστωρ* = Ἀλέξανδρος Κορνήλιος. V. Meinekius in editione Stephani Byzantii p. 725 et Papius in *Handwörterbuch* p. 1225 Bens.

## Appendix II.

Admonemus gentis nomine Π*αιανιεύς* significari Demosthenem et nomine *ὁ* Σ*ταγιρίτης* Aristotelem.

Παιανιεύς. Dionys. Halic. Rhet. VI. 2. (p. 26, 5 Usen.) „Λυσίας τε καὶ Ὑπερείδης καὶ ὁ Παιανιεὺς καὶ ὁ τοῦ Ἰσοκράτους ἑταῖρος Ναυκράτης πολλὰς ἡμῖν τοιαύτας ἰδέας παρέσχοντο". Procop. Epistol. Graec. p. 595 Herch. „τοὺς ἀμφὶ τὸν Παιανιέα παρχιτησάμενος". Nicol. Progymn. VII. (Rhet. Graec. Walz. Vol. I. p. 407, 18) „τοῦ Παιανιέως ἐπιζητεῖ τὴν δεινότητα". In Olympiodori verbis quae Idelerus apposuit in editione Meteorologicorum Aristotelis est Vol. II. p. 205 „πᾶς γὰρ ὁ λόγος ἂν ἀπῇ τὰ ἔργα, μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενὸν κατὰ τὸν Παιανιέα" (Demosth. p. 21, 12 „ὡς ἅπας μὲν λόγος, ἂν ἀπόντ' ἔργ' ἔχῃ, μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν"). Cf. etiam Iulian. p. 294, 19 Hertl. „σὺ δὲ οὐδὲ τὸν Δημοσθένους ἀκήκοας μῦθον, ὃν ἐποίησεν ὁ Παιανιεὺς πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, ἡνίκ' ὁ Μακεδὼν ἐξῄτει τοὺς Ἀθηναίους ῥήτορας".

ὁ Σταγιρίτης. Suid. p. 973 Bekk. „Σταγειρίτης: ὁ Ἀριστοτέλης, ἀπὸ τόπου κληθείς. Πισίδης· ποίους στρατηγοὺς ἢ Σταγειρίτας ἔχων ἐπῆλθες εἰς γῆν εὐτυχούντων βαρβάρων;. Διόλου τὸν Σταγειρίτην καταπιὼν εἴη μᾶλλον ἢ ὁ ῥήτωρ ὁ Παιανιεὺς τὸν Ὀλόρου, τουτέστιν ὁ Δημοσθένης τὸν Θουκυδίδην". Athen. p. 398. f „ὀκτακόσια γὰρ εἰληφέναι τάλαντα παρ' Ἀλεξάνδρου τὸν Σταγειρίτην (Kaib. τὸν Σταγιρίτην) λόγος ἔχει εἰς τὴν περὶ τῶν ζῴων ἱστορίαν". Pollux II. 164 „ὁ δὲ Σταγειρίτης τὸν ἐλέφαντα πρὸς τῷ στήθει φησίν". Cf. Ttzetz. in Aristoph. Prol. (Lex. Vindobon. etc. p. 252, 13 Nauck.) „οὐκ ὀλίγους δὲ ὥσπερ τὸν Σταγειρόθεν καὶ Γαληνὸν καὶ τὸν Πλούταρχον καὶ οὐ βραχεῖς ἑτέρους τοιούτους" et Epist. p. 72, 7 Press. „ἀλλ' οὐδ' ἂν αὐτὸς ὁ Σταγειρόθεν γενήσῃ σοφὸς ἢ ὁ Ἀρίστωνος παῖς". Notandum autem in Agathiae verbis (Histor. Graec. Min. Vol. II. p. 227, 17) ferri „καὶ τοίνυν φασὶν ὅτι δὴ ὅλον τὸν Σταγειρίτην καταπιὼν etc.". Cf. Suid. v. Χοσρόης. Animadvertendum etiam sinceram formam esse Στάγιρα et Σταγιρίτης littera Ι scriptam.

Ἀσκραῖος = Ἡσίοδος. Anthol. Palat. IX, 653 „τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν, ἔννεπεν Ἀσκραῖος".

ὁ Μηθυμναῖος = Ἀρίων. Iulian. p. 142, 11 „ἔστω δέ, εἰ βούλει, Τέρπανδρος οὗτος ἢ ὁ Μηθυμναῖος ἐκεῖνος, ὃν δὴ λόγος ἔχει δαιμονίᾳ πομπῇ χρησάμενον φιλομουσοτέρου τοῦ δελφῖνος τυχεῖν ἢ τῶν ξυμπλεόντων".

ὁ Μιλήσιος = Ἑκαταῖος. Bekk. Anecd. Graec. p. 341, 23 „Ἀδελφίζειν: ἀντὶ τοῦ ἀδελφὸν καλεῖν. Οὕτως Ἰσοκράτης καὶ ὁ Μιλήσιος ἐχρήσατο". Cf. Harpocrat. p. 9, 9 „Ἀδελφίζειν: ἀντὶ τοῦ ἀδελφὸν καλεῖν παρ' Ἰσοκράτει ἐν Αἰγινητικῷ καὶ Ἑκαταίῳ τῷ Μιλησίῳ ἐν β' Γενεαλογιῶν καὶ Στράττιδι καὶ Ἀπολλοφάνει ἐν Ἰφιγέροντι".

ὁ Σολεύς = Ἄρατος. Callimachus Epigr. XXVII. 3 „ἀλλ' ὀκνέω μὴ τὸ μελιχρότατον τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο". Meinekius in editione Callimachi p. 271 scribit „Sic enim solet Callimachus homines notos a patria designare, ut Aratum appellat τὸν Σολέα Epigr. XXVII. 3, Pythagoram τὸν Σάμιον XLVIII. 4, Pyladem τὸν Φωκέα".

Εὐβοεύς = Παλαμήδης. Hesych. „Εὐβοεύς: ὁ Παλαμήδης, ὁ πολλῶν εὑρετής".

ὁ Σικελιώτης = Ἐπίχαρμος. Iulian. p. 320, 7 Hertl. „νοῦς ὁρῇ καὶ νοῦς ἀκούει φησὶν ὁ Σικελιώτης".

ὁ Ἀβδηρίτης = ὁ Δημόκριτος. Clem. Alexandr. Vol. II. p. 19, 1 Dind. „ὡς ὁ Ἀβδηρίτης ἐκεῖνός φησιν". Theophyl. Simoc. p. 20 „καθά που ἔφησεν ὁ Ἀβδηρίτης".

ὁ Μακεδών = ὁ Ἀλέξανδρος. Iulian. p. 68, 25 „δεῖται γὰρ ἀληθῶς τῆς Ὁμηρικῆς σάλπιγγος τὰ κατορθώματα καὶ πολὺ πλέον ἢ τὰ τοῦ Μακεδόνος ἔργα".

Dicitur etiam ὁ Καρύστιος pro Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος (Athen. p. 610. e) et ὁ Φαληρεύς pro Δημήτριος ὁ Φαληρεύς (Poll. VIII. 102) et ὁ Κοτυαεύς pro Ἀλέξανδρος ὁ Κοτυαεύς (Schol. Il. Vol. I. p. 5, 1 Dind.) et ὁ Ἀσκαλωνίτης pro Πτολεμαῖος ὁ Ἀσκαλωνίτης (Apollon. Alexandr. περὶ Ἀντων. p. 101, A et Schol. Il. Vol. II. p. 206, 5. Cf. et Vol. I. p. 146, 20) et ὁ Σκήψιος pro Δημήτριος ὁ Σκήψιος (Steph. Byzant. p. 351, 12 Mein. et Strab. p. 850, 9 Mein. Cf. Menagius in Annot. Diog. Laert. Vol. I. p. 660 Hubn.).

Solent Graeci dicere et ὁ Χῖος σοφιστής et ὁ Κεῖος σοφιστής et alia eiusmodi. Apponenda quae hac de re scripsit Cobetus ἐν τῷ Λογίῳ Ἑρμῇ 1867, p. 220 „Προὔθηκα δὲ ταῦτα πρὸς διόρθωσιν ἑτέρου τινὸς παρὰ Κλήμεντι χωρίου παγγελοίως διεφθαρμένου σελ. 77, ὅπου πικρῶς διασύρων τοὺς τὸν Ἀλέξανδρον ἀποθεοῦντας „ἄγαμαι τοίνυν (φησὶ) τὸν θεῖον σοφιστήν, Θεόκριτος ὄνομα αὐτῷ," εἶτα τὸ τοῦ Θεοκρίτου σκῶμμα εἰς Ἀλέξανδρον τὸν

νεκρὸν ἐπιφέρει. Ἐπίστησόν μοι τὴν διάνοιαν, ὦ κράτιστε Κόντος, ἆρά τι αἰσθάνει τοῦ σφάλματος; Τὸν θεῖον σοφιστὴν προσαγορεύει ὁ Κλήμης Ἕλληνα ἄνδρα, ἕνα τῶν δοκησισόφων, τῶν ἀλαζόνων, τῶν φιλαύτων, τῶν ἀπίστων. Μόνους γὰρ ἐξαιρεῖ λόγου τοὺς παρὰ Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν τὰ βελτίω μεμαθηκότων, μᾶλλον δὲ κεκλοφότων. Τὸ δὲ ἔτι θαυμαστότερον, θεῖον προσαγορεύει ἄνδρα οὐθ' ὅσιον οὔτε δίκαιον, ἀστεῖον μὲν καὶ εὐτράπελον, ἄλλως δὲ μοχθηρὸν καὶ ἐλαχίστου ἄξιον. Ἔσφαλται περιφανῶς τὸ ΘΕΙΟΝ, σὺ δὲ συνεξεύρισκέ μοι τὸ ἀναγνωστέον. Οἶσθα ὅτι τοῖς Ἕλλησιν ἔθος τούς τε ἄλλους ἐνδόξους ἄνδρας καὶ τοὺς διαβοήτους σοφιστὰς ἀπὸ τῶν πατρίδων ὀνομάζειν, οἷον ὁ Κεῖος σοφιστής, ὁ Ἠλεῖος σοφιστής, ὁ Λεοντῖνος σοφιστής, ὁ Καλχηδόνιος σοφιστής, ἀντὶ τοῦ ὁ Πρόδικος, ὁ Ἱππίας, ὁ Γοργίας, ὁ Θρασύμαχος, ὁ Πρωταγόρας. Παραδειγμάτων δὲ μεστὰ πάντα, ὧν ἓν καὶ δεύτερον παραθέσθαι ἐξαρκέσει ἐξ αὐτοῦ τοῦ Κλήμεντος σελ. 236 „ταύτῃ καὶ τὸν Κεῖον ἀποδέχομαι σοφιστήν". καὶ (σελ. 227): „μικρὰν ἐπιληψίαν τὴν συνουσίαν ὁ Ἀβδηρίτης ἔλεγε σοφιστής", δῆλον δὲ ὅτι νῦν οὐ τὸν Πρωταγόραν λέγει, ἀλλὰ τὸν Δημόκριτον. Ὁ δὲ Θεόκριτος πόθεν; Ἀποκρινάσθω ὁ ὁμώνυμος αὐτῷ ποιητής·

Ἄλλος ὁ Χῖος, ἐγὼ δὲ Θεόκριτος, ὃς τάδ' ἔγραψα,
εἷς ἀπὸ τῶν πολλῶν εἰμὶ Συρακοσίων.

Ὀνομάζεται οὖν ὁ Χῖος σοφιστής, ὡς παρὰ τῷ Δειπνοσοφιστῇ (σελ. 14). „Δημοτέλης ὁ Θεοκρίτου τοῦ Χίου σοφιστοῦ ἀδελφός". Οὐκοῦν τὸ αὐτὸ τοῦτο ὁ Κλήμης αὐτὸν ὀνομάζων ἐγεγράφει· „Ἄγαμαι τοίνυν τὸν Χῖον σοφιστήν, Θεόκριτος ὄνομα αὐτῷ". ἀντὶ δὲ τοῦ Χῖον ΧΕΙΟΝ ἐν τοῖς παλαιοτέροις τῶν ἀντιγράφων συνήθως ἐγέγραπτο, ὅπερ ἀγνοήσας τις τῶν ἀβελτέρων τούτων ἀντιγραφέων εἰς τὸ πᾶσι γνωριμώτατον θεῖον μετέπλασε τῆς διανοίας οὐδ' ὁτιοῦν φροντίσας". Dictum est etiam ὁ Πάριος ποιητής pro Ἀρχίλοχος (Iulian. p. 294, 10 Hertl.) et ὁ Βοιώτιος ποιητής et ὁ Θηβαῖος μελοποιὸς vel ποιητής pro Πίνδαρος (Iulian. p. 477, 6. Themist. Orat. p. 208, 30 Dind. Athen. p. 3. c et 24. a et 248. d) et ὁ Κυρηναῖος ποιητής pro Καλλίμαχος (Iulian. p. 521, 7 et Athen. p. 2. b) et ὁ Σικελιώτης et Συρακόσιος ποιητής pro Θεόκριτος (Iulian. p. 483, 7 et Ath. p. 5. a) et ὁ Ἰωνικὸς ποιητής pro Ὅμηρος (Stob. Anth. Vol. II. p. 265, 2 Mein.) et ὁ Ἀκραγαντῖνος ποιητής pro Ἐμπεδοκλῆς (Clement. Alex. Vol. III. p. 8, 13 et

p. 63, 21 Dind.) et ὁ Κίλιξ ποιητής pro Ὀππιανός (Eustath. Παρεκβ. εἰς Ὁμ. p. 944, 25) et ὁ Μεγαρικὸς ποιητής pro Θέογνις (Athen. p. 560. a) et ὁ Ῥόδιος ποιητής pro Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιος (Pausan. Corinth. XII. 6) et ὁ Τήιος ποιητής et ὁ Τήιος μελοποιός pro Ἀνακρέων (Aelian. Var. Hist. IX. 4 et Iulian. p. 473, 5 et p. 498, 16) et ὁ Χῖος ἀοιδός pro Ὅμηρος (Theocr. VII. 47 et XXII. 218) et ὁ Λέσβιος ᾠδός pro Τέρπανδρος (Zenob. V. 9 et Heraclid. περὶ Πολιτ. II et Phot. Lex. Vol. I, p. 381) et ἀοιδὸς ὁ Κήιος pro Σιμωνίδης (Theocr. XVI. 44) et Λέσβιος κιθαρῳδός pro Ἀρίων (Liban. Epistol. p. 138 Wolf.) et ὁ λογοποιὸς ὁ Θούριος pro Ἡρόδοτος (Iulian. p. 502, 11 et p. 608, 2) et ὁ Ἀμασεὺς γεωγράφος pro Στράβων (Eustath. Παρεκβ. εἰς Διονύσ. Περιηγ. p. 212, 11 Dind.) et ὁ Ἀθηναῖος ῥήτωρ et ὁ Παιανιεὺς ῥήτωρ pro Δημοσθένης (Clem. Alexandr. Vol. I. p. 67, 2. Athen. p. 270. b. Themist. Orat. p. 71, 28 et Agath. Histor. Graec. Min. Vol. II p. 227, 18 Dind.) et ὁ Κοθωκίδης ῥήτωρ pro Αἰσχίνης (Athen. p. 223. d) et ὁ Θρᾳκικὸς παραφράστης pro Δημοσθένης ὁ μεταβολεύς (Eustath. Παρεκβ. εἰς Ὁμ. p. 1851, 28).

In Commentariis ad Homerum pro Ἀθήναιος dicitur:

ὁ Ναυκρατίτης ῥήτωρ (p. 1571, 22).

ὁ Ναυκρατίτης σοφιστής (p. 1056, 39. 1783, 34. 1834, 31 et p. 1155, 19 ubi male scribitur Ναυκράτου pro Ναυκρατίτου).

ὁ Ναυκρατίτης σοφός (p. 1259, 5 et p. 1505, 1).

ὁ Ναυκρατίτης δειπνοσοφιστής (p. 1624, 35).

---

PLUT. QUOM. ADUL. AB AMICO INTERN.

71 D. Aristomenes Ptolemaei praeceptor discipulum praesentibus legatis dormitantem parum leniter excitavit, quae res adulatoribus principis occasionem praebuit dicendi:

ἰδίᾳ σε νουθετεῖν ὀφείλομεν, οὐκ ἐναντίον ἀνθρώπων τοσούτων προσφέρειν τὰς χεῖρας.

Non ad aulicorum vulgus quae hic leguntur conveniunt sed ad solum principis praeceptorem. Lege ergo ὤφειλεν pro ὀφείλομεν.

J. J. H.

# OBSERVATIUNCULAE DE IURE ROMANO.

SCRIPSIT

J. C. NABER S. A. FIL.

*(Continuantur ex Vol. XXXVI pag. 74).*



## C.

### QUID PROPRIE IN IUDICIUM DEDUCATUR.

Quaeri potest, quae proprie sit *res*, quam in iudicium deductam vel ipso iure consumi necesse est vel exceptionis ope. Non esse formulam (*„die formelle Klage"*), supervacanea sententia est Kelleri [1]), qua nihilo plus proficit Bethmanni Hollwegii [2]): neque, quum in rem agatur, consumi ius in re, neque, formula in factum concepta quum agatur, factum. Plus docet Gaius, etsi sententiam variat, praecipit enim identidem [3]) ipsam consumi obligationem (*Anspruch*), sed alibi [4]), potestatem agendi vel experiendi (*Klagerecht*) re in iudicium deducta superesse non posse [5]). Ergo rectius potestatem agendi [6]); consumitur enim non tantum id, quod praestationem habeat, sed etiam, quod

1) *Ueber Litiscontestation und Urtheil* (1827) § 33 (—p. 241).

2) *Civilprozess* II p. 490/1.

3) III § 180, 181; IV § 131, 131*a*.

4) IV § 123.

5) Eadem controversia hodie est (veluti inter Bernhardum Windscheid et Henricum Dernburg) de praescriptione. Cf. Dernburg, *Pandekten* I (1892) § 145.

6) Utrumque recte dici, docet Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* II p. 488 (ante notam 19), 498 (post notam 57), sed p. 510 (post notam 95) ia. p. 499[a2]: solum ius experiendi consumi.

nudum iudicis interventum [1]), veluti divisoria actio, modo communi dividundo excipiatur, communi dividundo enim, nisi arbiter proprietatem abiudicavit [2]), *iterum* potest *agi de (re) quae* venit in hoc iudicium [3]) et *indivisa mansit* [4]), ideo, quia nemo *invitus compellitur ad communionem* [5]). Ex diverso *familiae erciscundae iudicium amplius quam semel agi non potest* [6]) *nisi causa cognita* [7]); *quodsi quaedam res indivisae relictae sint, communi dividundo de his agi potest* [8]); itaque tamdiu est *in integro* [9]) familiae erciscundae iudicium, quamdiu contestatum non est, nisi forte *sententia dicta (est)* [10]) rem non esse ex hereditate [11]), vel hereditas abiudicata est; praeiudicatum enim erit divisioni. Eadem ratione *integri restitutio plus quam semel non est decernenda* [12]), vel potius *agita(nda)* [13]), *nisi novae defensiones praetendantur* [14]). Quod sine dubio porrigendum est ad inofficiosi testamenti actionem [15]); ergo *qui* semel *querelam instituit* [16]) et centumvirale iudicium subscripsit, *(si) fraude heredis scripti, quasi tertiam partem hereditatis tacite* hic *rogatus esset ei restituere, reliquit eam actionem,* quam qui derelinquunt postea non audiuntur [17]), *non vide(bitur) deseruisse actionem* et permittendum est ei *repetere*, id est, post intermissionem exsequi, ipsam *inchoatam actionem* [18]), nam novam

---

1) Omnem veram actionem (*Anspruch*) habere praestationem, defendimus cap. harum observat. L.

2) Cf. l. § 1 D. 10. 2.

3) Veniunt omnes res, quae sociorum communes sunt (Paul. I 18 § 5), *nisi si quid fuerit ex communi consensu exceptum nominatim ne veniat* (l. 13 D. 10. 3; cf. l. 61 pr. D. 5. 1).

4) L. 4 § 2 D. 10. 3.

5) L. 26 § 4 D. 12. 6.

6) L. 20 § 4 D. 10. 2; Paul. I 18 § 1. Rem confirmant Septimius Severus c. 3 C. 2. 18 (19), Diocletianus c. 18 pr. C. 3. 36; cf. Thal. sch. 14 ad Bas. 17. 2.

7) L. 20 § 4 D. 10. 2. Cf. Consult. II 6 (unde fluxit c. 3 C. 3. 38); c. 8 C. 6. 20; Windscheid (1891) § 449[26].

8) L. 20 § 4 D. 10. 2; Paul. I 18 § 1.

9) L. 44 pr. D. 10. 2.

10) c. 1 C. 3. 36, quam intellexisse non videtur Thalelaeus (Bas. 42. 3. 57).

11) L. 8 D. 44. 2 (Keller, *Litiscont.* p. 277).

12) Paul. I 7 § 3. Cf. Savigny, *System* VII § 319 (p. 129/30).

13) c. 1 C. 2. 43 (44).

14) c. 2, c. 3 C. 2. 43 (44).

15) Porrigit certe Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 103 post notam 11.

16) Ipsum vocabulum ambiguum est (l. 15 § 1 D. 5. 2).

17) L. 8 § 1 D. 5. 2.

18) L. 21 pr. D. 5. 2. Cf. l. 27 pr. eod.

inchoare non potest. Etiam praeiudicialis actio non iteratur, itaque *secunda in servitutem petitio eius(dem) dari* eidem *non debet* [1]), quamquam libertatis favore *adsertorias lites* iterare permissum est, nec obstat secundo vel tertio vel deinceps adsertori res adversus priorem iudicata [2]), quod antiquavit Iustinianus [3]). Sicut autem privata, ita semel agendo consumitur publica actio [4]), sive habet ea praestationem sive non habet, *nam nec in publicis iudiciis permittitur amplius agi quam semel, (praeterquam) si praevaricationis fuerit damnatus prior accusator* [5]). *Eum* plane, *qui abolitione publica vel privata interveniente aut desistente accusatore de reis exemptus est, alius deferre non prohibetur* [6]). Quia igitur non ipsum obligationis vel actionis ius sed experiendi potestas agendo consumitur, idcirco, si quis veram actionem, id est, ius exigendi, habuit, supersit necesse est [7]) re in iudicium deducta naturalis obligatio [8]); sin autem talem actionem non habuit, adhuc consumpserit potestatem agendi [9]) quae non ex eo competit, quod quis debitorem habet, sed quod quis dicit sibi deberi [10]) sive pro quo petere potest. Quam si quis exemplo Iuliani [11]) *actionem* appellet, verum erit consumere unumquemque, dum agat, vel suam actionem vel alienam, sed apud Iulianum [12]) nec suam nec alienam:

---

1) c. 4, c. 27 pr. C. 7. 16. Cf. l. 42 D. 40. 12.

2) Cic. pro domo 29 § 78; 30 § 80.

3) c. 1 pr. C. 7. 17 Videtur ad novum ius accommodasse l. 25 § 1 D. 40. 12 (Paling. Gai. 44) omissis forte post *interdum* duobus vocabulis: *eidem adsertori*. Etsi non putat Schlossmann, *Ztschr. d. Sav.-St.* XIII (1892) p. 227[1].

4) Cf. l. 45 § 1 D. 3. 3; l. 30 § 3 D. 12. 2; l. 3 pr. D. 47. 23; l. 3 § 13 (ia. § 9 D. 43. 29; Planck, *Mehrheit der Rechtsstreitigk.* (1844) p. 29 not. 11.

5) L. 3 § 13 D. 43. 29; cf. lex repet. inscr. lin. 5, 55, 56; Cic. de partit. orat. 36 § 124; l. 3 § 1 D. 47. 15; l. 11 § 2 D. 48. 2; c. 1 C. 2. 7 (cum sch. Θαλελαίου); c. 9 pr., c. 11 C. 9. 2; l. 7 § 2 D. 48. 2; l. 4 § 2 D. 48. 5; Planck, op. cit. § 4 (et ibi not. 8 ad Paul. I 6 B § 8).

6) L. 11 § 2 D. 48. 2. Diversum dicendum est, si cui princeps poenam remiserit (Traian. ad Plin. Epist. 60).

7) Rem perspexit Keller, *Ueber Litiscont.* etc. § 10 (p. 101/2).

8) L. 50 § 2 D. 15. 1; l. 60 pr. D. 12. 6; cf. l. 8 § 3 D. 46. 1.

9) L. 26 (ia. l. 22 § 8) D. 48. 8.

10) Dernburg, *Pandekten* I (1892) § 127 (p. 295). „*ein Klagerecht* (*hat*), *wer die Existenz einer klagbaren Befugniss behauptet*". Praeiverat Lenel, *Exceptionen* (1876) p. 27. Cf. praeterea Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* II p. 499 not. 62 ia. p. 510 (post not. 95).

11) L. 22 § 8 (ia. l. 26) D. 46. 8.

12) L. 25 § 2 D. 44. 2.

*si te negotiis meis obtuleris et fundum nomine meo petieris, deinde ego hanc petitionem tuam ratam non habuero, sed mandavero tibi, ut ex integro eundem fundum peteres, exceptio rei iudicatae (vel in iudicium deductae) non obstabit: alia enim res facta est interveniente mandatu. idem est, si non in rem sed in personam actum fuerit.*

Aliquid ex mente Iuliani in iudicium deducere apparet eum, qui alieno nomine sine mandatu quamcumque intendat actionem. Obstare enim denuo agenti significat rei iudicatae vel in iudicium deductae exceptionem, nisi nunc *interveniente mandatu* alia res effecta sit. Consumptam non esse domini actionem per negotiorum gestorem manifestum est; remanet igitur ut consumpserit suam ipsius alieno nomine agendi potestatem. Cui sententiae magis non obstat, quod, *qui procurator non est*, atque propterea exceptionibus procuratoriis excludi potest, is *nec actionem nec petitionem habere intelligendus est* [1]), quam quod ipso responso Iuliani declaratur, potestatem alieno nomine agendi negotiorum gestori non esse peremptam, quum possit ex mandatu postea agere, perinde acsi nulla lis intervenisset [2]). Quod eo colore defendit, quasi nunc *alia .... res facta* sit *interveniente mandatu*; sed apparet semper eandem esse rem, quae petatur eidem [3]). Ergo ratio facit, ut negotiorum gestori ante mandatum iterum agenti opponatur exceptio procuratoria, quae iam tunc opponi potuit, non opponatur exceptio rei in iudicium deductae, quia in iudicium deduxit nihil [4]), sed aliorsum ducit Iuliani auctoritas. — Consumitur autem, sicubi consumitur, semper id quod idem est; videtur autem quam maxime [5]) idem esse, quod

1) Iulian. l. 23 D. 46. 8.

2) Rem explicare conatur Keller, *Litiscont*. p. 333/4. Docet negotiorum gestorem suam alieno nomine agendi potestatem consumere, nisi postea mandatum interveniat. Quasi vero hoc sit explicare.

3) Mutata quidem *condicio personarum* aliam rem facit (l. 14 pr. D. 44. 2), sed earum quibus petatur.

4) Clausulam nihilominus *rei iudicatae* obstare putat Erman, *Ztschr. der Sav.-St.* XIX (1898) p. 325[1]: *„denn .... das Urtheil ergeht doch ihm gegenüber"*. Num igitur minus iudicium ipse subscripsit?

5) Acutissima est observatio Bekkeri, *Recht des Besitzes* (1880) p. 302: „Idem est, quod idem dicimus: *es kommt einfach auf Uns, d. h. auf das allgemeine Uebereinkommen an, ob in einem gewissen Falle Identitaet anzunehmen oder nicht*". Exempla dabuntur statim.

eandem causam habeat et eandem rem [1]) *inter easdem personas* [2]) persequatur, nec umquam efficit *gen(us) iudicii,* quo minus eadem videatur actio, veluti, *si hereditate petita singulas res* idem ab eodem *petat vel singulis rebus* [3]) *petitis hereditatem* [4]). Ceterum aliud *gen(us) iudicii* facit mutatum actionis nomen; quodsi nomen deficit, quia pleraeque actiones propria appellatione non utuntur, ceteris signis [5]), quibus, *quum deficiant .... nomina* [6]), actiones distinguuntur, hoc metiendum est, veluti formularum, ubi per formulas litigabitur, varietate. Aliam causam vel rem quid faciat, interdum dubitari potest [7]), veluti sitne sola causa *contractus initium* [8]), an concurrat factum incidens veluti furtum vel damnum contractui interveniens [9]) vel damnum damno [10]). Quam alibi [11]) negat causam Savigny, alibi [12]) *causa(m) proxima(m) actionis* appellat, exemplo, ut putat, Neratii [13]), sed videtur huius responsum alio pertinere [14]). Similiter dubitari potest, sitne eadem res corporis extincti aestimatio. Aiunt Ribbentrop [15]),

---

1) Ergo, ne consumatur, sufficit aut non esse eandem rem aut non eandem causam. Multo magis igitur, si *et diversa corpora sunt et causae restitutionum dispares* (l. 17 D. 44. 1).

2) Scribit quidem Eisele, *Archiv f. d. civ. Praxis* 77 (1891) p. 412: „*Personenidentitaet .... ist überhaupt niemals als ein selbständiges .... Erforderniss der Consumption in Geltung gewesen*", sed rectius idem *Abhandl.* (1889) p. 113/4: „*nicht schon im Legisactionenprozess*".

3) Omnibus.

4) L. 3, l. 7 § 4, § 5 D. 44. 2. Ceteros locos, quos quis in hanc rem pro testimonio fortasse laudaret, ad aliud concurrendi genus pertinere posse, cui destinamus, casibus quoque dubiis, caput CXXI, demonstrabit Savigny, *System* VI § 297 (p. 425), cf. ibid. § 295 (p. 415/6) et V § 231 (p. 213/4).

5) „*Rechtliche Gesichtspunkte*" appellant Keller, *Pandekten* § 83 (initio); Windscheid (1891) § 130. 1; Dernburg, *Pandekten* I (1892) § 135[14].

6) L. 2 D. 19. 5.

7) Ergo recte ad superiora observat Pernice, *Ztschr. f. d. ges. Handelsrecht* 33 (1887) p. 435: „*dabei wird aber nicht festgestellt, was Leistung und was Entstehungsgrund ist*".

8) L. 8 pr. D. 17. 1.

9) E. g. l. 34 § 1, § 2 D. 44. 7.

10) L. 46 D. 9. 2.

11) *System* V § 231 (p. 206) not. *a*.

12) Ibid. VI § 300 (p. 456/7).

13) L. 27 D. 44. 2.

14) Cf. l. 11 pr., l. 30 pr. D. 44. 2.

15) *Correal-Oblig.* (1831) p. 31/2.

Windscheid [1]), Dernburg [2]), sed est omnino arbitrarium [3]). Quocirca minus est mirandum, quid ita aediliciae actiones mutua vice fungantur, *quare vere dicetur, eum qui alterutra earum egerit, si altera postea agat, rei iudicatae (vel in iudicium deductae) exceptione submoveri* [4]). Quod defendit Iulianus [5]) ea ratione, quod *posterior actio*, id est, aestimatoria, *etiam redhibitionem continet, si tale vitium in homine est, ut eum ob id actor empturus non fuerit*, quasi vero hoc sufficiat, ut semper eadem res sit. Vidit non sufficere Krüger [6]), quocirca cohibet sententiam intra eos fines, quos ratio adhibita statuit ipsa [7]). Etsi videtur potius ipsa ratio (*nam posterior — empturus non fuerit*) Iuliano abiudicanda, quum praesertim loco non suo inserta sit. Quod observavit Eisele [8]), nec tamen cancellavit. Persona sitne eadem, minus dubitari potest. Ex diverso frequens est tractatus, efficiatne personae mutatio ne consumatur. Nam solet quidem *personarum mutatio* [9]), quin immo mutata *condicio personarum* [10]), *cum quibus* (vel a quibus) *singulis suo nomine* [11]) *agitur, aliam rem fac(ere)* [12]), sed hoc cessat, ubi testator egit vel respondit, nunc heres litigat [13]), vel principalis creditor, deinde qui nomen emerit, quasi una sit actio [14]). Quodsi non nomen, sed res, venierit,

---

1) *Lehrbuch* (1891) § 327[a], § 226[1].

2) *Pandekten* I (1892) § 83 not. 2 (i. f.).

3) Cf. Bekker, *Recht des Besitzes* (1880) p. 302/3: „*wie liesse sich ohne Willkür* [objektiv] *feststellen, ob .... durch Zerstörung des alten Leistungsobjekts .... ein Anspruch .... nur verändert, oder .... durch einen Andern ersetzt wird*".

4) L. 25 § 1 D. 44. 2. Cf. Savigny, *System* V § 235 (p. 257) not. *i*, sed etiam VI § 297 (p. 425) not. *c*. — Contraria est l. 48 § 2 D. 21. 1 vitio, opinor, Triboniani. Scripserit Pomponius: *non proderit*.

5) L. 25 § 1 cit. (D. 44. 2).

6) *Process. Consumption* (1864) p. 102.

7) Eodem modo sententiam cohibet Windscheid (1891) § 130[a] et item Eisele, *Archiv f. d. civ. Praxis* 79 (1892) p. 329/30.

8) *Archiv f. d. civ. Praxis* 79 (1892) p. 330[*].

9) L. 22 D. 44. 2.

10) L. 14 pr. 44. 2 (cf. l. 42 D 40. 12; l. 10 D. 44. 1 ia. l. 9 § 2 D. 44. 2). Plane earum, requiritur, ut mutata sit condicio, quarum personarum nomine litigetur, nec erit alia res facta *interveniente mandatu*, quod persuadere cupit Iulianus l. 25 § 2 D. 44. 2. — Ad Quinctil. III 10 § 2 cf. l. 5 § 1 D. 34. 9.

11) Ergo domini procuratorisque una est actio.

12) L. 22 D. 44. 2. Cf. l. 2 § 3 D. 45. 1.

13) Dubitaturum puto neminem, etsi testimonia muta sunt.

14) Cf. etiamnunc Bekker, *Recht des Besitzes* (1880) p. 302/3: „*wie liesse sich*

constat quidem generaliter, emptorem, quin immo *eum, qui in locum emptoris successit, iisdem defensionibus uti posse, quibus venditor eius uti potuisset* [1]), versa quoque vice *rei quidem cohaerentem* [2]) *exceptionem etiam emptori nocere* [3]), quocirca prodest emptori pro auctore pronuntiatum, nocet, quod contra auctorem statutum est [4]). Nihilominus dubito [5]), utrum hoc solum emptori prodesse vel nocere possit, quod res olim ab auctore vel adversus auctorem in iudicium deducta sit. Potest enim rei iudicatae clausula obstare, ubi rei in iudicium deductae cessat, quia non tantum iis obicienda est, quae in iudicium deducta sunt, sed etiam iis, quibus praeiudicatum est, etsi sunt qui negent, quos invicto argumento refutavit Windscheid [6]). Ibi sine dubio personarum mutatio aliam rem non facit, ubi duo pluresve rei facti sunt, et ubi pro eo, qui promittit, alii obligantur [7]), adeo ut èt debitor cum sponsore [8]) vel fideiussore [9]) èt fideiussores [10]) iuncti *eiusdem obligationis particip(es)* [11]), esse videantur. Idem est, ubi *plures mihi in solidum* pro evictione teneantur [12]) (Ulp.: *auctoritatem debeant*), quia scilicet sic teneri non possunt, nisi

---

*ohne Willkür* [objectiv] *feststellen, ob z. B. .... durch Uebertragungsgeschäfte .... ein Anspruch .... nur verändert, oder .... durch einen andern ersetzt wird.*"

1) L. 76 § 1 D. 18. 1; c. 28 C. 8. 44 (45). Cf. l. 156 § 3 D. 50. 17.

2) I. e., *quae* (*non*) *ex delicto personae oriatur.*

3) L. 4 § 27 D. 44. 4.

4) Locos dabit Keller, *Litiscont.* § 45, quibus fortasse erit detrahenda l. 28 D. 44. 2 (cf. Longo, *Bull. dell' istit. di dir. rom.* XIV (1901) p. 259-265).

5) Non dubitat Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 103[4] (p. 510), sed cf. Keller, l. l. (p. 379-381), cui temere contradicit Longo, *Bull. dell' istit. di dir. rom.* XIV (1901) p. 263[1].

6) *Lehrbuch* (1891) § 130 not. 23*a* (ia. not. 16).

7) Fideiussor proprie non est reus, licet quodammodo *rei locum obtineat* (l. 4 § 1, l. 27 § 4 D. 46. 1). Videtur quidem dissentire Festus v. *Reus.* Cf. Ribbentrop, *Correal-Oblig.* (1831) p. 27 (adn.): „*die Obligationen des Hauptschuldners und des Bürgen bilden ein* [wahres] *Correalverhältniss in so fern* etc."; Savigny, *Obligationenrecht* I (1851) p. 147/8; Ferrini, *Pandette* (1900) p. 560 not. 1, p. 561 not 2 (i. f.).

8) Cic. ad Att. XVI 5 § 2 (cf. Keller, *Litiscont.* etc. p. 463-497). Quodsi plures sponsores sunt, reus conventus omnes sponsores liberat, sponsor conventus pro virili parte reum (cf. Ribbentrop, op. cit. p. 109).

9) Cf. Iustin. c. 28 C. 8. 40 (41).

10) Cf. Keller, op. cit. § 52[1].

11) Cf. l. 16 pr. D, 46. 4.

12) L. 51 § 4 D. 21. 2 (Paling. Ulp. 1743).

plures rei facti sunt [1]). Nam quod acceptum fertur Celso [2]): *si ei, qui .... vendid(er)it, plures heredes extiter(i)nt,* omnium heredum *una(m) de* evictione (Lenel: *auctoritate*) *obligatio(nem) es(se),* id Celso vindicare non ausim [3]). Sed ibi quoque ubi *ex persona (aliena)* quis tenetur [4]), in utriusque una intelligenda est actio. Veluti, quum exercitoria agitur, *haec actio ex persona magistri in exercitorem datur, et ideo, si cum utro* [eorum] *actum est, cum altero agi non potest* [5]). Eadem ratione honoraria actio, quae datur in exercitorem furti nomine, quod in nave factum sit, ita tenet, nisi quis malit *cum* ipso *fure iure civili experiri* [6]), nec dubitandum est, quin institoris quoque nomine *cum utro* agendum esse, recte statuat Keller [7]), licet testimonia muta sint. Idem dicendum videtur in filiofamilias et patre qui *ex persona eius* [8]) *teneatur, sive iussu eius contractum est, sive in rem versum est patris vel in peculium* [9]), proinde ordinarium esse, ut *cum utro* agatur, — idem in servo eveniret, nisi in servo obstaret, quod hic ex contractu naturaliter tantum obligatur [10]), quocirca ne fideiussor quidem eius liberatur convento domino [11]), etsi dissentit Pomponius [12]) — ergo numquam *dabitur* post condemnationem patris (*in filium*) *actio in hoc, ut, quod minus a patre actor consecutus est, filius praestet* [13]). Quia autem una est actio,

---

1) Hoc perspexit Ribbentrop, *Correal-Obligationen* (1831) p. 200. Cf. l. 31 § 10 D. 21. 1 (Ribbentrop, op. cit. p. 158-169) et l. 9 pr. D. 45. 2 (Ribbentrop, op. cit. p. 119-158, 170-178) et l. 39 § 2 D. 21. 2. Quodsi interpretatio vera est, *exceptione* rei in iudicium deductae repelletur emptor.

2) L. 62 § 1 D. 21. 2.

3) Celso vindicare ausim: *si ei, qui vendidit, plures heredes extiterunt,* [una de evictione obligatio est, omnibusque denuntiari et] *omnes defendere debent.* Cf. hactenus Brasloff, *zur Kenntniss des Volksrechtes* (1903) p. 16² et ad ea, quae non exscripsi, Paul. l. 85 § 5 D. 45. 1; Venul. l. 139 eod.

4) Opponuntur *ex persona* (*aliena*) et *suo nomine* l. 20 pr. D. 11. 1.

5) L. 1 § 24 (cf. § 17) D. 14. 1. Cf. Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 103 post notam 92 (II p. 509); Ferrini, *Ztschr. der Sav.-St.* XXI (1900) p. 193, sed etiam Merkel, *Konkurs* etc. p. 124-126.

6) L. 1 § 3 D. 47. 5 (cf. Hartmann, *Archiv f. d. civ. Praxis* 50 (1867) p. 124/5).

7) *Ueber Litiscontest.* etc. p. 432/3.

8) L. 32 § 3 D. 22. 1; c. 1 C. 4. 13.

9) L. 32 § 3 cit. Verba *sive iussu — in peculium* suspecta mihi sunt.

10) L. 50 § 2 D. 15. 1.

11) L. 84 D. 46. 3; l. 38 § 2 eod.

12) L. 21 § 4 D. 44. 2. Cf. Erman, *Mélanges Appleton* (1903) p 203-304 (maxime p. 269).

13) L. 32 § 3 D. 22. 1. Falsarium deprehenderunt Lusignani (*Consumaz. process. dell'*

quae competit ex aliena persona, ideo, si cum pluribus competit nec scinditur, necessario eveniet, ut uno convento omnes liberentur. Documento est èt actio noxalis [1]) èt de peculio [2]). Itaque, *qui servum alienum responderit suum esse, si noxali iudicio conventus sit, dominum liberat* [3]), .... *sicut in servo communi dicimus, ubi altero convento alter quoque liberatur* [4]). Nec obstat, quod in utraque specie alibi [5]) legitur: *altero solvente alterum liberari,* quia, qui conventus liberat, is vel magis solvens [6]). De noxali quod diximus, idem in de peculio actione eveniet, quum plures personae eiusdem servi nomine teneantur, velut socii (id est: condomini), fructuarius et proprietarius, dominus et bonae fidei possessor, venditor et emptor, heres et coheres, qui non semper sunt socii. Non sunt socii in eo servo, quem vivus testator alienaverit vel manumiserit vel sepelierit, quemve testamento praesenti die legaverit vel liberum esse iusserit [7]); apparet igitur societatis rationem referendam esse ad servi, non rerum peculiarium, proprietatem [8]), contra quam putat Solazzi [9]). Idcirco autem omnes personae, quae supra scriptae sunt, tenentur, quia possunt omnes de peculio conveniri, penes quos servus peculium habeat habueritve, antequam moreretur manumitteretur alienareturve, intra annum; possunt praeterea heredes eorum, sive superstite testatore peculium esse desierit [10]) sive per

---

actio de pec. (1899) p. 18) et Ferrini (*Ztschr. der Sav.-St.* XXI (1900) p. 195). Quodsi actio esset genuina, intelligenda foret utilis (Erman, *Ztschr.* cit. XIX p. 340 not. 1).

1) Cf. l. 4 D. 2. 9; l. 1 § 14 D. 9. 1; l. 5 pr., l. 8 D. 9. 4; l. 11 § 3 D. 39. 3.

2) Cf. l. 13 § 2 D. 14. 3.

3) Cf. l. 8 D. 11. 1.

4) L. 20 pr. D. 11. 1. Cf. l. 24—26 § 2, l. 39 pr. D. 9. 4; l. 42 § 1 D. 47. 2; l. 3 D. 47. 8.

5) L. 26 § 3 D. 9. 4; l. 14 § 2 D. 11. 3.

6) Potest praeterea utrubique *solvente* interpolatum esse pro *convento.*

7) In his igitur speciebus singuli in solidum teneri negantur: l. 14, l. 32 pr. D. 15. 1.

8) Cf. Mandry, *Ztschr. für Rechtsgesch.* VIII (1869) p. 397 lin. 1-17.

9) *Bull. dell' istit. di dir. rom.* XVII (1905) p. 216¹ (ad l. 37 § 2 D. 15. 1). Quas ibi laudat l. 9, l. 25 D. 10. 3, iis rem confici nego et est praeterea contra eum scripta l. 27 § 8 D. 15. 1 (Keller, Dissert. etc. (1822) p. 82/87), etsi negat (*Bull.* cit. XVII p. 214 not. 2), nam, ut negare possit, dicere cogitur *nullum* esse peculium (*in quo*) *nihil sit,* quod infra refellemus.

10) L. 14 § 1, l. 32 pr. D. 15. 1 (ubi propter argumentum, quod proponit Solazzi, *Studi Senesi per Moriani* II p. 144 ia. not. 48 (p. 140), delerem ego potius *vel libero esse iusso,* quam quae deleri ipse iubet).

hereditatis aditionem [1]). Et heres quidem tenetur, licet peculium servo manumisso legatum sit vel cum servo [2]), venditor autem non tenetur, *si cum peculio servum vendidit* [3]) nisi *ita vendidit, ut pretium pro peculio* separatim *acciperet* [4]). Diversa fuit sententia Iuliano [5]), nam, qui vendiderit *servum cum peculio,* eum omnibus modis huic actioni subicit [6]), quo potest pertinere eiusdem l. 12 D. 15. 1: '.... *hoc casu* [7]) *etiam cum eo agi potest, penes quem peculium non est,* vel ad eum, qui per dolum ademerit peculium [8]), cuiusve in rem versum sit [9]), vel ad eum, qui, quum hereditatem venderet, exceperit *servum sine peculio.* Etenim hunc quoque Iulianus de peculio conveniendum autumat [10]). Talibus igitur speciebus exceptis agi numquam potest de peculio cum eo, apud quem peculium *nullum sit* [11]), veluti quod ademit [12]) sine dolo malo [13]). Quodsi peculium quidem sit, sed *nihil sit in peculio* [14]), veluti quod *aere alieno dominico exhauriatur* [15]) recte nihilominus intenditur [16]). Ubi autem unius servi nomine de peculio plures personae tenentur, in ea re non spectatur obligationis causa, sed qui de peculio convenitur, is convenitur *ex omni contractu,* licet non *ad (eum) pertine(a)t,* id est non ad eius

---

1) L. 14 pr. D. 15. 1. Est hic casus (sicut l. 1 § 4 (i. f.) D. 15. 2), ubi obligatio ab herede incipit ex causa anteriore. Quod non satis perspexit Solazzi, *Studi* cit. (*per Moriani*) II p. 122. Nam hoc solum vidit: incipere obligationem ab herede.

2) Plura de hoc iure dabit Solazzi, *Bull. dell' istit. di dir. rom.* XVII p. 221[1], 229[1].

3) L. 32 § 2 D. 15. 1.

4) L. 33, l. 34 D. 15. 1. Cf. praeterea l. 5 § 3 D. 15. 3 (Solazzi. *Bull.* cit. XVII p. 219/20).

5) Fuisse negat Solazzi, *Bull.* cit. XVII p. 220.

6) L. 11 § 7 D. 15. 1.

7) Casum non enucleat Keller, Diss. etc. p. 78/9, non Mandry, *Ztschr. für Rechtsgesch.* VIII (1869) p. 390[7], qui reprehendit iure sententiam Bekkeri (*Ztschr. f. Handelsrecht* IV (1861) p. 512).

8) L. 9 § 4 (ia. l. 21 pr.) D. 15. 1.

9) Non obstant l. 14 (i. f.), l. 1 § 1 D. 15. 3, ubi agi posse vel actio esse de peculio hoc sensu negatur, ut ne sit actio ex clausula de peculio (l. 19 (i. f.) D. 15. 1).

10) L. 2 § 12 D. 18. 4.

11) L. 27 § 8 (i. f.) D. 15. 1.

12) L. 16 (Marcell.) D. 15. 1; l. 14 D. 15. 3. Cf. praeterea l. 7. § 1 D. 15. 1.

13) L. 1 § 1 D. 15. 3.

14) Utramque speciem confundere videtur Solazzi, *Bull. dell' istit. di dir. rom.* XVII p. 214.

15) L. 4 § 5 D. 15. 1. Cf. praeterea Karlowa, *Rechtsgesch.* II p. 1135/6.

16) L. 30 pr., l. 50 pr. D. 15. 1; l. 7 § 15 D. 42. 4; l. 1 § 2 D. 14. 4.

peculii causam, *quod ad (ipsum) respici(a)t* [1]), *nam, qui cum servo contrahit, universum peculium eius, quod ubicumque est, veluti patrimonium intuetur* [2]). Ergo solet creditor *electionem .... habere*, quem conveniat, nisi excipit Papinianus causam mutui; nam ex causa mutui conveniendum docet eum, qui proprietatem nummorum nactus sit [3]). Quae sententia arctius constringit quidem non vero nostram evertit regulam. Evertere videri possit eam Pomponii l. 2 D. 15. 1, sed est verisimile, ibi cancellanda esse, quae includam: [ex ea causa, ex qua soleret servus fructuarius vel usuarius [4]) adquirere] *in eum cuius ususfructus vel usus sit, actio dumtaxat de peculio* [5]) *ceteraeque honorariae dantur* [ex reliquis in dominum proprietatis]. Post quod erit a lite discessum [6]). Ex iis igitur, quos praediximus, *(si) unus fuerit conventus, omnes .... liberabuntur, quamvis non* [7]) *in maiorem quantitatem eius peculii, quod penes se habet, qui convenitur, condemnetur* [8]). Hoc ideo adiectum est, quia, si socii sunt, *in solidum* peculium [9]) *alteruter convenitur* [10]), quae sententia recepta non est in iis *qui non sunt socii* [11]). Socios intellegi servi respectu, non peculii, supra demonstratum est. Sed exigit praeterea Ulpianus [12]), ut *commune sit peculium*, ergo speciem excipit, ubi *separata* (id est:

---

1) L. 19 § 1 D. 15. 1.

2) L. 32 pr. (i. f.) D. 15. 1, ubi adnotat Ferrini, *Ztschr. der Sav.-St.* XXI p. 194[1]: *„der Schlusssatz ist aus* l. 19 § 1 (eod.) *herübergeholt, wo aber etwas verschiedenes gemeint ist"* (cf. Solazzi, *Bull. dell' istit. di dir. rom.* XVIII p. 229 not. 3). Ergo putabat Cuiacius (Paris. IV Quaest. p. 208 A) in l. 19 § 1 cit. turbatum esse sententiarum ordinem. Sed verior est Ferrinii interpretatio, proinde verus intellectus regulae petendus ex l. 19 § 1 cit.

3) L. 50 § 3 D. 15. 1. Cf. l. 3 pr. D. 15. 3. Ita interpretamur Papiniani sermonem, quemadmodum ante nos Salkowski. Cui resistit Solazzi, *Bull.* cit. XVIII p. 233[2] et nititur l. 19 § 1 eod., qua parte (*certe illud — Papiniano probatur*), licet ipse neget (ibid. p. 230-232) intervenisse Compilatores verisimile est.

4) Inserit Mommsen: *ei cuius ususfructus vel usus sit.*

5) Cf. Kalb, *Juristenlatein* (1888) p. 24[2].

6) Obstare quidem praeterea docet Erman (*Ztschr. der Sav.-St.* XX p. 247 not. 1) l. 37 § 3 D. 15. 1 (cf. Ferrini, ibid. XXI p. 196).

7) Id est: non semper.

8) L. 32 pr. D. 15. 1.

9) Cf. Solazzi, *Bull. dell' istit. di dir. rom.* XVII p. 213 (adn.).

10) L. 11 § 9, l. 27 § 8, l. 51 D. 15. 1.

11) L. 13 D. 15. 1.

12) L. 15 D. 15. 1.

separatae condicionis vel iuris) *apud se* socii *peculia habeant*, quod eveniet, sive peculiati quis *servi partem dimidiam vendiderit* [1]), nam non propterea erit peculium eius cum emptore communicatum, sive communi servo ita quis peculium concesserit, *ut* sibi soli *proprietatem retineret* [2]), vel in nominibus concesserit [3]). Sociis exaequat Iulianus emptorem et venditorem [4]) propter actionem empti venditi, ergo, si quis vendidit servi communis portionem, erit, quicum in universum peculium agi possit, emptor, non, socius qui fuit; nam socius qui fuit, *nullam* iam *adversus* venditorem *actionem hab(e)t, per quam id, quod praestitisset, consequi posset* [5]). Licet enim communi dividundo iudicio utili *de praestationibus* locus sit, postquam *a communione discessum est* [6]), in hac tamen specie non competit, quia ad eas praestationes pertinere videtur, quae causam habeant antiquiorem [7]), directum porro propterea cessat, quia servus communis esse desiit, nec mutat [8]), quod res peculiares communes perseveraverunt, quia non huius communionis ratione socius in solidum convenitur, sed, quod superius demonstratum est, servi. Quia praeterea ultro citroque sunt actiones, ideo, quae in emptore, eadem in venditore ratio obtinebit. Quocirca, *si servus alienatus sit* [9]), secundum eam sententiam, quam *Iulianus probat, omnimodo* est *permittendum creditoribus .... cum u(tr)o* agere *in solidum* [10]); id est, sicut alias [11]), in solidum peculium [12]), nam in solidum

---

1) L. 16 D. 15. 1 (Cancello: *nec peculium ei concesserit*, aut interpretabor cum Cuiacio, quasi scriptum (ex abundanti) sit: sine peculio.

2) L. 16 cit.; l. 37 § 1 D. 41. 1.

3) L. 16 cit. (Marcell.).

4) Vidit hoc Keller, Dissert. (1822), p. 96-103, cui frustra resistit Solazzi, *Bull.* cit. XVII p. 212¹.

5) L. 37 § 2 D. 15. 1. Ergo eius initio *Titio* et *Sempronio* loca commutanda sunt. Praeterea clausula finalis *postquam placuit* rell. non bene cohaeret, etsi dissimulat Solazzi, *Bull.* cit. XVII p. 215 et 223.

6) L. 6 § 1 D. 10. 3.

7) L. 31 D. 10. 2. Cf. l. 9, l. 25 D. 10. 3.

8) Mutare putat Solazzi, *Bull.* cit. XVII p. 216².

9) L. 27 § 2 D. 15. 1.

10) L. 27 § 3 D. 15. 1. Ad rem non pertinet l. 43 eod. (cf. Solazzi, *Bull.* cit XVII p. 261-264).

11) L. 11 § 9, l. 15, l. 27 § 8 D. 15. 1.

12) Ita videtur Kellero, Diss. p. 98/9.

creditum [1]) cum neutro. Non obstat [2]), quod respectu dominorum duo sunt peculia, nam contemplatione servi unum est [3]). Licet autem, qui non sunt socii, ii *dumtaxat de peculio condemn(entur), quod* peculium *apud eum .... sit, qui convenitur* [4]), nihilo tamen minus *unus conventus ceteros liberat* [5]). Itaque si verbi gratia venditor sit et emptor, quum non stabitur Iuliani sententia emptorem venditoremque sociis adsimulantis, *eligere* [6]) debet creditor, *utrum cum emptore an cum venditore ag(a)t* [7]), licet *electo reo minus (sit) consecut(ur)us* [8]). Quae de non sociis sententia accepta quidem refertur [9]) Iuliano; attamen fuit huic prorsus diversa [10]), quam perspexit Herzen [11]): inter non socios *de peculio actio(nem) .... scind(i)* [12]), proinde *cum omnibus .... agendum es(se)* [13]), ita, ut pro sua quisque parte respondeat [14]). Quamquam interesse putat Solazzi [15]), utrum *scind(atur)* actio, an *cum omnibus* de parte [16]) *agendum (sit): scind(i)* iure hereditario post mortem eius, qui de peculio annali ipse teneretur, pro partibus utique hereditariis [17]), sive velit actor sive nolit;

---

1) Ita hic (l. 27 § 3 cit.) intelligi iubet Solazzi (*Bull.* cit. XVII p. 213 adn.), dubitat praeterea de l. 27 § 8 cit.

2) Obstare putat Solazzi p. 213 (adn.) cit.

3) L. 47 § 6 D. 15. 1. Rem fatetur Solazzi (*Bull.* cit. XVII p. 263 not. 1), quin immo Kellero vitio vertit eius oblivionem („*ciò è sfuggito al* Keller").

4) L. 30 § 1 l. 29 pr. D. 15. 1.

5) L. 32 pr. D. 15. 1.

6) Cf. l. 50 § 3 D. 15. 1: *creditor electionem .... hab(e)t.*

7) L. 11 § 8 D. 15. 1. Quod verba sunt Iuliani, non debet offendere, nam non tollit huius sententia electionem, sed, electionem quod sequebatur, incommodum.

8) L. 47 § 3 D. 15. 1.

9) L. 32 pr. D. 15 1: *idque ita Iulianus scripsit.*

10) Putat quidem Solazzi, *Bull.* cit. XVIII p. 253, *id ita scripsisse Iulianum* sub reservatione propriae sententiae.

11) *Ztschr. der Sav.-St.* XX (1899) p. 248.

12) L. 14 § 1 D. 15. 1. Putat Lusignani, *Consumaz. prozess. dell'* actio de peculio (1899) p. 35/6, testimonium esse suppositum. Eodem caute abstinet Ferrini, *Ztschr. der Sav.-St.* XXI p. 197. Ex diverso Solazzi, *Studi Senesi per Moriani* II (1906) p. 123 ia. p. 118, fatetur *scind(i)*, sed fieri putat iure hereditario. Quod examinabitur statim.

13) L. 14 pr. D. 15. 1.

14) Cf. in re simili Paul. l. 14 (i. f.) D 14. 3.

15) *Studi Senesi per Moriani* II p. 127; *Bull. dell' istit. di dir. rom.* XVII p. 245 (adn.).

16) Non repugnat Solazzi, *Studi* cit. II p. 147-151.

17) *Studi* cit. II p. 121.

in ceteris autem speciebus *cum omnibus* non sociis pro cuiusque parte peculii [1]) *agendum,* si actor velit: alioquin species [2]) in unam sententiam Iulianum contracturum fuisse [3]). Quod potest verum esse, neque enim obstare arbitror, quod Ulpianus [4]) reliquis non sociis adsimulat heredes eius, qui annali actione ipse tenebatur; atqui vel sic manebit auctore Iuliano *cum omnibus* non sociis *agendum,* cui diversa sententia accepta refertur [5]). Quid igitur est? Nec decepit Ulpianus [6]), nec sibi contradixit Iulianus, nec ea ratione [7]) controversia tollenda est, quod, quia utile iudicium redditur [8]) in eos, qui conventione unius liberati sunt, effectu actio scindatur. Decepit Tribonianus, qui sermoni Ulpiani inseruit verba *idque ita Iulianus scripsit,* obliterandi causa antiquam controversiam [9]), quae vel sic tamen pellucet, modo testimonia quis recte componat. Negabat Proculus [10]), inter emptorem et venditorem *re integra .... esse permittendum actori*

---

1) *Studi* cit. II p. 129. Hanc quidem esse docet (ibid. p. 132): „*di regola proporzionale alla quota hereditaria.*" Quod fortius dixerat Mandry *Ztschr. f. Rechtsgesch.* VIII (1869) p. 395.

2) Quae quidem continentur l. 14 pr. et § 1 cit. (D. 15. 1).

3) *Studi Senesi per Moriani* II p. 139-142.

4) L. 32 pr. D. 15. 1 (Cancello *vel libero esse iusso* propter argumentum, quod proposuit Solazzi, *Studi* cit. II p. 144 ia. not. 48 (p. 140), aut, si quis intercedat, interpretabor *censu manumisso,* quemadmodum l. Salpens. c. 28 interpretandum esse inter doctores iam fere convenit, nec posse ibi intellegi manumissum testamento (cf. Wlassak, *Ztschr. d. Sav.-St.* XXVIII (1907) p. 9 not. 4 i. f.). Nec movere debet, quod post Vespasianum lustra plane fieri desierunt (Censor. de die nat. 18 § 14), proinde temporibus Ulpiani censu iam nemo, ut videtur, manumittebatur (Ulp. I § 8). Nam pervenit hoc argumentum etiam ad Gai tempora, qui nihilominus de manumissione censu tamquam in usu retenta disputat (I § 17, 138, 140). Cf. praeterea fr. Dosith. 17 (i. f.); Papin. Resp. IX fr. 1 cum notis Pauli et ipsius Ulpiani, huius denique Reg. XI § 11 et in re simili fr. Sinait. 42 (= Paling. inc. 27) ia. Gai. I § 131.

5) L. 32 pr. D. 15. 1 (*idque ita Iulianus scripsit*).

6) Ulpianum reum facit Erman, *Ztschr. der Sav-St.* XIX p. 335.

7) Placebat ratio viro clarissimo Erman, *Ztschr.* cit. XIX p. 335-337. Cui resistit iure Lusignani, *Consumazione* etc. p. 30.

8) L. 32 pr. (= Ulpian. rediviv. *Ztschr. der Sav.-St.* XXV p. 369), § 1, l. 47 § 3 D. 15. 1. Cf. l. 19 § 1, l. 30 § 5, l. 37 § 3 (— *consequatur*) D. eod. Subesse praeterea hoc utile iudicium apud Ulp. l. 11 § 8 (*nec video* rell.) D. 15. 1, arbitratur Solazzi, *Bull. dell' istit. di dir. rom.* XVII p. 227-229.

9) Controversiam fuisse, perspexerunt Erman, *Ztschr. der Sav.-St.* XX p. 245/6; Karlowa, *Rechtsgesch.* II p. 1150; Solazzi, *Bull. dell' istit. di dir. rom.* XVII p. 243.

10) L. 47 § 3 D. 15. 1.

*dividere actionem*, quod mirum videtur Ferrinio [1]), et est fortasse mirum. Etsi potest Proculum movisse, quod hic actor novo exemplo non pro ratis partibus dividere vult actionem sed pro portione peculii [2]), velut hoc modo: ut ferat, si debeantur 12000, in peculio sint apud emptorem 9000, apud venditorem 6000, ab illo 7200, ab hoc 4800, singulis quintis apud utrumque relictis [3]). Ex diverso Iulianus, *si servus alienatus sit* [4]), permittit de peculio *in partes cum singulis agere* [5]), licet sociis adsimulet emptorem et venditorem, multo magis permissurus, si non sint socii [6]). Proculi sententiae Triboniano reddendae nulla iusta causa est [7]), et ne efficietur quidem hoc modo, quo minus inter prudentes hac ipsa de re controversia fuisse videatur. Manebit enim Iuliani sententia [8]): *cum omnibus* non sociis *de peculio agendum*, et Ulpiani [9]): *unu(m) conventu(m) ceteros libera(re)* [10]). Ergo, qui Proculum sequebantur, dabant utile iudicium [11]) in eum, scilicet,

1) *Archiv. giurid.* 64 p. 89; *Ztschr. der Sav.-St.* XXI p. 197/8. Cf. l. 13 § 4 D. 20. 1; l. 8 § 1 D. 30; l. 3 § 1, l. 11 pr. D. 45. 2; c. 1 C. 5. 57; c. 23 C. 8. 40 (41) et in hac ipsa specie l. 27 § 3 D. 15. 1.

2) Erman, *Ztschr. der Sav.-St.* XIX p. 335: „*nach Peculienquoten*", id est: „*je nach dem Betrag*", non, quemadmodum vult Mandry, *Ztschr. für Rechtsgesch.* VIII (1869) p. 410: „*je auf den Betrag des bei dem einzelnen befindlichen* peculium." Quod perperam sequitur Erman, *Ztschr. der Sav.-St.* XX p. 245 lin. 1-5. Quamquam perinde erit, si plus debeatur, quam peculiorum summa efficiat.

3) Aliud, quod moverit Proculum, quaerunt Erman, *Mélanges Appleton* p. 253[a] (= *Ztschr. der Sav.-St.* XX p. 245); Solazzi, *Bull. dell' istit. di dir. rom.* XVII p. 246-248.

4) L. 27 § 2 D. 15. 1.

5) L. 27 § 3 D. 15. 1 (Solazzi, *Studi per Moriani* II p. 148/9). Ergo *po(sse)* eligi reum significat hic auctor l. 11 § 8 eod., non: oportere, ut vertit Solazzi, *Bull. dell' istit. di dir. rom.* XXVII p. 226. Quamquam fateor, in horum verborum usu iurisconsultos sibi non constare.

6) Quia singuli socii conveniri possunt de solido peculio, quocirca est divisio quodammodo supervacanea.

7) Reddendam recte negant Erman, *Ztschr. der Sav.-St.* XX p. 246; Solazzi, *Bull.* cit. XVII p. 243-253.

8) L. 14 pr. D. 15. 1.

9) L. 32 pr. D. 15. 1.

10) Ad rem. nihil pertinere l. 37 § 2 (*posteaquam placuit* rell.) D. 15. 1, recte docet Solazzi, *Bull.* cit. XVII p. 244/5 (adn.) = Kübler, *Ztschr. der Sav.-St.* XXV p. 439. Cf. l. 58 § 3 D. 17. 2; l. 10 D. 14. 4; l. 27 § 2 (ia. § 3) D. 15. 1.

11) Genuinum hoc esse constat Ulpiani redivivi testimonio (*Ztschr. der Sav.-St.* XXV p. 369), quidquid in contrarium disputaverunt, qui Triboniano restituerun : Lusignani, *Conzumazione* etc. p. 25/6 (ad l. 47 § 3 D. 15. 1), p. 30 sqq. (ad l. 32

qui occasione iuris liberatus esset, quod identidem [1]) obtrusum est Iuliano, qui hoc auxilio minime indigebat [2]). Quocirca ne Lenel quidem genuinum Ulpiani textum [3]) recte supplevisse videtur sic: *alterum conventum alterum liberare* (*Iulianus ait*). Quid, si de eo agetur, quod in rem alterius versum sit? Non condemnabitur nisi is, cuius in rem versum est, licet socii sint [4]), *sicuti cum solus iussit* [5]). Videtur autem, qui de peculio actionem consumit, simul de in rem verso consumere versaque vice, quia *eadem formula et de peculio et de in rem verso agitur* [6]), nec in hac parte distat ab ordinaria annalis actio [7]). Quocirca capietur actor, si apud alterum sit peculium, alterius in rem versum sit [8]). Itaque in hac specie permittunt Marcellus et Paulus, ut de in rem verso agatur cum eo, penes quem peculium sit, licet in alterius rem versum sit, modo socii sint [9]), ne perdat ille quod solverit. Ex hereditaria quidem causa quae descendat de in rem verso actio, exemplo quod iussu actionis [10]),

---

pr. eod.); Ferrini, *Ztschr. der Sav.-St.* XXI p. 190 sqq.; quive Ulpiano abiudicavit: Erman, *Ztschr.* cit. XX p. 243, 247; *Mélanges Appleton* p. 211.

1) Etiam l. 37 § 3 (— *consequatur*) D. 15. 1 (cf. Erman, *Ztschr. der Sav.-St.* XIX p. 339; Solazzi, *Bull. dell istit. di dir. rom.* XVIII p. 253-255). — Ad reliquam partem § 3 cf. Solazzi, *Studi per Fadda* I p. 347-350, qui laudat apposite l. 19 § 2 eod. (et in re simili l. 27 § 6, l. 38 § 3, l. 47 § 4 eod.). Ut quaestio procedat, sumendum est, nominatim domino suo servum conduxisse a fructuario vel mutuum accepisse (l. 25 § 5 D. 7. 1; l. 118 pr. D. 45. 1; Solazzi, *Bull.* cit. XVIII p. 257-8).

2) Etenim, si non sint socii, actionem *scind(i)* docet (l. 14 § 1 D. 15. 1) vel certe *cum omnibus* de parte *agendum* (l. 14 pr. eod.).

3) *Ztschr. der Sav.-St.* XXV p. 369.

4) L. 13 D. 15. 3. Cf. l. 30 § 1 D. 15. 1 *nisi si quid in ipsius heredis rem vertit*).

5) L. 13 cit. (D. 15, 3).

6) Gai. IV § 74*a* (i. f.). Cf. Karlowa, *Rechtsgesch.* II p. 1153-1155; Lenel, *das* edictum (1907) p. 270/1. Non ad rem pertinet, quod clausula de in rem verso plerumque est supervacanea (l. 19 (i. f.), l. 1 § 1 D. 15. 3).

7) L. 1 § 10 D. 15. 2 Propter μονομερὲς iudicium, quod ibi ex restitutione dandum censet Labeo cf. l. 13 § 2 D. 12. 2.

8) L. 32 pr. D. 15. 1 (*idemque est etsi in alterius rem fuerit versum*). Cf. Solazzi, *Studi Senesi per Moriani* II p. 159. Quodsi verba sunt interpolata (Ruemelin, ibid. not. 72), res manebit propter l. 14 D. 15. 3, quam laudabimus statim.

9) L. 14 D. 15. 3 (Keller, Dissert. p. 89-96).

10) Hoc sequendum esse, demonstrant Ulpianus l. 13 D. 15. 3; Africanus l. 17 § 1 eod. Directum testimonium (l. 30 § 1 (*idem et* rell.) D. 15. 1), quo utitur Solazzi, *Studi Senesi per Moriani* II p. 157/8, mihi suspectum est.

non socios [1]) tenet *pro qua parte quisque success(eri)t* [2]). Ceterum, quia diximus id consumi, quod ex eadem causa veniat et eandem rem persequatur, videndum erit, unde constet de causa petendi, quae fuerit, et item de re, quae petita sit. Fuerunt igitur qui putarent e sola formulae *intentione* hoc sumendum esse [3]), quibus refutandis sufficit Gai locus [4]), ubi is docet aut plus aut minus consumi, prout agatur sine *praescriptione* cum eave. Praeterea non potest *intentione* dividi incerta actio [5]), nisi ipso iure divisa sit velut inter heredes vel sponsores. Etenim, sive N. Negidius pro triente heres sive tertius ipse sponsor exstiterit, hac intentione: *quidquid ob eam rem N. Negidium A. Agerio dare facere oportet*, portio tantum in iudicium deducetur. Idem erit, ubi fictionis potestate divisio introducatur, velut hoc modo: *quidquid N. Negidium, si (pro qua parte bona emit) heres esset, A. Agerio dare facere oporteret.* Diversum est, ubi neque ipso iure actio divisa est, neque fictio hereditatis id ipsum efficit; dividetur tamen vel sic, velut inter fideiussores [6]). Cur igitur post unum fideiussorem *in virilem convent(um)*, qui pure obligatus fuit, *si, cum condicio extitit, non est* alter *solvendo, qui sub condicione acceptus est, restituendam actionem in pure acceptum Pomponius scribit* [7])? Videtur enim ne consumpta quidem esse, nisi *in virilem* [8]). Restituetur nimirum actio, si creditor perseveraverit totum petere atque propterea actionem praetor denegaverit [9]); denegatio enim, quod

---

1) Cf. l. 14 (i. f.) D. 14. 3.

2) L. 7 D. 14. 5.

3) Ita sentiebat Keller, Dissert. p. 61, nam in recentiore libro (*Litiscontestation* etc. p. 246 sqq.) eam opinionem verbo quidem defendit sed re vera emendat. In errorem rursus delabitur Ferrini, *Archivio giurid.* 64 p. 81; *Ztschr. der Sav.-St.* XXI p. 191 (cf. Erman, *Mélanges Appleton* p. 221). Prudenter Savigny, *System* VI p. 309, Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* II p. 495/6, spectandam esse docent *praecipue* intentionem.

4) IV § 131.

5) Keller, *Litiscontestation* p. 569 (ia. 568).

6) Gai III § 121.

7) L. 27 pr. D. 46. 1.

8) Proposuit hunc nodum Ribbentrop, *Correal-Oblig.* p. 260/1 (adn.), sed me iudice non solvit. Haud magis solvisse arbitror virum clarissimum Solazzi, *Studi Senesi per Moriani* II p. 154**.

9) Ergo puto post *conveniatur* deleta esse haec: *Quodsi creditor perseveraverit totum petere, actionem praetor denegabit.*

supra [1]) demonstravimus, non differt sed tollit actionem. Videtur autem restituenda non tantum, *si, cum condicio extitit, non est* alter *solvendo,* sed etiam, quin immo multo magis, si condicio defecit [2]). Remanet, quomodo incerta dividatur actio, sive cum fideiussoribus agetur, sive ex aliena quis persona intentionem sumat („*quidquid L. Titium dare facere oportet*") condemnationem autem in suam personam convertat („*eius iudex N. Negidium condemnato*"), quemadmodum habent Rutiliana, exercitoria, institoria, quod iussu [3]), de peculio. Nam ne hic quidem intentione dividi potest; constat tamen interdum dividi, velut inter non socios [4]) exercitoriam, institoriam, quod iussu [5]), etiam, ex Iuliani sententia [6]), de peculio actionem. Erit autem eadem quaestio, si ea actione agendum est, quae in factum conceptam habet intentionem; non enim potest intentione dividi huiusmodi actio „*si paret A. Agerium apud N. Negidium mensam argenteam deposuisse*" et reliqua [7]). Numquid igitur inter heredes N. Negidii non dividetur? Videtur igitur Ottoni Lenel [8]) in huiusmodi speciebus condemnatione dividi, quod mihi verum non videtur nec propterea non consumi tota res, quod condemnatio vel deductionis vel taxationis vel partitionis genere minuatur [9]). Facit mecum Solazzi, quocirca docet [10]) praescriptionis ope dividendum. Quod nos in incerto relinquimus; sufficit enim nobis demonstravisse non utique *intentione* dividi. Ergo quia potest, intentione non mutata, aut plus aut minus in iudicium deductum esse, consequens est errare eos, qui doceant ex sola formulae *intentione* petendum esse, quid in iudi-

---

1) cap. LXXXIV.

2) Cf. in re simili l. 15 D. 44.7.

3) Haec exempla coniungit Lenel, *das* edictum (1907) p. 258.

4) L. 14 D. 14. 3.

5) L. 7 D. 14. 5.

6) L. 14 D. 15. 1. Hoc porrigit ad emptorem et venditorem l. 27 § 3 D. eod.

7) Quod vidit Ribbentrop, *Correal-Oblig.* (1831) p. 140/1 (not. 20).

8) *Das* edictum (1907) p. 258 (cum adn. 3) et 275.

9) Ita sentit Keller, *Litiscontestation* p. 569/70; sentit Bekker, *prozess. Consumption* (1853) p. 83; sentit Pokrowsky. *Ztschr. der Sav.-St.* XVI p. 45/6 (ia. p. 39/40 = Lenel); sentit Solazzi, *Studi Senesi per Moriani* II p. 126 (cum not. 26). Sed movet me inprimis Gai. IV § 57.

10) *Studi per Moriani* II p. 126/7. Cf. Erman, *Mélanges Appleton* p. 210/1 (*note*).

cium venerit. Minus peccare videntur, qui doceant, solius formulae, non solius intentionis, verbis id ipsum demonstrari [1]), quippe quibus quam fieri possit accuratissime tota lis concludatur tum praesertim, quum certa formula agendum sit [2]), quam Kelleri doctrinam probat etiam Savigny [3]), itaque non multum abest, quin deploret, quod hodie minus certa eius rei notitia e conventionis libello exhaurienda sit. Nos [4]) fatemur inprimis ex formulae verbis petendam esse huius rei notitiam, sed sufficere ea negamus, quia non omnia (quod putat Keller) verbis comprehendi vel solent vel possunt. Ut ecce, summa ne exprimenda quidem est in ea actione, qua argentarius experitur, nisi quis sumat [5]), quum argentarius experiatur, id venire in iudicium, *quod ipsi dari oport(uerit), amplius quam ipse Titio debe(a)t.* Nihilo magis in certae pecuniae actione causa, cur petatur, exprimenda est [6]), nisi quis agat earum qua actione, quae adversus infitiantem duplentur [7]), velut *ex testamento* [8]); extrinsecus igitur constare debebit, ex qua causa pecunia petita sit [9]), veluti, quod dixerit apud iudicem: *certam creditam pecuniam peto ex stipulatione* [10]). Quin immo licet causa expressa sit — exprimitur semper in actionibus, sicut dixi, quae infitiatione duplantur, et in actionibus, quae incipiunt

---

1) Keller, *Litiscontestation* § 33. Non satis haec separabat Lenel, *das* edictum (1883) p. 226-228.

2) Keller, *Litiscontestation* p. 247: „*bei den sogenannten* condictiones certi .... (*werden*) *genau bestimmte Forderungen .... ebenso bestimmt in der Klagformel angegeben.*"

3) *System* VI p. 309.

4) Praeivit Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 103 (II p. 495), qui exemplis rem illustrat ibid. not. 50 et post notam 51 (p. 497) et not. 68 (p 501).

5) Sumunt Dernburg, *Compensation* (1854) p. 45; Stampe, *Compensationsverf.* (1886) p. 55/6; Appleton, *Hist. de la compens.* (1895) p. 121/2; Geib, *Theorie der gerichtl. Compens.* (1897) p. 140. Diversa sententia placet Fridolino, *Compensation* (1876) p. 32-35: consumi, quod argentario ex ratione argentaria dari oportuerit. Similiter hic consumi putat, quidquid ex ratione adversario debeatur. Quod iure meritoque superiores negant (Dernburg (1854) p. 45; Stampe p. 52-55; Appleton p. 119-122).

6) Audiatur modo Cicero pro Q. Roscio c. 4 sq.: *pecunia petita est certa .... Haec pecunia necesse est aut data aut expensa lata aut stipulata sit.*

7) Cf. Gai. IV § 171.

8) Gai. IV § 55.

9) Cf. Salpius, *Novation* (1864) § 31.

10) Quintil. IV 2 § 6.

a demonstratione, et quae facti intentionem habent, et in Publiciana atque praeterea, si actor hoc elegerit, in rectis vindicationibus [1]) et in ipsa, ni fallor, quae non duplatur, certae pecuniae actione [2]) — non deerit ambiguitas vel, quia uno eodemque sermone diversae causae significantur, veluti „quam pecuniam L. Titius G. Seio credidit", si saepius credidit, *et maxime in similibus* [3]) *quantitatibus* [4]), vel quia possunt ex una eademque causa plures actiones nasci non eiusdem rei [5]). Possunt haec transferri a formula ad libellum conventionis et transferuntur ab Imperatore c. 3 C. 7. 40; etenim, quae refert *apud veteres agitata* de libelli ambiguitate, sine dubio pertinuerunt ad ambiguitatem formulae [6]). Similiter in re potest esse dubitatio, velut, si quis Stichum servum petierit, ambigi potest, quem Stichum? Et putabat Aristo, eum, de quo uterque sensisset, sicut in stipulationibus. *Sed Celsus ait periculose esse ex persona rei hoc metiri, qui semper, ne condemnetur, hoc dicet: non convenisse,* nec absurdum putat, quia *iudicium etiam in invitum redditur: .... actori potius credendum es(se)* [7]), quo fere eodem redit sententia Pauli [8]): *ambigua .... intentio ita accipienda est, ut res actori salva sit.* Erit igitur quaestio facti summo interprete nonnumquam digna: qua ex causa actum sit, qua de re. Remota quoque ambiguitate actor non semper id in iudicium deducit, quod deducere voluit, quia pleraque integra deducuntur, nisi certis modis [9]) actor sibi prospexit; erit igitur post facti quaestionem, quid deducere voluerit, iuris quaestioni locus, quid deduxerit. Pertinet autem iuris ea quaestio pariter ad rem petitam et ad petendi causam. Videamus inprimis de re quae petitur, quaeque manente causa

1) L. 11 § 2, l. 14 § 2 D. 44. 2.

2) Argumentum dabitur statim.

3) I. e.: paribus.

4) c. 3 pr. C. 7. 40. — Cf. Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 103[22] (II p. 499): „*die edierte Urkunde ergänzte dies.*" Atqui editur *sine die et consule* (l. 1 § 2 D. 2. 13), itaque non multum proficitur.

5) Cf. praeterea l. 93 pr. D. 46. 3 (et. l. 13 § 12 D. 5. 3).

6) Quodsi haec coniectura vera est, potuit in omni certa formula causa exprimi, quod sine teste dici putat Lenel, *das* edictum (1907) p. 231.

7) Coniunxi l. 61 pr. D. 5. 1 et l. 83 § 1 D. 45. 1. — Quod legitur in fine l. 61 pr. cit., id propie pertinere videtur ad iudicium communi dividundo (l. 13 D. 10. 3).

8) L. 172 § 1 D. 50. 17.

9) Consulere sibi potest actor praescribendo, causam exprimendo, praedicendo.

iterum non potest peti. Sed hoc nonnumquam latius patet, quam ex verbis colligitur. Veluti, cui debeantur duo corpora, si utrumque petierit, postea non modo par, sed neutrum petet [1]). Ex diverso, cui debeatur (*illud*) *aut* (*illud*), *utrum ipse v*(*o*)*let*, utrumlibet petierit, totam stipulationem consumet [2]). Est quoque eadem res universitas, licet augmentum recipiat vel deminutionem [3]); itaque, *si petiero gregem et vel aucto vel minuto numero gregis iterum eundem gregem petam, obstabit mihi exceptio* [4]). Per eandem fit rationem, ut, *qui semel de peculio egit rursus aucto peculio de residuo* [debiti] *agere* (*non*) *po*(*ssi*)*t* [5]). Nam, quia pater dominusve (*non*) *universum debet* [6]), sed, quantum nunc, id est, solvendi [7]), constituendi [8]), diei legati cedentis [9]), *rei denique iudicandae temp*(*ore*) [10]), in peculio sit [11]), sequitur, post

---

1) L. 7 pr., l. 21 § 2 D. 44. 2.

2) L. 112 pr. D. 45. 1 (Bethmann-Hollweg, *Civilproz.* § 103[44] = II p. 500); l. 66 D. 3. 3.

3) Cf. l. 76 D. 5. 1; l. 13 pr. D. 20. 1. — Vel magis igitur in seperatis corporibus hoc dicendum est (l. 14 pr. D. 44. 2).

4) L. 21 § 1 D. 44. 2.

5) L. 30 § 4 D. 15. 1. — Revocaverunt negationem Francke, *Archiv f. d. civ. Prax.* XXIII (1840) p. 400[22]; Buchka, *Einfluss des Prozesses auf das mater. Rechtsverh.* II (1847) p. 80; Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 156[55] (III (1866) p. 299); Lusignani, *Consumazione dell'* actio de pec. (1899) p. 36; Ferrini, *Ztschr. der Sav.-St.* XXI (1900) p. 195. Quibus restitit Erman, *Mélanges Appleton* (1903) p. 237-241, atque, si bene intellexi eum, Gradenwitz, *Ztschr. der Sav.-St.* XXVII (1906) p. 251; ex diverso adstipulati sunt Lenel, *das* edictum (1907) p. 276, argumentorumque copia locuples Solazzi, *Bull. dell' istit. di dir. rom.* XX (1908) p. 5-22. Praeterea cancellavi vocabulum *debiti* et arbitror ab eadem manu esse, quae in l. 47 § 2 D. 15. 1 invexit *quam debet* (cf. Bekker, *die Aktionen* II p. 343; Solazzi, *Bull.* cit. XX p. 19).

6) L. 47 § 2 D. 15. 1. Cf. l. § 8, l. 3 pr. D. 13. 5.

7) Ita recte docere videtur Solazzi, *Bull.* cit. XX p. 11. Cf. l. 11 D. 12. 6 (ubi pro *actum*, quod suam habet molestiam (cf. Erman, *Mélanges Appleton* p. 229[1]; Solazzi, *Bull.* cit. XVII p. 250[2], XX p. 14 not. 3) repono *actio*).

8) L. 1 § 8 (cf. l. 20) D. 13. 5. Fideiussionis tempus quidni inspiciatur (l. 35 D. 46. 1), dicet Papinianus l. 50 pr. (i. f.) D. 15. 1.

9) L. 27 D. 34. 3.

10) L. 30 pr. D. 15. 1; l. 5 § 2 D. 34. 3; l. 7 § 15 D. 42. 4 (cf. l. 50 pr. D. 15. 1); l. 35 D. 46. 1.

11) Itaque rectissime docebat Lenel, *das* edictum (1883) p. 227: „*wenn* (*den Gewalthaber*) *der Praetor* de peculio .... *haftbar erklärt, so ist in diesen Worten nicht eine Einschränkung sondern die von vornherein gegebene Tragweite seiner Haftung ausgesprochen.*"

actum iuratumve [1]) de peculio nihil esse residui, quod peti possit. Quid enim ad rem pertinet [2]), quod pater dominusve natura universum secundum quosdam debet? Quod visum Iuliano [3]) et Ulpiano ad Sabinum XXXV [4]), nam libro XXIII [5]) diversam Marcelli sententiam probaverat et ad edictum XXVII [6]). Suppressa negatio l. 30 § 4 D. 15. 1 male torsit Stephanum interpretantem l. 47 § 2 eod.: *si semel actum sit de peculio, quamvis minus inveniatur ..... in peculio* [quam debet], *tamen cautionibus locum esse non placuit de futuro incremento peculii: hoc enim in pro socio actione* [7]) *locum habet, quia socius universum debet,* debebat utique antequam minoris condemnabatur [8]). Adnotat igitur Stephanus [9]): propterea aliud placere in de peculio, aliud in pro socio actione, quia pro socio formula *καὶ διὰ τῆς ἰντεντίονος καὶ διὰ τῆς κονδεμνατίονος πᾶσαν* [10]) *καταφέρει καὶ δαπανᾷ τὴν ἀγωγήν,* formula autem, quae detur de peculio *κἂν τὰ μάλιστα διὰ τῆς ἰντεντίονος πᾶσαν τὴν ἀγωγὴν ..... εἰς τὸ δικαστήριον καταφέρει* [11]), ...... *ὅμως διὰ τῆς κονδεμνατίονος οὐ δαπανᾷ τὸ ὅλον χρέος* [12]). Ergo sequitur iudice Stephano, *ὅτι* (*ὁ*)

---

1) Esse eandem causam iurisiurandi et absolutionis negant Erman, *Mélanges Appleton* p. 243; Lenel, *das* edictum (1907) p. 277; Solazzi. *Bull. dell' istit. di dir. rom.* XX p. 11[2]. Quos falli arbitror, proinde cancellandam finalem clausulam l. 26 § 1 D. 12. 2 (post *poterit*).

2) Pertinere putat Erman, *Mélanges Appleton* p. 229. Sed cf. Solazzi, *Bull.* cit. XX p. 15.

3) L. 5 § 2 D. 34. 3.

4) L. 11 D. 12. 6 (pro *actum* restituo *actio*).

5) L. 5 § 2 cit. D. 34. 3).

6) L. 1 § 8 (ia. § 7) D. 13. 5.

7) Idem est in ceteris omnibus bonae fidei iudiciis (l. 38 pr. D. 17. 2; l. 41 D. 5. 1; l. 42 pr. D. 39. 6) sed in pro socio hoc plus est, quod repromissio fit *eius quod facere socius non possit* (l. 63 § 4 D. 17. 2). — Quaerit Wuesch, *zur Lehre vom* benef. compet. (1897) p. 32/3, debeantne cautionem omnes, qui in quantum facere possunt condemnantur, quum par causa sit (Steph. sch. 9 (i. f) ad Bas. 12. 1. 61).

8) Nam condemnatus ex pristina causa debere desinit, quocirca *ἀναγκαία ἐστὶν ἡ καυτίων, ὡς τῆς ἀγωγῆς δαπανωμένης* (Steph. sch. 9 (i. f.) ad Bas. 12. 1. 61).

9) Sch. 189 ad Bas. 18. 5. Huic simile est sch. 9 ad Bas. 12. 1. 61.

10) In palimpsesto sequitur *γὰρ*, quod cancellavi.

11) Cf. Gai. IV § 131*a*: *obligatio illa incerta actione „quidquid — oportet" per intentionem consumitur.* Nam sic legendum (Bekker, *Aktionen* I p. 343, qui dissenserat: *Consumption* p. 20).

12) Docuerat Paulus (l. 47 § 2 cit.) in de peculio actione non universum *deberi,* docet Stephanus (propter l. 30 § 4 cit.) non universum *consumi* (Cf. Erman, *Mélanges Appleton* p. 241).

*κινήσας τὴν pro socio ..... τὴν πᾶσαν ἀγωγὴν εἰς τὸ δικαστήριον καταφέρει καὶ δαπανᾷ*, quapropter carere non debeat cautionis auxilio; diversum in de peculio actione, (ἣ) *μόνα τὰ εὑρισκόμενα νῦν ἐν τῷ πεκουλίῳ* (*δαπανᾷ*), quamobrem in ea actione *καὶ περιττή ἐστιν ἡ καυτίων, καθὸ δύναται αὖθις ἡ de peculio κατὰ τοῦ ἐπικτηθέντος κινεῖσθαι, ὡς ὁ Οὐλπίανος ἐν τῷ τριακοστῷ διγ. τοῦ παρόντος τίτλου φθάσας ἐδίδαξεν.* Quum constet, non propterea, quod (*in*) *condemnationem* minus *deductum* sit [1]), eo non totam rem in iudicium deduci [2]), sequitur non posse hac ratione explicari, cur supersit post actum de peculio residui peculii actio. Haud felicius cessit res Ottoni Lenel [3]), nec mirum: quia ne est quidem residui peculii actio ulla. Partem praeterea qui petit, minorem quoque in iudicium deducit, veluti, qui semissem, sextantem [4]) quae causa fuit, cur introducta sit *incertae partis actio* [5]). Eadem ratione, qui totum petit, velit nolit, omnem rei partem in iudicium deducit [6]), *nec interest, utrum in corpore hoc quaeratur an in quantitate vel in iure* [7]), quae regula latissime porrigenda est, ut non ad rem pertineat, sintne partes pro diviso [8]) an pro indiviso et *retine*(*antne*) *suam propriam speciem* an *uno spiritu contine*(*antur*) an *cohaere*(*a*)*nt* tantum [9]), ubicumque enim obstat exceptio [10]). Veluti si quis prius mille petit, deinde quingentos [11]), vel assem, deinde sextantem, vel integrum fundum, deinde ex eodem fundo certum locum, vel gregem, deinde singula capita [12]), vel fundum, deinde *arbores excisas ex*

---

1) Tribon. l. 2 pr. 44. 1, quod adhibere potuerat Fitting (p. 14 ima) ad Quaestiones, quas ipse tribuit Irnerio. Alio modo *in condemnationem deduci* quid legitur Consult. IX 8 (= c. 3 C. 5. 53); Iustin. c. 3 pr. C. 7. 54 et l. 3 § 3 D. 19. 1.

2) Gai. IV § 57.

3) *Das* edictum (1883) p. 226/8. In repetita edicti praelectione (1907) p. 277/8 recte quidem explicat, cur socius cavere debeat, pater dominusve non debeat, sed non vidit propter actionis peremptionem ipsam de cautione quaestionem illatam esse.

4) L. 30 pr. D. 44. 2.

5) Gai. IV § 54.

6) Ad hanc quaestionem pertinet l. 7 D. 44. 2 (Savigny, *System* VI, *Beil.* XVI).

7) L. 7 cit. (D. 44. 2) pr. Est eadem coniunctio in l. 12, l. 13 eod.

8) *Pro diviso* nihil possidetur vel petitur excepto fundo (l. 8 D. 6. 1).

9) Cf. l. 23 § 5 D. 6. 1; l. 30 pr. D. 41. 3.

10) Dissentiunt Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 103[54] (II p. 498); Windscheid (1891) § 130[10], propter l. 7 cit. (D. 44. 2) § 2, quam suo auctori statim reddemus.

11) Gai. IV § 53*a*.

12) Est hoc exemplum ex l. 21 § 1 D. 44. 2.

*eo* [1]), vel navem, deinde singulas tabulas, vel aedificium, *deinde aream ..... vel tigna vel lapides* [2]). Obstat igitur *in his* [fere] *omnibus exceptio* [3]). Videtur enim articulus *fere* Triboniano reddendus esse cum sequentibus: *sed in cementis et tignis diversum est.* Cur diversum? Quia, *cuius insula est, non utique et cementa sunt, denique* [4]) *ea, quae iunctà sunt aedibus alienis, separata dominus vindicare potest.* Melius nullam rationem dedisset quam talem: haec enim ita se habent in omnibus iunctis sive adiectis et immixtis [5]), *scilicet excepto eo quod Cassius de ferruminatione scribit* [6]). Sed redit in scaenam tandem Ulpianus [7]): *de fructibus* [8]) *eadem quaestio est* [et [9]) de partu, haec enim nondum erant in rebus humanis, sed ex ea re sunt quae petita est], *magisque est, ut ista exceptio* [non] *noceat.* Negationem qui inseruit [10]), idem addidisse videtur: *plane, si in restitutionem vel fructus vel etiam partus venerunt* [11]) *aestimatique sunt, consequens erit dicere exceptionem* [12]) *obiciendam.* Quae nec pertinent ad rei iudicatae exceptionem, et, si pertinerent, postquam prioribus negationem detraximus, inutilia constituerentur [13]). Ex diverso totum, deinde partem, petere non videtur, si quis fundum, deinde ex eadem causa [14]), usumfructum petat, sed huic alia ratione obstat exceptio, quod confessoria non competit, *quia qui fundum habet usum-*

---

1) Huic similis est, qui *ancillam praegnatem* (*petit*) *mox partum eius.*

2) L. 7 cit. (D. 44. 2) pr., § 1.

3) L. 7 cit. § 2.

4) I. e.: nam.

5) Idcirco Savigny, l.l. (*Beil.* XVI) not. *m*, porrigendam censet sententiam ad eum, qui post navem petitam petat singulas tabulas.

6) L. 23 § 5 D. 6. 1.

7) L. 7 cit. (D. 44. 2) § 3.

8) Pendentibus. Quod intellexit interpolator.

9) Cf. Savigny, l.l. (*Beil.* XVI) not. *n*.

10) Insertam esse negationem, satis demonstrant verba *eadem quaestio est.* Desiderat enim eadem quaestio idem ius. Alia ratione damnat negationem Savigny, l.l. (*Beil.* XVI) not. *o*.

11) Atqui venturi sunt omnino propter clausulam arbitrariam, qua *omnis utilitas actoris continetur* (l. 31 D. 50. 16). Non enim pertinere potest sermo ad restituendi factum, quia sequitur: *aestimatique sunt.*

12) Rei venditae et traditae, ut l. 22 pr. D. 25. 2, quia litis aestimatio venditioni similis est (l. 3 D. 41. 4; l. 7 § 1 D. 6. 2; l. 85 (84) D. 47. 2; l. 22 pr. cit.).

13) Cf. Savigny, l.l. (*Beil.* XVI) not. *p*.

14) *qui ex illa causa, ex qua* (= qui propterea quod) *fundus meus erat, meus sit.*

*fructum suum (esse) vindicare non potest* [1]), multo minus qui ne habet quidem fundum [2]) nec praeterea ullam causam usumfructum vindicandi; negativae autem praeiudicatum est, quemadmodum iudicio divisorio per partis vindicationem praeiudicatur [3]). Obstat enim, quod supra quoque diximus, rei iudicatae clausula non tantum iis, quae in iudicium deducta sunt, sed etiam iis, quibus praeiudicatum est. Totum, deinde partem, is quoque petere videtur, qui hereditatem petierit, deinde singulas res petat [4]). Sane, quia heredi liberum est, singulas actiones et res hereditatis petitione includere vel excludere [5]), voluntatis quaestio erit, quid incluserit, qui persequi potest ea, quae non incluserit [6]). Ex diverso, qui singulas res petierit, hereditatem postea petens non repellitur, nisi omnes petierit; nec obstat, quod respondetur [7]): singularum rerum petitione vitiari hereditatis petitionem; nam hoc ita fiet, si praeiudicatum est, id est, si iudicatum sit petitorem non esse heredem [8]). Ex diverso, si iudicatum est, hereditatem eius esse, etiam praeiudicium fiet pro actore, quocirca comparata est exceptio [9]), qua cogitur qui singulas res petet aut hereditatis petitionem acceptam facere aut singularum rerum actiones differre, donec illam pertulerit. Qua non esset opus, nisi post singularum rerum actionem superesset hereditatis petitio. Exemplo hereditatis et singularum rerum, id est, assis et partis [10]), permittitur creditori peculiari, quocum servus ordinarius quolibet modo [11]) vel vicarius ita

---

1) L. 21 § 3 D. 44. 2 (ia. l. 5 pr. D. 7. 6). — Dicentibus usumfructum partem esse dominii (l. 4 D. 7. 1 (cf. Gradenwitz, *Festschrift für Bekker* (1907) p. 409); l. 76 § 2 D. 31) ratio est supervacanea. Negantibus (l. 33 § 1 D. 7. 1 (Gradenwitz, op. cit. p. 408/9); l. 66 § 6 D. 31; l. 13 § 2 D. 46. 4; l. 25 pr. D. 50. 16) proficit.

2) Cf. l. 3 § 1 D. 20. 1.

3) L. 25 § 8 D. 10. 2; l. 8, l. 11 § 3 D. 44. 2. Errat Eisele, *Ztschr. der Sav.-St.* XXI p. 47 (ad l. 11 § 3 cit.). Cf. modo Keller, *Litiscont.* p. 277 (ad l. 8 cit.).

4) L. 3, l. 7 § 4, § 5 D. 44. 2; l. 22 § 8 D. 46. 8.

5) Exemplum est in l. 36 § 2 D. 5. 3 (Krüger, *prozess. Consumption* (1864) § 18).

6) L. 13 D. 44. 1.

7) L. 3, l. 7 § 4, § 5 D. 44. 2.

8) Perspexit hoc Erman, *Mélanges Appleton* p. 296[1].

9) Gai. IV § 133.

10) Hactenus mihi convenit cum viro clarissimo Erman, Servus vicarius (1896) p. 517. Praeiverat Accursius. Aberrat longe, ni fallor, Lusignani, *Ancora intorno alla consunzione process. dell'* actio de pec. (1901) p. 10).

11) Nihil obstare videtur, quo minus ex contractibus ordinarii de peculiis agatur

contraxerit, ut agi possit de peculio ordinarii, post actum *de peculio vicarii*, sic deinde agere *de peculio ordinarii*, sed versa vice non permittitur [1]), quia *peculium* (*vicarii*) *in peculio* (*ordinarii*) *est, ut Servius respondit* [2]). Videtur autem posse ex vicariorum contractibus agi de peculio ordinarii, sive eo sciente vicarii in merce peculiari negotiati sint [3]), sive volente navem exercuerint [4]), sive contrahi cum iis iusserit [5]), sive tabernae vel navi eos praeposuerit [6]), sive in ipsius contractum vicarii inciderit [7]). Ceteri quoque, qui de parte qualibet egerunt, *de reliquo* possunt agere [8]), nisi praeiudicatum sit. Potest enim [9]) parte abiudicata universitati praeiudicatum esse, veluti, si pronuntiatum est, rem non esse tuam ex semisse, praeiudicatum est de asse; vel, si iudicatum est, decem non deberi, de viginti praeiudicatum est [10]). Cui simile fit exemplum, si quis egerit *ius* (*sibi*) *esse aedes* (*suas*) *usque ad decem pedes altius tollere*, deinde agat, *usque ad viginti pedes* vel *ad alios decem pedes* [11]). Ex diverso actui non est praeiudi-

---

vicariorum, quocirca l. 19 pr. D. 15. 1 tacite suppleo: *si ordinarii nomine actum sit de* (*huius*) *peculio, an agi possit et* (*de*) *vicariorum* (*peculiis*), etsi, cuius de peculio agitur, plerumque is est, cuius *nomine* agitur (l. 5 § 1 D. 14. 4).

1) L. 19 pr. D. 15. 1.

2) L. 17 D. 15. 1.

3) L. 5 § 1 D. 14. 4. Cf. Erman, Servus vicarius (1896) p. 487/8 et ex diverso Karlowa, *Rechtsgesch.* II p. 1163[1]; Lusignani, *Ancora int. alla cons. proc. dell'* actio de pec. (1901) p. 7/8.

4) L. 1 § 22 D. 14. 1.

5) L. 17 § 1 D. 15. 3.

6) Has species probabiliter addit Erman, Serv. vic. (1896) p. 495.

7) Veluti si vicarii operas locavit ordinarius et ex istis negotiis mandati ille se obligavit, erit propter vicarii contractum *de peculio dispensatoris* actio *ex conducto* (l. 11 § 8, l. 12 D. 14. 3).

8) Gai. IV § 56. Obstabit quidem *intra eiusdem praeturam age(nti)* dilatoria exceptio. Sed nullo iure docet Bekker, *Aktionen* II p. 349 partis petitione consumi assem.

9) Necessario fieri putat Windscheid (1879) § 130[11] et confugit ad metaphysicum quoddam argumentum, quod petivit ab historico. Quam postea (1891) mutavit quidem sententiam, sed novarum legum respectu, non, quod ad ius Romanum attinet. Ergo secundum hunc, si qua res pronuntiata sit hereditaria non esse, propter l. 3, l. 7 § 4, § 5 D. 44. 2 amissa erit hereditas.

10) Nam esse potest pars *in quantitate* (l. 7 pr. D. 44. 2), quantumvis neget Windscheid (1891) § 130 (post notam 12).

11) L. 26 pr. D. 44. 2. Cf. Windscheid (1891) § 130 not. 14.

catum abiudicato itinere [1]). Pertinebat hactenus disputatio ad rem quae petitur causa manente; quod ad causam attinet manente re, consumit, qui in personam agit, unam, id est, eam ex qua deberi sibi contendit, quia *singula(e) obligationes singula(s) causa(s) sequuntur* [2]), quo fit, ut possit quis ex una stipulatione saepius agere, qua stipulatione multas res nominatim comprehenderit, quia *esse videntur tot stipulationes quot* sunt *res* [3]). Multo magis de pluribus rebus simul subreptis saepius posset agi, nisi obstaret exceptio *furti una facti* [4]), quam frustra quaesivi apud Ottonem. Quod autem diximus de pluribus rebus una stipulatione comprehensis, ad pacta id porrigitur quibus una stipulatio subicitur [5]), ergo, *quotiens pluribus* [specialiter] *pactis stipulatio una* [omnibus] *subicitur*, *quamvis una interrogatio et responsum unum subiciatur*, erunt nihilominus tot stipulationes quot pacta [6]). Eodem exemplo stipulatio duplae, quae multas species continet: sanum traditum esse, furtis noxaque solutum, erronem, fugitivum, caducum non esse, totidem stipulationum vice fungitur [7]), unde rursus *procedit*, ex edicto *saepius agi posse quanti minoris* [8]), quin etiam *redhibitoria actione*, modo praedicatur, quum quis *de uno vitio ag(at)*, quo de vitio acturus sit, *ut, si quid aliud postea apparu(eri)t, de eo iterum agatur* [9]). Quod in gemina actione supervacaneum est, quia certum vitium in intentione ponitur [10]). Fungitur denique duarum actionum vice depositi actio de dolo ipsius depositarii et *de dolo*

---

1) L. 11 § 6 D. 44. 2.

2) L. 14 § 2 D. 44. 2. Exemplum est in l. 18 D. 44. 7 (cf. Gai. IV § 55).

3) L. 1 § 5, l. 29 pr., l. 75 § 9, l. 83 § 4, l. 86, l. 140 pr. D. 45. 1. Cf. Windscheid (1891) § 252. 3, qui plures esse docet causas „*wo der verbindende Gesichtspunkt fehlt*" (sed etiam ibid. § 464 not. 4).

4) L. 84 (83) § 1 D. 47. 2; cf. l. 57 (56) § 5 eod. Similiter Marcellus *probat cogendum* actorem *iniurias, quas simul passus est, coniungere* (l. 7 § 5 D. 47. 10).

5) Apud Paulum l. 140 pr. D. 45. 1 *res* appellantur, pacta intelliguntur.

6) L. 134 § 3 D. 45. 1.

7) L. 32 pr. D. 21. 2.

8) L. 32 § 1 D. 21. 2; l. 31 § 16 D. 21. 1.

9) L. 48 § 7 D. 21. 1. Cf Keller, *Litiscontestation* p. 529[3]; Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 103[84] (II p. 507); Kniep, Praescriptio *und* Pactum (1891) p. 31, et adversus vel exaequantem *praescribere* (Hugonem Krüger) vel reponentem (Sigismundum Schlossmann): Ruggiero, *Bull. dell' istit di dir. rom.* XIX (1907) p. 266-268.

10) Lenel, *das* edictum (1907) p. 535 (cum not. 4).

*heredis* eius [1]), quod non magis est mirum, quam quod, ex stipulatione „*neque per te neque per heredem tuum fieri*" (*si*) *egi, quod mihi vim feceris, ..... remane*(*t*) *factum heredis in stipulatione* [2]). Haec, si in personam agatur, sin quis in rem directa actione agit, *omnes causa*(*s*) *una petitione* consumit [3]), quia *proxima* agendi causa spectatur [4]), id est, ipsum ius in re [5]) vel ipsum ius successionis [6]), quod non potest *ex pluribus causis ..... nostrum esse* [7]). Ergo dominium petendo, *undecumque dominium adquisitum hab*(*e*)*t*, id *vindicatione* (*una*) *in iudicium dedu*(*c*)*it* [8]), nisi certam causam exprimendo sibi prospexerit [9]). *Supererit* utique *Publiciana actio* [10]), sicuti condictio [11]) et de possessione interdicta [12]). Ne novae quidem causae consumptae erunt [13]); plane multum interest inter novam causam et novam opinionem [14]) vel instrumentum [15]). Ceterum, si propterea adversarius absolutus sit, quod non possideret, nunc autem possideat, Gaium [16]) si sequimur et Ulpia-

---

1) L. 22 D. 44. 2. Cf. Keller, *Litiscontestation* p. 538-540; Ribbentrop, *Correal-Oblig.* p. 139/40 (not. 20); Bethmann-Hollweg, *Civilproz.* § 103[82] (II p. 506).

2) L. 133 D. 45. 1.

3) L. 14 § 2 D. 44. 2. Exemplum est in l. 11 § 1 eod.

4) L. 27. D. 44. 2. Cf. l. 8 D. 12. 5 (ubi delenda censeo *id est turpitudo*).

5) Cf. l. 17 D. 44. 1.

6) L. 11 pr., l. 30 pr. D. 44. 2.

7) L. 159 D. 50. 17.

8) L. 11 § 5 D. 44. 2.

9) L. 11 § 2, l. 14 § 2 D. 44. 2; c. 3 C. 3. 31.

10) L. 39 § 1 D. 21. 2, ubi *in tradendo* fuisse suspicor *in* (*iure cedendo*), sed adsentior Ottoni Lenel (*Ztschr. der Sav.-St.* XXV p. 381 not. 1) cancellanti *sine voluntate tua.* Ceterum non bene convenit Iuliano l. 39 § 1 cit. cum Papiniano l. 66 pr. eod.

11) L. 31 D. 44. 2.

12) L. 12 § 1 D. 41. 2; l. 18 § 1 D. 43. 16 (ubi *pendente iudicio* mihi suspectum est). Multo magis post interdictum superest rei vindicatio (l. 14 § 3 D. 44. 2). Ceterum ne supersit post petitoriam actionem interdictum, cavetur Gallorum lege (*Code de procéd.* art. 26).

13) L. 11 § 4, l. 14 § 1 (cf. l. 33 § 1 D. 7. 1), l. 21 § 3, l. 25 pr. D. 44. 2; l. 25 § 1, l. 42 D. 40. 12; l. 10 D. 44. 1 (sed l. 42 cit., l. 10 cit. concurrit *mutata condicio personarum*: l. 14 pr. D. 44. 2). Transfertur haec regula ad actionem ad exhibendum (l. 12 § 2 D. 10. 4), quae personalis est (l. 3 § 3 eod.).

14) L. 11 pr., § 5, l. 27 D. 44. 2; l. 13 pr. D. 14. 3.

15) L. 35 D. 42. 1 (excipitur publicum negotium); l. 27 D. 44. 2; c. 4 C. 7. 52. Cf. tamen Plin. Epist. VII 6 § 10 et Bruns, font. (1909) no. 71*a* (et rursus Mommsen, *Hist. Schr.* II p. 346 ia. 330).

16) L. 17 D. 44. 2. Cf. Erman, *Ztschr. der Sav.-St.* XXVII p. 412/3.

num [1]), nova res est [2]); idem dicitur in ad exhibendum actione [3]) estque dicendum in ceteris ex possessione actionibus [4]). Ergo sive quis certam causam expressit, sive causa accessit, sive adversarius possessionem postea nactus est, quodammodo *commutatione litis alia res esse incipit* [5]). Sive autem in rem agatur sive in personam, quidquid ex una eademque causa dari fieri restitui oporteat, una petitione in iudicium id deducitur, nisi in rem acturus integram sibi malit esse legis Aquiliae actionem [6]), quod puto translatum esse ex hereditatis petitione [7]), quemadmodum translatus inde est *dolus praeteritus* [8]). Is quoque, cui certum debetur *minus* petendo et residuum post annum [9]) potest actionem dividere [10]), quod in incertis formulis fieri non intelligitur [11]), sed pro portione tantum [12]). Ergo benigne responsum est, sed contra iuris rationem [13]): *si* incerta [14]) actione *ex testamento* [15]) *actum sit cum herede ab eo, qui, quum totum argentum ei legatum erat, mensas dumtaxat sibi legatas putarat, earumque dumtaxat aestima-*

---

1) L. 9 pr. D. 44. 2, ubi puto cancellanda esse *sive fuit iudicatum — absolutus est*, quia, quod observavit Keller, *Litiscontestation* p. 299 (ex l. 9 cit. § 1), adversus non possidentem de proprietate iudicari non solet. Post quod evanescit quaestio, quam ad l. 9 cit. pr. instituit Erman, *Ztschr*. cit. XXVII p. 416 lin. 28 sqq.

2) Diversa sententia sedit Neratio l. 9 § 1 D. 44. 2 (cf. Eisele, *Ztschr. der Sav.-St.* XXI p. 50; Erman, *Mélanges Appleton* p. 223 atque *Ztschr*. cit. XXVII p. 404—416) et fortasse Marciano l. 16 § 5 D. 20. 1 (cf. Keller, *Litiscontestation* p. 591—600; Erman, *Ztschr*. cit. XXVII p. 417—419), qui dumtaxat *re secundum petitorem iudicata* dant *actori iterum petenti* replicationem rei *secundum se* iudicatae, quam confundere non debuerat Keller, *Litiscontestation* p. 585 cum replicatione rei iudicatae (l. 24 D. 44. 2). Quod vidit Eisele, *Ztschr*. cit. XXI p. 51 (ia. 47/8).

3) L. 8 pr. 46. 8; l. 18 D. 44. 2 (cf. Erman, *Mél. Appl.* p. 225 [1]; *Ztschr. der Sav.-St.* XXVII p. 413).

4) Keller, *Litiscontestation* p. 297 ima.

5) c. 3 C. 3. 42 = Bas. 15. 4. 23.

6) L. 14 D. 6. 1.

7) Cf. l. 36 § 2 D. 5. 3.

8) L. 27 § 3 D. 6. 1.

9) Gai. IV § 56, § 122.

10) Bethmann-Hollweg *Civilproz.* § 103 [81] (II p. 499).

11) Nam ne *plus peti* quidem (Gai. IV § 54).

12) Dictum est supra.

13) Hoc non perspexit Keller, *Litiscontestation* p. 540-543. Non multum adfert Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 103 (II p. 503).

14) Hoc perspexit Keller, op. cit. p. 541.

15) Idem futurum est, si agatur ex stipulatu, quia legatorum stipulationem constat unam esse (l. 29 pr. (cf. l. 86) D. 45. 1).

*tionem in iudicio fecisset*, postea codicillis forte prolatis totum argentum legatum appareat, *eundem rursus petiturum .... nec obstaturam ei exceptionem, quod non sit petitum, quod nec actor petere putasset, nec iudex in iudicio* (*esse*) *sensisset* [1]); non enim voluntatis quaestioni locus fit, ubi iuris necessitate in iudicium deducitur [2]). Nec propterea, quod bonae fidei sit iudicium, non tota causa in iudicium deducitur, et fallit Stephanus, ubi contendit, (ὅτι) *πᾶσα bona fide ἀγωγὴ ἐπ' ἐκείνοις δαπανᾶται ἐφ' οἷς κινεῖται*, nisi quaedam culpa actoris praetermissa sint, haec enim *οὕτω δαπαν*(*ᾶσθαι*) auctor est *ὡς τὰ ἰδικῶς ἐξετασθέντα* [3]). Quam haec falsa sint, demonstrat Gaius [4]) in empti iudicio, quo iudicio debentur factum mancipandi [5]), possessionis traditio, auctoritatis vel duplae stipulatio [6]). Itaque qui ex empto egerit de fundo mancipando, nisi praescripserit *ea res agatur de fundo mancipando*, postea nullam actionem habiturus est *de vacua possessione tradenda*, vel, qui de vacua possessione tradenda sine praescriptione egerit, postea *quaestionem omissae* (*auctoritatis*) *non mov*(*ebit*) [7]). Obtinet regula etiam in iudiciis generalibus; sunt autem *iudicia generalia*, veluti *pro socio*, *negotiorum gestorum*, *tutelae* [8]) — sed negotiorum gestorum ita, *nisi si ab initio quasi unum negotium gesturus accessero, deinde alio animo ad alterum* [9]) — ubi quis *in singulas res per tempora velut ex pluribus causis* ex uno tamen contractu *oblig*(*etur*) [10]). His igitur actionibus, licet possint *quod ad speciem* dumtaxat perimi [11]),

---

1) Coniunxi l. 20, l. 21 pr. D. 44. 2.

2) L. 11 pr. D. 44. 2.

3) Coniunxi sch. 1 ad Bas. 12. 1. 63 et sch. 14 ad Bas. 18. 6.

4) IV § 131*a*.

5) Hoc demonstravimus supra (cap. IV) adhibitis, quos testes adhibuerat Eck, *die Verpflichtung des Verkäufers* p. 25, Gaio l.l. (IV § 131*a*) et Paulo I 13*a* § 4, atque, quem laudaturus erat Scialoja, *Bull. dell' istit. di dir. rom.* XIX (1907) p. 188[1]: Cic. Top. 26 § 100.

6) L. 13 § 3 D. 12. 2; l. 1 pr. D. 19. 4; l. 31 § 20 D. 21. 1; l. 37 § 1 D. 21. 2; l. 5 pr. (i. f.) D. 45. 1. Cf. Keller, *Litiscontestation* p. 529.

7) Ita loquitur in re simili c. 4 C. 3. 1. — Cf. l. 71 § 1 D. 30.

8) L. 38 pr. D. 17. 2. Docet quidem Segré (*Studi per Moriani* II p. 298[1], *per Fadda* VI p. 347) haec deberi interpolatori. Quod potest verum esse.

9) L 14 (15), l. 15 (16) D. 3. 5.

10) L. 37 pr. D. 26. 7.

11) L. 1 § 21 D. 27. 2. Ex iure proprio fit commune apud Philippum Eduardum Huschke, Gaius 1855) p. 184.

petitione tamen una omnes species apprehenduntur. Quamobrem tutelae actione cum quondam tutore acturus, si de certis speciebus [1]) ante egerit, ut de ceteris agat, aut integri restitutione [2]) aut doli mali replicatione [3]) adiuvandus est, modo minor sit, *ceterum si post legitimam aetatem sententia prolata est,* vel adolevit actor et annus utilis excessit, *iterato eandem actionem* [de isdem speciebus] *inferre non potest* [4]). Qui sermo ne pertinere videatur ad solam causam restitutionis, tribuit Paulus [5]) replicationem quoque *adulesc(enti)* [6]). Erit autem integri restitutio necessaria, si ipso iure actio perempta sit; sin minus replicatio sufficiet [7]). Quo pertinet rescriptum Septimii Severi [8]): *licet* (*recuperatoribus* [9]) *acceptis*) *cum tutore tuo egisti, ipso iure actio tutelae sublata non est: et ideo, si rursus* (*eosdem recuperatores*) *petieris* [10]), *contra utilem* [11]) *exceptionem rei iudicatae* (*vel in iudicium deductae*), *si de specie de qua agis in iudicio priore tractatum non esse adlegas, non inutiliter replicatione doli mali uteris.* Sane adversus curatorem, quia manente officio actio datur [12]), ne finito deneganda sit, posse *sufficere* creditur *negotiorum gestorum iudicium, etiamsi iam actum est, si tamen huius rei ratio reddita non est* [13]). Simi-

1) Eo sensu dicitur c. 3 C. 2. 4 transactum esse *de minore pecunia,* id est, non de omnibus speciebus et l. 25 D. 26. 7 *minoris* actum. Nec dubito quin eodem modo *minus* addictum intelligi oporteat c. 1 C. 2. 26 (27), proinde ibi interpolatum sit *de iisdem speciebus.* Cf. c. 4 C. 3. 1.

2) L. 25 D. 26. 7.

3) L. 46 § 5 D. 26. 7.

4) c. 1 C. 2. 26 (27).

5) L. 46 § 5 D. 26. 7.

6) Ergo ne maiori proficiat, ad iudicis pertinebit sollicitudinem.

7) c. 2 C. 2. 31 (32). — Etiam hoc loco non inspecto (inspexerat autem c. 9 C. 2. 4) rem acu tetigit Keller, *Litiscontestation* p. 534. Interest autem, quod in integrum restitutio *causa cognita* promittitur (l. 3 D. 4. 1; cf. Paul. I 7 § 3).

8) c. 2 C. 3. 1.

9) Cur *iudice(m)* mutaverim, dicent Keller, *Litiscontestation* p. 535[a], Huschke, Gaius (1855) p. 184[1].

10) Cf. Cic. pro Flacco 21 § 49: *si metu coactos diceret, haberet eosdem recuperatores.* Eiusdem iudicis datio necessaria est in causa possessionis et proprietatis (c. 10 C. 3. 32), quod denuo sanxit Constantinus c. 10 C. 3. 1.

11) Id est, *competentem.* Eodem modo condictio *utilis est* c. 10 C. 2. 3 (= c. 1 C. 5. 14), id est χρησίμη, non ὡρισμένη, quod me puto demonstravisse cap. LXVI (i. f.).

12) L. 26 D. 26. 7; l. 4 § 3 D. 27. 3; l. 1 § 3 D. 27. 4; cf. praeterea l. 4 § 3, § 7 D. 46. 6. Contrariae videntur c. 2, c. 14 C. 5. 37, qua de re cf. Windscheid (1891) § 438[17].

13) L. 5 § 6 D. 26. 7. — Cf. c. 1 C. 2. 24 (25).

liter, quia *nonnumquam necessarium est et manente societate agi pro socio* [1]), dissolvitur autem societas, quum *actio interierit* [2]), tunc demum interire eam et societatem distrahi obtinuit, quum *iudicium ideo dictatum (sit), ut societas distrah(ere)tur* [3]), id est, quum renuntiantis animo [4]), ad iudicium socius vocaverit. In his igitur speciebus de iuris rigore aliquid relaxatum est, sed relictus totus in iis stipulationibus, quae saepius committuntur [5]), veluti: ut boni viri arbitratu quis utatur [6]), de usufructu restituendo [7]), evicta hereditate legata reddi [8]), vim non fieri [9]), damni infecti [10]), ratam rem haberi [11]). In talibus igitur *saepius ..... agi potest* [12]), nec erit ob unam petitionem stipulatio *tota consumpta* [13]). Sed rursus intenditur iuris rigor, si *ex una eademque obligatione aliquid iam praestari oportet, aliquid in futura praestatione est, veluti quum in annos singulos vel menses certam pecuniam stipulati fuerimus.* Nam constat [14]) omne tempus, *etiam futurum,* in iudicium deduci [15]), licet in condemnatione praesentis dumtaxat cum praeterito ratio habeatur. Quocirca in strictis iudiciis — nam in iis quae sunt bonae fidei sine periculo agitur, quia de futuris praestationibus interponuntur cautiones [16]), et est quidem in strictis quoque *ius quoddam cautionis* [17]) sed

---

1) L. 65 § 15 D. 17. 2. Contraria videtur c. 5 C. 4. 37.

2) L. 63 § 10 D. 17. 2.

3) L. 65 pr. D. 17. 2.

4) Steph. sch. 20 ad Bas. XII 1, 61: ψυχῇ διαλύοντος.

5) Hoc non perspexit Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 103[80] (II p. 505), cui èt rem èt locos debeo.

6) L. 1 § 6 D. 7. 9.

7) L. 8 § 2 D. 7. 9, *nisi utiliter*, id est, e re, *fuerit cautum*. Quod intellexerunt Stephanus (sch. 11 ad Bas. 16. 9), Accursius, Cuiacius (Obs. IX 39).

8) L. 3 § 9 D. 35. 3.

9) L. 133 D. 45. 1.

10) L. 18 D. 46. 8.

11) L. 18 cit. (D. 46. 8). — Cf. praeterea l. 5 § 2, l. 13 pr. D. 46. 7 (Lenel, *das* edictum (1907) p. 497 not. 3); l. 34 § 1 (ia. l. 21 pr.) D. 4. 8.

12) L. 18 cit. (D. 46. 8).

13) L. 133 D. 45. 1.

14) Rem fundavit Keller, *Litiscontestation* etc. § 58. Cf. praeterea Bethmann-Hollweg, *Civilproz.* § 103[72] (II p. 502).

15) L. 76 § 1 D. 45. 1. Cf. l. 89, l. 125 eod.; l. 46 D. 31.

16) L. 38 pr. D. 17. 2; l. 41 D. 5. 1; l. 42 pr. D. 39. 6.

17) L. 27 D. 46. 3.

non tantum [1]) — necessaria est actori notissima praescriptio *ea res agatur cuius rei dies fuit* [2]). Est enim stipulatio — nam in legato diversum probatur [3]), modo *alimentorum nomine* legatum fuerit [4]) — est igitur stipulatio, licet mortis causa facta sit [5]), *in annos singulos*, quamvis multas habeat praestationes, tamen *una* [6]) et perpetua [7]), ideo perpetua, quia iure civili *ad tempus obligati(o) constitui non potest* [8]). Multum igitur interest [9]) inter stipulationem in annos singulos et stipulationem *annua bima trima die .... dari*, cuius neque perpetua est causa neque, ut magis placuit, indivisa [10]). Ceterum stipulationi, quae sui natura perpetua est, tamen dies vel condicio, quae finem adferat, inesse potest. Veluti, qui operas suas locat in quinquennium *et eo nomine pecuniam in annos singulos dari stipul(atur)*, quod ponit exemplum Papinianus l. 18 § 3 D. 45. 3 et pertinet eodem l. 25 § 2 (ia. l. 26) D. 7. 1, is quinque tantum praestationes comprehendit, erit igitur *una* quidem stipulatio, sed *plurium pensionum*, non infinitarum [11]). Huic non absimilis erit, qui stipuletur usurarum nomine [12]) poenaeve [13]) certam quantitatem in menses singulos, licet enim haec quoque stipu-

1) Cf. Windscheid (1891) § 342 not. 6*b* et l. 71 § 1 D. 30.

2) Gai. IV § 131.

3) L. 4, l. 11 D. 33. 1; l. 1 § 16 D. 35. 2; l. 10, l. 12 pr. D. 36. 2; l. 1. pr. D. 7. 3.

4) L. 20, l. 26 § 2 D. 36. 2; l. 18. pr. D. 33. 1. — De praediorum oneribus et decumis cf. Bruns, *Recht des Besitzes* (1848) p. 482/3; de tributis Windscheid (1891) § 244. 3, atque in universam hanc quaestionem ibid. § 464⁴ (sed etiam § 252. 3).

5) L. 35 § 7 D. 39. 6.

6) L. 35 § 7 cit. (D. 39. 6); l. 16 § 1 D. 45. 1. Quodsi donandi causa stipulatio intercessit, superest quaestio, an una sit *donatio*, quam decidit Iustinianus c. 34 § 4-4*b* C. 8. 53 (54).

7) L. 16 § 1 cit. (D. 45. 1); § 3 Inst. III 15.

8) § 3 Inst. III 15; l. 44 § 1 D. 44. 7. Itaque nec potest quis in annos tot iure civili certam pecuniam stipulari; posse videtur Ferdinando Kniep, *Praescriptio und pactum* (1891) p. 4, qui pro se adducit l. 18 § 3 D. 45. 3, ubi legitur in certum annorum numerum conductionem fieri.

9) Quod latuisse videtur Ferdinandum Kniep, op. cit. p. 4 (lin. 7-12), p. 40 (lin. 3-5).

10) L. 140 § 1 D. 45. 1. Ceterum teste Neratio *de hac stipulatione „annua bima trima die (triginta sua) quaque die dari" apud veteres varium fuit* (cf. l. 8 § 3 D. 13. 7), id est, controversum (Cic. pro Caec. 24 § 69 coll. pro Mur. 13 § 28).

11) Cf. l. 58 pr. D. 46. 1.

12) L. 126 § 2, l. 135 pr. D. 45. 1; Bruns, font. (1909) nis. 153; 154.

13) L. 40 D. 12. 1; cf. l. 90 D. 45. 1.

latio sine fine concipiatur, sorte tamen vel soluta vel oblata et deposita [1]) vel novatione consumpta [2]) usurarum cursus inhibetur, quia nullae usurae intelliguntur sine sorte [3]). Ipsa vero usurarum obligatio quum sit una et perpetua, dubium non est, quin tota in iudicium deducatur et consumatur, si quis omissa praescriptione *cuius rei dies fuit* usuras petierit, licet sortis stipulatio adhuc in tuto sit, quia duae sunt stipulationes, altera sortis usurarum altera [4]). Neque huic sententiae obstat Ulpiani l. 23 D. 44. 2, quam male mulcarunt Triboniani adiutores. Occasione rei uxoriae actionis, ut fert opinio Ottonis Lenel [5]), egerat Ulpianus de differentia earum usurarum, quae propter vim stipulationis *in obligatione* essent earumque, quae bonae fidei iudicii iudicis officio praestarentur [6]). Haec ut exaequarent, Compilatores quibusdam omissis, ubi transitum faciebat ab uno genere ad alterum iurisconsultus, pro *non eadem sunt si* reposuerunt: *eadem erunt et si*. Ergo me quidem iudice in hanc fere formam locus restituendus est: *si* (*ex stipulatu*) *actum* [7]) *sit usuraeque solae petitae sint, non est verendum ne noceat rei iudicatae* (*vel in iudicium deductae*) *exceptio circa sortis petitionem: quia enim non competit, nec opposita nocet.* Est igitur sors in tuto, tametsi quis usurarum obligationem in iudicium deduxerit. Addiderat, opinor, iurisconsultus, quod resecuerunt Compilatores: cavendum tamen esse, qui usuras petat, ut cum praescriptione agat *cuius rei dies fuit*, ne futurarum quoque praestationem consumat. Sic deinde continuandum: (*non*) *eadem erunt* [et], *si*

---

1) L. 7 (cf. l. 41 § 1) D. 22. 1; c. 6, c. 19 C. 4. 32. Atqui nihil prodest sortem obtulisse, nisi simul offerantur praeteriti temporis usurae (c. 6, c. 19 citt.).

2) L. 18 D. 46. 2.

3) Cf. Dernburg, *Pandekten* II (1892) § 28[4]: *„die Zinsen unterscheiden sich von den Renten dadurch, dass Zinsen neben dem Kapitale zu entrichten sind."*

4) L. 8 D. 13. 4; l. 75 § 9 D. 45. 1.

5) Paling. II p. 395[2].

6) Cf. l. 49 § 1 D. 19. 1; l. 54 pr. D. 19. 2; l. 60 (58) pr. D. 36. 1.

7) Dig.: *si in iudicio actum.* Observat Kniep, *Praescriptio und Pactum* (1891) p. 43: *„dass eine Klage vor Gericht angebracht werde, ist doch wohl selbstverständlich"*; Huschke, *Gaius* (1855) p. 185: *„der Anfang spricht offenbar von einem* strictum iudicium, *da nachher ein* b. f. iudicium [entgegen] *gesetzt wird."* Itaque dempsi *in iudicio* et supplevi cum Ferdinando Kniep *ex stipulatu* potius, quam quae suadet Erman, *Mélanges Appleton* (1903) p. 299[2]: *in iudicio imperio continenti.*

*quis ex bonae fidei iudicio velit usuras tantum consequi* [1]); *nam nihilominus futuri temporis cedunt usurae* [2]). Quod ita verum esse putat Huschke [3]), nisi de usuris legitimo actum sit iudicio [4]), nec probat. Ratio autem diversitatis haec est, quod sortis et usurarum duae sunt stipulationes; at vero ex bonae fidei contractu *non ..... duae sunt actiones, alia sortis alia usurarum, sed una* [5]). Est igitur fragmenti huius restitutio et lacunae expletio non expedita tantum sed prorsus necessaria [6]). Quo iure autem sortis stipulatio in tuto est, licet usurarum stipulatio in iudicium deducta sit, eodem iure de sorte [7]) *iudicio coepto usurarum stipulatio(nem) non es(se) perempta(m)* rescribit Septimius Severus [8]) additque tamquam corollarium: *superest, ut debitorem eius* [temporis], *quod non est in iudicium deductum, convenire possis* [9]). Manebit igitur, licet sors petita sit, usurarum actio et crescet etiam, quasi novatum non sit, quia *lite contestata usurae currunt* [10]). Idem erit, *quum stipulati sumus pro usuris* [legitimis] *poenam in singulos menses* [11]). Sed in usuris, quae ab iudice veniunt, quaeritur, sintne *ad sententiam* computandae an vero us-

1) Hoc facere potest praescriptionis ope „*ea res agatur* (*de usuris propter moram praestandis*)." Putat quidem Kniep, *Praescriptio und pactum* p. 44, quum in hac causa sit supervacanea praescriptio *cuius rei dies fuit*, omnem supervacaneam esse praescriptionem („*wenn man einmal praescribiren wollte, so hätte man ja nur gleich* cuius rei dies fuit *hinzufügen können*"). Atqui interest, quod illa praescriptio in tutum redigit sortem, haec futuras praestationes salvas facit.

2) Reliqua huius fr. damnat di Marzo, *Bull. dell' istit. di dir. rom.* XVI p. 308 ima.

3) *Gaius* (1855) p. 185.

4) „*wäre der* [erste] *Prozess ein* legitimum iudicium *gewesen, so würden* (*die noch nicht fällig gewesenen Zinsen*) *auch .... consumiert gewesen sein.*"

5) Gord. c. 4 C. 4. 34; cf. Alex. c. 13 C. 4. 32 (Steph. sch. 7 ad Bas. 23. 3. 1). Idem non sine controversia dicitur circa sortem et incrementum actionis arbitrariae (l. 2 § 7, l. 8, l. 10 (deleo: *nec sit in obligatione*) D. 13. 4).

6) Alioquin, si *eadem erunt* in ex stipulatu actione et bonae fidei iudicio, usurae quoque quae ex stipulatu debebuntur, *nihilominus .... ced(e)nt*. Quod credi non potest.

7) Sic explent Graeci (Bas. 7. 6. 1): *τοῦ κεφαλαίου*.

8) c. 1 C. 3. 1.

9) Hanc clausulam Graeci omiserunt, quum *temporis* non intelligerent. Quod vocabulum interpretari conatus est Cuiacius (Paris. IX 118 B vv.: *si egerim de sorte et de quorundam annorum usuris*) et alio modo Pothier (ad ipsius *Pand.* XXII 1 c. 41). Furtim id suppressit Dernburg, *Pfandrecht* I p. 555: „(*die Conventionalzinsen*) *können .... nachgefordert werden.*"

10) L. 35 D. 22. 1 (cf. l. 29 D. 46. 2).

11) L. 90 D. 45. 1 (cf. l. 40 D. 12. 1).

que ad diem *iudicii accepti*. Nam magno se iudice utraque tuetur causa: illa Papiniano [1]) haec Paulo [2]) per occasionem tutelae iudicii placuit. *Eius* plane *temporis, quod post rem iudicatam fluxit, usurae* (*n*)*ullo iure postulantur* [3]), novationis ratione. *Si enim*, inquit Iustinianus [4]), *novatur iudicati actione prior contractus, necesse est* [5]) *usurarum .... cursum post sententias inhiberi*, nec intererit, utrum ex stipulatione debeantur, an officio iudicis praestentur [6]). Diversa ratione *post rem iudicatam tempus a fructibus dependendis immune est* [7]), nam hoc ideo fit, quia ex condemnatione *pecunia deberi* coepit [8]). Quocirca, ubi in ipsam rem condemnatio dirigitur, quod fieri videtur in fideicommissorum petitione, *fructuum praestandorum necessitate*, si iam in mora fuit debitor, adstrictus manet [9]). Ubi autem pecuniaria interponenda est condemnatio, ibi (*nec*) *recte iubebit* vel bonae fidei iudicii iudex *interponi cautiones, ut, si tardius sententiae condemnatus paruerit, futuri temporis pendantur usurae* [10]), *nec vim stipulationis obtinere potest*

1) L. 1 § 3 D. 22. 1.

2) L. 46 § 3 D. 26. 7.

3) Alex. c. 13 C. 4. 32. — His impudentissime subiecit Tribonianus: *nisi ex causa iudicati*, quum rei iudicatae usurae nullae fuerint ante annum 380 (c. un. C. Th. 4. 19 vv.: *a nobis .... est .... introductum*), exceptis fiscalibus causis (c. 1 C. 7. 54). Quamquam diversum putat Appleton, *Compensation* (1895) p. 250[1], codice Theodosiano non inspecto ideoque in errorem inductus per c. 2 C. 7. 54 (vv. *priscis legibus*).

4) c. 3 § 2 C. 7. 54.

5) Cur necesse est, quum *lite contestata usurae curr*(*a*)*nt* (l. 35 D. 22. 1), reo condemnato hypotheca maneat obligata (l. 13 § 4 D. 20. 1; c. 8 C. 8. 13 [14]), fideiussor interim acceptus *ipso iure non liber*(*e*)*tur* (l. 8 § 3 D. 46. 1)?

6) Idem ius esse circa incrementum, quod habet actio arbitraria, notat Cuiacius ad l. 10 D. 13. 4 (adhibitis Basilicis, quorum plenior textus est, nam post verba *vel si Capuae petatur* inserunt (24. 9. 10: *ἢ εἰς μόνον τὸ κεφάλαιον ὁ ἐναγόμενος καταδικασθῇ*).

7) L. 3 § 1 D. 22. 1.

8) L. 16 § 6 D. 20. 1; l. 37 § 6 D. 38. 1.

9) Quin immo decrevit divus Marcus: *intermisso legitimo tempore quod iudicatis praestatur, uti usque ad sententiam commoda fiduciarius accipiat*; *quod decretum ita accipi oportet: si ante iudicis sententiam mora non intervenit* (l. 3 pr. D. 22. 1. Cf. l. 78 § 2 D. 31). Verba *usque ad sententiam* sic intelligenda sunt, quasi dixisset *usque a sententia*, quae convenit interpretatio etiam *Stadtrecht* (*von*) *Freyberg* cap. 5 § 23 (i. f.): *Habe he iz gehabit also lange in gewalt und in gewere, biz daz* (= sint) *he gewert si wizzentliche, daz he im keine antwerte darumme durfe geben.* Quod non perspexit Planck, *Gerichtsverf.* I p. 660.

10) Papinian. l. 1 § 2 D. 22. 1.

*comminatio* eius, (*s*)*i certas usuras praestaturos eos dixit, qui intra certum diem debitum non exsolvissent* [1]), *quum in potestate sit actoris iudicatum exigere* [2]). Quocirca liberandus negatione videtur Septimius Severus c. 1 C. 7. 46: *quum iudicem, quoad pecunia condemnationis soluta fuisset, pendendis usuris legem dixisse profitearis* [non] *contra iuris formam sententiam datam palam est* [3]). Potest plane ex post facto dari utilis actio usurarum in condemnatum, qui appellatione interposita negotium diu traxerit [4]); potest etiam appellationis iudex, si frustratoriam morandi causa appellationem perspexerit interpositam, usurarum adiectione rem vindicare [5]). Sed, quia me intelligo paulisper evagatum extra cancellos rubricae et subiectae materiae terminos, longae chartae hic saltem finis erit.

1) c. 1 C. 7. 57. Add c. 4 eod.

2) Papin. l. 1 § 2 D. 22. 1. Addit Paulus: *quid enim pertinet ad officium iudicis post condemnationem futuri temporis tractatus?*

3) Antinomiam vidit Enantiophanes sch. 7 Bas. 23. 3. 1. Est praeterea *non contra* dubitantis, *palam est* certare parati.

4) L. ult. D. 42. 1 = l. 24 pr. D. 49. 1.

5) L. 41 pr. D. 22. 1.

## PLUT. QUOMODO ADULATOR AB AMICO INTERNOSCATUR.

63 D. In veri amici beneficiis ostentationis nihil est, sed *ὥσπερ ἰατρὸς λαθὼν ἐθεράπευσε καὶ Φίλος ὠΦέλησεν ἐντυχὼν ἢ διαλυσάμενος.*

Nullae sunt *verorum* amicorum *reconciliationes,* nunquam enim vera amicitia in odium et inimicitias transit; et si essent, nullus tamen iis hic esset locus. Lege, id quod solum recte cum *ἐντυχὼν* iungitur, *καταλυσάμενος*: „cum in itinere aut forte ei obviam venit aut ad eum devertit".

68 B. Ineptus fuit scurra Timagenes ille, qui saepe maledictis in Caesarem utebatur, quodcunque risui movendo aptum videretur *αἰτίαν Φιλίας ὥσπερ σόΦισμα λοιδορίας προΦερόμενος.*

Mira, hercle, *causa amicitiae* maledictum convitiumque! Leni transpositione lege *αἰτίαν λοιδορίας ὥσπερ σόΦισμα Φιλίας προΦερόμενος*: nihil non T. proferebat tanquam convitiandi occasionem, quasi hoc esset amicitiae quoddam artificium subtilissimum.

J. J. H.

# AD DIONEM PRUSAENSEM ED. V. ARNIM.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.



Harum lucubrationum pars stellulis indicata iam legitur in *Serto Naberico* collecto a philologis Batavis ad celebrandum diem festum (quo attigit aetatis annum octogesimum) a. 1908. p. 141 sq. Plurimas iam olim et in Herme Berolinensi et in Mnemosynes nostrae vol. XXII et XXVI proposui coniecturas.

Or. I § 14. *οὐδ' ἔσται ποτὲ ἐκεῖνος* (sc. *ὁ πονηρὸς καὶ ἀκόλαστος καὶ φιλοχρήματος*) *βασιλεύς, οὐδ' ἂν πάντες φῶσιν Ἕλληνες καὶ βάρβαροι καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες, καὶ μὴ μόνον ἄνθρωποι θαυμάζωσιν αὐτὸν καὶ ὑπακούωσιν, ἀλλ' οἵ τε ὄρνιθες πετόμενοι καὶ τὰ θηρία ἐν τοῖς ὄρεσι μηδὲν ἧττον τῶν ἀνθρώπων συγχωρῇ τε καὶ ποιῇ τὸ προσταττόμενον.*

Flosculus Platonicus e Gorgia, ni fallor, quod latuisse videtur editores, sunt verba *οὐδ'* — *γυναῖκες*. Prudentius autem fecisset (et nescio an fecerit) Dio, si deinde scripsisset: *ἀλλ' ⟨, εἴ πως δυνατὸν ἦν,⟩ οἵ τε ὄρνιθες κτέ.*, ut dedit IV § 4: *καὶ ἐπεθύμει γε τιμᾶσθαι σχεδὸν οὐχ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων μόνον πανταχοῦ, ἀλλ' εἴ πως δυνατὸν ἦν, ὑπό τε τῶν ὀρνίθων καὶ τῶν ἐν τοῖς ὄρεσι θηρίων κτέ.*

I § 68. *ὑπερέχει δὲ ἡ βασίλειος κορυφὴ τοσοῦτον ὥστ' ἐκείνη μὲν ἐπάνω τῶν νεφῶν ἐστιν, ἐν αὐτῷ τῷ [τε] καθαρῷ καὶ αἰθρίῳ ἀέρι, ἡ δὲ ἑτέρα πολὺ κατωτέρω.*

Suspectum mihi est admodum *ἀέρι* vel propter duplicem hiatum. Optime abesset. Vid. v. c. Pausan. X 10, 3.

III § 76. *νῦν δὲ* (sol), *ὥσπερ ἐν λύρᾳ φθόγγων ἁπτόμενος ἐμμελῶς, οὐδέποτε ἐξίσταται τῆς καθαρᾶς τε καὶ ἄκρας ἁρμονίας, μίαν ἀεὶ καὶ τὴν αὐτὴν ἀπιὼν ὁδόν.* Procul dubio *ἀπιὼν* ferri nequit, quod intellegens Wendland coniecit *ἐπιών*. Sed enim, quia expectatur potius verbum simplex, ut § 81 *περὶ πᾶσαν ἰὼν γῆν*, et *ἀεὶ* abest a tribus bonis codicibus UBV, legendum videtur: *μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἀεὶ ἰὼν ὁδόν* (ΑΕΙΙΩΝ pro ΑΠΙΩΝ).

Fieri potest ut sequentia *ἄπεισιν* et *ἀπιών* § 78, 79 facillimae corruptelae ansam dederint. Quod ad hiatum attinet, passim similes reperiuntur apud Dionem, v. c. in hac ipsa oratione § 90 *τοσούτῳ ἰσχυρότερος*.

IV § 19. *εἰπόντος δὲ αὐτοῦ, Πόθεν δέ σοι ἐπῆλθεν ἡμᾶς ὑποβολιμαίους εἰπεῖν; Ὁπόθεν, ἔφη, καὶ τὴν μητέρα σου ἀκούω ταῦτα περὶ σοῦ λέγειν.*

Requiro: *Ὁπόθεν; ἔφη· ⟨ὅτι⟩ καὶ κτέ.*

*V § 9. Scribitur de Syrtibus: *βραχέα γὰρ καὶ διθάλαττα καὶ ταινίαι μακραὶ μέχρι πολλοῦ διήκουσαι παντάπασιν ἄπορον καὶ δύσκολον παρέχουσι τὸ πέλαγος.*

Pro corrupto *διθάλαττα* olim Mnem. XXII p. 134 dubitabundus tentavi *ἀδιάλειπτα*, hodie vero traditis litteris pressius insistens *διπάλαστα*. Sensus *vada vel duarum palmarum*, i. e. ita brevia, ut paullo maius navigium transire non possit.

VI § 33. *τὰς δὲ ἐλάφους καὶ τοὺς λαγὼς τοῦ μὲν ψύχους εἰς τὰ πεδία καὶ τὰ κοῖλα καταβαίνειν ἐκ τῶν ὀρῶν, κἀνταῦθα ὑποστέλλειν τοῖς ἀπηνέμοις καὶ προσηνέσι, τοῦ δὲ καύματος εἰς τὴν ὕλην ἀποχωρεῖν καὶ τὰ βορειότατα τῶν χωρίων.*

Minus quam vulgatum *προσηνέσι* lectio librorum UBV *προσήνοις* celat multo aptiorem scripturam quam restituo *προσείλοις*, *apricis*.

XI § 70. *τοὺς μὲν ἄλλους ἅπαντας Ἀχαιούς φησιν Ὅμηρος κοινωνῆσαι τῆς δυνάμεως.* Male Graeca esse *τ. δ.* optime monuit Wilamowitzius. Latere suspicor *τῆς ἀμύνης*.

XII § 18. *οὐδ' αὖ τεμεῖν ὕλην ἢ τάφρον [ὀρύττειν] δυνατὸς οὐδ' ἀμῆσαι χιλὸν κτέ.*

E vicinis aoristis liquet sanum non esse *ὀρύττειν*, sed quia optime dicitur *τεμεῖν — ταφρὸν* multo probabilius quam infinitivi corruptela videtur *ὀρύττειν* a magistello interpolatum esse.

XII § 49. Requiro *καθίσας δικαστὰς τοὺς βραβεύ⟨σ⟩οντας τὸν ἀγῶνα.*

*XIII. § 19. *οἳ ἂν ἱκανῶς κιθαρίσωσι* Παλλάδα *περσέπολιν δεινὰν ἤ τ ῷ π ο δ ὶ βῶσι πρὸς τὴν λύραν κτέ.*

Immo vero *ὅ λ ῳ π ο δ ί*, ut legitur v. c. apud Apollonium Rhodium Arg. IV 1165.

XIII § 30. *εἰ μέλλουσιν εὐδαίμονες ἔσεσθαι τῷ ὄντι [κατ' ἀλήθειαν].*
Optime turpe glossema omittunt codd. UB.

*VII § 14. *τό τε γὰρ χωρίον ἀ π ό ρ ρ υ τ ο ν ἑκατέρωθεν φάραγξ βαθεῖα καὶ σύσκιος, καὶ διὰ μέσου ποταμὸς οὐ τραχὺς (ταχὺς?) ἀλλ' ὡς ῥᾷστος διαβῆναι καὶ βουσὶ καὶ μόσχοις.*

Infelicissime tam Morellius *ἐπίρρυτον* quam Casaubonus *κατάρρυτον* coniecerunt. Nam sine controversia sententia postulat *ἀ π ό ξ υ ρ ο ν, praeruptum.*

VII § 63. *τὸ δὲ ἀργύριον οὐκ ἐδεξάμην οὐδένα τρόπον ἀλλ' ἀπωσάμην [λήψεσθαι].* Sic Wilamowitzius fortasse recte, quamvis in huius scriptoris ubertate non haeream in *⟨μὴ⟩ λήψεσθαι.*

VII § 96. *καὶ πολλοὺς πόνους καὶ κινδύνους ὑπομένων ὕστερον δ ὲ ἡλᾶτο* (Menelaus) *καὶ οὐχ οἷός τ' ἦν δίχα μυρίων κακῶν οἴκαδ' ἀφικέσθαι.*

Vocula *δ ὲ* mutetur in *δ ή.*

VII § 122. *οὔκουν οὐδὲ κήρυκας ὠνίων οὐδὲ κλοπῶν ἢ δρασμῶν μήνυτρα προτιθέντας ἐν ὁδοῖς καὶ ἐν ἀγορᾷ φθεγγομένους μετὰ πολλῆς ἐ λ ε υ θ ε ρ ί α ς, οὐδὲ συμβόλων καὶ προκλήσεων καὶ καθόλου τῶν περὶ δίκας καὶ ἐγκλήματα συγγραφεῖς, προσποιουμένους νόμιμον ἐμπειρίαν κτέ.*

Propter illiberale istorum hominum ingenium expectabam potius *μετὰ πολλῆς ⟨ἀ ν⟩ε λ ε υ θ ε ρ ί α ς*, quod dubitabundus propono.

*VII § 128. *χρὴ οὖν τὰς ἐκτροπὰς τῶν λόγων, ἂν καὶ σφόδρα μακροὶ δοκῶσι, μὴ μέντοι περὶ φαύλων μηδὲ ἀναξίων [λέγων] μηδὲ οὐ προσηκόντων κτέ.*

Manifesto *longitudo* non tribuitur ipsis sermonibus, sed digressionibus, itaque vera lectio est *μακραί*.

VII § 130. *ἴσως οὖν οὐδὲ ἐκεῖνο μεμπτέον, ὅστις περὶ ἀνδρὸς δικαίου καὶ δικαιοσύνης λέγειν ἀρξάμενος, μνησθεὶς πόλεως παραδείγματος ἕνεκεν κτέ.*

Codices variant in *ἐκεῖνο* et *ἐκείνῳ*, sed genuina lectio videtur *ἐκεῖνον*, i. e. Platonem in libris de republica.

VII § 133. *αἰχμάλωτα σώματα γυναικῶν ἢ παίδων .... ἐπ' αἰσχύνῃ προϊστάντας ἐπ' οἰκημάτων ῥυπαρῶν, πανταχοῦ τῆς πόλεως ἀποδεδειγμένων, ἔν τε παρόδοις [ἀρχόντων] καὶ ἀγοραῖς, πλησίον ἀρχείων τε καὶ ἱερῶν.*

Expungo absurdum *ἀρχόντων*, quod qui de suo addidit non intellexit *παρόδους* hic significare *angiportus*.

VII § 147. *σχεδὸν δὲ καὶ παρὰ Λακεδαιμονίοις ἔτυχόν τινες ταύτης τῆς ἐπωνυμίας τῶν οὕτως γενομένων, Παρθενίαι κληθέντες συχνοί.*

Corrigendum aut *συχνῶς*, *saepe*, aut *συχνοῖς*, *a multis*.

XXXI § 9. Supplendum suspicor: *εἰ μόνοις ὑμῖν ἔστιν ὃν ἂν βούλησθε ἱστάναι χαλκοῦν δίχα ἀναλώματος καὶ μηδεμίαν δραχμὴν μήτε ὑμῶν καταβαλόντων μήτε τῶν τιμωμένων ⟨μεμφομένων⟩.* Nam ipsos statua honoratos pretium soluturos esse qui quaeso poterat expectari? Ductuum similitudo causa fuit cur alterum participium excideret.

*XXXI § 17. *τὸ γὰρ προκαλούμενον ἕκαστον καὶ κινδύνων καταφρονεῖν καὶ πόνους ὑπομένειν, καὶ τὸν μεθ' ἡδονῆς καὶ ῥᾳθυμίας ὑπερορᾶν βίον οὐκ ἂν ἄλλο τις εὕροι παρά γε τοῖς πλείοσιν.*

In antecedentibus de nulla sermo fit *provocatione*, sed agitur de pulchris facinoribus spontaneis, quapropter non dubito quin corrigendum sit *προελόμενον*.

*XXXI § 23. *οἱ γὰρ τὴν αἰτίαν παραβάντες κτἑ.*

Sub *παραβάντες* non latet *παραγράψαντες*, ut videbatur Arnimio, sed *παραπέμψαντες*, quo verbo sic Dio cum alibi saepe utitur tum in hac ipsa oratione §§ 111, 106.

XXXI § 59. *οὐκοῦν ἅπαντες οὗτοι δεδώκασι τιμὴν ἕκαστος τῆς εἰκόνος τῆς ἑαυτοῦ, καὶ ταύτην οὐδὲ μετρίαν, οἱ μὲν στρατηγίας λαμπρᾶς ὑπὲρ τῆς πόλεως, οἱ δὲ πρεσβείας κτἑ.*

Malim *οὐ δὴ μετρίαν, non sane mediocrem.*

XXXI § 71. *Φέρε τοίνυν, εἴ τις ἔροιτο τὸν στρατηγὸν ὑμῶν ἐφεστῶτα καὶ κελεύοντα ἐκχαράττειν τὴν ἐπιγραφήν, ἕτερον δ' ἐγγράφειν, τί ἐστι τὸ γιγνόμενον; ἦ νὴ Δία πέφηνέ τι δεινὸν εἰργασμένος τὴν πόλιν τοσούτοις ἔτεσιν ὕστερον οὗτος ἀνήρ; πρὸς τοῦ Διὸς οὐκ ἂν ὑμῖν δοκεῖ διατραπῆναι, καὶ ταῦτα, ἐὰν ᾖ μέτριος; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι καὶ τὸν τεχνίτην ἐρυθριάσειν.*

Verba *καὶ ταῦτα*, *idque*, hic sensu idoneo carent. Correxerim: *οὐκ ἂν ὑμῖν δοκεῖ διατραπῆναι κατὰ ταῦτα, ἐὰν ᾖ μέτριος;*

XXXI § 104. *οὐ γὰρ ὅτι μὴ δύνασθε ταὐτὰ πράττειν ἐκείνοις, ἀλλ' ὅτι καιρὸς οὐκ ἔστι τῶν τοιούτων, ⟨ὡς⟩ ἐν εἰρήνῃ διάγετε.*

Diligenter totum locum legens non dubitabis mecum inserere voculam necessariam.

XXXI § 107. *ἵν' οὖν τίνας τιμήσητε, λοιπὸν οὕτως αἰσχρὸν καὶ ἀνάξιον ὑμῶν ἔργον διαπράττεσθε;*

An *διαπράξεσθε*?

XXXI § 112. *εἶτα Ἠλεῖοι μὲν οὕτως ἀξιοῦσι τὰ ἑαυτῶν*, i. e. *tanti res suas aestimant.* Frustra Wendland coniecit *οὕτως διοικοῦσι.*

XXXI § 139. *ἀλλ' ἔγωγε ἀπορῶ τί δήποτε οὐχὶ καὶ νόμον τίθεσθε ἐπὶ τούτῳ, καθ' ὃν ἔσται* (malim *ἔξεσται*) *τὸ λοιπόν, εἴπερ ἡμῖν ἀρέσκει νὴ Δί', αἰσχύνην γὰρ ἔχει νόμος τοιοῦτος ἐν τῇ πόλει κείμενος, εἶτα ὃ γράφειν αἰσχρὸν ἡγεῖσθε, τοῦτο ποιεῖν οὐκ αἰσχρόν ἐστι; καὶ πόσῳ κρεῖττον μὴ χρῆσθαί τισι τῶν φαύλως γεγραμμένων ἢ ⟨μὴ γεγραμμένων⟩ ποιεῖν.*

Sic lacuna explenda videtur.

XXXII § 29. Mihi quidem non persuasit v. Arnim contendens hiare lacunam post κρειττόνων nec explendam esse verbis in § 33 damnatis ab Emperio, quippe quae vix satis apte hic sequerentur.

XXXII § 49. *οὐ γὰρ ἡδόμενοι τοσοῦτον ὅσον οἰόμενοι καὶ βουλόμενοι προΐενται σφᾶς αὐτάς.*

Mente supplentes post *βουλόμενοι* *ἥδεσθαι* vereor ut intellegamus quod scriptor voluit. Antecedentia enim faciunt, ut excidisse putemus *εὐδοκομεῖν* simileve verbum.

XXXII § 50. *ὑπὲρ δὲ [τῆς] ψαλτρίας ἀπάγχεσθαι, — πόσης αἰσχύνης.* Expunxi articulum.

XXXII § 51. *ἐπεὶ πῶς ἂν ἀπείχεσθε ἀλλήλων;*

Utrum orator haec oblitus iam est mox § 53 scribens, unde apparet, minime Alexandrinos sibi mutuo pepercisse, an dedisse censendus est: *ἐπεὶ πῶς ἂν ἀπείχεσθε ⟨τοῦ παντελῶς ἀνελεῖν⟩ ἀλλήλους*, aut aliquid huiuscemodi?

XXXII § 53. Pro *οὐ παρακαλοῦντες* olim Mnem. XXII p. 152 probabam editoris coniecturam *καὶ παροινοῦντες*, hodie ut multo lenius praefero *καὶ προκαλοῦντες.*

XXXII § 62. *ὥσπερ κακοὶ καὶ περίεργοι μάγειροι συντρίψαντες [τοὺς νόμους] ἰδιώτας καὶ λίχνους ἀκροατὰς κινοῦσιν.*

Sic edidit von Arnim ambigens utrum interpolata sint an corrupta verba *τοὺς νόμους*. At interpolandi nulla causa excogitari potest. Corrigendum arbitror *τοὺς ἀμούσους ἰδιώτας.* In vulgus nota sunt novae comoediae fragmenta, in quibus ars coquinaria cum musica comparatur. Minus feliciter Mnem. l. l. proposui *ὁμοῦ τοὺς ἰδιώτας.*

XXXII § 63. *ἔστι δὲ τῶν ὑμετέρων σκωμμάτων* (Aesopi fabula) *ἀττικώτερος καὶ μακρότερος.*

Huius loci non est *μακρότερος* neque *μικρότερος* (sic M), sed *πικρότερος.* Cf. § 65.

XXXII § 64. Legendum: *τοὺς μὲν γὰρ λέοντας καὶ τὰ τοιαῦτα θηρία διὰ τὴν ἀλκὴν καὶ τὴν ἀγριότητα δυσπ⟨ε⟩ιστότερα*, *minus dicto audientia*, nam *δυσπιστότερα* est *perfidiora*.

XXXII § 84. *οὐδὲ γὰρ πόλιν εἴποι τις ⟨ἂν⟩ ὀρθῶς τὴν ἐκ τοιούτων*. Voculam *ἂν* addidit Pflugkius, sed loco alieno. Lege *γὰρ ⟨ἂν⟩*, nam post *γάρ* passim propter similitudinem neglegitur a librariis.

XXXIII § 19. *οὐχ ὁ μὲν Ὀδυσσεὺς νησιώτης ἦν οὐδὲ τῶν συμμέτρων νήσων· πόθεν; οὐδὲ τῶν ἐγκάρπων, ἀλλ' κτἑ.*
Malim, *οὐδέ ⟨του* vel *ἔκ του⟩ τῶν σ. ν.*

XXXIV § 1. *οὐ καλεῖτε* (ad orandum) *τοὺς πλουσίους οὐδὲ τοὺς πολίτας, ἀλλὰ τοὺς ἐπισταμένους καὶ δυναμένους* (qualis ego sum), *οὐχ ὑμεῖς μόνον ἀλλὰ πάντες οἱ τοιοῦτοι.*
Abesse malim duo extrema vocabula.

XXXIV § 15. Legerim una inserta littera: *πρότερον μὲν ὑποψία μόνον ὑπῆρχεν οὐχ ἡδέως ὑμῶν διακειμένων, ἀλλ' ὅμως ἐκεῖνός τ' ε⟨ὖ⟩ ἐπολιτεύετο πρὸς ὑμᾶς καὶ ὑμεῖς πρὸς ἐκεῖνον καὶ Φανερὸν οὐδὲν ἦν.*

XXXIV § 33. *κἀκεῖνον [δὲ] ἐκκεῖσθαι τῷ δήμῳ.*
Cum unico codice M *δὲ* expunxit editor. Equidem nescio an potius corrigendum sit *δή*.

XXXIV § 35. *ὥστε νῦν μέν ἐστιν οὗτος ὁ λέγων, κἀκείνῳ ἔτι εὐθὺς ἄλλος, εἶθ' ἕτερος.*
Legendum *κἀπ' ἐκείνῳ εὐθὺς ἄλλος.*

XXXV § 2. *ἵνα μηδεὶς — πυνθάνηται παρ' ἑτέρων ὅστις εἰμὶ καὶ ὁπόθεν [ἔλθοιμι].*
In sollemni locutione *τίς καὶ πόθεν* male abundat *ἔλθοιμι*, quod tribuo magistellis.

XXXV § 22. *τὰ μὲν οὖν ἐκεῖθεν λόγος ἐστὶν ἀψευδής. ἤδη γὰρ τινὲς τῶν ἀφικνουμένων ἔφασαν, ἀφικνοῦνται δὲ οὐ πολλοί τινες ἐμπορίας ἕνεκεν· οὗτοι δὲ ἐπιμίγνυνται τοῖς πρὸς θαλάττῃ. τοῦτο

δὲ ἄτιμόν ἐστιν Ἰνδῶν τὸ γένος, οἱ δὲ ἄλλοι φεύγουσιν αὐτούς. τούτους ἀνάγκη ὁμολογεῖν ὑμῶν εὐδαιμονεστέρους, τῶν δὲ ἄλλων ὑμᾶς, πλὴν — τῶν πολυχρυσοτάτων κτἑ.

Aperte sententia postulat ἀφικομένων et mox, quia est conclusio, supplendum τούτους ⟨μὲν οὖν⟩ ἀνάγκη κτἑ.

## AD VOLUMEN ALTERUM.

Or. XXXVI § 16. οὐ γάρ πω ἐπιστάμεθα διὰ τὸ μακροτέραν αὐτοῖς γενέσθαι τὴν φυγήν, ἅτε οὐ πρὸς τὴν πόλιν φεύγουσιν.

Nullae veteribus Scythis erant urbes itaque articulo locus non est, sive expungendo, sive mutando in τινά, quod praetulerim.

XXXVI § 25 legerim: ὀνόματι ⟨μὲν⟩ Ἕλληνες, τῇ δὲ ἀληθείᾳ βαρβαρώτεροι ἡμῶν.

*XXXVII § 15. In epigrammate:

Ἀργὼ τὸ σκάφος εἰμί, θεῷ δ' ἀνέθηκεν Ἰάσων
Ἴσθμια καὶ Νεμέοις στεψάμενος πίτυσιν

requiro στεψάμενος. Iason reportatis victoriis Isthmiaca et Nemaea, Argum dedicavit Neptuno.

XXXVII § 34. ἑνὸς μὲν ⟨ἕνεκα⟩ τοῦ συνειδότος.

Ad sensum sic recte v. Arnim, sed facilius etiam post ἑνὸς μὲν excidit similius ἕνεκεν, qua forma Hellenistica uti solet Dio.

XXXVIII § 12. εἰ δὲ μὴ τοῦτο τοῖς μεγίστοις τῶν κακῶν ὑπῆρχε βοήθημα, ἡ παραυτίκα ἡδονή, δύναμιν ἂν οὐδ' ὅλως εἶχε βλάπτειν· νῦν δὲ αὐτοῖς ἔδωκεν ἡ φύσις, ὥστε ἐξαπατᾶν δύνασθαι καὶ τέρπειν τοὺς ἀδικουμένους.

Quoniam de nulla iniustitia aut iniuria hic agitur, confidenter repono τοὺς κακουμένους.

Sequitur: καὶ ἐπί γε ᾧ τις ἂν καὶ μάλιστα φθονήσειεν αὐτοῖς ἐκεῖνά ἐστιν ὅτι πάντα τὰ κακὰ λυπεῖ τοὺς ἀνθρώπους ὁποῖά ἐστιν ἐπισταμένους.

Noli fidem habere Arnimio delenti πάντα τὰ κακά, sed leniter emenda ταῦτα τὰ κακά.

XL § 25. *εἰκότως δ' ἂν μοι προσέχοιτε τὸν νοῦν μᾶλλον ἑτέρων τυχὸν μὲν καὶ ἄλλως, ἔτι δὲ κἀκεῖνο σκοποῦντες ὅτι μηδὲν ἰδίᾳ μοι διαφέρει κτέ.*

Animadversione dignissima lectio codicum UT *ἄλλο*, cuius ope correxerim *ἄλλα*.

XL § 38. Nondum me poenitet scripsisse quae de hoc loco emendando scripsi Mnem. XXVI, p. 348, sed unum tunc me praeteriit eius mendum. Scil. pro priore *τοῦτο δέ*, quod vitiose repetitum est ex altero, requiri *οὐδέ*, scil. *ὁρᾶτε ἥλιον κτέ.*

XLI § 1. Explendum arbitror: *Ὅπως μὲν ὑμεῖς διανοεῖσθε περὶ ἐμοῦ καὶ τῆς ἐμῆς εἴτε σοφίας εἴτε ἀμαθίας οὐ δύναμαι ξυμβαλεῖν, ⟨οὐδὲ⟩ πότερον ὄντως ἐπιθυμεῖτε τῶν λόγων, κτέ.*

*XLIII § 1. *ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπιθυμῶν πράγματα ἔχω δι' οὐδὲν ἕτερον ὑπὸ ἀνθρώπων ἀδυνάτων καὶ φθονερῶν ἢ ὅτι δοκῶ στέργειν ὑμᾶς κτέ.*

Sententia postulare videtur *ἀσυνετῶν* sive *ἀξυνετῶν*, ut recte de iisdem mox § 3 scribitur *ἀξυνέτους*. Procul enim dubio hic non agitur neque de *impotentibus* neque de *dicendi imperitis*.

XLIII § 7. *καὶ γὰρ εἰ πλείους ἦσαν, ὥσπερ εἰσίν, οὐδεὶς ἐμοῦ φήσει μᾶλλον.*

Sententia conditionalis excludit *ὥσπερ εἰσίν, ut revera sunt*, itaque corrigendum *ἧπερ*. Voculas *ὡς, καί, ἤ* passim a librariis confundi pauci ignorant.

Hanc orationem a fine mancam esse docet omissa quae expectatur apologia.

XLVIII § 4. *καὶ ταῦτα ποιοῦντες αὐτοὺς κοσμήσατε, ὡς ἔστι κόσμος πόλεως μέγιστος ὁ τῶν πολιτῶν ἔπαινος.*

Sententia est generalis neque igitur facio cum editore, qui auctore Wilamowitzio edidit *⟨τῆς⟩ πόλεως*.

XLIX § 2. Mnem. XXVI, 350 explebam: *οἱ δ' ἵπποι τοὺς ἀμαθεῖς ἡνιόχους ἀποβαλόντες πολὺ κάκιον κολάζουσιν ἢ ἐκεῖνοι ⟨τούτους⟩ τῇ μάστιγι παίοντες* aut *ἐκείνο⟨υς οὗτοι⟩*, necdum

poenitet, sed mendosa arbitror ipsa sequentia: *τούτων δ' ἁπάντων ἀνθρώπους δεινότατόν ἐστι καὶ πλείστων ἔχον τὴν σύνεσιν*, nam sine controversia sententia poscit: *ζῴων κτέ.*

LII § 8. *ἔπειτα οὐδὲ ἐξ ἅπαντος ἦν μήτε προσελθεῖν αὐτῷ* (Philocteti) *μηδένα Λημνίων μηδὲ ἐπιμεληθῆναι μηδέν.*

Permire dictum pro *οὐδὲ δυνατὸν* sive *οἷόντ' ἦν*, et vix Graecum. Nonne aliquis hic latet error?

LVI § 6. *ἐκεῖνοι* (reges Spartani) *γὰρ οὐ πάντα ἔπραττον ὡς αὐτοῖς ἐδόκει, ἀλλὰ περὶ πολλῶν ὑπήκουον τοῖς ἀφόροις, ⟨οἵ⟩, ὅτε κατέστη τοῦτο τὸ ἀρχεῖον ἐν Σπάρτῃ Θεοπόμπου βασιλεύοντος πρὸς ἐνιαυτόν, οὐδὲν ἧττον ἐκράτουν τῶν βασιλέων.*

Sic lenissime locus corrigi potest, nec opus est cum Arnimio statuere lacunam post *βασιλεύοντος.*

LXIII § 3. *γῆν ὅταν καταλίπῃ τύχη, τότε καὶ σείεται καὶ τρέμει καὶ τὰ ἐπ' αὐτῆς καλὰ διαρριπτεῖται· [τοῦτο τῆς γῆς νόσημα, μὴ παρούσης τύχης].*

Dioni verba seclusa abiudico inepte abundantia.

LXIII § 4. Hunc locum sic constituerim: *ἄξιον δὲ εἰπεῖν καὶ τὸ συμβὰν ἀπὸ τῆς τύχης Ἀπέλλῃ τῷ ζωγράφῳ. ὡς γὰρ λόγος, ἵππον οὐχὶ ἐξ ἐργασίας ἀλλὰ ἐκ πολέμου ⟨παρόντα⟩ ἐποίει. ὑψηλὸς οὖν ἦν τῷ αὐχένι καὶ ἐπανεστὼς καὶ τὰ ὦτα ὄρθιος καὶ δριμὺς τὰς ὄψεις [ὡς ἐκ πολέμου παρών], τὸν ἐκ τοῦ δρόμου θυμὸν ἐν ταῖς ὄψεσιν ἔχων, οἱ δὲ πόδες ὑπεφέροντο ἐν τῷ ἀέρι κτέ.* Cf. Arnimii adnotatio.

LXIV § 3: *δεύτερος οὗτος Δημωνάσσης νόμος· τρίτος [ὥστε] μὴ ἀποκτεῖναι βοῦν ἀρότριον.*

Expunxi magistelli additamentum.

*LXIV § 18. *εἰ δέ σοι τὸν τῦφον βακτηρία καὶ πήρα περιτίθησι καὶ λεπτὸς καὶ ἀφελὴς βίος, ἴσθι καὶ τούτων τῇ τύχῃ τὴν χάριν.*

Manifesto ipsum contrarium flagitat sententia *περιγράφουσι*, *adimunt*, quo simul restituitur quem expectamus pluralis numerus.

LXVI § 6. *ἔτι δὲ ἰδεῖν ἔστιν ἑτέραν οἰκίαν συντριβεῖσαν πλουσιωτέραν ἐκείνης διὰ γλῶτταν καὶ νὴ Δί' ἑτέραν κινδυνεύουσαν.*

Arnimii nota me quidem non prohibet quominus pro obscurissimo *γλῶτταν* coniciam *δόξαν*, quod omnem dispellit caliginem.

LXVI § 12. *τῶν δὲ ἄλλων ἕκαστος τῶν μηδεμίαν χορηγίαν ἐχόντων, ὑπὸ δὲ τῆς αὐτῆς νόσου κρατουμένων, περιέρχεται πρὸς ἕτερον ζῶν καὶ τί περὶ αὐτοῦ λέγει τις φροντίζων.*

Participium haud intellego, nec temporis punctum dubito quin vera sit codicis H sive tradita lectio sive coniectura.

LXVIII § 7. *οὔκουν δυνατός ἐστιν εὐδαιμονεῖν, ὥσπερ οὐδ' εὐπλοῆσαι δύναταί τις οὐκ εἰδὼς ἔνθα πλεῖ, μάτην δὲ ἄρτι ἐν τῷ πελάγει φερόμενος, νῦν μὲν κτέ.*

Cum duobus exigui pretii codicibus verba *δὲ ἄρτι* expunxit v. Arnim, melius *δὲ ἄττει* (*ᾄττει*?) coniecit Wilamowitz. Mihi in mentem venit *δὲ ἄρα*, ut etiam alibi saepius *ἄρτι* et *ἄρα* a librariis confundi animadverti.

*LXXIII § 10. *ὥσπερ ἂν τύχον εἴποι τις καὶ σὲ τοιαύτην προῃρῆσθαι πρᾶξιν, οὐκ ἀργὸν οὐδὲ φίλοινον οὐδαμῶς, χρημάτων μέντοι τῶν αὐτοῦ ἀτημελὴς ἴσως κτέ.*

Quid hic sibi velit *φίλοινον* frustra quaerens latere suspicor *οὐδ' ἀφιλᾶνον*, i. e. *οὐδ' ἀφιλάνθρωπον.*

Ex huius paragraphi initio, ubi quaestioni *τί δὴ βουλόμενος ταῦτα ἐγὼν διῆλθον* non respondetur, efficio hanc quoque orationem integram non esse, sed a fine deesse nonnulla.

LXXIV § 6. Expleverim: *τί οὖν, ὅταν τις φιλοφρονῆται καὶ καθ' ἱερῶν ὀμνύῃ καὶ μόνον οὐ κατατέμνειν αὑτὸν ᾖ πρόθυμος; ἀκούειν μὲν ἤδη τούτων ⟨ἔστ'⟩ ἐξ ἀνάγκης.*

XVI § 6. *ἀλλὰ διανοίας ἰσχυρᾶς ἐστιν [ἡ] χρεία.*

Deleo articulum, cui locus non est in formula *χρεία ἐστίν*, *opus est.*

XXI § 6. *ἐν δὲ τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἡ ἐξουσία παράνομόν τι ἐστι*. Locus vix sanus. Expectatur *ἡ ⟨ἀῤῥένων⟩ συνουσία.*

XXVI. Huic quoque orationi finis deesse videtur.

XXIX § 4. *οἱ δέ τινες φύσει μὲν εὐειδοῦς σώματος οὐκ ἔτυχον, ὥρα δὲ αὐτοῖς ἐπῆλθεν.*

Vix me cohibeo a coniectura Dionem eleganter scripsisse *ἐπέλαμψεν*. Recte quidem se haberet *ἔπεστιν*, sed de verbo *ἐπιέναι* sic in bonam partem usurpato dubito.

---

## CORRIGENDUM.

Iniuria supra p. 204 apud Plut. Mor. p. 351 E sollicitavi *ἀνάληψιν ἱερῶν*. Cf. Coriol. c. 25 *ἀναλαμβάνειν θυσίας.*

H. v. H.

---

## PLUTARCHUS.

Praec. Reip. ger. p. 816 E. Quemque magistratum decet collegam suae laudis honorisque facere participem:

*οὐ γὰρ μόνον ἐπιεικὲς τὸ τοιοῦτον καὶ φιλάνθρωπόν ἐστιν ἀλλὰ καὶ τὸ λυποῦν τὸν φθόνον ἀφαιρεῖ τῆς δόξης.*

Unquamne ineptum emblema manifestius ipso loco ubi legatur prodi et indicari vidisti quam hic insulsum istud *τὸν φθόνον*?

De recta rat. audiendi p. 38 E. In omnibus disciplinis pueri, priusquam proferant ipsi aliquid, mente accipere quaedam debent, quemadmodum animalibus primum est concipiendum deinde pariendum:

*ταῖς μὲν οὖν ὄρνισι τὰς ὑπηνεμίους λοχείας καὶ ὠδῖνας ἀτελῶν τινων καὶ ἀψύχων ὑπολειμμάτων ἀρχὰς λέγουσιν εἶναι.*

Quid nobis hic cum *reliquiis*, et quae, obsecro, sunt *reliquiarum* initia vel principia! Lege *λεμμάτων*. Eleganter *ᾠὸν ὑπηνέμιον* vocatur *λέμμα ἀτελὲς καὶ ἄψυχον.*

J. J. H.

---

Cinaede, Thalle, mollior cuniculi capillo
vel anseris medullula vel imula oricilla
vel pene languido senis situque araneoso,
idemque Thalle *turbida rapacior procella,*
*cum diva mulier aries ostendit oscitantes,*
remitte pallium mihi meum, etc.

sic edidit Ellis annotans versum quintum corruptiorem esse quam qui explicari possit. Varii editores varia dederunt, — quae conamina collegit Stuttaford in recenti editione, — sed nullus non, quod sciam, desperans haesit. Muretus pro „aries" dedit „alites", „oscitantes" in „recinentes" (invito metro!) mutavit rem haud perspiciens. Nam si modo „aries" vel „alios", ut est in Sangerm., mutas in „alites" et scribis:

cum Diva Mulier *alites* ostendit *oscitantes,*

vera lectio restituta est. Revoco enim lectorem, ut intellegat quibus de avibus agatur, ad Hor. Carm. III, 27, 9 sqq.:

antequam .... repetat paludes
*imbrium* divina avis *imminentum,*
*oscinem corvum* prece suscitabo,

ubi vox „*oscen*" Catulli „*oscitantes*" explicat. Corvos procellas, pluviam augurari Lucretius quoque docuit V, 1083 sqq.:

mutant cum tempestatibus una
raucisonos cantus, cornicum ut saecla vetusta
corvorumque greges ubi aquam dicuntur et imbris
poscere et *interdum ventos aurasque vocare.*

(cf. Verg. Georg. I, 388).

Sed quae est *Diva* illa *Mulier* apud Catullum? „*Corniscarum Divarum* lucus erat trans Tiberim", refert Paul. p. 64. Inscriptio ad sacrum *Divae Corniscae* pertinens exstat C.I.L. I 814. Retinuit, ut vides, poeta ipsum vocabulum „Divam". Ubi igitur dea transtiberina — vel potius „de Heks" (nam vox mulier impedit quo minus de vera dea cogitemus) — spectantibus ostendit corvos oscitantes, sequitur procella cuius vim rapacem adaequat Thallus.

Non modo versus Catulli suam sibi explicationem invenit, sed idem versus auxit parvum numerum locorum, ubi de Divis Corniscis (Krähengöttinnen) apud Romanos mentio fit. Nunc demum pro certo scimus hunc cultum usque ad finem rei publicae exstitisse. Sed deae factae erant δαίμονες, strigae (cf. Petron. 63: *mulieres plussciae nocturnae*).

J. Vürtheim.

# NOTULAE CRITICAE AD SILIUM ITALICUM.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.



I. 70: Hanc rabiem in finis Italum Saturniaque arva
Addiderat *tandem* puero patrius furor *oscus*
Sarrana prisci Barcae de gente vetustos
A Belo numerabat avos.

Ludovicus Bauer, qui Punica anno MDCCCXC Lipsiae edidit, et Gualterus C. Summers, qui carmen in Corpore Poetarum Latinorum Londini anno MDCCCCV emisso recognovit, coniecturas recensent, quibus viri docti versum misere corruptum emendare conati sunt. Tantum moneo, voc. *tandem* in uno e quattuor codicibus mss., quos adhibuerunt, omnino deesse, voc. *oscus* in duobus exaratum esse, ceteros *ostus* et *estus* exhibere. Equidem sic locum restituere velim:

Hanc rabiem in finis Italum Saturniaque arva
Addiderat *laudum* puero patrius furor. Ortus
Sarrana prisci Barcae de gente e. q. s.

Cf. III. 146: Nec tamen incautos l a u d u m exhorresce f u r o r e s.
IV. 99: Ambobus velox virtus geminusque c u p i d o
L a u d i s et ad pugnas Martemque insania concors.
II. 49: Eoi deductus origine Beli.

113: His *acuit* stimulis subicitque haud mollia dictu.
Quandoquidem verbi *acuit* subiectum intellegendum est Hamilcar, verbi autem *subicit* Hannibal, versus iam aliis corruptus visus est, e quibus Baehrens *His agitur st.* — Chory *His caluit st.*

proposuerunt. Mihi quoque structura nimis dura atque inconcinna videtur, sed emendare malim: *His arsit st.* vel potius *Exarsit st.* cl. Verg. Aen. XI. 376: talibus exarsit dictis violentia Turni.

125: Aetolos late consterni milite campos
Idaeoque lacus *flagrantis* sanguine cerno.

Heinsius *stagnantis* — Drakenborch *spumantis* coni. Si quid mutandum est, malo: *surgentis*, quod èt litterarum similitudo èt alliteratio commendat nec non I. 373: surgebat cumulo certatim prorutus agger, IV. 649: consurgens agger aquarum, VI. 111: vidi crescentis Thrasymenni caedibus undas, 297: Non Trebia infaustas superasset sanguine ripas, sed locum tueri videtur Aen. XII. 35: recalent nostro Thybrina fluenta sanguine adhuc.

145 de Hasdrubale:

Occidui qui solis opes et vulgus Hiberum
Baeticolasque viros *furiis* agitabat iniquis.
Tristia corda duci, simul immedicabilis ira,
Et fructus regni feritas erat; asper amore
Sanguinis, et metui demens credebat honorem.

Lectio cod. Col. *furiis* ab editoribus merito recepta est spreta codicum ceterorum scriptura *fatis*. Reiciendae igitur sunt coniecturae *frenis* et *furtis*, quibus Schrader et Chory locum temptarunt, id quod loci a me ad Stat. Theb. X. 743 allati (Mnemos. XXXVII p. 101) satis superque comprobant.

Heinsii emendationem *duci* pro tradita scriptura *ducis* unice veram esse, van Veen (Mnem. Vol. XVI p. 289) monuit et Summersio persuasit: restat tamen verba quae sequuntur recte sic distinguere:

Et, fructus regni, feritas: erat asper amore cet.

193—219 situs Libyae ita designatur ut vs. 196 sq. descriptus sit finis subsolanus, vs. 198—208 septentrionalis, vs. 209 sq. occidentalis, vs. 211 sq. meridianus.

In quibus versus duo, qui occidentalem significant terminum (vs. 209 sq.), de loco suo deturbati sunt. Ubi nunc leguntur

terminos septentrionalem et meridianum, Atlantem montem et vastam solitudinem, male interrumpunt, qui propter frigus, altitudinem, maria ille, hic propter campos, siccitatem, fervorem inter se oppositi sunt. Iustum ordinem sic restituo:

196 Terminus huic roseos amnis Lageus ad ortus
Septeno impellens tumefactum gurgite pontum;
209 Atque ubi fessus equos Titan immersit anhelos,
Flammiferum condunt fumanti gurgite currum.
198 At qua diversas clementior aspicit Arctos, e. q. s.

Causa erroris in promptu est: scriba, cum vs. 197 exarasset atque verba *gurgite pontum* posuisset, propter eundem fere versus, qui numero 210 nunc signatur, exitum (*gurgite currum*) deceptus verba *Atque ubi — currum* omisit, quae postea aut ipsius aut aliena manu post vs. 208 inserta sunt. De eadem voce paucis interiectis a poeta repetita cf. Drakenborch ad I. 618, cuius rei exempla sunt in hoc libro vs. 297 sq., vs. 517 et 519, in libro II. vs. 560 et 562, V. 397 sq., 624 sq., VII. vs. 16 et 18, e. a.

240 de Hannibale:

Utque dati rerum freni, nunc arte paterna
Conciliare *viros armis* consulta senatus
Vertere nunc donis.

Locum et interpunctione varia et crebris coniecturis iam temptatum equidem, quoniam per vim rem suam agere Hannibalis nondum intererat, sic emendandum puto: Conciliare *virorum animos.*

257: Flammiferis tellus radiis cum exusta dehiscit,
Candentique globo medius coquit aethera fervor,
Femineum putat *humenti* iacuisse sub umbra.

Quamquam haec lectio cod. Col. in suspicionem vocatur atque lectio *iuventa,* quae in ceteris codicibus est, nonnullis praestare videtur, illam satis tuetur Stat. Theb. X. 106 (de Somno):

ipse autem umentia subter
antra soporifero stipatos flore tapetas
incubat.

336 balista in obsidione Sagunti vastos molares effundit

Atque eadem, ingentis *mutato* pondere teli,
Ferratam excutiens ornum media agmina rumpit.

Quaenam h. l. verbi *mutato* significatio est? Credo: multum imminuto, quasi ad nihilum fere reducto, de qua notione fuse disputavi in Serto Naberico p. 79—84 atque e Punicis haec nunc ascribo exempla:

III. 472: vada translato m u t a t fallacia cursu.
III. 589: luxu et multum m u t a t a mente.
V. 286: m u t a t successu saevior hostem.
V. 491: mentem nimio m u t a t a pavore.
VI. 238: m u t a t hians hostem semesaque membra relinquit.

468—472. Moneo, in hac comparatione aquarum columnam significari, quae trans mare ruere atque navigii pericula intendere soleat, quod nescio an commentatores fugerit. Similem arenarum columnam poeta dicit III. 656 sq. Cf. Aen. XII. 451 sqq., Lucret. VI. 431 sqq.

574. Legati e Saguntinis Romam se conferre iubentur ad opem petendam,

*Ast* illi celerant, qua proxima litora, gressum
Et fugiunt tumido per spumea caerula velo.

Corrigendum puto: *Atque* illi.

612 de senatu Romanorum:

Facta animosa viros et recti sacra cupido
Attollunt hirtaeque *togae* neglectaque *mensa*
Dexteraque a curvis capulo non segnis aratris.

Ita editores secundum cod. Col. reiecta ceterorum scriptura *comae*. Hanc Garrod (Class. Rev. XIX. 7) vindicare conatur proponens: *comae neglectaque menta*. At vero voc. *mensa*, quod Silius saepius pro victu, cibis posuit, tangendum non est cl. II. 523: m e n s i s addere crimen, III. 280: sed m e n s i s asper populus victuque maligno, VI. 373: illuviem atque i n o p e s m e n s a s durumque cubile.

II. 100: Nec se tum pharetra iactavit iustius ulla,
Eois quamquam certet Gortyna sagittis.

Sensus est: Nec ullā pharetrā tum iustius se iactavit Gortyna (sc. quam pharetrā Mopsi), quamquam (ea urbs) certet Eois sagittis, neque quicquam est quod in hisce offendat, qua de causa reicienda est Schraderi coniectura *ullus*.

110: Iam Garamum audacemque Thyrum pariterque ruentis
*Gisgonem levemque* Bagam indignumque sagittae,
Impubem malas, tam certae occurrere Lixum
Fuderat.

Summers Heinsium fortasse recte *saevumque* proposuisse iudicat, cum *impubem malas* de Lixo mox habeamus, addit tamen adiectivum significare posse 'mollem'. Drakenborch interpretatur: qui barbam sibi vellebat exemplo mollium virorum.

Sublata erit omnis difficultas, si restitueris: *Gisgonem*que *lĕvemque B.*, quo facto simul epitheton nacti erimus quod ad verbum *ruentis* apte convenit. Cf. IV. 549: Instat Hiber levis et levior discurrere Maurus, Aen. XII. 489: levis cursu. Particula *que* in polysyndeto septies repetitur Georg. III. 343 sqq. et cf. Aen. XI. 675, XII. 363.

133. Icarus Dorylam fratrem interfectum vidit
ulciscique parat lacrimabile fatum.
*Atque* illum raptim promentem in proelia telum
Hannibal excussi praevertit turbine saxi.

Legas quaeso *Ast*. Similiter vs. 183 de Eurydamante, qui
mersum pelago iactarat Ulixen.
A s t Ithacus vero ficta pro morte loquacem
Affecit leto.

256. Hannibal Theronem Saguntinum circum oppidi moenia fugientem persecutus tandem
Incutit umbonem fesso assultatque ruenti
Poenus et *ostentans* spectantem e moenibus urbem:
'I, miseram Asbyten leto solare propinquo'.
Haec dicens iugulo *optantis* dimittere vitam
Infestum condit mucronem e. q. s.

Summers verba *optantis dimittere vitam* iure suspecta habere Schaeferum ascripsit; ceteroquin neminem, quod sciam, um-

quam locus offendit. At hercle Theron vitam dimittere neutiquam optabat: contra omnibus viribus connixus erat ut salvus evaderet! Vitium igitur manifestum est atque in propatulo emendatio: corrigendum enim est *obstantis*. Cf. VI. 125:

nec virtutem exuit ullam
Ante, reluctantis liquit quam spiritus artus.

*Vitam dimittere* pro: mori legitur Nep. Hann. 12: quam (vitam sc.) ne alieno arbitrio dimitteret, venenum sumpsit, Sen. Ep. Mor. 101. 14: qui velit inter supplicia tabescere et perire mem bratim et totiens per stillicidia emittere animam quam semel exhalare, Martial. I. 78. 8: dimisitque animam nobiliore via.

Hoc errore non dubio iam sublato nescio an altera quoque corruptela in versibus supra descriptis lateat, quandoquidem verbum *ostentans* sanam interpretationem h. l. admittere vix credo. Suspicor poetam scripsisse: *obtestans*, h. e. Hannibal Saguntinos e moenibus spectantes testes invocabat poenae, quam pro Asbyte occisa iam iam a Therone repetiturus erat, atque idem iam Heinsium censuisse postea cognovi.

459. Saguntini Romana auxilia diu exspectant, sed
tandem aequore vano
Avertunt oculos frustrataque *litora* ponunt
Et propius suprema vident.

Ponere h. l. scilicet = deponere, ut IV. 395, VIII. 95, XI. 157, XIII. 473, quos locos N. Heinsius affert nulla proposita mutatione. Burmanno pro *vano* legendum videtur: *vanos*, pro *litora* autem: *lumina*, quod Drakenborch receptae lectioni praeferendum putat. Chory verbum *ponunt* sollicitat atque pro eo *norunt* scribi iubet.

Neutrius propositum arridet: Burmanni *lumina* eo reiciendum est quod Saguntini non ponunt i. e. demittunt, in terram deiciunt oculos, sed ab aequore aversos alio dirigunt, scripturam vero *ponunt* vexandam non esse opinor utpote loco aptissimam, nam intellegendum est: e mente ac cogitatione, cf. vs. 627 sq.:

Sic thalami fugit omnis amor, dulcesque marito
Effluxere tori, et subiere oblivia taedae.

Quid autem sperare iam desinunt Saguntini, cum oculos ab aequore averterent? Non *litora*, credo, sed naves Romanorum

cum auxiliis, cf. vs. 458: Dum signa manusque exspectant fessi socias.

Ergo non dubito quin Silius scripserit: *lintea*, quod vocabulum et alibi legitur et I. 575, 689, II. 11, 25.

678. Tiburna Saguntina armis mariti nuper interfecti tumulo impositis eum incendit,

Tunc rapiens *letum*: 'Tibi ego haec' ait 'optime coniux,
Ad manes, en, ipsa fero'. Sic ense recepto
Arma super ruit et flammas invadit hiatu.

Legendum puto: Tunc rapiens *telum*.

III. 30 de templo Herculis apud Gaditanos et alia multa poeta edocet et haec:

Sed nulla effigies simulacrave nota deorum
Maiestate locum et sacro implevere timore.

Locum quaeso ita constituas ut post *deorum* colon colloces et mente suppleas: *sunt*, quo facto subiectum verbi *implevere* intellegendi sunt scilicet prisci Gaditani qui templum condiderunt, cl. vs. 19: condentum manus, et vs. 26: e lege parentum.

Utile est cum loco nostro conferre descriptionem arae Clementiae apud Stat. Theb. XII. 481 sqq., imprimis vs. 482 sq.:

mitis posuit Clementia sedem
et miseri fecere sacram.

et vs. 493 sq.:

nulla autem effigies, nulli commissa metallo
forma dei, mentes habitare et pectora gaudet.

42. Inter Herculis labores, in foribus templi caelatos, Acheloi devicti his verbis fit mentio:

frontemque minor *nunc* amnis Acarnan.

Ita editores recentiores recensent, cum Heinsius pro *nunc* proposuerit: *truncam* probante Drakenborchio et codices praeter Put. omnes pro *amnis*: *omnis* exhibeant, duo etiam pro *minor* praebeant: *rumor*.

Recte tamen locum supra constitutum esse credo atque poetam voluisse: et Achelous, postquam cornu truncatus est, ad merum amnem redactus, nullo iam robore divino ornatus. Cf. Verg. Aen. VII. 411:

locus Ardea quondam
dictus avis et nunc magnum manet Ardea nomen.

Stat. Theb. IV. 106 de eodem Acheloo:

Herculea turpatus gymnade vultus
amnis; adhuc imis vix truncam attollere frontem
ausus aquis glaucoque caput submersus in antro
maeret e. q. s.

Olim ipse pro *nunc* tentavi: *iamque*, h. e. et iam ad amnem merum redactus, ductus loco ap. Iuven. 8. 4 sq.:

et Curios iam dimidios umerosque minorem
Corvinum e. q. s.

sed nihil mutandum nunc mihi persuasum est.

124. Imilce, Hannibalis uxor, maritum iam iam profecturum compellat.

tremor implicat artus,
Nec quemquam horresco, qui se tibi conferet unus.

Summers post vs. 124 aliquid excidisse putat, quod non credo, nam sic locus satis bene explicatur: tremor mihi implicat artus reputanti, quot quantaque pericula aditurus sis, neque tamen horresco quemquam, qui unus, h. e. sine alieno auxilio, tecum manus conferet.

Prorsus inutilis est Schraderi coni. *impulit* neque auctoritati codicis unius oboediendum videtur, qui *conferat* praebet.

161. Uxoris dimissae desiderium Hannibal belli muneribus pellere conatur, sed

Tandem sollicito cessit vis dura labori,
Belligeramque datur somno componere mentem.

Quamquam de loci integritate editores recentiores ne dubitare quidem videntur, neque Heinsio neque Drakenborchio ita visum est: ille legi iubet *sollicití cessit vix cura laboris*, hic in vulgata lectione commodum sensum se non videre dicens aut Heinsii coniecturam recipiendam esse censet aut scribendum: *sollicití cessit vis dura laboris* vel: *sollicití cessit vix cura sopori*.

Exigua tantum mutatione opus esse credo ut manus poetae restituatur, sc. *laboris*, atque sic interpretor: Tandem vis dura laboris, h. e. strenua ac pervicax operandi voluntas, cessit sol-

licito, h. e. destituit virum multis magnisque curis sollicitum, qui tunc somno se dedit.

Cf. vs. 199: neque enim sopor ille nec altae Vis aderat noctis. Contrarium est Claudian. Rufin. I. 328: mens duro numquam cessura labori.

229. Bello Punico secundo nihil umquam saevius fuit
Nec bellum raptis *tam dirum* mille carinis
Acrius infremuit trepidumque exterruit orbem.

Summers versui crucem praeposuit atque infra paginam coniecturis numerosis, quibus viri docti eum tentarunt, de suo addidit: Nec *tellus* ruptis *iam dudum* mille *cavernis*. Merito Drakenborch observat, verbis *mille carinis* satis edoceri Troianum bellum intellegi, qua de causa coniecturas *in Troiam* Salmasii, *in Pergama* Heinsii ille reiecit atque ego reicio *Graiorum* Ruperti, *Atridum* Blassii. Mihi tamen constat corruptelam latere, nam *tam dirum* iuxta *acrius* ferri nequit: verba *raptis* — *carinis* utique appositum atque definitio sunt vocabuli *bellum*. Meliorem viam ingressi sunt Baehrens (*molitum*) et Thilo (*trans aequor*), nisi quod a scripturae traditae vestigiis longius recesserunt.

Legendum puto: *traductum*. Cf. VIII. 619 sqq.

Alia conamina sunt Heinsii *rapidis* pro *raptis* vel *ruptis*, Thilonis *iunctis* vel *Phrygibus*, denique Rossbach pro *Acrius* scribere voluit *Argis*.

275 de Macis: squalentia barba
Ora viris, humerosque tegunt *velamine capri*
Saetigero.

De hac gente Herod. IV. 175 et alia tradit et haec: *ἐς δὲ τὸν πόλεμον στρουθῶν καταγαίων δορὰς φορέουσι προβλήματα*, quem locum Drakenborch affert. Nescio an Silii de pellibus caprinis mentio nata sit ex errore, ita quidem ut locum Herodoteum male aut legerit aut intellexerit, voc. *καταγαίων* nimirum pro voc. *αἰγῶν* accipiens.

282: Quin et Massyli fulgentia signa tulere,
Hesperidum veniens lucis *domus* ultima terrae.

Ruperti voc. *domum* spurium esse perspexit proposuitque: *gens*. Immo: *manus*, cf. vs. 543 sq. huius libri:

Atque effusa cavis exesi pumicis antris
Alpina invadit manus.

Cf. 325: Nec non totus adest vesper populique reposti.
VII 434: Athlantem et Calpen extrema habitabimus antra?

512 (Hannibal) commotum promissis ditibus agmen
Erigit in collem et vestigia linquere nota
Herculis edicit magni crudisque locorum
Ferre pedem ac proprio *turmas* evadere calle.

Drakenborch ut Heinsii coniecturam *prono* refutet interpretatur: „edicit militibus ut relictis vestigiis ac tramite, quibus Hercules Italiam adierat, propriam quisque sibi viam muniret." Haec quidem recte, sed non satis sic mihi comprobat voc. *turmas* h. l. bene positum esse. Ad verbum *edicit* intellegendum esse censeo: *agmini*, quod e vs. 512 (*commotum — agmen*) facile suppletur: ad verbum tamen *evadere* desideratur obiectum, quid evadere iubeantur milites. Unde legendum credo: *terras*. Cf. VII. 611 et 628, VIII. 154, IX. 113.

634 de Hannibale
Non acies hostisve *tenet*, sed prona minaci
Praerupto turbant et *cautibus* obvia rupes.

Loci contextus non *tenet*, sed: *timet* legendum esse me quidem docet. Cf. VII 249: iam vos acies et proelia et hostem poscitis? Coniecturas, quibus versum sequentem viri docti tentarunt, enumerare longum est, novam addere malo. Ut enim Stat. Theb. IX. 91 rupes in maris litore 'fluctibus obvia' dicitur, sic in montibus mediterraneis rupes a Silio '*callibus* obvia' optime dici potuit. Cf. vs. 515 supra.

IV. 5. Fama perfertur per Italiam, Hannibalem Alpes iam superasse:

diros *canit* improba motus
Et gliscit gressu volucrique citatior Euro
Terrificis quatit attonitas rumoribus arces.

Lege: *rapit* vel *capit*, ut ipse locus Vergilianus, quem Silius imitatur, suadet; legitur enim Aen. IV. 175:

mobilitate viget viresque adquirit eundo.

Cf. IV. 34: thoraca capit, VII. 531: rape, miles, tempora pugnae, VIII, 273: capite arma, viri.

57: Sustulerat Fortuna moras, signumque *furoris*
Accensae viso poscebant hoste cohortes.

Corrigas quaeso: *furore,* nam explicandum est: Hoste (Hannibale sc.) viso cohortes, furore accensae, poscebant signum (sc. dimicandi).

70. Consul milites suos et aliis verbis hortatur et hisce:
En age, qui *sacros* montis rupesque profundas
Transiluit, discat, quanto stet celsius arce
Herculea vallum, cet.

Scribendum puto: *aërios,* nam causa nulla est propter quam Alpes sacrae dicantur neque alibi noster dixit, cf. I. 65: per summas — Alpis, 117: celsae — Alpes, II. 312: immensae — Alpes, IV. 2: nubiferos montes et saxa minantia caelo, V. 385: altas — Alpes, VI. 703: Alpes — domitas, e. a.

Adiectivum *aërius* est I. 128: cuius in aërio pendent tua vertice castra, 370: Alpibus altis aëriae rupes, IV. 740: aërii — montis.

176: Crixus Picentem Laurumque, nec eminus ambo,
Sed gladio Laurum; *Picenti* rasilis hasta,
Ripis lecta Padi, letum tulit.

Displicent lectiones, quas Barthius et Heinsius proposuerunt: *Dat gl. L.* et *Sed gladius Lauro* sc. letum tulit, neque Summersio astipulor, qui locum tuetur cl. Val. Fl. VI. 572, sed poetam scripsisse credo:

Sed gladio Laurum *ferit*: *illi* rasilis hasta, e. q. s.

Suspicor, nomen *Picenti* olim ad pronomen *illi* illustrandum suprascriptum deinde cum in textum irrepsisset èt pronomen èt verbum detrusisse. Cf. IV. 207: rotat obvius ensem et ferit insurgens. V. 284: ora citato ense ferit.

Res, quas Crixus, dux Boiorum, in proelio ad Ticinum gessit, vs. 148—188 celebrantur, qui cum multos alios interfecisset,

Tum Remulum atque, olim celeberrima nomina bello,

Tiburtis Magios Hispellatemque Metaurum
188 Et Clanium, dubia meditatus cuspide vulnus.

Multum viri docti in hoc versu desudarunt. Ernesti *haud dubia* voluit, alii verbum *meditatus* temptarunt, e quibus Barthius *meditatum* proposuit, Summers recensuit *meditantem*.

Codices autem mss., quamquam cetera conveniunt, nomen varie tradunt: in cod. Col. fuit *Clanium*, in iis vero, qui nunc exstant, exaratum est *clamium, damium, damū*.

Sequuntur deinde vs. 189—247 èt alia èt similis rerum a Scipione gestarum celebratio, denique vs. 248 Crixus iterum a poeta inducitur, sed metu consulis iam conturbatus et contemptu necis instantis mentem armans; talis igitur

252 Invadit Tarium, vicino consule pugnas
Miscentem, saevisque virum circumtonat armis.

Editores, qui vs. 188 nomen *Clanium* e cod. Col. recipiunt, vs. 252 huius codicis scripturam *Clarium* vel *Darium* neglegentes fideli concordia lectionem ceterorum *Tarium* recensent, additis ad calcem paginae coniecturis Heinsii *Marium* et Drakenborchii *Dasium*. Verumtamen poetam versu utroque eundem virum dixisse arbitror itaque interpretor: Crixus Romanos multos occiderat

Et Clani*o* dubia meditatu*r* cuspide vulnus,

(sic enim scribendum puto), dubia cuspide, quandoquidem procul tunc aberant Clanius et Scipio. Cum vero strage magna facta ambo propius accessissent simulque tantum terrorem Crixo iniecissent ut de salute iam desperaret, hic tandem

Invadit Cla*n*ium e. q. s.

Cf. IV. 336: (tigris) immani stragem meditatur hiatu, V. 315: Et sparsa pugnas meditantem spectat harena (taurum sc.).

266. Scipio proelium cum Crixo iam iam initurus
Cornipedem alloquitur: 'Vulgum Martemque minorem
Mox, Gargane; vocant superi ad maiora.

Verbum deficiens varie supplere conati sunt viri docti. Heinsius post vs. 265 versum excidisse credit, Thilo interpunxit: *vulgum Martemque minori! Nos,* Buchwald coniecit: *tu Martem temne minorem*.

Si quid mutandum est, pro *gargane,* quod equi nomen hoc tantum loco commemoratur, scribere malim: *grassare,* quo verbo

poetae haud raro sine praepositione uti solent, sed mutatione opus non esse Summersio credo.

276: Quantus Phlegraeis Telluris alumnus in arvis
Movit signa Mimas caelumque exterruit *armis*,
Tantus semifero Crixus sub pectore murmur
Torquet et horrisonis ululatibus erigit iras.

Reddas Silio velim: *ausis*. Cf. I. 151, 187, 509, II. 495, III. 179, IV. 197, V. 214, 339, VII. 73, VIII. 413, IX. 344, X. 201, 344, e. a.

339. Magonem effugere Metabus et Ufens non valuerunt,
quamvis hic alite planta,
Hic ope cornipedis totis ferretur *habenis*.

Van Veen cum Burmanno crederet, novam loquendi rationem esse ut equus diceretur accipere *totas* habenas pro *laxas*, aliquamdiu putavit scribendum esse *laxis*, sed tandem vulgatam lectionem defendi censuit loco apud Lucan. Phars. II. 500: levis *totas* accepit *habenas* In campum sonipes. Neque mihi in locutione ipsa per se *totis ferri habenis* quicquam esse videtur quod offendat, cl. XV. 724: *totas* largitus *habenas*, sed loco nostro ineptam eam esse puto.

Contextus flagitat nimirum ut legatur: totis ferratur *harenis*. Quoniam *alite planta* alter, alter *ope cornipedis* ferri dicitur, vocabula *totis harenis*, arte cum verbo coniuncta, aliquid significare necesse est quod tam ad cursorem quam ad equitem pertinere possit: contra si *habenis* scriptum esset, verba scilicet ad unum equitem essent referenda, ita ut mire positum esset: *hic alite planta — ferretur*.

Cf. IV. 401: At consul *toto* palantis *aequore* turmas Voce tenet.
IV. 519: rumpens iter *aequore fertur*.
VII. 480: Hadriaci fugite infaustas Sasonis *harenas*.

425. In oratione, qua Iuppiter Martem exhortatur ut Scipioni per filium salutem afferri patiatur, est:

Praeterea, cernis, tenerae qui proelia dextrae
*Iam credit* puer atque annos transcendere factis
Molitur cet.

Legas si placet: *Iamque edit* et conferas IV. 528:

(caedes) quot dextera magni
Consulis, aut contra Tyriae furor edidit irae.

439. Martem in bellum proficiscentem multi comitantur

frenisque operata regendis
Quadriiugos *atro* stimulat Bellona flagello.

Lectionem traditam satis tuetur locus similis ap. Stat. Theb. VII. 73:

regit atra iugalis
sanguinea Bellona manu, e. q. s.

Cf. II. 616 de Tisiphone: Et dirum insonuit Stygio bis terque flagello.

Si quid mutandum esset, non *torto* vel *saevo*, quod van Veen proposuit, scribere vellem, sed *sacro*, cl. VI. 42: virtutis sacram rabiem.

466. Scipio patrem humeris ex acie portat

rapta propere *duris* ex ossibus hasta.

Immo potius: *caris ex ossibus*; attributum illud nimis siccum ac ieiunum est vel Silio atque etiam male legitur in hoc ipso libro vs. 108, ubi accipiter, columbas in aëre vastans,

Idem nunc rostro, *duris* nunc ictibus alae,
Ter quinas dederat saeva inter vulnera leto.

Vix dubito quin fuerit: *diris*.

501. Ante pugnam ad Trebiam Hannibal milites suos alloquitur.

Quis tertius urbi
Iam superest consul? quaenam altera restat *in armis*
Sicania? en omnes Latiae Daunique nepotum
Convenere manus.

Silium scripsisse conicio: *in arma*, cl. Liv. XXI. 53 Gracchi verbis: „quem tertium consulem, quem alium exercitum exspectari?" et ibid. 57: „quos alios duces, quas alias legiones esse quae arcessantur?" Cf. II. 80: munita in proelia.

Neque inepte conicias: *in artis*, cl. VI. 45: in artis abstulerat Fors arma, sed illud praestare videtur.

617. Fibrenus elephanti oculum hasta perfodit,

Tum vero invadunt iaculis crebraque sagitta,
Ausi iam sperare necem, immensosque per armos
Et laterum extentus venit *atra* cuspide vulnus.
Stat multa in tergo et nigranti lancea dorso, e.q.s.

Non *acta* scribendum puto, quod Schrader proposuit, neque *atrum*, quod ille insuper suasit, sed *arta* collato versu sequenti et V. 165: visoque artis in milibus atras bellatore iubas aptante, VII. 280: arta fames — urgebat.

660. Trebia amnis Scipionem increpat.

Poenasne *superbas*
Insuper et nomen Trebiae delere minaris,
O regnis inimice meis?

Quod N. Heinsius scribendum esse vidit: *superbus*, editores recentiores aut non animadverterunt aut iniuria aspernati sunt, certe ne dignum quidem habuerunt quod in apparatu critico commemorarent: mihi quidem unice vera videtur esse lectio.

Vulcanus Trebiam amnem in Scipionem saevientem igni compescuit

697 Orantique datum ripas servare prioris.

Deinde haec sequuntur:

Ac tandem a Trebia revocavit Scipio fessas
Munitum in collem, Graccho comitante, cohortes.
700 At Poenus, multo fluvium veneratus honore,
Gramineas undis statuit socialibus aras,
Nescius heu, quanto superi maiora moverent,
Et quos Ausoniae luctus, Thrasymenne, parares.

Neminem hucusque perspexisse vs. 702 sq. (*Nescius — parares*) ad Scipionem omnino referendos esse, valde miror. Versuum ordo ita restituendus est ut vs. 700 sq. post vs. 703 traiciantur, quandoquidem Hannibal amnem videlicet non prius adorare potuit quam Scipio copias abduxisset.

Causa confusionis forsitan orta sit ex eo quod in plerisque codicibus mss. versuum 698 et 700 primum vocabulum est *Ac*, unde factum suspicor ut librarius vs. 700 sq. primum omiserit, deinde nescioquis non loco suo, sed post vs. 699 inseruerit.

---

# AD ZOSIMI HISTORIAM NOVAM.

ED. LUD. MENDELSOHN. TEUBN. 1887.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.

(Cf. Mnem. Vol. XVI n. s. p. 348—354).



I 7 § 2. *μικροῦ μὲν ἡ Ῥώμη συνεταράχθη.*

Qui quaeso sic scribi potuit de tanta rei publicae perturbatione, qua omnis imperii vis et auctoritas, ut hic narratur, cessit praetorianis. Procul dubio scriptori reddendum est *⟨οὐ⟩ μικρὸν.*

Ibidem § 3. *τῶν — στρατιωτῶν παραδόντων αὐτῷ τὰ βασίλεια καὶ τὴν ἐν τούτοις πᾶσαν ἀποσκευήν.*

Diligenter Graeci distinguere solent *ἀποσκευή*, *sarcinae, impedimenta* et *κατασκευή*, *supellex*, quod est huius loci. Utrum librariis an ipsi scriptori Byzantino vitiosa lectio tribuenda sit ambigi potest. Cf. tamen 56 § 2, ubi supplendum: *τῆς δὲ πόλεως γενόμενος κύριος καὶ τοῦ κατὰ ταύτην πλούτου καὶ τῆς ταύτης ἀποσκευῆς καὶ ⟨τῶν⟩ ἀναθημάτων κρατήσας.*

II 27, 1. Legitur de Ormisda viro nobili e stirpe regia Persarum: *τῶν δὲ παρακληθέντων εἰς τὴν εὐωχίαν οὐ τιμησάντων αὐτὸν οὐδὲ κατὰ τὸ καθῆκον ΕΠαναστάντων, ἀγανακτήσας ἠπείλησε τὸν Μαρσύου μόρον αὐτοῖς ἐπιθήσειν.*

Immo *ΥΠαναστησάντων*, quod verbum noto usu adhibetur de assurgentibus honoris causa appropinquanti. Apud Suidam nova corruptela abiit in *ΕΞαναστάντων.*

II 44, 3. *Φεύγοντας αὐτοὺς ὁ τῆς αὐλῆς ὕπαρχος θεασάμενος καὶ ἐπὶ τῇ πόλει δεδιὼς τὰς πύλας ἀπέκλεισαν.*

*Metuere alicui* Graece dici *δεδιέναι περί τινι* vix quisquam monendus.

III 5, 3. Ταῦτα δὲ ἔπραξεν (Iulianus) *οὔπω σχεδὸν εἰς πέμπτον καὶ εἰκοστὸν τῆς ἡλικίας ἐνιαυτὸν προελθών.*

Mendo puerili haec verba liberentur corrigendo *οὕτω* pro *οὔπω.*

III 13, 4. *εὐνοίας δοκίμια παρασχόμενος.*

Passim apud seros scriptores apparet haec vocabuli forma itacismo e genuina *δοκιμεῖα* detorta, itaque potius *δοκιμῖα* scribenda, quod idem valet de *γραμματεῖα* saepissime confuso cum *γραμμάτια.*

IV 24, 1. *ἀλλ' ἐκείνου ταῦτα παραινοῦντος, οἱ τἀναντία σπουδάζοντες ἐξιέναι τὸν βασιλέα πανστρατιᾷ παρεκάλουν ἐπὶ τὸν ἀπολωλότων καὶ ἀκονιτὶ τοῦ βασιλέως τῇ νίκῃ παρισταμένου.*

Verba haud integra. Suppleverim: *καὶ ἀκονιτὶ τοῦ βασιλέως* ⟨*ἂν αὐτοὺς*⟩ *τῇ νίκῃ παρισταμένου.*

IV 35, 2. *τὰ πάντων ἀναγκαιότατα*, i. e. *βιαιότατα.* Iniuria Mnem. XVI p. 352 tentavi *ἀνοσιώτατα.*

IV 52, 4. *ἀπάγεσθαι τοῦτον ἐν Συκαῖς τῷ προαστείῳ τὴν ἐπὶ θανάτῳ προσέταττον.*

Damnanda fuerat editori Reitemeieri coniectura (coll. V 34, 5) *ἐπὶ τὸν θάνατον.* Procul enim dubio scriptor hic, ut saepius, imitatus est Herodotum I 109; III 119; VII 223; IX 37.

V 6, 1. *ἐπιὼν Ἀλάριχος πανστρατιᾷ τῇ πόλει* (Athenis) *τὸ μὲν τεῖχος ἑώρα περινοστοῦσαν τὴν πρόμαχον Ἀθηνᾶν, ὡς ἔστιν αὐτὴν ὁρᾶν ἐν τοῖς ἀγάλμασιν, ὡπλισμένην καὶ οἷον τοῖς ἐπιοῦσιν ἀνθίστασθαι μέλλουσαν, τοῖς δὲ τείχεσι προεστῶτα τὸν Ἀχιλλέα τὸν ἥρω τοιοῦτον οἷον αὐτὸν τοῖς Τρωσὶν ἔδειξεν Ὅμηρος.* Infelicissime Mendelsohn *τῆς δὲ παρατάξεως προεστῶτα* vel *τοῖς δὲ στίφεσι παρεστῶτα* proposuit. Una literula ι leniter mutata

in Υ, corrigendum est *τοῖς δὲ τεύχεσι προεστῶτα* scil. *τοῦ τείχους* = *ἐν δὲ τοῖς τεύχεσιν*, i. e. *armatum*. Parum enim recte olim in Mnemosyne complures Zosimi locos sollicitavi, ubi more Byzantino praep. *ἐν* omissa est.

V. 7, 4. *ὅσα ἐπὶ Ῥουφίνου διενοεῖτο ἐξεῖπε.*
Soloece, sed fortasse culpa scriptoris pro *ἐπὶ Ῥουφίνῳ*.

V 35, 4. *ἔργον ἐπετίθετο τῷ ταμιείῳ χρημάτων.*
Adnotat editor: „*ἔργον* — *χρημάτων* aut corrupta aut, id quod Bekker putat, mutila." Equidem probabile existimo ЄΡΓΟΝ depravatum esse ex ΟΓΚΟΝ (*ὄγκον*), i. e. *magnam vim*.

---

PLUT. QUOM. ADUL. AB AMICO INTERN.

68 D. Absurdum est inter pocula sermonem nimis severum instituere *ὥσπερ ἀντιταττόμενον τῷ Λυαίῳ θεῷ καὶ „λύοντι τὸ τῶν δυσφόρων σχύνιον μεριμνᾶν" κατὰ Πίνδαρον.*
Mirum est neminemdum vidisse *τῷ* legendum esse pro *καί*.

Sequitur: et alias ob causas id facere non decet et quia *οὐκ ἔστι γενναῖον οὐδὲ θαρραλέον ἀλλ' ἄνανδρον ἐν τῷ νήφειν ἀπαρρησιάστου τὸ παρρησιάζεσθαι παρὰ τράπεζαν.* Plutarchi manum restitues legendo *ἀπαρρησίαστον ὄντα*: qui sobrius non audet proloqui quod in mente habet, is non fortis est sed quam maxime ignavus si audet inter pocula.

72 B. Qui alium reprehendens semet ipsum minime vitiorum immunem fatetur, ut sibi fides habeatur efficit; sed qui illud faciens semet ipsum laudat et extollit, taedium movet neque quidquam prodest ei quem corrigere studet.
*ὅθεν οὐχ ἁπλῶς ὁ Φοίνιξ ἐνέβαλε τὰ περὶ αὐτὸν ἀτυχήματα, δι' ὀργὴν ἐπιχειρήσαντος ἀνελεῖν τὸν πατέρα καὶ ταχὺ μεταγνόντος.*
Tum demum hic dicetur aliquid quod sanum praebeat sensum et aptum sit toti disputationi si pro *ἁπλῶς* legetur *ἄλλως*. *Non temere* neque *sine causa* haec de se ille omnium prudentissimus magister confitebatur sed *consulto* et *de industria*.

J. J. H.

---

# QUAESTIONES GRAECAE.

SCRIPSIT

I. M. J. VALETON.

(*Continuantur ex huius Vol. pag.* 66.)



## IV.

### DE HARMODIO ET ARISTOGITONE.

**Praefatio.** Quid affectibus sit tribuendum in rebus gestis conscribendis. — Scriptiunculam aggrediens, qua demonstraturus sum Thucydidem in particula quadam historiarum a se conscriptarum fraudem eam commisisse quam „piam" nos hodie dicere solemus, ab initio praecavere volo, ne quis credat, me Thucydidis fidem parvi facere. Immo vero eam permagnam esse censeo, et optimorum antiquitatis scriptorum, ut Polybii, aequam, reliquorum fere omnium longe maiorem. Thucydides fere semper, ut arbitror, scribere voluit et scripsit quod ex animi sui sententia verum esse putaret; fere semper fecit quod posset ut quid verum esset cognosceret; fere semper res de quibus scripturus erat ita cognovit ut quam verissime de eis posset scribere; eis tribus rebus fidem auctoris contineri existimo. Quod addidi „fere", id vix plus nunc mihi valet quam hoc, me non credere hanc ob causam, quod errare in eum non cadat, existimandum nobis esse eum non potuisse imprudentem a vero aberrare, neque umquam eum potuisse aliquid scribere quod verum sibi videri non debuisse ipse intellegeret. Qua in re me vix cum viris historiae peritis qui nunc sunt dissentire credo; si qui sunt a quibus dissentiam, sunt illi qui Thucydidem nostrum non colant

tamquam egregium scriptorem, sed stupeant tamquam miraculum aliquod oracula promens, humanorum affectuum et vitiorum expers, et in quo tanta vis sit ut sicubi vocem ediderit, mussitandum sit neque quidquam amplius loquendum praeter illud: *αὐτὸς ἔφα*. Ego eam rationem odi et arceo, qua proprium iudicium subicere iubeamur auctoritati alienae; sive ea sit Thucydidea, sive alius scriptoris antiqui, sive omnino hominis cuiuslibet qui aut olim fuit aut nunc est; nam ea ratio longissime pertinet. Neque quidquam commoveor utilitate; quamquam video eam rationem nonnumquam propter utilitatem a nonnullis nobis commendari; ex. gr., quantum ad antiquos scriptores pertinet, si admonemur ut abstineamus ab eorum reprehensione, scilicet discipulorum in scholis assidentium causa, quod ei potius docendi et assuefaciendi sint in verba optimorum scriptorum iurare, quam de summa eorum bonitate dubitare; sive, quantum ad alios, si requiritur a nobis ut in historia scribenda aliquid affirmemus vel reticeamus aliorum commodorum publicorum causa. Historiae enim non utilitatem persequendam esse existimo, sed veritatem; in veritatis cognitione autem an forte insit aliquod utilitatis semen, videant alii. Veritatem autem ab eis solis conspici posse censeo, qui aliorum consiliorum omnium immemores, nihil aliud praeter eam solam persequantur; quod maxime occaecat animos hominum in historia versantium, id non, ut vulgo fit, „praeiudiciorum", sed rectius „consiliorum secundariorum", „consiliorum a nudae veritatis cognitione alienorum" nomine designandum esse mihi videtur; qui nititur ut aliquid verum esse comperiat non quod verum sit sed quod utile, is a vero certe est aberraturus. Denique his qui veritatem sine ullo consilio secundario sectentur, eam solam veritatem esse arbitror, quae proprio iudicio sit comprobata, neque ullam aliam; ea ipsa causa est cur his solis se ostendat veritas, quia eis solis mens est libera et ad veritatem recte aestimandam instructa. Sed nos omnes mortales cognitioni rerum antea gestarum operam navantes cum qui nunc sumus tum qui umquam fuerunt, ab hoc periculo prope absumus, ne adduci nos patiamur ut aliquid concedamus consiliis secundariis, quae nata sint aut ex affectibus animorum nostrorum aut ex opinionibus quas de summis commodis et utilitatibus publicis tenemus; affectibus et opinionibus

suis, e quibus eiusmodi consilia existere possint, nemo fere vacat. Neque spernenda sunt; eis vacare ne decet quidem hominem; sunt summa bona quibus utimur, quibus maxime distinguimur a bestiis „vitam sicuti peregrinantibus transeuntibus". Quin etiam si quis contenderit — et sunt qui contendant, ut notum est — ne postulandum quidem hoc esse ab historiae studiosis ut diligenter caveant ne quid concedant suis affectibus suisque opinionibus, et e contrario quam maxime hoc necessarium eis esse ut affectibus quibusdam exculto ingenio dignis, et opinionibus nostro tempori accommodatis, regi sinant iudicium quod de rerum olim gestarum pondere et pretio laturi sint, ego non valde repugnabo neque longe aberit quin aliqua ex parte assentiar. Quamquam silere non possum, huic rei non minus saltem, et plus fortasse, operae dandum esse mihi videri ei qui res gestas conscribat, ut diligenter rationem habeat affectuum et voluntatum quibus animatae fuerint personae quae partem egerunt in gerendis eis rebus quas descripturus est, quam ut suarum; et tum praesertim quam maxime ei cordi esse debere mihi videri, ut iudicium quod de rebus gestis et de personis laturus sit, exigat ad normam earum opinionum potius, quae vigebant eo tempore quo personae illae partes suas egerunt quam ad suarum, si ex aliqua parte differunt illae ab opinionibus nostro tempori nostrisque condicionibus aptis. Iudicium quod de rebus olim gestis et de personis quae res gesserunt fertur, si ortum est partim ex cognitione voluntatum et consiliorum quibus eae personae regebantur, quo fiat ut diiudicari possit quatenus eae personae ad consilia sua assequenda apte an inepte, bene an male egerint, partim vero ex cognitione eius quod earum personarum aetate pro bono pro malo, pro turpi pro honesto vulgo habebatur, quo dispici possit utrum pro suo tempore honeste egerint an turpiter, eius modi iudicium est stabile, est sibi constans, est omnis aevi, est id quod hodie „obiectivum" dicere solemus; iudicium vero quod pendet a nostris affectibus, quod regitur nostris opinionibus, est breve et temporarium, quandoquidem nobiscum transeat necesse est, est varium et multiplex, quandoquidem a multis simul ferri potest in partes valde diversas, quin etiam est omnibus si qui sunt qui nostras opiniones aversentur necessarie falsum; quamquam

fieri posse nequaquam nego, ut eiusmodi iudicium quamvis sit temporarium, si a iudice rerum humanarum egregie perito fertur, haud spernendae sit utilitatis. Sed quomodocumque ea res se habet, quidcumque in iudicio de personis et de rebus ferendo affectiones et opiniones nostras valere oportere aut saltem licere putaverit quispiam, hoc utique manet, nihil eas valere debere in inquisitione nudae rerum veritatis, illius veritatis quae ad inquirendum solum pertineat quid factum sit aut non factum, numquid factum sit annon, quomodo aliquid sit factum et quomodo non. In ea re autem valet quod modo dixi, omnes homines quibus curae sit cognitio rerum olim gestarum sive omnium sive quarundam, in periculo esse ne adducantur ut praetermittant eam regulam simplicissimam. Eam praetermittere manifestum est auctorem qui ira vel studio animatus adversus aliquem qui partem tuetur in rebus quas describit, eis affectibus indulget in historia scribenda. Affectuum vero animorum omnium communium, qui inprimis eo aliquem adducere possint ut aliquid quod factum esse traditur, cum verum id esse cupiat, verum esse credat, haec duo exempla tangam — nam sunt multa alia —: amorem patriae et reverentiam deorum; opinionum vero, quibus inprimis eodem perduci possit aliquis, in promptu sunt exempla illis cognata, si quis opinatur aut alios affectus quosdam, aut eos quos dico, amorem patriae, vel reverentiam deorum, quos apud multitudinem aliquid incrementi capturos esse existimat si factum aliquod pro vero vulgo habitum erit, quam maxime esse inter aequales propagandos et confirmandos. Nostra memoria in gente vicina id accidere omnes meminimus, ut cum proditionis patriae accusatus esset quidam, satis aperte a multis declaratum sit, eos qui patriae amantes essent eum hominem noxium iudicare, qui eum innoxium esse arbitrarentur, patriam non amare; quae accusatio si postea, in historiam recepta, eodem modo ab auctoribus tractabitur, magnum exemplum erit controversiae ad rerum gestarum memoriam pertinentis, pro opininionibus ad animorum affectus pertinentibus disceptatae. Iamvero quicumque adductus consiliis secundariis, quae oriuntur ex cupidine confirmandi eiusmodi affectuum apud populum, aliquid vere factum esse dicit quod factum esse non esset affirmaturus si ea cupidine vacaret, non aestimatorem

veritatis in ea re se praebet, sed fautorem commodorum quorundam publicorum, ad quem non pertinet decernere de veritate rerum gestarum. Sed hic me interpellat quispiam; quid, ait? num tu eos animorum affectus venerabiles et necessarios tam parvi facis, ut qui eos foveat, eum necessario a veritate perspicienda alienum esse putes, et eos hoc meruisse existimas, ut utique spernantur a viris cognitionis rerum olim gestarum vere studiosis? num quo iure negas, ea officia, veritatem indagare et saluti publicae prodesse velle, ab eodem homine impleri posse? Equidem nequaquam nego, id fieri posse, quod non solum fieri oportet, sed etiam vulgo fit. Sed nego ea officia, quorum utrumque suam laudem suamque dignitatem habet, posse simul in eandem rem adhiberi. Mens eius, cui de veritate facti alicuius quod sub affectuum vim cadit, quaerere propositum est, obsidetur tamquam multitudine diversorum consiliorum et diversarum ut ita dicam voluntatum, quae omnes vehementer cupiunt potestatem sibi fieri, inquisitionis veri quam mens institutura est dirigendae et ad certum aliquem eventum perducendae; omnes habent quo se egregie commendent; menti autem liberum est aut resistere earum illecebris, aut, si magis placet, obnoxiam se eis facere. Omnes autem, una excepta, eventum ad quem dirigere nitantur inquisitionem quam mens factura est, iam ultro paratum secum ferunt; earum quaeque eventum suum menti offert, ostentat, utilitatem eius praedicat. Est una tantum inter eas voluntates quae eventum nullum secum fert quem menti obferat, ea est voluntas veri indagandi. Ea non blanditur, ut reliquae, sed condiciones fert: postulat ut laborem suscipiat mens; ut doctrinam, diligentiam, sinceritatem adhibeat, ut eisdem rationibus eisdemque argumentis utatur in hac re indaganda, quae in ceteris rebus olim gestis explorandis iamdudum sint comprobatae, neque ullis aliis; ut aeque gaudeat mens eventu futuro inquisitionis, sive ei apparuerit rem de qua agitur vere factam esse, sive minus; inprimis poscit, qua una condicione ceterae continentur, ut mens ad silentium redigat et cum severitate ab opere suscepto removeat omnes alias illas voluntates, eas etiam quae per se sint quam maxime sanctae et salutares, ut amorem patriae, deorum reverentiam. Itaque optio facienda tibi est. Novisti, voluntates quae suum eventum

paratum tibi offerant, nullam fiduciam bonitatis eius eventus tibi praebere posse, quin etiam certe in errorem te esse inducturos, quia quid vere factum esse dicamus tantum, non vero quid vere factum sit, pendeat a nostris voluntatibus. Vides igitur accipiendas tibi esse condiciones, a consilio tuo primario tibi latas, supprimenda et tollenda consilia illa secundaria; quod si facere te non posse intelligis, confitere te non esse idoneum arbitrum veritatis, et manus abstine. Sed quod longe plurimum valet, cave ante omnia ne fallaris similitudine quadam voluntatis verae et primariae, quam consulto et malo dolo susceptam (ea re quoque, quod specie similes condiciones tibi ferunt laboris doctrinae diligentiae) prae se ferunt falsae et secundariae voluntates illae quae mentem tuam obsident. Is error quo falsae voluntates permutantur cum vera, longissime pertinet, innumeros homines decepit et decipere pergit, invitos quidem, ab initio certe, ut credere par est, sed tamen ita, ut qui semel se eo decipi passi sunt, vix umquam eo perduci possint ut eum agnoscant; ea maxima causa est cur controversiae quaedam, quae hodie inter viros bonos de rebus quibusdam antea gestis aguntur, ad finem non perveniant neque umquam eo perventurae esse videantur. Ab eo errore quoque quae te defendere possit, monstrando signa quibus falsae ab ipsa discerni possint, nullam aliam invenies nisi ipsam illam sociam fidelissimam, voluntatem veri indagandi. Iamvero si quereris, ita, si condiciones eius acceperis, fortasse etiam tibi ipsi operam dandam fore ut multos offendas, si quidem fortasse futurum sit ut res quasdam traditas quae a multis magni fieri soleant, omnino, quantum nos scire possimus, gestas non esse comperias, respondeo id periculum posse evitari; nemo nos cogit, nisi ipsi bene meditati id nostrum esse perspexerimus, quae comperimus data opera in publicum efferre. Quis animi causa, sine necessitate et consilio, his studiis abuteretur ut alios vexaret et animos perturbaret? Ab altera parte, dignitatem humanam vix permittere multi arbitrantur, ut diligenter quidquam celemus et falsam speciem praebeamus. Iamvero res quas privatim non accipias, publice commendare, id ne decere quidem virum liberaliter eruditum, plerique, et recte quidem ut credo, sentiunt. Sed tamen ea res est magni consilii. Nemo nescit — et quis tam socors est cui id dolori

non sit — esse quasdam res antiquitus traditas, quas si forte non ita vere se habuisse comperiatur quemadmodum traditae sint, personas quasdam quas si forte credatur omnino tales non fuisse quales fuisse traditur, magnum detrimentum capturam esse societatem humanam permulti existiment, et eam quidem ob causam, quia notionem earum rerum quam praebet traditio, fundamentum et esse et esse debere arbitrentur affectuum humanorum maxime salutarium, religiosorum scilicet. Itaque hi ducti consilio perquam honorifico quidem, sed tamen secundario et a veritatis indagatione quam maxime alieno, summa vi contendunt, ut eam traditionem aut integram aut eatenus integram quatenus fieri possit tueantur. Quam operam non solum irritam esse arbitror, quippe qui credam, consilia secundaria in indagationem veri adhibita utique fallacia esse et aliquando fore ut fallacia ea esse ab omnibus perspiciatur, sed etiam optimae causae magis nocere quam prodesse. Ea firmitudo autem, qua affectibus religiosis pro fido et stabili et perpetuo fundamento esse possint, in res olim gestas etiam quae satis bene confirmatae videantur omnino non cadit; quarum cognitio quae a nobis percipi possit, quam sit manca, quam debilis et fluxa, aut nescit nemo aut neminem saltem nescire oportet; de quibus ἧμες δὲ κλέος οἶον ἀκούομεν οὐδέ τι ϝίδμεν. Quis sanus optaturus esset, si per eum id staret, ut ex memoria rerum gestarum tam obscura, quae quandolibet (nam dies diem docet) in lucem prodeunte aliquo monumento adhuc incognito potest funditus immutari, fundamentum peti deberet quod stabilitatem daret affectibus illis, quibus aliqua ex parte contineri crederet ipsam salutem publicam — et privatam fortasse; quis, si rem ita se habere videret, eam non deploraret et si fieri posset in melius vertendam esse intellegeret? Sane quidem mirum non est, eiusmodi fundamentum et satis firmum et necessarium videri multitudini indoctae, insuetae discernendi res mentis a rebus corporeis, res quae ad cogitationem pertinent a rebus quae ad materiem naturalem, neque ita instructae, ut possit rerum cogitatarum veritatem, cuius anima sola sibi disceptatrix est, mente capere et tenere, nisi earum aliquod simulacrum aliquando adfuisse credat in rebus quibusdam antea in hoc orbe terrarum gestis, quae quasi tangi et conspici potuerint.

Sed peritiores, a quibus alienum non est distinctionem facere inter veritatem naturalem quae severitate scientiae regitur, et veritatem ex affectibus cognoscendam, quae prorsus libera est cuique et ubique tuta versatur modo ne in fines scientiae reservatos transeat, hi etiam atque etiam videant quid agant, cum ingentem laborem consumant in defendenda ea parte traditionis, cui affectus religiosos indissolubili nexu alligandos esse arbitrantur; quem laborem aliquanto utilius impenderi potuisse et debuisse dixerit quispiam, si collocatus fuisset et etiamnunc collocaretur in educanda multitudine, in liberandis ingeniis, in pedetemptim et caute hoc agendo, ut nexus ille primum laxatus, deinde supervacaneus factus, ad ultimum plane dissolvi posset. At, aiunt illi, in traditione inest fons et origo illorum affectuum; si arborem everteris, fructus pereant necesse est. Sed ego, cum videam quam vehementer certetur affectuum religiosorum nomine, ut integra maneat et servetur illa pars traditionis, quam tamquam ancillam obedientem eis praesto esse illi volunt, quantoque magis affectuum ope indigeat traditio, ut stare possit, quam traditionis ope illi ut vivant et in mores hominum suam vim exerceant, ad aliquam spem erectum me sentio; manifestum videtur, rem contrario modo se habere, non traditionem esse fontem affectuum religiosorum, sed illos, quemadmodum olim fuerunt fons unde in litteras emanavit traditio, sic hodie esse fontem unde oriatur illa cupido traditionis integrae servandae, quae ipsa adhuc sustinetur ea ope sola, cum sine illo auxilio iamdudum a scientia victa corruisset. Quodsi verum est, sperare etiam licet fore ut, si quando ab omnibus perspectum et concessum erit, officium inquirendi de veritate rerum olim gestarum ad scientiam historicam solam pertinere, cuius pauci tantum pro rei natura participes esse et volunt et possunt, appareat eo fundamento fallaci carere posse religionem, eamque suis viribus nisam, rerum corporearum vinculo liberatam, imaginibus et similitudinibus suis, si quibus ei opus est, extra fines scientiae attributos positis, posse vivere. Sed de his alii fortasse videant.

Pauca dixi de quaestione omnium maxime trita, qua quaeritur quid valere debeant in memoria rerum gestarum describenda et in indaganda earum rerum veritate affectus omnium

communes quorum sunt amor patriae et reverentia quam deis eorumque cultui a patribus instituto tribuimus; et quamquam de magnis rebus locutus sum, satis ostendi quid Thucydidem peccasse crederem in re valde pusilla, cum caedem Hipparchi quam patraverunt Harmodius et Aristogiton ita narraret quemadmodum ut faceret ei suaderent consilia quaedam secundaria, ad illorum affectuum confirmationem pertinentia, non vero ita, ut nudae veritatis studium ab eo requireret. Nam fieri posse ut eius modi consilia etiam Thucydidis menti nonnumquam se obtulerint neque fortasse plane semper ab eo tamquam falsa et secundaria agnita sint, periculum etiam ei fuisse ne eis aliquid concederet, et fieri posse ut id non semper ab eo sit evitatum, quid affirmare dubitem? quem credam fuisse virum doctum, diligentem, amore veri ardentem, unum omnium denique maxime eo ingenii et iudicii acumine praeditum quo opus est ad res gestas recte aestimatas in historiae unitatem componendas, sed a quo, ut homine, etiam humanum illud non prorsus alienum fuerit. Revera, ut in rebus Alcibiadis describendis irae et viri sibi iniucundi reprehendendi studio, sic in hac re de qua ago suae caerimoniarum sacrarum reverentiae et ardori civium ex amore patriae et libertatis suscepto aliquid eum concessisse credo. Numquid ea res de eius fide deminuit? Aliquantulum fortasse, sed non tantum, quantum credere possit aliquis. Quantum fidei scriptoris noceat aliquid quod peccavit, maxime ab hac re pendet, quae ei fuerit causa cur a vero aberraret. De multis et variis causis errandi quarum ratio haberi potest, pessima sane est stolida ignorantia; ea de fide auctoris in quo cerni potest, vix quidquam reliqui facit; proxima est neglegentia et incuria, sequitur cupido lectorum animos commovendi artibus quibusdam, quarum ipsarum multa genera sunt; accedunt sexcentae aliae, quarum longam seriem hoc uno consilio inchoavi ut adderem, in earum serie si ita ordinata est ut secundum gravitatem declinantem procedat, delicto quod in re de qua ago — nam quantum ad Alcibiadem attinet, res fortasse paullo gravius se habet, sed id nunc mitto — Thucydidem commisisse dico ipsum eum locum teneri qui ultimus est. Accedit autem, valde raro scriptoribus antiquis singulis occasionem oblatam fuisse, ea ratione peccandi. Ego autem hanc ob causam

maxime illa animadverti, ut caverem ne forte virorum doctorum, quibus haec scriptiuncula ut in manus incideret futurum esset, unus alterve, cognitis argumento de quo ageret et fine quo tenderet, statim eam condemnaret, neque cuiquam rationem eius habendam esse declararet, sententia ita fere pronuntiata: „scil. quod in ea scriptiuncula auctor, arrepto uno capite vix amplius Thucydidis, quo is de rebus penitus sibi cognitis cum summa diligentia ageret, ratione nulla habita ingentis materiae copiae ab eo in reliquos octo libros congestae, non deterritus exemplo aliorum qui utique frustra similes impetus in eum fecissent, e quibus ille semper superior discessisset, temere conatus esset eius auctoris fidem probatissimam labefactare, cavillationibus quibusdam longe petitis pro argumentis usus, quas non satis valere posse ad thesin obtinendam iam statim ab initio clarum esset." Quamquam haec me temere finxisse, neque ne tale aliquid mihi obveniat me vehementer timere, libenter confiteor. Iudicia eiusmodi, quibus quod novum est reiciatur non quod nihil valeat, sed quod molestum est, non amplius esse nostrorum temporum neque nostrorum morum, expertus novi. Hodie inter viros doctos, inter doctissimos saltem, maiore liberalitate, aequitate, continentia, agitur. Vix amplius hodie novimus eam vehementiam qua ut certamina doctorum gererentur, levitatem qua ut argumentorum ab adversario prolatorum ne ratio quidem haberetur, incredibilem audaciam — nam ea quoque audacia erat — qua ut aliquis argumentis carens ad verborum latebras effugeret, aliis temporibus nonnumquam accidisse fama ac rumore accepimus. In ea re quoque, nempe in disceptationibus virorum doctorum, tum cernebatur aliqua affectuum quorundam humanorum vis, de quibus diu aliquis disserere posset, si singula eorum causas et genera — quorum sunt quae admodum honorifica vix dici potuisse manifestum videtur — persequi vellet; satis sit dixisse, si qui umquam fuerunt qui eis duci se passi veritatis indagationi operam darent, non multum eos ei fuisse profuturos. Sed fortasse concedendum est, si revera de universa fide auctoris nostri res ageretur, et principiis obstandum esset, aliquam excusationem futuram fuisse, si etiam nunc alicui ut mea conamina violenti ea ratione opprimeret, ad ultimas rationes progrediendum sibi esse existimaret. Itaque

diserte moneo, talibus contentionibus hic opus non esse. Rationes quas lectori proponam, ut cognoscat, excutiat, aestimet precor; addo illud praetoris Romani: si paret, eas valere, condemna, si non paret, absolve. Sed id quod si pareat condemnari iubeo, nihil aliud est quam narratiuncula a Thucydide concocta de caede Hipparchi; ad ipsum auctorem omnino non pertinet ea condemnatio, ad eius fidem vix. Auctorem non condemnabimus sed cum admiratione revereri pergemus; causas et rationes quibus permotus in hunc errorem inciderit, vix umquam in reliquo eius opere ei nocuisse vel nocere potuisse confitebimur; quin etiam, etsi veritatis indagationi immiscendae non fuerint, per se tamen eas viro bono minime dedecori esse ex animi nostri sententia affirmabimus.

§ 1. **De liberatorum statuis.** — A. De statuarum reditu. — Statuas aheneas liberatoribus publice positas esse affirmatur crebris scriptorum locis [1]). Quod Plinius addit, liberatores primos fuisse sibi videri in quos ille statuae publicae honor ab Atheniensibus conferretur, confirmatur testimonio Aristotelis [2]). Eae statuae fuerunt opus Antenoris [3]). Mardonius a. 479 urbe potitus eas secum deportandas curavit in Asiam [4]). Paullo postea, archonte Adimanto, a. 477/6 ut traditur in Marmore Pario, alterae statuae liberatoribus factae sunt [5]), et eodem loco positae

---

1) Demosth. 20 (Leptin.) 70: *διόπερ ... καὶ χαλκῆν εἰκόνα ὥσπερ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος ἔστησαν [Κόνωνος] πρώτου.* Id. 23 (Aristocr.) 143. Lucian. Paras. 48: *καὶ νῦν ἕστηκε Ἀρ. χαλκοῦς ἐν τῇ ἀγορᾷ μετὰ τῶν παιδικῶν.* Vid. proximae adnn.

2) Plin. N. H. 34. 17: „Athenienses nescio an primis omnium Harmodio et Aristogitoni tyrannicidis publice posuerint statuas. Hoc actum est eodem anno quo et Romae reges pulsi." — Aristot. Rhetor. 1. 9 pag. 1368 a 16: *εἰς ὃν πρῶτον ἐγκώμιον ἐποιήθη, οἷον εἰς ... Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα τὸ ἐν ἀγορᾷ σταθῆναι.*

3) Paus. 1. 8. 5: *οὐ πόρρω δὲ ἑστᾶσιν Ἁρμ. καὶ Ἀρ. ... Τῶν δὲ ἀνδριάντων οἱ μέν εἰσι Κριτίου τέχνη, τοὺς δὲ ἀρχαίους ἐποίησεν Ἀντήνωρ.* Plin. 34. 70: „<Antenor fecit> Harmodium et Aristogitonem tyrannicidas, quos ... remisit Magnus Alexander". Cfr. Wachsmuth Stadt Athen 1 (1874) p. 509. adn. 1.

4) Paus. 1. 8. 5: *Ξέρξου δὲ ὡς εἷλεν Ἀθήνας ἐκλιπόντων τὸ ἄστυ Ἀθηναίων ἀπαγαγομένου καὶ τούτους ἅτε λάφυρα κατέπεμψεν ὕστερον Ἀντίοχος.* Val. Max. 2. 10 Ext. 1: „Harmodii et Arist. qui Athenas tyrannide liberare conati sunt effigies aeneas Xerxes ea urbe devicta in regnum suum transtulit." Plin. 34. 70: „H. et A. tyrannicidas, quos a Xerxe Persarum rege captos, victa Perside Atheniensibus remisit Magnus Alexander". Arr. Anab. 3. 16. 7; 7. 19. 2.

5) Epit. 54. lin. 70 sq. Müller fragm. hist. Gr. 1 pag. 550.

sunt quo steterant veteres [1]); eas fabricaverunt Critius et Nesiotes statuarii [2]). Post 150 annos amplius veteres statuae Athenas redierunt. Alexander Magnus, cum a. 331, brevi post victoriam ad Arbelam reportatam, Susas pervenisset, statuis liberatorum quae ibi asservabantur cum multa alia praeda olim a Xerxe (i. e. a Persis, quo fit ut eo nomine etiam Mardonius includatur) in Graecia facta potitus, Atheniensibus eas reddi iussit [3]). Arrianus loco laudato, Alexandri adventu Susas commemorato, statim addit statuas esse Athenas missas; vocabulum quo utitur (*πέμπει*, non *πέμψαι λέγεται*) probare videtur, eum eo loco Ptolemaeo et Aristobulo auctoribus usum esse, a quibus res ad eum annum 331 esset adnotata. Sed idem alios auctores habuit, qui rem paullo diligentius persecuti eum docuerunt, statuas non ipso eo anno esse loco motas. Alexander videtur statim a. 331 praedicavisse quidem, se statuas et reliquam praedam redditurum esse Graecis, sed decretum ad illam rem pertinens a. 324 demum edidisse. Eo anno Alexandro, ex India nuper reverso et Babylonem redeunti, prope ab ea urbe obviam facti sunt legati multarum civitatum Graecarum [4]); tum multae statuae multaque donaria quae ex Graecia rapta et in compluribus urbibus regni sui, cum alibi tum Babylone Pasargadis Susae collocata, ibi in custodiam dederat Xerxes, legatis Graecis reddi iussit, ut ea domum secum ferrent; Arrianus addit, ita (*οὕτως*, i. e. ex edicto eius anni 324) etiam veteres liberatorum statuas, et cum illis etiam basin simulacri Dianae Calcaeae, Athenas retro pervenisse [5]). Vocabula quibus utitur (*οὕτω λέγεται ἀπενεχθῆναι*

---

1) Paus. 1. 8. 5 (adn. 3 p. 351).

2) Paus. 1. 8. 5. Lucian. Philopseud. 18.

3) Arr. Anab. 3. 16 7 sq.: *ἀφίκετο δὲ ἐς Σοῦσα Ἀλέξανδρος ἐκ Βαβυλῶνος ἐν ἡμέραις είκοσι, καὶ παρελθὼν εἰς τὴν πόλιν τά τε χρήματα παρέλαβεν ... πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα κατελήφθη αὐτοῦ, ὅσα Ξέρξης ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἄγων ἦλθε, τά τε ἄλλα καὶ Ἁρμοδίου καὶ Ἀρ. χαλκαῖ εἰκόνες. Καὶ ταύτας Ἀθηναίοις ὀπίσω πέμπει Ἀλέξανδρος, καὶ νῦν κεῖνται Ἀθήνησιν ἐν Κεραμεικῷ αἱ εἰκόνες, ᾗ ἄνιμεν ἐς πόλιν, καταντικρὺ μάλιστα τοῦ Μητρῴου, οὐ μάκραν τῶν Εὐδανέμων τοῦ βωμοῦ· ὅστις δὲ μεμύηται ταῖν θεαῖν ἐν Ἐλευσῖνι, οἶδε τὸν Εὐδανέμων βωμὸν ἐπὶ τοῦ δαπέδου ὄντα.* Plin. 34 70 (pag. 351 adn. 4).

4) Arr. Anab. 7. 19. 1: *παρελθόντι αὐτῷ ἐς Βαβυλῶνα πρεσβεῖαι παρὰ τῶν Ἑλλήνων ἐνέτυχον.*

5) Arr. Anab. 7. 19. 2: *ὅσους δὲ ἀνδριάντας ἢ ὅσα ἀγάλματα ... Ξέρξης ἀνεκόμισεν ἐς Βαβυλῶνα ἢ ἐς Πασαργάδας ἢ ἐς Σοῦσα ἢ ὅπῃ ἄλλῃ τῆς Ἀσίας, ταῦτα*

ὀπίσω ἐς Ἀθήνας κ.τ.λ.) ostendunt, auctores quos eius rei habuit non fuisse Ptolemaeum et Aristobulum. Auctores autem, quibus eo loco utitur, cum dixerint quidem Alexandrum eo anno 324 de statuis reddendis voluntatem suam cum legatis Graecorum communicavisse, sed non diserte dixerint, eius decretum tum ipsum ad effectum pervenisse, a vero aberravisse non est quo affirmare cogamur; quidquid id est, constat Athenienses ne tum quidem recuperavisse quod suum erat. Fortasse Alexander, qui noverat Atheniensium fidem crebro labare, qui a. 331 cum Susae esset, compertum iam habebat, ut verisimile est, eorum legatos quos paullo post auctumno anni 330 in Hyrcania comprehensos in vincula dedit [1]), tum ipsum apud regem Persarum esse, consulto distulit beneficium quod Atheniensibus promiserat, dum in eius fide eos perstare velle paullo clarius appareret; fieri etiam potest ut emissio statuarum aliis causis retardata sit. Supervenit Alexandri subita mors. In rerum perturbatione quae inde fere toto regno orta est, cum ipsi Athenienses bellum pararent, statuae, quarum aut emissionem aut transvectionem ab aliquo provinciae praeside Atheniensibus parum amico impeditam esse verisimile est, alicubi in Babylonia aut Syria aut Asia minore per aliquot annos iacuisse videntur. Valerius Maximus optimam traditionem nobis servavit, secundum quam qui statuas in pristinam sedem reportandas ad ultimum curavit, fuit Seleucus Nicanor [2]); qui cum ab a. 321 ad 316 primum in Babylonia rebus praeesset, eo tempore etiam huic rei consuluisse videtur, quamquam fieri etiam potest ut post a. 312 demum id egerit. Eundem Seleucum aliquam congeriem librorum manuscriptorum, quam ab Atheniensibus antea collectam Xerxes rapuerat, eo reportandam curavisse auctor est Gellius [3]). Pausa-

---

δοῦναι ἄγειν τοῖς πρέσβεσι· καὶ τὰς Ἁρμ. καὶ Ἀρ. εἰκόνας τὰς χαλκᾶς οὕτω λέγεται ἀπενεχθῆναι ὀπίσω ἐς Ἀθήνας, καὶ τῆς Ἀρτέμιδος τῆς Κελκαίας τὸ ἕδος.

1) Arr. Anab. 3. 24. 4.

2) Val. Max. 2. 10. Extr. 1: „Harmodii et Aristogitonis, qui Athenas tyrannide liberare conati sunt, effigies aeneas Xerxes ea urbe devicta in regnum suum transtulit, longo deinde interiecto tempore Seleucus in pristinam sedem reportandas curavit. Rhodii quoque eas urbi suae appulsas, cum in hospitium publice invitassent, sacris etiam pulvinaribus conlocaverunt."

3) Gell N. A. 7. 17: „omnem illam postea librorum (ab Ath. congestorum) copiam Xerxes, Athenarum potitus, urbe ipsa praeter arcem incensa, abstulit asportavitque

nias quidem, sicut eius verba vulgo leguntur, beneficium statuarum redditarum attribuit Antiocho [1]); sed apud eum pro vocabulo Ἀντίοχος legendum esse: Σέλευκος ὁ Ἀντιόχου, iamdudum probabili coniectura assecuti sunt vv. dd. [2]). Fides Valerii Maximi in hac re inprimis se commendat narratione quam addit de statuis liberatorum in insula Rhodo, cum naves domum eas reportantes eo appulsae essent, cum magnis et fere divinis honoribus hospitio publico exceptis et adoratis; ea res, quae quin vere tradita sit nullum dubium est, ante a. 323 accidisse non potest. Rhodus prima omnium urbium Graecarum a. 323, cum Alexandri mors nuntiata esset, contra Macedonas rebellaverat, praesidio eorum ex urbe eiecto; auctumno anni 321 classis Rhodiorum profligavit naves Attali fratris Perdiccae [3]); eis rebus optime congruit diligentia qua paullo postea Rhodii coluerunt auctores, qui credebantur, libertatis Atheniensis, ad ostentandum animum Atheniensibus amicum. Statuae veteres Athenas reductae ibi iuxta alteras in foro positae sunt [4]).

B. De imaginibus liberatorum nobis servatis. — Hodie in Museo Neapolitano asservantur duae statuae marmoreae, liberatorum imaginem referentes, de quibus diligenter egerunt cum alii tum Sauer et Petersen vv. cel. [5]). Quae cum antea aliquamdiu referri solerent ad imitationem operis veteris Antenorei vel imaginis inde derivatae, hodie a plerisque viris doctis earum rerum peritis, reversis ad opinionem antiquiorem quam iam Overbeck tenuit, recentioris operis potius imaginem referre existimantur [6]). Unus v. cl. Curtius semper recusavit ne cum statuis liberatorum quae in Orchestra fuerunt quidquam commune eis esse concederet, quippe qui persuasum sibi haberet, statuas

---

in Persas. Eos porro libros universos multis post tempestatibus Seleucus rex, qui Nicanor appellatus est, referendos Athenas curavit."

1) Paus. 1. 8. 5 (pag. 351 adn. 4).

2) Wachsmuth Stadt Athen. 2 (1890) pag. 394 adn. 4.

3) Arr. de Succ. Alex. § 39. Diod. 18. 8.

4) Paus. I. 8. 5; Arr. Anab. 3. 16. 8.

5) Sauer: Die Anfänge der statuarischen Gruppe, Leipzig 1887, pag. 43, et Mitteilungen des K. D. Arch. Inst. Rom. 1900. 15 pag. 219 sqq.; Petersen, Zu den Tyrannenmördern, ibid. 1901. 16. pag. 97—108. Koepp, Jahrb. f. cl. Phil. 1902. 5 p. 619 sq.

6) Judeich, Jahrb. f. cl. Phil. 1890. 141 pag. 749 sq ; Koepp, Jahrb. f. cl. Phil 1902. 5. p. 621; B. Gräf Mitth. des K. D. Arch. Inst. Rom 1900. 15. p. 1 sqq.

liberatorum fuisse simulacra in sacris publice veneranda [1]). Sunt etiam aliae aliquot imagines pingendo aut sculpendo expressae quae exstant in variis utensilibus antiquis, veluti in nummis tesserisque quibusdam, in vase fictili picto uno et altero, in sedili marmoreo figuris celatis ornato, quas liberatorum effigies esse et cum statuis illis Neapolitanis aliquid commune habere apparet [2]). In duobus vasibus etiam Hipparchus liberatorum imaginibus appictus adest. Statuas quae in Orchestra starent fuisse separatas neque in unum opus compositas, confirmant litterae; auctores antiqui de eis mentionem facientes non ab altero utro liberatore nomen sumunt quo unum opus nuncupent, sed semper separatim, solis nominibus plerumque, et utroque nomine quidem, tamquam Harmodium et Aristogitonem, statuas designant, quod idem fit in inscriptionibus; ubi ipsa nomina non adhibent, utique plurali numero utuntur: apud Arrianum et Philostratum „αἱ εἰκόνες", apud Valerium Maximum „effigies aeneas" legitur [3]). Etiam Antenoris statuas fuisse duas et separatas, effici potest ex eo quod in insula Rhodo de eis factum est; signa ex navibus in terram transportata sunt; ibi, in templo aliquo, ut videtur, duo lectisternia facta, utrique suum pulvinar stratum; quod Valerius dicit, signa in pulvinaribus collocata esse, fortasse ita intellegere velit quispiam, ut pone suum pulvinar utrumque positum fuerit, non recubans in pulvinari, sed stans, dum sacrificium peragitur; sed mihi multo verisimilius esse videtur, signa in suo pulvinari quodque resupina collocata fuisse, quod, si verum est, magno argumento sit necesse est quo demonstretur, signa Antenorea habitu forma et gestu toto coelo discrepuisse a signis Critii. — Utraque statua quam Critius fecit armata fuit gladio non valde longo. Altera bracchium dexterum sublatum tenet, ad gladium superne adversario impingendum parata. Eam esse Harmodii, plerique accipiunt, duas ob causas, primam quod in vase picto uno ei adscriptum est nomen Harmodii [4]), alteram, quod altera effigies, quae stricto gladio a

1) Hermes 15. 1880. pag. 147. Contra eum Petersen ibid. pag. 475.

2) Eas enumeraverunt Collignon Hist. de la Sculpture Grecque 1 p. 360 sq.; Patroni la Scultura greca arcaica e le statue dei tirannicidi pag. 2 adn. 2.

3) Arr. Anab. 3. 16. 8; Philostr. Vit. Soph. 1. 15. 4.

4) P. Orsi, qui ante novem annos id fragmentum a se in Sicilia repertum descripsit

media corporis parte praetento occursat — et in duobus vasibus illis, in quibus Hipparchus appictus est, ea est effigies quae iam percussit Hipparchum, dum altera etiam bracchium movet ad feriendum [1]) — cum in sedili marmoreo, tum in vase picto uno (quod in oppido Würzburg servatum est) barbata est, quo fit ut ea maioris natu, Aristogitonis, esse videatur. Willems v. cl. quidem [2]) contrariam sententiam deducere et confirmare posse sibi visus est ex versibus Aristophaneis his:

*ἀγοράσω τ' ἐν τοῖς ὅπλοις ἑξῆς 'Αριστογείτονι,*
*ὧδέ θ' ἑστήξω παρ' αὐτόν· αὐτὸ γάρ μοι γίγνεται*
*τῆς θεοῖς ἐχθρᾶς πατάξαι τῆςδε γραὸς τὴν γνάθον* [3]).

Manifestum est, ait, eum qui ad exemplum Aristogitonis armatum in forum se venisse fingat, et iuxta eum adstans manum tollat qua anui deis exosae alapam infligat, eo gestu Aristogitonem, non Harmodium, imitari. Mihi res contrario modo se habere videtur; eum qui iuxta Aristogitonem stet (*ὧδε ἑστήξω παρ' αὐτὸν*) non ipsius Aristogitonis imaginem referre debere existimo, sed socii eius Harmodii, is enim *παρ' αὐτὸν ἕστηκε*; itaque *ὧδε* significet necesse est, ut mihi videtur: Harmodii, non vero Aristogitonis, gestum imitatus. — Rami myrtei autem, cuius fronde gladios a liberatoribus involutos fuisse affirmat cantilena illa celeberrima: *ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω*, cuius etiam Aristophanes eodem loco (vs. 632) mentionem fecit, in simulacris nullum quidem est vestigium; sed difficultatem ea res non praebet, quia tam diu dumtaxat illis fuerat aliqua eius rami utilitas, quamdiu telum celandum eis erat; quod ubi in ipso impetu nudatum prae se ferre coeperunt, involucrum

---

(Atti della R. Acc. dei L. 1900 vol. VIII pag. 276): „l'azione sit del nostro Armodio è conforma a quella del gruppo neapolitano, al rilievo marmoreo di Atene, ad una lekythos viennese; ma il vaso che più si approssima al nostro ... è lo stamnos Feoli di Würzburg.

1) Petersen Mitt. l.l. pag. 103. Quomodo pictores vasum eam rem sibi informaverint. id nullius nobis pretii esse neque ad cognoscendam quomodo res revera acta fuerit, neque ad perspiciendum quomodo aut Antenor aut Critius eam peractum iri cogitaverint, manifestum esse mihi videtur. Uter Hipparchum percusserit, nescimus; sed cum Harmodius statim a satellitibus oppressus esse, Aristogiton effugisse dicatur, fortasse verisimile est, opinionem vulgatam Harmodio adscripsisse facinus.

2) Bulletin de l'Acad. Royale de Belgique, cl. des lettres, n° 12, décembre 1904.

3) Lysistr. 633

iam erat abiciendum. De genere festi autem, quod die caedis celebraretur, nihil ex myrti latione effici posse videtur, quia verisimile est, ut dixit Mommsen [1]), in multis festis myrtum gestantes in publicum prodiisse cives.

C. De Orchestra. — Locum in foro quo positae essent statuae binae primum, post a. fere 320 a. C. quattuor, Orchestram fuisse tradidit Timaeus [2]). Is eum locum dicit: *τόπον ἐπιφανῆ εἰς πανήγυριν*; quae vocabula, singula quidem per se minime obscura, sed tamen tam insolita compositione iuncta ut quid proprie eis significare voluerit auctor accuratissime indicari et pro certo demonstrari vix possit, fere eo pertinere videntur, ut locus ille dicatur fuisse apertus et ab una saltem parte leni acclivitati soli annexus, quo fieret ut populus, si die festo congregatus in illa acclivitate adstaret, facile conspicere posset quidquid in eo loco ageretur; locus apertus enim non est *ἐπιφανής*, nisi est paullo humilior quam alter locus in quo spectator esse putatur. Sed ut id incertum sit, hoc utique prorsus constat, auctorem cum illud *εἰς πανήγυριν* scriberet, non cogitasse de certo quodam festo, in ipso eo loco certis diebus celebrando, ut voluit Deneken [3]); id vocabulum non singillatim de uno festo, sed universe dictum est, et aeque valet, si forte nullum festum umquam in eo celebratum est. — Orchestram fuisse locum in media declivitate Septentrionali Areopagi montis situm, in quo hodie est sanctuarium S. Athanasii, antea coniectura assecutus est Köhler v. cl., et is suam opinionem multis probavit [4]). Hodie plerique assentiuntur viro cl. Judeich, in infima declivitate Orientali illius collis Orchestram ponenti, qui lateri Occidentali fori adiacebat, qui fuit Colonus Agoraeus [5]). Si quis a Ceramico exteriore urbem intrans, deinde descendens per viam latam quae dromus dicebatur, et, forum a parte Occidentali Septentrionali ingressus, inde in latere Occidentali fori

---

1) A. Mommsen Feste der Stadt Athen 1898. pag. 144 adn. 2 et pag. 256 n. 5.

2) Timaeus *Λέξεις Πλατωνικαὶ* pag. 196 (Ruhnk.) s. v. *ὀρχήστρα· τὸ τοῦ θεάτρου μέσον χωρίον· καὶ τόπος ἐπιφανὴς εἰς πανήγυριν, ἔνθα Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνες.*

3) ap. Roscher Lexicon Mythol. s. v. Heros, col. 2524.

4) Hermes 6. 1871 pag. 95 sq.

5) Judeich Topogr. von Athen, München 1905, pag. 304.

in Meridiem versus procedebat, ut Pausanias urbem perambulantem se facere fingit in urbis descriptione, praeteribat in foro primum magnam Porticum illam, cui Regiae nomen erat, deinde aedificium cuius reliquiae adhuc exstant, Porticum Iovis Liberatoris ut videtur, quae anno 479 aedificata est ad celebrandam incursionem Persarum repressam, et paullo postea templum quoddam cuius etiam pauca supersunt, quod templum Apollinis Patroi fuisse videtur; inde perveniebat ad angulum Occidentalem Meridionalem fori, angulum valde obtusum, in quo erat Orchestra; ea paullo altior erat quam fori partes ante se iacentes, paullo humilior quam clivus quem pone se habebat. In eo angulo fori, inter Orchestram a dextera parte et Metroum sive Tabularium Publicum a sinistra, aperiebant se duae magnae viae, quarum altera magno inflexu Areopagum amplexa, pone eum pergens, ad ultimum assequebatur ascensum in Acropolim, altera, brevior, celerius insurgens in Areopagi latere Septentrionali, in Meridiem Orientalem directa, in Acropolim ascendebat; ad eam viam, qua forum a Meridionali parte terminabatur, erant a laeva manu Aedes Magnae Matris Deorum sive Tabularium, et Curia, et eponymorum statuae. Pauca indicavi, quibus opus esse mihi videbatur ad definiendum locum Orchestrae, quam e regione Tabularii fuisse tradit Arrianus, et proxime abfuisse ab initio viae qua in Acropolim adscendebatur [1]); sed locorum situs melius conspicitur in forma fori quam adumbravit Judeich [2]). — Orchestram Pisistratidae destinaverunt saltationibus chororum quae Dionysiis Magnis celebrarentur, quo tempore theatrum nondum erat [3]); et manifestum est, eam causam esse cur Orchestra is locus fuerit nominatus. Paullo post a. 500, quo anno accidit ut die festo inter ludos palis et adminiculis ruinam dantibus spectacula corruerent [4]), novus locus ad saltandum et spectandum opportune situs repertus est in

1) Arr. Anab. 3. 16. 8, supra pag. 352 adn. 3.

2) Judeich l.l. pag. 306.

3) Photius s. v. *ὀρχήστρα: πρῶτον ἐκλήθη ἐν τῇ ἀγορᾷ· εἶτα καὶ τοῦ θεάτρου τὸ κάτω ἡμικύκλιον· οὗ καὶ οἱ χοροὶ ᾖδον καὶ ὠρχοῦντο.*

4) Photius s. v. *ἴκρια: ἴκρια τὰ ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἀφ' ὧν ἐθεῶντο τοὺς Διονυσιακοὺς ἀγῶνας πρὶν ἢ κατασκευασθῆναι τὸ ἐν Διονύσου θέατρον.* Wachsmuth Stadt Athen I pag. 511.

clivo Meridionali Acropolis, in area Dionysi Eleutherii [1]), in quo postea theatrum lapideum Dionyso sacrum aedificatum est [2]). — Aristophanes in Eccl. 681 Praxagoram suam hoc agitantem fecit, ut populo adstante in Orchestra *παρ' Ἁρμοδίῳ* ipsa in foro sortibus in sitellam coniectis loca singulis civibus assignaret ubi non munere iudiciali fungeretur quisque, sed cibum diarium acciperet. — Orchestrae mentionem facit apud Platonem Socrates, tamquam loci ubi tabernae vel mensae bibliopolarum sint et libri veneant, *οὗ τὰ βίβλια ὤνια* [3]); etiam alias tabernas in eo loco fuisse, verisimile est. Statuae liberatorum diu solae fuerunt quae in foro essent; viris de patria optime meritis per quintum saeculum nondum eum honorem tribuebant Athenienses [4]). Statuae aheneae in foro post liberatores primum datae sunt Cononi et Euagorae [5]); quae quo loco steterint ostendit Isocrates [6]). Ab eo tempore paullo crebriores factae sunt; sed etiam per tres partes saeculi quarti a. C. vix aliis quam claris ducibus is honor datus est; ut testatur Lycurgus, qui a. 330 (Leocr. 51): *εὑρήσετε* ait, *παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἀθλητὰς ἀνακειμένους, παρ' ὑμῖν δὲ στρατηγοὺς ἀγαθοὺς καὶ τοὺς τὸν τύραννον ἀποκτείναντας*; quod liberatores nominatim excipit, probat eum ad verbum accipi voluisse dictum suum. Erant eo tempore in foro statuae aheneae Chabriae, et Timothei filii Cononis [7]); Demosthene vivo etiam et ipso rogante statuae decretae sunt Diphilo Atheniensi et regulis quibusdam Bosporanis [8]); Solon statuam accepit brevi ante quam oratio in Aristogitonem secunda edita est [9]). Pindari statua sedens nondum posita erat

1) Judeich Topogr. pag. 65 et 276.

2) Judeich Jahrb. f. cl. Phil. 141. 1890 pag. 745 sq.

3) Plato Apol. Socr. p. 26 D; Pollux 9. 47.

4) Demosth. 23 (Aristocr.) 196: *ἐκεῖνοι Θεμιστοκλέα τὸν τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν νικήσαντα καὶ Μιλτιάδην τὸν ἡγούμενον Μαραθῶνι καὶ πολλοὺς ἄλλους ... οὐ χαλκοῦς ἵστασαν κ.τ.λ.*

5) Demost. 20 (Leptin.) 70. supr. p. 351 adn. 1.

6) Isocr. 9 (Euag.) 57: *ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς μὲν αὐτοὺς ἐτιμήσαμεν ταῖς μεγίσταις τιμαῖς, καὶ τὰς εἰκόνας αὐτῶν ἐστήσαμεν οὗπερ τὸ τοῦ Διὸς ἄγαλμα τοῦ Σωτῆρος, πλησίον ἐκείνου τε καὶ σφῶν αὐτῶν, ἀμφοτέρων ὑπόμνημα καὶ τοῦ μεγέθους τῆς εὐεργεσίας καὶ τῆς φιλίας τῆς πρὸς ἀλλήλους.* Paus. 1. 3. 2.

7) Nepos Chabrias 1. 3; Timoth. 2. 3; Paus. 1. 3. 2.

8) Dinarchus 1 (Demosth.) 43.

9) (Demosth.) 26 (Aristog. II) 23.

in foro quo tempore Isocrates scripsit quae apud eum leguntur in oratione 15 [1]); eam statuam fuisse in vicinia Aedis Martis, et ante Porticum Regiam, epistola Aeschinea docet [2]); Pausanias eam non longe, *οὐ πόρρω*, a statuis liberatorum abfuisse tradit [3]). Ingens incrementum quod mox cepit numerus statuarum in foro, de quo diligenter egit Wachsmuth (Stadt Athen) h. l. non ulterius persequar. — Sed in ipsa Orchestra multo diutius etiam soli manserunt liberatores. — A. 307 primum tamquam insignem honorem hoc tribuerunt Athenienses regibus Antigono et Demetrio, Liberatorum (*σωτήρων*) cognomine simul honoratis, ut eorum statuae aheneae inauratae in curru stantes (*χρυσαῖ εἰκόνες ἐφ' ἅρματος*) collocarentur *πλησίον Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος* [4]). Eodem anno forte accidit ut Lycurgo statua ahenea decerneretur; populiscitum autem quo is honor ei decretus est, nobis servatum est in Moralibus quae sub Plutarchi nomine feruntur; in eo haec leguntur: *στῆσαι αὐτοῦ τὸν δῆμον χαλκῆν εἰκόνα ἐν ἀγορᾷ, πλὴν εἴ που ὁ νόμος ἀπαγορεύει μὴ ἱστάναι* [5]). Alia populiscita in inscriptionibus servata supersunt, quae de Orchestra excipienda similia continent, velut: *εἰκόνα στῆσαι αὐτοῦ ἐν ἀγορᾷ, πλὴν παρ' Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα* [6]); et in populiscito post a. 307 facto hoc legitur: *πλὴν παρ' Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα καὶ τοὺς σωτῆρας* [7]). Quaerentibus nobis, quid sibi velit ea exceptio, facile apparet, populum, statuam publicam decernentem alicui, cum decretum suum perficiendum relinqueret aliis potestatibus, nempe magistratibus quibusdam et senatui quingentorum, per eam simul hos magistratus admonuisse ut loco illo nominatim indicato abstinerent; quod probat, ceteroquin eis potes-

1) Isocr. 15 (de permut.) 166.

2) Aeschin. Epist. 4. 3.

3) Paus. 1. 8. 5.

4) Diod. 20. 46. 2: *οἱ δ' Ἀθηναῖοι, γράψαντος ψήφισμα Στρατοκλέους, ἐψηφίσαντο χρυσᾶς μὲν εἰκόνας ἐφ' ἅρματος στῆσαι τοῦ τ' Ἀντιγόνου καὶ Δημητρίου πλησίον Ἁρμ. καὶ Ἀρ., στεφανῶσαι δὲ ἀμφοτέρους ἀπὸ ταλάντων διακοσίων, καὶ βωμὸν ἱδρυσαμένους προςαγορεῦσαι Σωτήρων ... καὶ συντελεῖν αὐτοῖς κατ' ἐνιαυτὸν ἀγῶνας καὶ πομπὴν καὶ θυσίαν κ.τ.λ.*

5) (Plut.) Mor. pag. 852 E Pseph. III. 8, cfr. pag. 843 B Vit. Lyc. 31.

6) C. I. A. 2. 410 lin. 10 sqq.

7) C. I. A. 2. 300 lin. 38 sqq.

tatibus liberam fuisse electionem loci. Non minus clarum est, tali exceptione opus esse tum inprimis etiam videri potuisse, cum populus alicui permitteret, ut statuam privatam in foro poneret, quamquam forte accidit ut exempla populiscitorum eo pertinentium nulla adsint quae eam clausulam habeant [1]). Ab altera parte non magis mirum est, saepissime ea clausula iam supersederi posse visum esse populo — nam sunt permulta exempla populiscitorum quae ea carent —, cum quid in ea re observandum esset, iam satis omnibus notum esse existimari posset. Sed non tam facile perspicitur, quid tenendum sit de lege illa, de qua mentio fit in populiscito de honoribus Lycurgi a. 307 facto (pag. 360 n. 5). Hoc certe affirmare posse mihi videor, prorsus fieri non posse ut sermo hic sit de antiqua lege aliqua, facta eo tempore quo primum statuae liberatoribus ibi ponerentur vel nuper positae essent, et eo consilio facta ut quam maxime singulari honore illi afficerentur, utque locus quo eorum statuae starent aliqua solitudine insignis fieret. Fieri non potest inquam ut res ita se habeat, primum quod eo tempore omnino nemo cogitavit de statuis cuiquam decernendis in foro, neque potuit ob eam causam cuiquam in mentem venire unam particulam fori lege ad id ipsum facta a statuis liberam servare velle; deinde, quod, quandoquidem populus potestatem statuarum decernendarum semper sibi reservavit, non magis locus erat legi generali qua circumscriberetur ea potestas — qua per centum annos ne usurus quidem erat populus — quam legi qua senatui et magistratibus praescriberetur quomodo eis non liceret usurpare potestatem locorum eligendorum — cuius usurpandae per centum annos ne occasio quidem eis futura erat. De Orchestra libera servanda, tum primum cogitatum sit necesse est, cum Cononi et Euagorae statuae decernerentur in foro; neque tum lege id actum esse potest, sed exceptione eiusmodi tantum opus tum fuit, qualem in aliquot populiscitis exstare vidimus. Quod mihi maxime verisimile esse videtur, hoc est, de ea re legem omnino numquam fuisse, et verba illa in populiscitum de Ly-

1) Cfr. Wachsmuth Stadt Athen 2 (1890) pag. 404 adu. 4: *ἐξεῖναι δὲ αὐτῷ καὶ εἰκόνα στῆσαι ἑαυτοῦ χαλκῆν ἐφ' ἵππου ἐν ἀγορᾷ.*

curgi honoribus illata esse ab auctore vitae Lycurgi, qui rei in brevius contrahendae cupidus esset; fieri ita potest ut *ὁ νόμος* in ea populisciti transscriptione nihil aliud sit quam mos publicus, consuetudo superioribus populiscitis constituta; huic rei bene convenit, quod illam clausulam de Orchestra excipienda etiam post a. 307 in populiscita quaedam (pag. 360 adn. 7) receptam esse constat. Verum si cui ea coniectura nimis violenta videtur, nihil aliud superest quam ut credamus honores Antigono et Demetrio a. 307 populiscito Stratoclis decretos tum ipsum etiam lege esse confirmatos, et in ea lege tum ad augendum honorem diserte interdictum esse, ne abhinc ulla statua in Orchestra cuiquam decerneretur; nam quod a. 487 nullo modo decerni potuit, id sane potuit decerni a. 307. Sed ita tamen mirum manet, eam legem tam celeriter esse oblivione oppressam, ut postea rursus interdum illa exceptione opus esse visum sit cum statuae ponerentur. — Denique a. 44 cum Brutus et Cassius ad bellum civile excitandum ab Italia profecti Athenis paulisper degerent, eis quoque tamquam liberatoribus imperii Romani statuas in Orchestra iuxta Harmodium et Aristogitonem ponendas decreverunt Athenienses [1]).

D. Aram ante statuas non fuisse. — Novimus, a polemarcho publice quotannis parentatum esse liberatoribus [2]). Vocabulum, quo eam parentationem quae liberatoribus fieret, nominaverunt auctores, est *ἐναγίζειν*. Aristoteles in Ath. Rep. eum morem tetigit; is autem a. 322 mortuus est, antequam antiquae statuae, Antenoris opus, Athenas reductae sunt; itaque apparet, parentationem iam ante statuas reductas inter solemnia sacra locum suum habuisse; certe multo antiquior fuit, ut infra videbimus. Sed Deneken v. cl., cum nisi fallor Ath. Remp. nondum vidisset, conicere potuit, parentationem liberatoribus tum demum decretam esse, cum statuae reductae essent; ea coniectura tolli-

1) Dio 47. 20. 4: *καὶ αὐτοὺς* (Bρ. *καὶ* K.) *οἱ Ἀθηναῖοι λαμπρῶς ὑπεδέξαντο· ἐτιμῶντο μὲν γὰρ καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων σχεδόν τι πάντων ἐφ' οἷς ἐποίησαν, ἐκεῖνοι δὲ καὶ εἰκόνας σφισὶ χαλκᾶς παρά τε τὴν τοῦ Ἁρμ. καὶ παρὰ τὴν τοῦ Ἀρ., ὡς καὶ ζηλωταῖς αὐτῶν γενομένοις, ἐψηφίσαντο.*

2) Aristot. AP. 58. 1; Pollux 8. 91: *ὁ δὲ πολέμαρχος θύει μὲν Ἀρτέμιδι ἀγροτέρᾳ, καὶ τῷ Ἐνυαλίῳ· διατίθησι δὲ τὸν ἐπιτάφιον ἀγῶνα τῶν ἐν πολέμῳ ἀποθανόντων· καὶ τοῖς περὶ Ἁρμ. ἐναγίζει.*

tur verbis Aristotelis [1]). Parentationem in Orchestra, ad statuas, factam esse, post alios a viro cl. Köhler, dubitanter quidem, sed tamen ita ut fieri id potuisse sibi videri diceret, affirmatum est [2]). Infelix sane ea fuit coniectura; et primum quidem hanc ob causam quod manifesto falsa est. Quis nescit, τὸ ἐναγίζειν factum non esse neque fieri potuisse nisi eo loco, quo numen illud cui parentaretur, sub terra habitare existimaretur? Deis inferis, ubique sub terra habitantibus, uno loco opus non erat quo colerentur, quippe qui aut quolibet loco, aut multis locis diversis saltem attingi possent sacrificiis. Sed heroi alicui, si quo loco antiquitus ei parentari moris erat, sepulcrum quoque eodem loco non esse non posse Graecis prorsus persuasum erat; hominibus mortuis autem, si cognitus esset locus quo cineres et ossa eorum condita essent, ad id sepulcrum solum parentari posse aeque apud eos constabat; si locus esset ignotus, ad locum aliquem qui ut pro sepulcro eis esset inter omnes convenisset (κενοτάφιον) id fieri posse putabant. Iamvero de significatione eius caerimoniae, quae dicebatur ἐναγίζειν, de vi sanguinis in terram demissi, quo mortui delectarentur, de ratione arae et foraminis in ea facti quo sanguis ad ossa demitti posset, de tot aliis rebus eo pertinentibus h. l. diligenter agere nihil attinet; hoc solum dicam, ea omnia eo pertinere, ut unicuique certum esse debeat, liberatoribus, quippe qui sepulcrum suum in Ceramico exteriore habuerint, non posse in Orchestra parentatum esse. Sed etiam eatenus infelicissima fuit coniectura illa, quod multi per eam in varios errores inducti sunt. Primum Curtius v. cl. eam arripuit, et rem plane certam esse declarare non dubitavit; mox alii eam acceperunt. Cum ea opinione autem coniuncta erat altera opinio, in Orchestra ante statuas liberatorum aram (an aras?) fuisse eis consecratam; ea opinio quae ex alio libro in alium transiit, hodie late obtinet [3]). Denique tertia opinio ei adiuncta est, qua supersederi non posse videbatur si aliae duae acceptae erant, liberatores esse divino cultu honoratos

---

1) Apud Roscher lexic. myth. s. v. Heros.

2) Hermes. 6. 1871 p. 94 adn. 1.

3) Wachsmuth Stadt Athen 1 pag. 398 adn. 1, pag. 433 adn. 4; Judeich Topogr. p. 307.

et fuisse vel factos esse heroas. V. cl. Curtius statuit, liberatores statim factos esse daemones salutares et morbos depellentes, locum quo colerentur, Orchestram, fuisse locum sacrum [1]; argumentum pro ea opinione prorsus falsa ne forte quis peteret ex ea lege, quae Orchestram ab aliorum statuis liberam servari iuberet, supra cavi pag. 361, cum probarem eiusmodi legem non fuisse saeculis quinto et quarto. Sed recte intellexit v. cl., si id verum esset, fieri non posse quin statuae liberatorum non fuerint signa liberi et profani artificii, sed simulacra sacra ad venerandum facta; ob eam causam suo iure affirmavit, fieri non posse ut ad eorum effigies quidquam pertinerent illa signa de quibus supra (pag. 354 sq.) mentionem feci, quorum gestus a tali usu prorsus alienus esset. Quo magis hodie constat, signa illa liberatorum esse et ab antiquis pro eorum imaginibus habita esse, eo magis certum est, virum cl. in errorem incidisse cum illud verum esse affirmaret. Sed mirum sane est, viros doctos cum de statuis rectius illo iudicent, nihilominus eius falsam opinionem retinere de aris in Orchestra stantibus, neque videre hanc cum illa cadere. V. cl. Deneken denique egregie perspexit, errare eos qui putent veneratione heroica ab initio liberatores fuisse cultos. Non repetam h. l., quae vere monuit de veneratione heroum, de hominibus mortuis in heroum numerum receptis; eam receptionem hominum mortuorum inter heroas etiam per maiorem saeculi quarti partem ab Atheniensibus alienam fuisse, quinto saeculo ineunte omnino factam esse non posse recte demonstravit. Quibus argumentis fretus, primum liberatoribus in Orchestra sacrificia sanguinea oblata fuisse, suo iure negavit; deinde perspexit, sequi debere ut negemus, aram eis fuisse in Orchestra. Sed idem in duos errores incidit. Primum enim de sacrificio quod a polemarcho eis factum esse traditum est, non recte iudicavit, quod ad heroicos honores non posse non pertinere iniuria arbitratur; itaque sub finem quarti saeculi demum id institutum esse affirmavit, et, ut modo dixi, eius initium repetivit a reductione statuarum Athenas, quam coniecturam Aristoteles refellit. Deinde non ausus negare, caerimoniam aliquam in eorum honorem in Orchestra factam esse, et de ea re

1) Hermes 15. 1881 pag. 147 sqq.

aliquid novi coniciendum esse existimans, aliquid comperisse sibi videtur, quod omni fundamento caret: Timaeus cum dicat, Orchestram fuisse τόπον ἐπιφανῆ εἰς πανήγυριν, v. d. affirmat, eam πανήγυριν „de qua Timaeus mentionem faciat" aliam esse non posse nisi festam aliquam populi contionem quae in Orchestra quotannis habita sit in honorem liberatorum, quamquam quid in ea factum esse putandum sit non ulterius quaerit; ea contione peracta autem polemarchum pompam ducentem ab eo loco cives in Ceramicum exteriorem abduxisse conicit [1]). De loco Timaei et de falsa eius loci interpretatione quam temptavit v. d., iam supra locutus sum (pag. 357); satis est dixisse, eam caerimoniam in Orchestra celebratam plane esse commenticiam. — Quod solum ut quaeramus superest, num per se verisimile sit aras liberatoribus fuisse in Orchestra, id nemo opinor affirmaturus est. Fuerunt in foro signa cum aris; sed ea fuerunt simulacra deorum, cultui et adorationi destinata, sive ἀγάλματα. Sic aram suam habuit Mercurius Forensis, sibi consecratam archonte Cebride, ut ostendit Wilamowitz [2]); quam postea suis sumptibus reficiendam curavit Callistratus orator [3]); aram quin habuerit Iupiter Liberator (servator) ante simulacrum a. 479 in foro sibi dedicatum, quod ab Isocrate ἄγαλμα dicitur [4]), dubium nullum est [5]); idem cadit in reliqua simulacra deorum, ἀγάλματα θεῶν, quorum haud pauca in foro fuerunt, ut Amphiaraus et Pax quae memorat Pausanias [6]). Eponymi heroes an aras ante imagines suas in foro non habuerint, quamquam eos habuisse verisimile esse visum est viro cl. Wachsmuth [7]), ego dubito quidem; eas imagines εἰκόνας dicit Pausanias, oppositis τοῖς ἀγάλμασι

---

1) l.l. col. 2524: „die hier erwähnte Panegyris kann nicht wohl anderen als den Tyrannenmördern gegolten haben. ... Sie wird wohl eben jener vom Polemarchus geführte Festzug gewesen sein und es ist zu vermuthen, dass letzterer entweder von der Orchestra seinen Ausgang nahm, oder doch auf seinem Wege nach dem äusseren Kerameikos dort verweilte."

2) Wilamowitz Kydathen pag. 207 adn. 1; Hermes 21. 1886. pag. 600 adn. 2.

3) (Plut.) Mor. pag. 844 b.

4) Isocr. 9 (Euag.) 57; supr. pag. 359 adn. 7.

5) Cfr. Mommsen Feste pag. 529—532, pag. 524 adn. 3.

6) Paus. 1. 8. 2; 9. 16. 2; Isocr. 15 (perm.) 100 sq.

7) Wachsmuth Stadt Athen, postquam dixit 1 pag. 509 adn. 2 id sibi verisimile non videri, idem 2 pag. 432 dicit videri. Cfr. Köhler Hermes 5. 1870. pag. 340.

Amphiarai et Pacis [1]); satis constat eorum sepulcra non in foro fuisse; cultus in foro eis oblati nullum vestigium adest; habuerunt non solum suum sacerdotem, sed etiam sua sacella [2]); sed tamen eorum quoque causa plane alia est quam liberatorum. Fuerunt in foro etiam arae sine simulacro, ut ara duodecim deorum, ara τῶν εὐδανέμων, ara Magnae Matris Deorum [3]), aliae fortasse. Sed quis umquam audivit, homines quibus aut vivis aut mortuis statuae in foro collocatae sunt, aram simul accepisse? Nam quod unum exemplum eius rei afferri solet, regulorum Antigoni et Demetri, nullum est; quamquam id, etiamsi esset, tamen nihil probaret, nam quod a. 307 fieri potuit Athenis, tamen ab a. 487 prorsus alienum esse potest. Sed quamquam constat, eis regulis aras esse consecratas, tamen nusquam traditur, eas aras fuisse ante eorum imagines in Orchestra, et narratiuncula quam Plutarchus tradit de eis aris, satis probat, eas in Orchestra non fuisse [4]).. Revera, nonne id nimis ridiculum est, regibus illis sacrificatum esse ante eorum signa curulia, quae omni vi quadrigarum ab eo loco abripi videri deberent spectatoribus, neque quidquam curare cives sacris suis operantes? Non minus ridiculum id est, quam cogitare liberatorum simulacra strictis gladiis impetum facientia in suas aras et in magistratum sacrificantem. Sed res disceptatur verbis Demosthenis, qui dixit Athenienses signa decrevisse Cononi et Euagorae — quos certe nemo aras habuisse affirmaturus est — eodem modo quo Harmodio et Aristogitoni [5]); ad quae accedunt verba Isocratis, signa Cononis et Euagorae tamquam εἰκόνας diserte opponentis signo Iovis Liberatoris tamquam ἀγάλματι [6]).

E. De tempore quo statuae liberatoribus decretae sint. — Constat, neque ante annum 510 neque post annum 480 hoc actum esse posse, ut statuae liberatoribus primum decernerentur. Unum auctorem habemus, eam rem actam esse

1) Paus. 1. 8. 2.

2) Cfr. Wachsmuth Stadt Athen 2 pag. 244, 245 adn. 1, 246 adn. 2.

3) Aeschin. 1 (Timarch.) 60. Aram Apollinis commemorat (Plut.) Mor. pag. 844 A, vit. Lyc. 41.

4) Plut. Demetr. 12. 3.

5) Demosth. 20 (Leptin.) 70, supr. p. 351 adn. 1.

6) Isocr. 9 (Euag.) 57, supr. pag. 359 adn. 7.

ipso anno 510: Plinius id affirmat [1]). Sed manifestum est, eius opinionem auctoritatem non habere, neque aliud quidquam eum novisse et dicere voluisse praeter hoc, Athenas tyrannis eodem anno liberatas esse, quo Roma reges expulsos; quod praeterea ponit, tum statim eas statuas decretas esse, quod eo magis ponere sibi licere existimavit, quia tyrannicidarum cognomen argumento esse ei videbatur, Athenas ab ipsis esse tyrannide liberatas, id nihil aliud valet quam hoc, eas tum primum decerni potuisse. Nobis ubi reputamus, post tyrannos expulsos nondum statim amicos tyrannorum potentia fuisse privatos, Hipparchum Charmi filium etiam fere a. 495 archontem fuisse, libertatis popularis studium paullo postea demum excrevisse et vires suas novas hoc exemplo ostendisse ut qui amici tyrannorum fuerant testarum iudicio singuli notarentur — id enim factum est annis 488 ad 485 — et archontatus subiceretur sortitioni — nempe a. 487/6 —, verisimile facile videri potest, ad id tempus etiam pertinere decretum de quo agimus. Iam alii huiusmodi rationibus adducti probabili coniectura assecuti sunt, de honoribus liberatorum etiam eo tempore, et anno fere quidem 487/6, primum esse ad populum latum et scivisse populum [2]). Sed tum si de statuis populiscitum factum esse affirmamus, simul de ossibus et cineribus liberatorum in publicum sepulcrum recipiendis et de monumento publicis sumptibus exstruendo decretum esse statuamus necesse est. Eo tempore, quo de honoribus in liberatores conferendis primum cogitatum est, fieri non potest quin primum cogitatum sit de sepulcro; is honor cum aliquanto magis ad personas pertineat quam honos statuae, non dubito quin etiam aliquanto magis maturandus esse et ut ita dicam magis necessarius esse videri debuerit populo. Sed cum prius de sepulcro eis faciendo quam de statuis eorum ponendis decretum esse conici non posse appareat ob ipsam eam causam quae nos prohibet populiscitum de statuis referre ad tempus quod ante a. 487 fuit, nihil aliud superesse patet quam ut utrumque uno eodemque tempore factum esse

1) Plin. N. H. 34. 17: „Athenienses nescio an primis omnium H. et A. tyrannicidis publice posuerint statuas. Hoc actum est eodem anno quo et Romae reges pulsi".

2) Corssen Berlin. Phil. Wochenschrift 1903, pag. 350.

existimemus; quod si verum est, etiam eodem populiscito utramque rem actam esse facile conicere possumus. Causa quae excitavit duplex populiscitum, fuit gaudium quod eo tempore percipiebat populus ex incrementis quae cepisse nuper apparuerat libertatem popularem, ex metu tyrannidis funditus nuper sublato. — Sed est tertium etiam populiscitum, quod et rationibus et tempore cum illis coniunctum fuisse affirmare non dubito; populiscitum dico quod factum est de Pisistrati eiusque posterorum memoria damnanda, quo eorum nomina in columna illa inscribi iussit populus, quam *τὴν στήλην περὶ τῆς τῶν τυράννων ἀδικίας τὴν ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει σταθεῖσαν* dixit Thucydides [1]). Tempus quo id popiliscitum factum sit, aliud esse non posse credo quam ipsum illud, quo brevi post victoriam Marathoniam tam laetus erupit ardor libertatis popularis. Inter annos 510 et 488, cum nobiles etiam valde potentes essent, neque deessent inter eos — ne inter Alcmaeonidas quidem, si Aristoteli fides est, qui inter amicos tyrannorum nominat Megaclem fratris filium Clisthenis [2]) — qui primum ab ipso Hippia, deinde ab alio illo Pisistrati cognato, Hipparcho Charmi filio Collyteo, renovationem tyrannidis satis aperte se sperare ostenderent, de decreto in populo perferendo quo damnaretur memoria Pisistratidarum ne cogitari quidem potuisse existimo. Dubium esse vix posse mihi videtur, quin tria populiscita, de Pisistratidarum malitia publice notanda, de Hipparchi Pisistrati filii interfectoribus sepulcro publico condendis, de statuis eorum in foro erigendis ad sempiternae memoriae eos tradendos, fuerint eiusdem temporis, eiusdem anni, eiusdem diei ut ita dicam. Si inter 510 et 490 tempus fuisset quo primum illud potuisset perferri, eo tempore etiam duo alia perferri potuisse satis certum est; qui de his duobus id fieri potuisse mecum negant, eos item de primo negare oportet [3]). Sed mihi tempus quo decretum de Pisistratidis

1) Thuc 6. 55. 1.

2) Arist. A. P. 22. 6.

3) Supr. pag. 367 adn. 2. Etiam Wilamowitz Arist. und Ath. 1 pag. 114 eatenus certe mecum facit, quod negat populiscitum de Pisistratidis ante a. 487 fieri potuisse; sed is etiam ulterius descendit et post a. 479 demum id factum esse suspicatur. Busolt contra Gr. Gesch. 2 (1895) pag. 391 iam ipso anno 510 id fieri potuisse et factum esse contendit.

factum sit, certum esse videtur; licet nobis, opinor, ab eius tempore repetere tempus illorum, haud minus quam ab illorum huius. De eo populiscito autem et de columna illa h. l. pauca animadvertere necessarium mihi est.

**Excursus** I: de columna Pisistratidarum. — Ac primum quidem virum cl. Wilamowitz egregie vidisse opinor [1]), columnam de qua loquitur Thucydides eandem esse quam memoravit Lycurgus [2]), qua is cives quosdam sceleratos et patriae proditores, *ἀλιτηρίους καὶ προδότας*, inscriptione notatos esse dicit. Eorum fuisse addit (et primo quidem loco nominatum ut ille perhibet) Hipparchum Charmi filium. In eadem columna etiam fuisse nomina Isagorae eiusque sociorum, a. 506 condemnatorum, cum viro cl. Wilamowitz credo; et fuerunt fortasse aliorum; sed reliqui qui nominantur a viris doctis, quorum nomina Athenienses postea ignominiae causa in columnis inscribi iussisse novimus (quos *στηλίτας ἐποίησαν* vel *ἀνέγραψαν*), ut Arthmius Zelites, Diagoras Melius, Alcibiades alii, an suas separatas columnas habuerint neque recepti fuerint in columnam de qua agimus dubito, cuius rei mox rationem reddam. Quod tradit Lycurgus, columnam fuisse aeneam, fabricatam ex aere quod suppeditaverat statua Hipparchi Charmi filii, quae fuerat in Acropoli et tum erat conflata cum is absens esset condemnatus (quod factum est a. 478 fere), id si verum est eo referri potest, columnam antiquiorem de Isagorae eiusque sociorum et de Pisistratidarum culpa, tempore belli Persici eversam, tum ipsum (a. 478) fuisse renovandam; ita etiam factum esse potest, si id ita se habuisse vere tradidit Lycurgus (quod ego credere nolim), ut Hipparchi nomen in scriptione renovata primum locum obtineret. Columna fuit, ut ait Thucydides, *περὶ τῆς τῶν*

---

1) Arist. u. Ath. 1 pag. 114.

2) Lycurg. Leocr. § 117: *Ἵππαρχον γὰρ τὸν Χάρμου οὐχ ὑπομείναντα τὴν περὶ τῆς προδοσίας ἐν τῷ δήμῳ κρίσιν, ἀλλ' ἔρημον τὸν ἀγῶνα ἐάσαντα, θανάτῳ τοῦτον ζημιώσαντες, ἐπειδὴ τῆς ἀδικίας οὐκ ἔλαβον τὸ σῶμα ὅμηρον, τὴν εἰκόνα αὐτοῦ ἐξ ἀκροπόλεως καθελόντες καὶ συγχωνεύσαντες καὶ ποιήσαντες στήλην, ἐψηφίσαντο εἰς ταύτην ἀναγράφειν τοὺς ἀλιτηρίους καὶ τοὺς προδότας, καὶ αὐτὸς ὁ Ἵππαρχος ἐν ταύτῃ τῇ στήλῃ ἀναγέγραπται καὶ οἱ ἄλλοι δὲ προδόται. Καί μοι λάβε πρῶτον μὲν τὸ ψήφισμα καθ' ὃ ἡ εἰκὼν τοῦ Ἱππάρχου τοῦ προδότου ἐξ ἀκροπόλεως καθῃρέθη· ἔπειτα τῆς στήλης τὸ ὑπόγραμμα καὶ τοὺς ὕστερον προςαναγραφέντας προδότας εἰς ταύτην τὴν στήλην, καὶ ἀναγίγνωσκε γραμματεῦ.*

*τυράννων ἀδικίας*. Is optime quidem, et suo iure, et satis clare, eis vocabulis refert quid fere sibi voluerint populiscita quae semper illa nomina (a. 506 Isagorae eiusque sociorum; a. 487 Pisistrati eiusque posterorum; a. 478 fere Hipparchi Charmi filii, aliorum fortasse postea) in hac columna inscribi iuberent; sed tamen vocabulis usus, quae certe in ipsa columna non legebantur. Quod in columna fuit, ita fere mente nobis informare debemus opinor: in basi (tamquam *ὑπόγραμμα*) maioribus litteris scripta erant vocabula: *ἀλιτήριοι προδόται οὗτοι*; superne erant nomina; praeterea nihil inerat; id infra confirmabo etiam. Primum vocabulum q. e. *τύραννοι* in ea non fuisse affirmo. Quid? qui in ea nominabatur Thucydide auctore, Thessalus, fuitne tyrannus? fueruntne quinque Hippiae filii? ut taceam de Isagora et de Hipparcho Pisistrati filio quem tyrannum non fuisse eodem illo capite arguit Thucydides ipse, et de Hipparcho Charmi filio. Sed tamen eatenus iure Thucydides illud scripsit, quod omnes viros quorum nomina in ea columna erant aut ipsos tyrannos fuisse aut tyrannidem affectasse, aut aliorum tyrannidi opem tulisse sciebat. Id non cadit in Diagoram, Arthmium, Alcibiadem, alios, quorum nomina si in ea columna legisset Thucydides, non facile scripsisset eam fuisse *περὶ τῆς τῶν τυράννων ἀδικίας*; hi igitur separatim suas habuerunt columnas. Sed cadit in eos quos nominavi. Primum videamus de Isagora. De eo Schol. Aristoph. Lysistr. 273, egregio auctore usus: Κλεομένης ait ... *ἐπιστρατεύσας τῇ Ἀττικῇ μετά τινων Ἀθηναίων ἐπὶ τυραννίδι, τὴν ἀκρόπολιν κατέσχε, πολιορκηθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων καὶ ἀφεθεὶς ὑπόσπονδος, ἀπιὼν οἰκάδε πάλιν Ἐλευσῖνα κατέσχε. Τῶν δὲ μετὰ Κλεομένους Ἐλευσῖνα κατασχόντων Ἀθηναῖοι τὰς οἰκίας κατέσκαψαν καὶ τὰς οὐσίας ἐδήμευσαν, αὐτῶν δὲ θάνατον ἐψηφίσαντο, καὶ ἀναγράψαντες εἰς στήλην χαλκῆν ἔστησαν ἐν πόλει παρὰ τὸν ἀρχαῖον νεών*. Vocabula *ἐπὶ τυραννίδι* probant, quod nemo addubitavit, Isagoram eiusque amicos hoc egisse, ut Cleomenis ope tyrannidem occuparent Athenis. Deinde videamus de Hipparcho Charmi filio. Is postquam a. 487 per ostracismum relegatus est, videtur tum in Asiam minorem profectus, mandatis fortasse ad regem Persarum paullo postea missis, clam cum eo egisse de patria prodenda; quod vix alio consilio fecisse potest quam hoc, ut ipse Athenis tyrannus fieret, a Persis vi

eo reductus. Eius consilia si forte a. 480 ineunte Atheniensibus etiam ignota fuerunt, ut verisimile est et vulgo hodie affirmatur, ad eum quoque, ut ad reliquos qui post eum testis eiecti erant, pertinuerit necesse est decretum anni 480, quo revocati sunt illi; quo eodem decreto etiam in integrum restitutos esse omnes qui eo tempore ἄτιμοι erant sunt qui tradant [1]; sed Hipparchus illo decreto usus non est [2]. Verisimile est, eum a. 480 cum Xerxe Athenas petivisse, ut Persarum ope usus tyrannidem ibi occuparet; videtur, quamquam ipse tum φυγὰς nondum erat, sibi adiunxisse eos φυγάδας τῶν Ἀθηναίων, quos Herodotus [3] cum Xerxe fuisse tradit cum is Acropolin obsideret; inter eos etiam Πεισιστρατίδας aliquot fuisse dicit Herodotus [4], qui fortasse fuerunt unus alterve ex fratribus vel filiis Hippiae, quos Hipparchus ad causam suam secum participandam evocasset. Quidquid id est, Hipparchus postquam Persae abierunt de perduellione apud populum accusatus est, quod suscepisset consilium patriae Persis prodendae [5]. Absens capitis damnatus

1) Eam traditionem defendit Busolt Gr. Gesch. 2 pag. 660; eam reiecit, non sine probabilibus argumentis ex fontium auctoritate sumptis, J. Carcopino, Histoire de l'ostracisme athénien, in Mélanges d'Histoire Ancienne, Paris 1909, pag. 120. — De significatione duplici quam tempore belli Persici etiam habuit vocabulum q. e. ἀτιμία, vid. Swoboda, Arthmios von Zeleia, in Arch. Epigr. Mitth. aus Oest. XVI. 1893 pag. 49—68, et Beiträge zur Gr. Rechtsgeschichte Weimar 1905 pag. 1—42, inpr. pag. 15 sq.

2) Hipparchum post a. 480 demum Athenis in iudicio populi condemnatum esse, recte hodie affirmari credo, quia non video quomodo ante eum annum Athenienses de eius consiliis insidiosis certiores fieri potuerint; sed argumentum parum valet quod afferri solet, decretum revocationis a. 480 Athenis factum ad eum pertinere debuisse, quia Aristoteles dicat Athenienses eo anno καταδέξασθαι πάντας τοὺς ὠστρακισμένους, et vocabulo πάντας etiam Hipparchum comprehendi. Constat enim, Hipparchum a. 480 in patriam non rediise tamquam civem Atheniensem, sive tum iam condemnatus fuit sive minus; itaque ne sic quidem, si condemnatus nondum fuit, in eum cadit vocabulum quo utitur Aristoteles κατεδέξαντο. Illud πάντας τοὺς ὠστρακισμένους, cum addatur κατεδέξαντο, longius pertinere non videtur quam ad eos qui et potuerunt redire et voluerunt, quorum Hipparchus certe non fuit.

3) Herod. 8. 54.

4) Id. 8. 52.

5) Lycurg. Leocr. § 117 dicit id iudicium: τὴν περὶ τῆς προδοσίας ἐν τῷ δήμῳ κρίσιν; et revera crimine perduellionis, ἀδικίᾳ τῆς πόλεως, comprehendi poterant cum alia delicta publica cuiusvis generis, tum omnia proditionis genera. Sed secundum legem (Solonis) quae de proditione erat (vid. (Plut.) vit. Ant. § 10 et 26, Mor. pag. 832 sq. et Xen. Hell. 1. 7. 22) accusatus esse non potest Hipparchus, quando-

est; eius nomen tum relatum est in eam columnam de qua agimus. Apparet igitur, eam columnam etiam quantum ad eum pertineret, aliquo iure a Thucydide dici potuisse *περὶ τῆς τυράννων ἀδικίας* erectam esse, etsi is proprie tyrannus non fuerit; neque minore iure quam quantum pertineret ad Isagoram eiusque amicos et Pisistratum eiusque posteros. Quin etiam verisimile esse mihi videtur, vocabulum *τυράννων* non esse ipsius Thucydidis, sed eam columnam in sermone populari vulgo dictam fuisse *τὴν τυράννων στήλην*. — Deinde vero vocabulum q. e. *ἀδικία*, quamquam id quoque apte adhibetur a Thucydide, in columna non fuisse affirmo. Eo vocabulo q. e. *ἀδικία*, *ἀδικεῖν*, addito genitivo *τῆς πόλεως* sive *τοῦ δήμου*, vel accusativo *τὴν πόλιν* sive *τὸν δῆμον*, nonnumquam usi sunt Athenienses [1]) ad significandum genus illud delictorum publicorum gravissimum quidem sed natura et indole sua indefinitum, quod sexto et quinto saeculo (cum ὁ *εἰςαγγελτικὸς νόμος* nondum latus esset) extra ordinem legitimum per *εἰςαγγελίαν εἰς τὸν δῆμον* (i. e. per *κρίσιν ἐκ ψηφίσματος*, Aesch. Ctesiph. § 3) persequi cuilibet licebat; sub cuius nomen tum, eodem modo fere quo apud Romanos sub nomen perduellionis, recipi poterant omnia delicta publica gravissima, veluti si qui ausi erant patriae graviter nocere, tyrannidem affectare vel instituere [2]), patriam prodere [3]), cum Persis coniurare ad opprimendam libertatem Graecorum *μηδισμῷ ἐνόχους εἶναι* [4]), populum falsis argumentis vel promissis decipere *ἀπατᾶν τὸν δῆμον* [5]), opprimere potestates populares et in deterius

---

quidem apud populum accusatum eum esse constat; lex quae de proditione erat nominabat certos magistratus ad quos deferrentur reorum nomina, et qui ea lege accusati erant non in populi concilio, sed in iudicio publico causam dicere debebant.

1) Ex. gr. Xen. Hell. 1. 7. 20. Cfr. pag. 373 adn. 4.

2) Egregie animadvertit Swoboda, Arthmios von Zeleia loco supr. pag. 371 adn. 1 laudato, pag. 59: „man wird schwerlich annehmen dürfen dass es damals eine besondere *γραφὴ τυραννίδος* gegeben hat, die überhaupt nie in Athen existierte".

3) Crimen proditionis (scil. patriae) etiam lege et ordine, per *γραφὴν* et *κρίσιν ἐκ νόμου* in aliquem intendi poterat apud magistratum, vid. supra pag. 371 adn. 3; sed mirum non est, eam viam raro ingressos esse accusatores, cum magis expediret rem tam gravem ad populum deferre. Sed populus saepe postquam accepit *εἰςαγγελίαν* iussit eam rem deinde secundum legem quae de proditione erat tractari, (Plut.) Vit. Ant. § 26, cfr. Xen. Hell. 1. 7. 22.

4) Thuc. 1. 135. 2, cfr. 1. 138. 6; Plut. Them. 23.

5) Herod. 6. 136, cfr. Xen. Hell 1. 7. 35.

mutare velle formam reipublicae συνίστασθαι εἰς κατάλυσιν τῆς πολιτείας sive τοῦ δήμου, militiae si cum imperio essent rempublicam male administrare, civibus bello in periculo versantibus opem non ferre vel occisorum ossa non colligere si id fieri potuit, multa alia aeque gravia et saluti patriae aut civium perniciosa committere [1]); quae delicta secundum certam legem persequi aut non posset aliquis quod lex de eis non exstaret (quo fiebat ut καινὰ vel ἄγραφα ἀδικήματα etiam dici possent), aut nollet quod nimis gravia et maturanda esse ei viderentur [2]). Populo autem licebat de eis criminibus per εἰςαγγελίαν ad se delatis aut ipsi iudicare (ut fecit ubi de Miltiade, de Hipparcho Charmi filio, de praetoribus anni 406, de aliis quibusdam, fuit iudicandum), aut reos tradere Areopago (ante a. 460) aut iudicio alicui ordinario (ut fecit cum de Antiphonte iudicaretur a. 411) [3]).

---

1) Delicta enumerari non possunt, quae saeculis sexto et quinto cadebant sub nomen perduellionis et sub formam persecutionis quae εἰςαγγελία εἰς τὸν δῆμον dicebatur.. Revera populo ipsi semper videndum erat, velletne aliquod crimen quod ad se delatum esset accipere et pro perduellione id habere an minus; eorum criminum tum constituta non erat series ita in certas partes et genera divisa ut claudi posset; νόμος εἰςαγγελτικὸς, lex qua talem seriem et ordinem constituere conati sunt Athenienses (sed frustra, cfr. Hyperid. Euxenipp. 19. 10 sqq.) post a. 406 demum lata est. Inde etiam factum est, ut nomina criminum fluxa essent et inter se permutari possent; permulta eorum ex. gr. a scriptoribus ad proditionem referri solent. Quin etiam in columna de qua agimus, vocabulum προδοταί vix aliud significat quam homines scelerati, perduelles.

2) Crimina quae obnoxia erant persecutionis formae quae dicebatur εἰςαγγ. εἰς τὸν δῆμον, variis nominibus et vocabulis definire conati sunt scriptores, praeter illud ἀδικεῖν τὸν δῆμον Xen. Hell. 1. 7. 20. Sic μεγάλα ἀδικήματα καὶ περιφανῆ ea nominat Hyperides Euxen. 19. 6 sq.; optime definiuntur apud Harpocrationem s. v. εἰςαγγ. tamquam δημόσια ἀδικήματα μέγιστα καὶ ἀναβολὴν μὴ ἐπιδεχόμενα καὶ ἐφ' οἷς μήτε ἀρχὴ καθέστηκε μήτε νόμοι κεῖνται τοῖς ἄρχουσι καθ' οὓς εἰςάξουσιν κ.τ.λ.; non male apud Gramm. Bekker Anecd. p. 244: καινὰ καὶ δημόσια ἀδικήματα περὶ ὧν διαρρήδην μὲν οὐδὲν λέγουσιν οἱ νόμοι, συγχωροῦσι δὲ κρίσεις γενέσθαι; concise apud Gramm. Lex. Rhet. Cantabr. pag. 667 Pors.: καινὰ καὶ ἄγραφα ἀδικήματα. — Δημόσιον ἀδίκημα, quo vocabulo fere omnes utuntur, nihil aliud esse manifestum est quam illud facinorum genus quo quis ἀδικεῖ τὴν πόλιν sive τὸν δῆμον.

3) Verisimile est, populum secundum leges Solonis potuisse τὰς εἰσαγγελίας a senatu vel a privato ad se delatas ante a. 460 iudicandas tradere aut Areopago (παραδιδόναι τοὺς ἄνδρας εἰς τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν) aut iudicio ordinario (παραδιδόναι τοὺς ἄνδρας εἰς δικαστὰς, Aristoph. Vesp. 590 sq, cfr. Pollux 8 53); post a. 460 nonnisi iudicibus ordinariis tradere potuit causas de quibus ipse disceptare nolebat. Sed Aristoteles erravit, cum id ita intellegeret, quasi ad Areopagum olim directe pertinuissent εἰςαγγελίαι, A. P. 8. 4 et 25. 3. Idem praeterea gravissime er-

Sed apparet ad eum usum vocabuli q. e. *ἀδικία*, quo fere idem est quod perduellio, referri non posse vocabula Thucydidis, quia additum non est *τῆς πόλεως*. — Idem vocabulum vero q. e. *ἀδικία* vel *ἀδικεῖν*, si definitio addita non est per genitivum obiectivum (obiectum) neque per vocabula *περί τι*, hoc solum dicit, aliquem maleficum vel noxium esse, sed non indicat, quonam crimine. Ob eam causam id in sermone publico solum per se stare vix potest tamquam nomen vel indicium culpae alicuius; prorsus cogitari non posse censeo in columna id scriptum fuisse tamquam causam ignominiae qua per eam inscriptionem afficerentur ei quorum nomina in ea scripta erant. In privato sermone vero recte adhiberi potest etiam sine ulteriore explicatione, ubi satis clarum est lectori, quidnam culpae significetur. Sic h. l. vocabulum stat apud Thucydidem, et fere idem apud eum significat quod id quod revera in columna erat: culpam eorum scilicet qui *ἀλιτηρίους καὶ προδότας* se praebuerant reipublicae [1]). — His praemissis, ratio mihi reddenda est cur credam, coniecturam a viro clarissimo van Herwerden primum prolatam, qui pro *περὶ τῆς τῶν τυράννων ἀδικίας* legendum esse ... *ἀτιμίας* antea affirmavit [2]), quam postea defenderunt viri cl.

---

ravit, cum permutatis vocabulis quae sunt *ἀδικία τοῦ δήμου* et *κατάλυσις τοῦ δήμου*, Soloni obtruderet legem qua is ordinasset persecutionem eorum qui democratiam tollere conati essent, qualem legem Solonis tempori vindicare velle plus quam ridiculum est.

1) Eodemmodo quo Thucydides, Lycurgus de hac columna et de culpa Hipparchi loquens, eo vocabulo usus est, Leocr. § 117: *ἐπειδὴ τῆς ἀδικίας οὐκ ἔλαβον τὸ σῶμα ὅμηρον ... ἐψηφίσαντο εἰς στήλην ἀναγράφειν κ.τ.λ.* Idem eodem loco de hominibus sceleratis universis agens eo vocabulo usus est, § 114: *οὕτω μισοῦντες τοὺς ἀδικοῦντας καὶ τοιαῦτα κατ' αὐτῶν ψηφιζόμενοι*, et § 119: *ἆρά γε ὁμοίως ὑμῖν περὶ τῶν ἀδικούντων γιγνώσκειν (δοκοῦσιν ὑμῖν)*; Eodemmodo hoc vocabulo utitur Demosth. 22 (Androt.) § 26: *Σόλων πολλὰς ὁδοὺς ἔδωκε διὰ τῶν νόμων ἐπὶ τοὺς ἠδικηκότας, οἷον τῆς κλοπῆς*; Xen. Hell. 1. 7. 19: *καὶ τοὺς ἀδικοῦντας εἰδότες κολάσεσθε*; Herod. 6. 136: *κατὰ τὴν ἀδικίαν*; (Xen.) Rep. Ath. 3. 6: *παύειν τοὺς ἀδικοῦντας*; et sic passim apud omnes. In sermone publico eadem ratione fere adhibitum legitur vocabulum apud Xen. Hell. 1. 7. 9 sq.: *ὅτῳ δοκοῦσιν ἀδικεῖν οἱ στρατηγοὶ οὐκ ἀνελόμενοι τοὺς νικήσαντας ἐν τῇ ναυμαχίᾳ, εἰς τὴν προτέραν ὑδρίαν ψηφίσασθαι, ὅτῳ δὲ μή, εἰς τὴν ὑστέραν· ἂν δὲ δόξωσιν ἀδικεῖν, θανάτῳ ζημιῶσαι*; is usus vocabuli, qui sane mirus est — nam non de facto quaeritur in eis verbis, sed de culpa adversus patriam commissa — eo referendus est, ut ad *τὸ ἀδικεῖν* intellegatur: *τὸν δῆμον* sive *τὴν πόλιν*, supr. pag. 373 adn. 2. — In transitu moneo, illum Xenophontis locum (Hell. 1. 7. 9 sq.) praebere egregium exemplum *ἀδικήματος ἀγράφου*.

2) Mnemos. 8. 1880 pag. 156.

Swoboda (Arthmios von Zeleia pag. 60, Beiträge zur gr. Rechtsgesch. pag. 7, vid. supr. pag. 371 adn. 1) et Busolt (G. G. 2 pag. 398 adn. 2), non esse accipiendam. Nequaquam nego, fuisse columnas quae eo consilio essent positae, ut omnes scirent, eos quorum nomina in eis scripta essent, in iudicio publico esse condemnatos certa poena, quae non semper quidem sed saepe tamen fuit poena *ἀτιμίας*; eius rei exemplum praebet columna quae fuit de Arthmio Zelita, quae declarabat eum hominem esse *ἄτιμον* factum (Swoboda Arthm. pag. 53). Sed iam supra (pag. 370) dixi cur eius columnam diversam fuisse credam ab ea de qua nunc ago. In columnam nostram illud non cadit. Ea columna hoc uno consilio posita est, ut ei quorum nomina in ea scriberentur, ignominia publica afficerentur; de condemnatione non magis in ea sermo fuit quam de certa poena. Id primum colligo ex forma inscriptionis. Neque maleficia in ea enarrata fuerunt quae commiserant ei quorum nomina in ea scripta erant, neque poenae in ea nuncupatae erant quibus condemnati essent; argumento quod iam supra petivi ex verbis Lycurgi, qui dicit: *ποιήσαντες στήλην ἐψηφίσαντο εἰς ταύτην ἀναγράφειν τοὺς ἀλιτηρίους καὶ τοὺς προδότας*, nulla mentione facta de delicto neque de poena, nunc addo alterum; etiam verba scholiastae supra (pag. 370) allata, quibus is agit de Isagora eiusque sociis, idem probant; *τὰς οἰκίας* ait *κατέσκαψαν καὶ τὰς οὐσίας ἐδήμευσαν, αὐτῶν δὲ θάνατον ἐψηφίσαντο*; deinde pergit: *καὶ ἀναγράψαντες εἰς στήλην χαλκῆν ἔστησαν ἐν πόλει.* Quaero quid obiecti loco mente sit supplendum ad voc. *ἀναγράψαντες*. Certe neque delictum ab eis commissum, neque poenas illas ab eis repetitas, sed „*αὐτούς*" tantummodo; ipsos, i. e. ipsa virorum nomina. Deinde ex ipsis rebus colligo, in columna nostra ignominiam inscriptionis separatam fuisse a iudicio si quod factum, poena si qua irrogata fuit; de viris quorum nomina in ea inscripta sunt, si quod antea iudicium forte habitum est, si qua poena eis forte constituta fuit, sive ea *ἀτιμία* fuit sive qua alia, ea ignominia tamen, sive eodem populiscito eis decreta est quo illa, sive alio et novo, ab eo iudicio eaque poena separata per se stetit, et sententiae addita fuit tamquam nova poena; sed fuerunt etiam in columna nostra qui omnino neque ante neque tum ipsum condemnati fuerunt neque ullam subierunt poenam

praeter illam inscriptionis ignominiam. Itaque haec argumenta inprimis afferenda esse mihi videntur contra coniecturam quae in verba Thucydidis infert nomen *ἀτιμίας*. Primum ne eos quidem quos iudicio condemnatos esse constat, ad *ἀτιμίας* poenam condemnatos fuisse ita apparet ut ea res prorsus certa sit; Isagoram eiusque socios capitis condemnatos esse tradit scholiasta, de *ἀτιμίας* poena non loquitur [1]); in verba Lycurgi quae de Hipparcho Charmi filio agunt idem cadit. Deinde, Pisistratum eiusque posteros *ἀτιμίας* poena condemnatos fuisse nego. Sed id suis argumentis affirmandum esse arbitror, quae nunc proferam. Primum minime nego fieri potuisse ut ea poena condemnarentur, et ei poenae eos obnoxios se fecisse concedo, id demonstrant verba legis ab Aristotele tradita, quam cur Solonis non fuisse credam nihil habeo [2]): *ἐάν τινες τυραννεῖν ἐπανιστῶνται ⟨ἢ τις συνίῃ τινὶ⟩ ἐπὶ τυραννίδι ἢ συγκαθιστῇ τὴν τυραννίδα, ἄτιμον εἶναι αὐτὸν καὶ γένος*. Sed nego, eiusmodi iudicium de Pisistrato eiusque posteris factum esse. Tantum abest, ut concedam, necessarium esse ut credamus Pisistratum cum filiis et nepotibus post annum 510 aliquando esse apud populum accusatum et ad *ἀτιμίας* poenam condemnatum, eaque necessitate nos cogi ut sine auctoritate traditionis id in rerum gestarum narrationem ipsi inferamus, ut e contrario eiusmodi actionem prorsus supervacaneam futuram fuisse credam, et adeo omni utilitate carituram fuisse ut inepta et stulta potius quam necessaria sit dicenda. Hippias, si iam a. 510 fuisset *ἄτιμος* declaratus, num ea re se impediri putavisset, ne vi et armis reditum sibi aperire conaretur, si opes ei praesto fuissent quibus ad talem rem perpetrandam opus esset? Certe non putavisset. Idem, si anno 490 *ἄτιμος* fuisset, num id sibi obstare credidisset quominus a Datide et Artaphrene cum classe in patriam se reduci pateretur? Nihilomagis certe. Pisistratidae si a. 480 *ἄτιμοι* fuerunt, num ea

---

1) Id nuper etiam agnovit Swoboda, Beiträge zur Gr. Rechtsgesch. 1905 pag. 2 adn. 1: „dass die Anhänger des Isagoras in Athen nicht geächtet, sondern als Hochverräter gerichtet wurden".

2) Arist. A. P. 16 5. Verba refero non quemadmodum ea ab Aristotele scripta esse credo — eam rem enim libenter disceptandam permitto viro cl. et mihi amicissimo van Leeuwen —, sed ita ut sententiam reddere mihi videar quam fere habuisse debent cllta Andoc. Myst. § 97.

re deterriti sunt quominus cum Xerxe Athenas peterent? Certe non sunt. Eam rem autem ita se habere, etiam Atheniensium multitudo cui tyrannis infesta erat, probe cognitum habuit. Sciebat, ab iudiciis et edictis nullam opem exspectandam esse contra tyrannidem quotidie imminentem, sed longe aliis armis contra eam opus esse, libertatis amore apud cives, exercitatione militari apud rusticos, animo libertati populari addicto apud duces; quae si non suppeterent, si ex. gr. a. 490 nullus fuisset Miltiades, nulli fuissent rustici gravi armatura assueti et pro patriae libertate mori parati, tyrannidem repelli non posse, etiamsi sexcenties ἄτιμοι facti essent tyranni. Salus patriae eo tempore non erat in iure, sed in vi; non in litteris et verbis, sed in armis et animorum voluntatibus. Itaque nego, Atheniensium partem libertatis studiosam tam stultam se praebuisse — vel quod melius dicam tam stultam se praebituram fuisse si id facere ei licuisset per nobiles quosdam quibus partim renovatio tyrannidis molesta quidem futura erat, sed tamen ita ut ipsi tyranni eis non essent invisi, partim vero etiam grata et accepta ad audaciam plebis cohibendam — ut contra id periculum iudiciis, edictis, verbis denique sine ulla utilitate certandum esse putaret; cuius rei unus effectus tantummodo certus futurus erat, nempe ut is qui talem actionem perferendam suscepisset — si ut perferret ei contigisset — gravissimam poenam daturus esset tyrannis si quando rediissent. Secundum argumentum meum hoc est: Pisistratus ipse, quoties e regno pulsus solum vertere coactus fuit, hanc poenam semper victoribus pendere debuit, ut eius bona publicarentur et publice venirent [1]). Eodem modo quin actum sit de bonis quae Hippias in patria reliquit a. 510, tum cum ex pacto quod convenerat inter eum et Cleomenem regem Spartanorum et Alcmaeonidas, post dies quinque cum liberis ex Attica abiret [2]), nihil dubium esse mihi videtur; illud pactum enim, quo ipse ὑπόσπονδος erat, non longius pertinuisse manifestum est quam ad ipsius et liberorum eius personas et ad divitias quas secum portare poterat Sigeum; bona quae relinquebat statim occupata esse ab Alcmaeonidis victoribus, et

1) Herod. 6. 121.
2) Herod. 5. 65 et 94; Thuc. 6. 59. 4.

iussu, non populi, sed aliarum potestatum (Areopagi opinor) statim veniisse, verisimile est; quod ne fieret nemo sane ex nobilibus, etiamsi quis Pisistratidis clam faveret, tum prohibere potuit, cum praesertim Alcmaeonidarum arma parata essent. Sed Pisistratum cum pelleretur, etiam ἄτιμον semper factum esse, nemo tradidit. Itaque cur tam certum id esse diceremus, Athenienses facere non potuisse quin Hippiam pulsum ἄτιμον facerent, cum liberis et patre iamdudum mortuo, ut in rerum gestarum memoriam id ipsi inferre deberemus? Nam si quis ait, iudicio et ἀτιμίας poena opus fuisse Atheniensibus ut possent Pisistrati et Hippiae bona publicare, is aperte fallitur; bona Pisistrati iamdudum hereditate ad filios pervenerant, Hippiae autem sine tali condemnatione publicari potuerunt eodem modo quo antea bis bona Pisistrati. — Sed quod maxime obstare mihi videtur coniecturae qua post a. 510 Pisistratidas ἀτίμους factos esse assecuti sunt viri docti, hoc est, quod multi eorum, quorum nomina in columna fuerunt, iamdudum mortui erant cum columna poneretur. Quid attinebat, a. 510 vel postea, iudicio populi habito declarare, Pisistrato illi τῷ πάνυ, qui a. 527 de vita decesserat, aqua et igni abhinc fore interdictum, eum capere ducere opprimere cuivis abhinc licere? Quid Hipparchum, qui a. 514 mortem obierat? Mihi id prorsus factum esse non posse videtur; neque credam antequam prolata videam exempla prorsus congruentia, ἀτιμίας civibus post mortem decretae; nam aliquot res gestas quae similitudinem aliquam remotam cum illa prae se ferant, ut damnationem Phrynichi mortui qua impetratum est ut eius ossa ex terra patria eicerentur et bona publicarentur, huc nihil pertinere patet, cum in eis de aquae et ignis interdictione ne sermo quidem fuerit. Itaque omissa coniectura qua opus non est, reversus ad id quod Thucydidis verba de significatione columnae nos docent, affirmo quod de Pisistratidis in ea scriptum esset nihil amplius fuisse quam vituperationem publicam Pisistrati eiusque posterorum cum ignominia iunctam, quae pertineret ad homines quorum longe maior pars iamdudum mortem obierat. Si quaeritur quid a. 487 ad eam pronuntiandam perducere potuerit Athenienses, respondeo, si quid alicui post mortem decernatur quod ei dedecori sit, id non nisi animi causa decretum esse posse. Eiusmodi decreto contra

Pisistratidas faciendo inter annos 510 et 488 locus non fuerat, sed a. 487 locus ei esse nuper coeperat. Cives e periculo tyrannidis tutos se evasisse tum intellegebant. Novissima consilia Hippiae per victoriam Marathoniam ad irritum redacta erant. Certa spes erat, eum impetum Pisistratidarum extrinsecus libertati insidiantium ultimum esse mansurum — quamquam revera non fuit ultimus; sed spes tamen erat. Ingenti odio cum indignatione mixto quod cives susceperant ex suspicione proditionis quae in ipsa pugna Marathonia orta erat contra nobiles quosdam, qui patriam Persis prodere voluisse existimabantur ut per eos tyrannidem restituerent [1]), satisfactum erat relegatione Megaclis Alcmaeonidarum gentilis. Suspicioni tyrannidis, quae ad omnes nobiles in populo gratia et factione praepollentes (*δημαγωγούς*) et rerum militarium peritos (*στρατηγούς*) pertinebat [2]), psr relegationem Hipparchi Charmi filii silentium in tempus impositum erat, et periculum etiam ne tyrannis intrinsecus renasceretur ab omni parte repulsum esse videbatur. Itaque tunc laetitia popularis exsultare potuit. Exsultavit autem in tribus illis populiscitis, quibus simul publico contemptui tradebatur Pisistratidarum memoria, simul summis et novis honoribus afficiebantur ei, quos unos omnium Pisistratidis tam infestos olim se praebuisse fama ferebat, ut vitam suam vile pretium habuissent quo unius illorum interitum emerent.

§ 2. **De liberatorum sepulcro.** — A. De sepulcris in bello caesorum. — Mos publice prope ab urbe sepeliendi cives qui pro patria pugnantes occidissent, valde antiquus fuisse videtur; et iam antiquis temporibus moris fuisse apparet, locum quo sepelirentur illi in ea parte ruris suburbani capere ubi postea id factum esse novimus, cui aliquando Ceramicus exterior nomen inditum est. Pausanias tradit equites Athenienses a. 510 in pugna contra Spartanos gesta occisos in eis locis sepultos esse [3]), et itidem cives quosdam in bello Aeginetico inter annos 490 et 480 ut videtur occisos [4]). Thucydides auctor est, Athe-

1) Herod. 6. 115 et 121—124.
2) Cfr. Mnemos. 15. 1887 pag. 134 sqq., 163 sqq.
3) Paus. 1. 29. 6.
4) Paus. 1. 29. 7.

nienses a consuetudine iamdudum vigente discessisse cum a. 490 qui ad Marathonem caesi essent non in eo loco sepelirent sed in agro illius oppidi [1]), et idem refert Pausanias. Nihilominus cives quosdam postea demum in Thraciae ora maritima occisos, in eo loco qui Ceramicus exterior erat, *primos* sepultos fuisse affirmat Pausanias; eos fuisse cives, quos a. 464 ad Drabescum sub Leagro duce interfectos esse novimus [2]) ipse quidem auctor est; sed res ipsa ostendere videtur, eum errore captum fuisse, quod infra etiam confirmare conabor, et verisimile est quod coniecit Wilamowitz [3]), cogitandum ei fuisse de oppido Eio et de civibus qui undecim annos ante ad Eium ceciderunt, cum id oppidum primum a Cimone expugnatum, deinde a colonis Atheniensibus sub Lysistrato Lycurgo Cratino occupatum, a Thracibus recuperaretur et coloni trucidarentur [4]). Illud *πρῶτοι ἐτάφησαν* autem quod Pausanias de eis locutus usurpat, sunt qui ita interpretari conati sint ut referretur ad rationem locorum, nempe ad ordinem quo a Pausania sepulcra obambulante visitata et inspecta essent singula, utque illi in eo ordine primum locum habere dicerentur; quae interpretatio quamquam placuit viro cl. Wachsmuth [5]), teneri tamen iam eam ob causam non posse videtur, quod vocabulum *ἐτάφησαν* eam non tolerat. Sed Pausanias loco laudato primum mentionem fecit de communi aliquo monumento, civibus in bello occisis destinato; deinde sequuntur vocabula de quibus agimus *πρῶτοι ἐτάφησαν*. Itaque plerisque viris doctis ad temporis rationem ea vocabula referenda esse placuit, et ad id tempus quidem id pertinere arbitrantur, quo nuper ea loca quae sepulturis publicis faciendis destinata essent, essent de novo instructa, terminata, divisa, ad arcarum infinitam multitudinem in se recipiendam idonea facta,

---

1) Thuc. 2. 34. 5.

2) Herod. 9. 75; Schol. Aesch. fals. leg. 31.

3) Aristot. u. Ath. 2 pag. 292 adn. 4; cfr. Judeich Topogr. von Athen pag. 358 adn.

4) Schol. Aesch. l.l.; cfr. Busolt Gr. G. 3 pag. 102 sqq. Utrumque sepulcrum, cum illud civium ad Drabescum, tum hoc civium antea ad Eium occisorum, quo iure cenotaphium fuisse affirmet Judeich non video; quamquam fieri potest ut id verum sit, tamen vix quidquam obstat opinor quin credamus partem saltem cadaverum in campo deserto iacentium ab Atheniensibus paucis qui superstites fuerant mox esse congestam et iusta ei facta.

5) Wachsmuth Stadt Athen 1 (1874) pag. 254 et pag. 263 adn. 4.

qualia ea fuisse novimus tempore belli Peloponnesiaci [1]). Ab eo tempore enim, quod fuisse videtur a. 475 a. C., siquidem illi cives in Thracia a. 475 necati primi in loco recens apparato conditi sunt, adfuit in eo loco unum monumentum publicum, quod pertinebat ad omnes cives in bello mortuos qui ut circum id in publico solo conderentur futurum erat; quo fiebat ut quoties aliqui civium occisorum numeri publice sepeliendi essent, nullus eorum careret iusto monumento, neque tamen opus amplius esset novis monumentis, quae ut parvula et parum sumptuosa fierent facile accidere potuisset, si tam crebro essent aedificanda; novum et perpetuum monumentum quod exstruebatur, quod quin amplum et magnificum fuerit nihil est quod dubites, apud Thucydidem dicitur *τὸ δημόσιον σῆμα, ὅ ἐστιν ἐπὶ τοῦ καλλίστου προαστείου τῆς πόλεως, καὶ ἀεὶ ἐν αὐτῷ θάπτουσι τοὺς ἐκ τῶν πολέμων* [2]); idem monumentum in inscriptione quadam dicitur *τὸ πολυάνδριον* [3]); Pausanias quoque dicit: *ἔστι δὲ καὶ πᾶσι μνῆμα Ἀθηναίοις, ὁπόσοις ἀποθανεῖν συνέπεσεν ἔν τε ναυμαχίαις καὶ ἐν μάχαις πεζαῖς* [4]); is etiam alio loco *τὸ μνῆμα* commemorat [5]); etiam auctor laudationis funebris apud Lysiam 2 (epitaph.) § 63 *τοῦδε τοῦ μνήματος* mentionem facit. Loca quae ad id monumentum pertinebant, arcis in se recipiendis destinata, quae sita erant in Ceramico exteriore extra portam quae Dipylum (Thriasia porta) et portam quae *ἠρίαι πύλαι* dicebantur [6]), erant ab utraque parte magnae viae qua ad Academiam ibatur. Ad ea loca novae particulae semper addi poterant quotiens eis opus erat [7]). Cippi vel columnae marmoreae, *στῆλαι*, tamquam termini stabant in eorum locorum fine; cum in par-

---

1) Curtius Abhandl. der Berl. Ak. 1854 pag. 266; Martin, Notes sur l'héortologie Athén., in Revue de Philol. 10. 1886 pag. 21; Mommsen Feste der Stadt Athen (Leipzig 1898) pag. 298 adn. 3.

2) Thuc. 2. 34. 5.

3) C. I. A. 2. 471. 22, pag. 35.

4) Paus. 1. 29. 4.

5) Paus. 1. 29. 6: *ἔμπροσθεν τοῦ μνήματος*.

6) cfr. Judeich Topogr. pag. 128 sq.

7) Plato legg. 12 pag. 947 E, post descriptionem sepulcreti *τῶν εὐθύνων* communis, n qua sepulcri quod in Ceramico erat eum memorem fuisse facile credam, ita pergit: *πέριξ δένδρων ἄλσος περιφυτεύσουσι πλὴν κώλου ἑνός, ὅπως ἂν αὔξην ὁ τάφος ἔχῃ ταύτην τὴν εἰς ἅπαντα χρόνον, ἂν ἐπιδέῃ χώματος τοῖς τιθεμένοις.*

tem aliquam eorum novus arcarum numerus inferebatur, nova columna in fine eius partis collocabatur nomina mortuorum secundum loca ubi caesi erant et secundum phylas divisa exhibens; columnarum longa series stabat in ipso viae latere, ut videtur, et in utroque quidem; earum reliquiae etiam nunc haud paucae servantur [1]). Ex eis reliquiis autem certissimum argumentum Wilamowitz petivisse mihi videtur quo demonstraret, ut supra pag. 380 adn. 3 dixi, cives in Thracia occisos qui primi in eo loco conditi sunt non fuisse cives a. 464 ad Drabescum ab Edonis, sed eos fuisse cives a. 475 prope ab Eio a Thracibus interemptos; habemus enim inter eas fragmenta unius cippi sive laterculi occisorum [2]) ad res a. 466 a Cimone in Chersonneso, et ad res ad Thasum ab eodem gestas pertinentis, ut demonstravit Köhler v. cl. [3]), cum antea id laterculum referretur ad cladem a. 464 ad Drabescum acceptam; quod cum probet, iam ante a. 465 eiusmodi cippos factos esse, simul probare videtur, polyandrium illud perpetuum eo tempore iam adfuisse. Loca sepulturae publicae ita ab auctoribus describuntur; Pausanias: *οἱ δὲ ἄλλοι* inquit (scil. *πλὴν ὅσοι Μαραθῶνι αὐτῶν ἠγωνίσαντο*) *κατὰ τὴν ὁδὸν κεῖνται τὴν ἐς Ἀκαδήμειαν, καὶ σφῶν ἑστᾶσιν ἐπὶ τοῖς τάφοις στῆλαι τὰ ὀνόματα καὶ τὸν δῆμον ἑκάστου λέγουσαι. Πρῶτοι δὲ ἐτάφησαν οὓς ἐν Θρᾳκῇ ποτε ἐπικρατοῦντας μέχρι Δραβήσκου τῆς χώρας Ἠδωνοὶ φονεύουσιν ἀνέλπιστοι ἐπιθέμενοι* [4]); et Schol. Aristoph.: *οἱ ἐν πολέμῳ ἀναιρούμενοι ἐν τῷ Κεραμεικῷ ἐθάπτοντο ... Βαδίζουσι δὲ ἔνθεν καὶ ἔνθεν* (i. e. ut videtur ab utroque viae latere) *εἰσὶ στῆλαι ἐπὶ τοῖς δημοσίᾳ τεθαμμένοις ... Ἔχουσι δὲ αἱ στῆλαι ἐπιγραφὰς ποῦ ἕκαστος ἀπέθανεν* [5]). Praeter columnas communes et publicas, etiam privatarum columnarum ad locum exornandum a privatis oblata-

1) C. I. A. 1. 432—462; 4. 1 pag. 46 sq., 107 sq., 186 sq. cfr. Judeich l.l. pag. 360.
2) C. I. A. 1. 432.
3) Hermes 24. 1889. p. 85—92; cfr. Busolt Gr. G. 3 pag. 105 adn. 1, pag. 144 adn.
4) Paus. 1. 29. 4.
5) Schol. Arist. Aves 395; cfr. Schol. Arist. Eq. 772, qui perperam pro *ἀπέθανε* exhibet *τέθαπται*. Auctor Scholiastae fuit, qui idem fuit Harpocrationi (s. v. *Κεραμ.*) et Suidae, sive Menecles sive Callicrates, utrique enim attribuebatur ab antiquis viris doctis liber *περὶ Ἀθηνῶν* e quo illa sumpta sunt; fragmenta exstant apud Müller 4 pag. 449.

rum et publice admissarum exemplum unum saltem adest; Pausanias dicit, columnam in qua imagine expressum exstabat proelium quoddam equestre a duobus viris commissum in proelio ad Tanagram gesto stetisse ἔμπροσθεν τοῦ μνήματος [1]). Ea loca autem quamquam patebant omnibus civibus in bello morte correptis, quorum ossa et cineres in patriam deducta essent, et, tamquam Cenotaphium, eis quoque quorum cadavera peregre relicta iacebant [2]), tamen necessitas non fuisse videtur propinquis, reliquias occisorum ad se pertinentium si ad ipsos delatae essent magistratibus tradendi, si mallent eas in locum privatum inferre; unum exemplum saltem exstat ἰδίου μνήματος, nempe monumentum Dexileo Thoriceo a. 394 in bello Corinthio caeso a propinquis positum [3]); verisimile est etiam alia monumenta singularia et privata virorum in bello occisorum vel in Ceramico in loco a monumento communi quantum satis esset remoto, vel ad alias magnas vias stetisse. Monumentis publicis in honorem civium in bello caesorum positis, adnumeranda sunt illa quae posita sunt cum monumentum perpetuum nondum factum esset, i. e. ante a. 475, veluti monumenta equitibus a. 510 caesis et civibus in bello Aeginetico occisis posita, quae quamquam polyandria erant, distinguenda sunt a monnmento perpetuo, a quo etiam aliqua loci distantia remota fuerint necesse est. A sepulcris et monumentis civium qui pro patria pugnantes ceciderunt, distinguenda sunt sepulcra singularia publicis sumptibus facta, quibus patria honoravit cives optime de se meritos postquam mortem obierunt. Eorum permulta fuerunt, non solum in Ceramico, sed etiam ad alias vias nonnullas ante portas. Pausanias in enumeranda magna copia sepulcrorum singularium, de singulis non satis sinit nos dispicere utrum publica semper an privata fuerint; de eis viris quoque quos δημοσίᾳ τεθαμμένους fuisse libenter cum viro cl. Wachsmuth crediderim, de Clisthene ex gr. et multis aliis, res tamen non prorsus constat, eam ulterius non persequar [4]). Satis est dixisse,

1) Paus. 1. 29. 6.
2) Thuc. 2. 34. 3.
3) C. I. A. 2. 2084; vid. Wachsmuth Stadt Athen 1 pag. 266, Judeich Topogr. pag. 357.
4) Wachsmuth Stadt Athen. 1. pag. 262, 266.

ei generi sepulcrorum adnumerandum esse sepulcrum liberatorum, quod a. 487/6 factum esse supra conieci, quod fuit ad viam quae in Academiam ducebat [1]).

B. De Feralibus publicis. — Tria genera monumentorum publicorum commemoravi — polyandria civium in bellis ante a. 475 occisorum in Ceramico facta, polyandrium perpetuum civibus in bellis caesis anno 475 in Ceramico constitutum, monumenta singularia civibus optime de patria meritis post mortem diversis locis exstructa quorum fuit sepulcrum liberatoribus a. 487 in Ceramico haud longe ab Academia factum — hoc maxime consilio, ut haberem quo referrem quae nunc mihi dicenda sunt de solemnibus feralibus quibusdam cum alibi tum in Ceramico publice actis. Inter ea solemnia constat fuisse certamina ludicra. Tria nomina feruntur, quorum si de certaminibus feralibus quis quaerit, ratio habenda est, quae sunt: primum *ὁ ἐπιτάφιος ἀγών*, qui in litteris ab ultima parte saeculi quarti saepe memoratur; deinde *τὰ Ἐπιτάφια*, quas ferias, quae nonnisi ex inscriptionibus secundi saeculi a. C. ephebicis plerisque nobis cognitae sunt, certamen ludicrum habuisse apparet; denique *τὰ Θησεῖα*, nam inter eas ferias quoque certamen institui moris fuisse cum litterae tum inscriptiones docent. Sed tria illa certamina quorum memoria ad nos pervenit, an una eademque fuerint vehementer dubitandum esse iamdudum perspexerunt vv. dd. — Incipiamus ab Theseis [2]). Eodem anno 476/5 quo populus sciverat de polyandrio exstruendo quo abhinc publice conderentur qui pro patria pugnantes bello caesi essent, oraculum illud ad populum pervenit, quod legatis Atheniensium ediderat Apollo, qui ad eum consulendum Delphos venerant, quo ossa Thesei peregre conquisita Athenas deportare iubebantur Athenienses [3]). Quae fuerit res de qua legatis consulendus fuerat deus, haud obscurum esse videtur; nam nihili facienda esse existimo quae de ea re commenti sunt auctores quidam antiqui,

---

1) Paus. 1.29.15.

2) De Theseis vid. A. Mommsen Feste der Stadt Athen, pag. 278—307.

3) Plut. Thes. 36: *μετὰ δὲ τὰ Μηδικὰ Φαίδωνος ἄρχοντος μαντευομένοις τοῖς Ἀθηναίοις ἀνεῖλεν ἡ Πυθία τὰ Θησέως ἀναλαβεῖν ὀστᾶ καὶ θεμένους ἐντίμως παρ' αὐτοῖς φυλάττειν.*

ad pestem vel famem rem referentes [1]); suspicor eam fuisse ipsam illam polyandrii exstructionem, de qua eo anno decreverunt Athenienses; id satis confirmari videtur mira congruentia et temporis et rerum quae inter populiscitum de polyandrio faciendo et oraculum de Theseo in patriam reportando intercedit, cum praesertim vix per se probabile sit, Athenienses rem adeo cum religione cohaerentem fuisse inchoaturos nisi adnuente deo. Paullo postea Cimon Scyro insula capta, et ibi ossibus herois non magno labore inventis — nam antistites Apollinis non nimis obscure significavisse, ab inquisitione in ea insula facienda aliquid sperandum fore, verisimile esse mihi videtur, cum insulanos Thessalis et Amphictyonibus odio fuisse satis constet — Theseum festo commeatu comitante in urbem reduxit, fere anno 473 [2]). Tum Athenis instituta sunt sacra illa, Thesea dicta [3]); quae cum aliqua ex parte nova essent, etiam vetera quaedam ita in se receperunt, ut eis nova significatio accresceret; non solum caerimoniae sacrae quaedam, quae iam antiquitus usurpatae erant, ab eo tempore sub hac interpretatione peragi coeperunt, ut ad fabulas Theseas pertinere et ex eis ortae esse existimarentur [4]); sed etiam heroes quosdam in numerum heroum Theseorum tum demum receptos esse, ut Connidam [5]) et alios fortasse, alios vero qui in fabulis Theseis iamdudum suum locum habebant, novis sacris tum honoratos esse verisimile est; eas fabulas enim in Attica nequaquam quidem tum primum exortas esse, sed in novam tamen et ingentem amplitudinem ab eo tempore excrevisse satis constat. Dies quo Thesea celebrabantur, erat dies octavus mensis Pyanopsionis [6]), sed ita ut etiam dies proxime antecedens et dies insequentes aliquot sub variis nominibus eo pertinerent et ipsi quoque Thesea dicerentur. Quod notum est de sacris quae his diebus perageban-

1) Schol. Aristid. 3 p. 688: *λιμοῦ κατασχόντος* 'Αθήνας; Schol. Aristoph. Plut. 627: 'Αθηναῖοι δὲ λοιμώξαντες; cfr. Busolt Gr. Gesch. 3 pag. 106.

2) Busolt l.l recte statuit, oraculum ante Scyrum captam fuisse ab Apolline editum et ab Atheniensibus acceptum, nempe a. 476/5.

3) Schol. Aristid. 3 pag. 688: *ἐξ ἐκείνου δὲ 'Αθηναῖοι ἦγον μεγίστην καὶ δημοτελῆ ἑορτήν, ἣν ἐκάλουν Θησεῖα.*

4) cfr. Mommsen pag. 278 adn. 4, pag. 288, pag. 315.

5) Plut. Thes. 4. Cfr. Roscher lex. myth. s. v. *Κοννίδας*.

6) Plut. Thes. 36, Mommsen pag. 282 adn. 4 et pag. 289 adn. 1.

tur, quorum erant inferiae compluribus heroibus Theseis (ut Connidae, Amazonibus, Aegeo fortasse) afferendae, libationes, epheborum pompae, lampades gestantium cursus, decursiones, certamina varia, aliqua ex parte debetur inscriptionibus ephebicis a quarto saeculo a. C. initium capientibus. Ad testimonia quae in eis habemus de certamine ludicro ad eas ferias pertinente [1]), veluti:

— *τήν τε πομπὴν ἔ[πεμψ]εν (ὁ Θησείων ἀγωνοθέτης) — [καὶ τὴν] θυσίαν συνετέλεσεν τῷ Θησεῖ κατὰ τὰ πάτρια καὶ τ[ῆς λαμπάδος καὶ τοῦ γυμνικοῦ] ἀγῶνος καὶ τοῦ ἱππικοῦ ἐποιήσατ[ο τ]ὴν ἐπιμέλ(ε)ιαν ἴσω[ς]* [2])

accedit locus Gellii, affirmantis Euripidem iuvenem, a patre qui eum athletam debere esse putabat Olympiam deductum ut inter athletas pueros certaret, primo quidem in certamen per ambiguam aetatem non receptum, post Eleusino et Theseo certamine pugnavisse et coronatum esse [3]). — Ut inscriptiones docent, certamini Theseo, quatenus fuit gymnicum et equestre, praeesse solebat civis unus a populo in annum electus cui nomen erat *ὁ ἀγωνοθέτης* [4]). Sed mos eligendi *ἀγωνοθέτου*, ad hos ludos non secus ac ad alios quosdam edendos, ad id tempus pertinet quo id ludicrum privatis sumptibus fieri solebat, quod incipit fere, ut videtur, ab ineunte tertio saeculo a. C.; antea etiam saeculo quarto, id publicis sumptibus factum esse constat [5]). — Iam transeo ad id quod in litteris dicitur *ὁ ἐπιτάφιος ἀγών*; exscribo locos auctorum eo pertinentes:

Plato Menexenus c. 21. pag. 242 B: *αὐτοὺς δὲ τοὺς τελευτήσαντας τιμῶσα (ἡ πόλις) οὐδέποτε ἐκλείπει, καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν αὐτὴ τὰ νομιζόμενα ποιοῦσα κοινῇ πᾶσιν ἅπερ ἰδίᾳ ἑκάστῳ ἴδια γίγνεται, πρὸς δὲ τούτοις ἀγῶνας γυμνικοὺς καὶ ἱππικοὺς τιθεῖσα καὶ μουσικῆς πάσης, καὶ ἀτεχνῶς τῶν μὲν τελευτησάντων ἐν κληρονόμου καὶ υἱέος μοίρᾳ καθεστηκυῖα, τῶν δὲ υἱέων ἐν πατρός, γονέων δὲ καὶ τῶν τοιούτων ἐν ἐπιτρόπου.*

1) Species diversas et genera certaminum gymnicorum et equestrium quae in Theseis celebrata esse ostendunt inscriptiones, enumeravit Mommsen pag. 292—297.

2) C. I. A. 2. 1 n. 445 (pag. 222), cfr. n. 444 et 446; Mommsen pag. 291 adn. 2.

3) Gell. N. A. 15. 20. 3.

4) De officio agonothetae in Theseis vid. Martin l.l. pag. 33.

5) C. I. A. 2 n. 471 C, Mommsen pag. 291 cum adn. 3 et 6; cfr. Boekh Staath. 2 pag. 107 sqq.

Aristot. Ath. Pol. 58. 1: ὁ δὲ πολέμαρχος ποιεῖται θυσίας τήν τε τῇ Ἀρτέμιδι τῇ Ἀγροτέρᾳ καὶ τῷ Ἐνυαλίῳ τὴν ἐνιαυσίαν [1]), διατίθησι δ' ἀγῶνα τὸν ἐπιτάφιον [καὶ] τοῖς τελευτηκόσιν ἐν τῷ πολέμῳ καὶ Ἁρμοδίῳ καὶ Ἀριστογείτονι ἐναγίσματα ποιεῖ.

Lysias 2 (epitaph.) 80: οἳ πενθοῦνται μὲν διὰ τὴν φύσιν ὡς θνητοί, ὑμνοῦνται δὲ ὡς ἀθάνατοι διὰ τὴν ἀρετήν. Καὶ γάρ τοι θάπτονται δημοσίᾳ, καὶ ἀγῶνες τίθενται ἐπ' αὐτοῖς ῥώμης τε καὶ σοφίας καὶ πλούτου, ὡς ἀξίους ὄντας τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ τετελευτηκότας ταῖς αὐταῖς τιμαῖς καὶ τοὺς ἀθανάτους τιμᾶσθαι.

(Demosth.) 60 (epitaph.) 36: σεμνὸν δέ γε (πατρὶ καὶ μητρὶ παῖδας) ἀγήρως τιμὰς καὶ μνήμην ἀρετῆς δημοσίᾳ κτησαμένους ἐπιδεῖν, καὶ θυσιῶν καὶ ἀγώνων ἠξιωμένους ἀθανάτων.

Diod. 11. 33. 3: ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος ἐκόσμησε τοὺς τάφους τῶν ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ τελευτησάντων, καὶ τὸν ἀγῶνα τὸν ἐπιτάφιον τότε πρῶτον ἐποίησε, καὶ νόμον ἔθηκε λέγειν ἐγκώμια τοῖς δημοσίᾳ θαπτομένοις τοὺς προαιρεθέντας τῶν ῥητόρων.

Philostr. Vit. Soph. 2. 30 fin.: (Philiscus conditus est) ἐν τῇ Ἀκαδημείᾳ, οὗ τίθησι τὸν ἀγῶνα ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων θαπτομένοις ὁ πολέμαρχος.

Pollux 8. 91: ὁ δὲ πολέμαρχος θύει μὲν Ἀρτέμιδι Ἀγροτέρᾳ καὶ τῷ Ἐνυαλίῳ· διατίθησι δὲ τὸν ἐπιτάφιον ἀγῶνα τῶν ἐν πολέμῳ ἀποθανόντων, καὶ τοῖς περὶ Ἁρμόδιον ἐναγίζει.

Becker Anecd. 1 pag. 290: πολέμαρχος ἄρχων ἐστὶν Ἀθήνησι τῶν ἐννέα ἀρχόντων. Καὶ τῷ Ἐνυαλίῳ ⟨. . . .⟩ διατίθησι τὸν ἀγῶνα τὸν ἐπιτάφιον.

Lesbonax [2]), Orat. Gr. ed. Becker 5 pag. 655: δημοσίου τάφου ἀξιοῦνται, θυσίαι ἐπὶ τούτοις γίγνονται, ἀγῶνες ἐπὶ τούτοις τίθενται.

Locis quibus de certamine ferali agitur adnumerandus esse videtur locus Hesychii, quo is Amelesagora auctore [3]) scribit certamen ludicrum Athenis in Ceramico habitum esse in honorem Androgeonis Minois filii, quem eundem cognomine Eury-

1) cfr. Busolt Gr. Gesch. 2 pag. 136 adn. 2. pag. 167 adn. 3.

2) Rhetor fuit, Pompeio aequalis.

3) de quo cfr. Christ Gesch. der Gr. Lit. München 1905 pag. 332, Wilamowitz Antigonos v. Kar. (1881) pag. 24 adn. 17. Laudatur his locis: Antigon. Car. Mirab. c. 12; Clemens Alex. Strom. 6. 2 pag. 752; Maxim. Tyr. Serm. 22 (38. 3); Schol. ad Eurip. Alc. 1.

gyem dictum fuisse doceat Hesiodus; ἐφ' ᾧ τὸν ἀγῶνα τίθεσθαι ἐπιτάφιον Ἀθήνησιν ἐν Κεραμεικῷ [1]).

Quod ex his locis deducendum videtur, ita paucis comprehendi potest: certamina ludicra quotannis certo die (vel certis diebus) instituebantur in honorem civium pro patria caesorum quorum cineres et ossa in polyandrio condita erant vel condita esse fingebantur. Certamen, vel pars quaedam certaminis, celebrabatur in Academia (Philostrat.), in Ceramico (Hesych.). Ei praeerat polemarchus; Auctor dialogi qui Menexenus dicitur, sive is Plato fuit, quod hodie sunt quibus placeat, sive scriptor Platone paullo recentior, affirmat certamina fuisse triplicia, gymnicum, equestre, musicum varium. In eandem sententiam loquitur auctor laudationis funebris quae olim Lysiae attributa est [2]); is commemorat certamen gymnicum (ῥώμης) equestre (πλούτου) musicum (σοφίας) [3]). Pluralem numerum etiam adhibent auctor laudationis quae inter Demosthenica fertur (θυσιῶν καὶ ἀγώνων) et Lesbonax; reliqui omnes singulari numero utuntur. Quid faciendum sit de eo quod Hesychius tradit, certamen habitum esse in memoriam Androgeonis, difficile est dictu. Mommsen negat, fieri posse ut proprium ludicrum habuerit heros ille; suspicatur eo die, quo certamen ferale in honorem civium pro patria occisorum habitum sit, etiam inferias ei heroi ferri moris fuisse, et a polemarcho quidem, quippe cui etiam liberatoribus tum fuerit sacrificandum; inde autem factum esse, ut ipsum ludicrum quoque in eius honorem celebratum esse alicui videretur [4]); ea ratione res ad probabilem explicationem videtur esse reducta.

Sequuntur quorum tertio loco rationem habendam esse dixi, τὰ ἐπιτάφια, feriae ferales ex inscriptionibus ephebicis nobis cognitae. Virum cl. Mommsen primum coniectura probabili et omnibus post eum probata assecutum esse nemo nescit, τὸν ἐπιτάφιον ἀγῶνα de quo locis modo laudatis mentio fiat, nihil

1) Hesych. pag. 578 s. v. ἐπ' Εὐρυγύῃ ἀγών; Mommsen pag. 303 adn. 5.

2) Ea oratio quin vere Lysiae sit, quod dubitem nihil habeo; eam iam cognovit Aristoteles Rhetor. 3. 10.

3) Plato etiam (legg. 12 pag. 947 E) εὐθύνους suos post mortem triplici certamine honorari iubet: κατ' ἐνιαυτὸν δὲ ἀγῶνα μουσικῆς αὐτοῖς καὶ γυμνικὸν ἱππικόν τε θήσουσι. Eodem modo patris sui demortui memoriam certamine anniversario triplici honorari voluit Ntcocles Cyprius rex, Isocr. 9 (Euag.) 1.

4) Mommsen pag. 303 adn. 5.

aliud fuisse nobis dicendum esse quam ipsas illas ferias, et ita quidem, ut si forte aliquid interfuerit — quod num quid fuerit ignoramus —, id temporum diversitati tantummodo tribuendum sit, cum fieri possit ut novi aliquid aliquando sit illatum [1]). Epitaphia autem vix umquam in inscriptionibus commemorantur sine Theseis. Exemplo sit unus locus:

*ἐποιήσαντο δὲ (οἱ ἔφηβοι) καὶ τοῖς Ἐπιταφίοις δρό[μο]ν ἐν ὅπλοις τόν τε ἀπὸ τοῦ πολυανδρίου καὶ τ[οὺς ἄλλους] τοὺς καθή[κοντα]ς καὶ ἀπεδείξαντο ἐν τοῖς ὅπλοις τοῖς τε Θησείοις καὶ Ἐπιταφίοις* [2]).

Facile apparet, coniunctionem duarum feriarum non fortuitam esse; cum ea congruit indoles utrisque feriis inhaerens, quae natura sua inter se cognatae fuerunt; cultus Thesei, cuius sacra ipsa fuerunt parentalia, quem ipsum auctorem fuisse fabulae ferunt ut iusta fierent heroibus ad Thebas occisis [3]), omnino pertinet ad explenda officia quae adversus mortuos viventibus incumbunt. Ex ea coniunctione autem primum de tempore quo feriae ferales actae sint, aliquid colligi posse in promptu est. Sic Wilamowitz diem ante Thesea proximum, mensis Pyanopsionis septimum, eis tribui posse sine ulla dubitatione affirmavit [4]); viro cl. Martin idem iam antea placuerat [5]). Mommsen obicit, ordinem in inscriptionibus observatum, quo feriae ferales post Thesea semper nominantur, argumento esse videri quo probetur, Thesea antecessisse; is duodecimum Pyanopsionis diem, quartum post Thesea, probabiliter illis adscribi posse existimat. Nos ea re in incerto relicta videamus, quid in feriis feralibus actum esse tradatur. Praeter varios epheborum ludos quos inscriptiones

1) Mommsen pag. 301: „der bei Aristot. vorkommende ἐπιτάφιος ἀγὼν ist zusammen zu werfen mit den Epitaphia. Damit ist eine vollständige Übereinstimmung der Epitaphien des 2ten Jahrh. mit dem epitaphischen Agon des 4ten nicht ausgesprochen; Modificationen, wie sie im Lauf der Zeit eintreten, sind möglich, ja wahrscheinlich".

2) C. I. A. 2. 471. 22 sqq. pag. 35 (cfr. supr. pag. 381 adn. 3), Mommsen pag. 301 adn. 6. Reliquas inscriptiones quae Thesea cum Feralibus coniungunt deinceps enumeravit Mommsen pag. 302.

3) Euripid. Hicet. 524—563; cfr. Dionys. Halic. 5. 17; Philostr. Imag. 2. 29. 11; Lysias 2 (epit.) 7—10.

4) Arist. u. Ath. 2 (1893) pag. 292 adn. 4.

5) Martin Notes sur l'Héortol. Ath, Revue de Philologie 10. 1886 pag. 17. Auctor ei fuit Mommsen, qui ipse in priore libri sui editione, sub titulo Heortologie der Stadt Athen (Leipzig 1864) in ea sententia fuerat.

commemorant, veluti cursus lampades gestantium, decursiones et armorum ostensiones (ἀποδείξεις ἐν τοῖς ὅπλοις), inter quae solemnia nonnihil fuisse verisimile est, quod tempore inscriptionum illarum satis recens institutum esset, quatuor solemnia sunt quae huc pertinent, quorum inprimis nunc mihi ratio habenda est, et haec quidem:

1 primum est vetustissimum illud solemne, certamen ludicrum tam crebro a scriptoribus memoratum, quod instituebat polemarchus.

2 secundae sunt inferiae polemarcho ferendae Harmodio et Aristogitoni — et Androgeoni illi fortasse. Nam quod nemo umquam addubitavit, diem quo sacrificium anniversarium liberatoribus fieret, fuisse ipsum hunc Feralium publicorum diem, id mihi quoque, quamquam concedere debeo non totidem verbis ab auctoribus (supr. pag. 386 sq.) id affirmari, tam probabile esse videtur ut iam pro certo id habere nobis liceat, inprimis hanc ob causam, quod qui ei sacrificio praeerat fuit idem qui totis Feralibus, polemarchus.

3 praeterea cursus fiebat iuvenum armigerorum a polyandrio, ὁ δρόμος ἐν ὅπλοις ὁ ἀπὸ τοῦ πολυανδρίου, cfr. locus supra exscriptus pag. 389 adn. 2; et alii fortasse cursus eo pertinebant, quamquam vocabula quae eo loco legi solent: καὶ τ[οὺς ἄλλους] τοὺς καθή[κοντα]ς (scil. δρόμους) haud parva ex parte coniecturae debentur.

4 quarta est laudatio civium qui pro patria pugnantes interfecti sunt, quae polemarcho habenda fuit. Sed eum morem certe non ante medium saeculum secundum a. C. initium cepisse existimo. Ante id tempus ea res omnino ad Feralia non pertinebat; laudationes funebres antea tum solum habebantur cum bellaretur, neque habebantur in Feralibus sed in Exsequiis publicis civium qui quoque anno in bellis interfecti erant. Res tum demum ad Feralia translata est, cum iamdudum vigente populi Romani imperio bella ab Atheniensibus non amplius gererentur, et certa spes esset — quae bello Sullano propter causas singulares paullisper interrupta, mox restituta est — fore ut pax perpetua maneret; eo tempore funera civium in bello occisorum cum ipsis bellis obsoleverant, occasiones laudationum funebrium habendarum cum ipsis funeribus erant sublatae. Tum, ne plane oblivione premeretur res antea tam magni facta et quae ad pristinam gloriam

urbis tam prorsus pertinere videretur, utque ab ea parte servaretur aliqua certe antiquitatis imago, lege institutum est ut polemarchus quotannis Feralibus orationem haberet in Ceramico qua cives olim pro patria pugnantes interfectos laudaret. Oratio ut ab ipso magistratu composita esset, lex non postulabat, neque id a magistratu postulari potuisse facile intelligitur; licebat cuilibet, ut videtur, si quis viribus suis confisus orationem composuerat, eam huic usui destinare et polemarcho utendam et recitandam offerre. Ita factum est, ut ferrentur haud paucae orationes, a rhetoribus compositae, quae cum essent eo consilio scriptae ut a polemarcho recitarentur, et cum fortasse ab eo acceptae essent, *πολεμαρχικοὶ λόγοι* dicerentur sive *ἐπιτάφιοι λόγοι* [1]). Polemarchis autem, si novum opus eis praesto non erat, recitando vetere opere et ipso quidem illo Platonis dialogo qui Menexenus dictus est, sic quoque officium explere licebat [2]).

Apparet, in conspectum rerum quae Feralibus agerentur, me non recepisse caerimoniam quae hodie viris doctis pars harum feriarum maxime insignis fuisse videri solet, *τὴν ἐκφορὰν τῶν ἐκ πολέμων* funus publicum civium quoque anno in bello interfectorum. Cuius rei ut rationem reddam, Feralibus paullisper omissis, h. l. brevi mihi agendum est de funere publico illo.

**Excursus** II: de die funeris publici. — Constat, singulis annis, cum bella gererentur, etiamsi diversis forte temporibus et ex diversis locis Athenas delata essent ossa et cineres aliquorum civium in proeliis interfectorum, tamen ea ossa et cineres non statim neque prout Athenis accepta essent esse polyandrio condita, sed omnia ad certum diem quotannis reservata,

---

1) Menander (qui scripsit fere a. 270 p. C.) *περὶ ἐπιδεικτικῶν*, Rhet. Gr. 3 pag. 418: *λέγεται παρ' Ἀθηναίοις ἐπιτάφιος ὁ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἐπὶ τοῖς πεπτωκόσιν ἐν τοῖς πολέμοις λεγόμενος λόγος· εἴληφε δὲ τὴν προςηγορίαν οὐδαμόθεν ἄλλοθεν, ἢ ἀπὸ τοῦ λέγεσθαι ἐπ' αὐτῷ τῷ σήματι, οἷοί εἰσιν οἱ τρεῖς Ἀριστείδου λόγοι· οἵους γὰρ εἶπεν ὁ πολέμαρχος, ἐπειδὴ καὶ τούτῳ τὸ τῆς τιμῆς ταύτης ἀποδέδοται παρ' Ἀθηναίοις, τοιούτους συνέταξεν ὁ σοφιστής· ἐκνενίκηκε δὲ διὰ τὸ χρόνον πολὺν παρεληλυθέναι ἐγκώμιον γενέσθαι.* Sic uni ex orationibus Himerii nobis servatis polemarchicus titulus inscriptus est, cfr. Christ Gesch. d. Gr. Lit. pag. 838 sq.

2) Cic. Orat. 44. 151: „Plato ... in populari oratione, qua mos est Athenis laudari in contione eos qui sint in proeliis interfecti; quae sic probata est, ut eam quotannis, ut scis, illo die recitari necesse sit."

simul eo die in Ceramicum elata esse [1]). De modo quo efferebantur Thucydides luculentum se praebuit nobis auctorem [2]). Cum dies exsequiis faciendis esset paullo antea constitutus, tabernaculum faciebant — id in foro factum esse maxime verisimile esse videtur; in eo proponebant reliquias mortuorum, secundum tribuum ordinem dispositas, singulorum nominibus adscriptis ut videtur; tum per triduum illud quod erat ante diem ab initio constitutum proximum, populus eo admittebatur, et potestas omnibus erat donorum necessariis suis afferendorum. Dies funeris cum esset, reliquiae reponebantur in arcis e ligno cupresseo fabricatis et tot quidem, quot opus erat ut suam haberet tribus quaeque; tum arcis in plaustris advectis impositis, lectica vacua cum veste stragula addita qua ferri fingebantur ei quorum ossa relata non erant, ita reliquiae efferebantur in Ceramicum exteriorem; prosequebantur omnes qui volebant non cives soli sed mulieres quoque et peregrini. Pompa funebris, postquam advenit ad polyandrium, cum substitisset, et arcae deinde sepulcro conditae essent, is quem populus oratorem designaverat, cum ascendisset in suggestum valde altum quod super ipso monumento exstructum erat [3]), ibi habebat orationem funebrem in honorem eorum quibus eo die iusta fiebant, qua saepe exortus a laudibus eorum qui antea publico funere se dignos reddiderant, praedicabat felicitatem et decus mortis pro patria obitae; cum perorasset, auditores exhortatus ut dum libationes fierent supremo clamore et gemitu paullisper dolori suo satisfacerent, omnes domum deinde abire iubebat [4]).

Primum videamus, possitne ad cognoscendum quisnam fuerit dies ille quo exsequiae haberentur, quem Thucydides significat

---

1) Thuc. 2. 34. 1, 2. 47. 1.

2) Thuc. 2. 34. 2—8.

3) Thuc. 2. 34. 8: *προελθὼν ἀπὸ τοῦ σήματος ἐπὶ βῆμα ὑψηλὸν πεποιημένον*. Plut. Per. 28: *καταβαίνοντα δ' αὐτὸν ἀπὸ τοῦ βήματος*. Eodem loco postea polemarchus verba faciebat in Feralibus; Menander (supra pag. 391 adn. 1): *ἀπὸ τοῦ λέγεσθαι ἐπ' αὐτῷ τῷ σήματι*. Cfr. Harpocr. s. v. Κερ., Schol. Arist. Eq. 772: *οὗ καὶ τοὺς ἐπιταφίους ἔλεγον*.

4) Thucyd. 2. 46: *νῦν δ' ἀπολοφυράμενοι ὃν προςήκει ἕκαστος ἀποχωρεῖτε*. Lysias 2 (Epit) 81: *ὅμως δ' ἀνάγκη τοῖς πατρίοις ἔθεσι χρῆσθαι καὶ θεραπεύοντας τὸν πάτριον νόμον ὀλοφύρεσθαι τοὺς θαπτομένους*. (Demosth.) 60 (Epit.) 37: *ὑμεῖς δὲ ἀποδυράμενοι καὶ τὰ προςήκοντα ὡς χρὴ καὶ νόμιμα ποιήσαντες ἄπιτε*.

vocabulis *ἐπειδὰν ἡ ἐκφορὰ ᾖ*, aliquid profici laterculis mortuorum, quorum aliquot fragmenta, ut supra vidimus (pag. 382 adn. 1), nobis servata sunt. Ea fragmenta probant, cippos illos, qui tempore belli in polyandrio ponerentur, singulos nonnisi semel quotannis esse exstructos et suo loco positos; eius rei argumento mihi sit unum exemplum nemini ignotum, praescriptio laterculi cuiusdam a. 458 facti, quae ita se habet: *Ἐρεχθηίδος οἵδε ἐν τῷ πολέμῳ ἀπέθανον ἐν Κύπρῳ, ἐν Αἰγύπτῳ, ἐν Φοινίκῃ, ἐν Ἁλιεῦσιν, ἐν Αἰγίνῃ, Μεγαροῖ τοῦ αὐτοῦ ἐνιαυτοῦ* [1]). Sed id etsi sit per se quod notetur dignum, tamen ad rem de qua agimus nihil pertinet. Et facile apparebit, omnino nihil ex eis lapidibus effici posse, quod ad eam rem explanandam utile sit. Primum, etiamsi fieri posset — quod sane fieri non potest — ut ex lapide cognosceremus quidnam esset tempus anni, quisnam esset ipse dies, quo cippus unius anni [2]), postquam eum perfectum ex lapidarii manu accepisset magistratus, in Ceramico poni soleret, id nihil ut ad nostram quaestionem pertineret futurum fuisse nemo non perspicit; nihil nostra refert id scire, quoniam ignoramus quantum temporis spatium lapidarius insumpserit in parando cippo, in sculpendo, in expoliendo; si quid scire nostra interest, id hoc est, quando opus lapidario sit commissum et ab eo sit inchoatum, i. e., quidnam fuerit tempus anni, quisnam fuerit ipse dies, quo claudi soleret series nominum quae ut ab eo in cippo insculperentur futurum esset. De ea re autem diligenter quaesiverunt viri docti. Fuerunt quibus verisimile esse videretur, id statim post exsequias in Ceramico celebratas factum esse, et nomina quae tum in cippo insculpenda darentur lapidario, fuisse ipsa nomina eorum qui nuper essent in polyandrio conditi; vel suspicari possis, quod idem fere est, nomina esse lapidario tradita paullo ante diem funeri constitutum, cum primum constaret

---

1) C. I. A. 1. 433.

2) Consulto loquor de uno cippo, ut indicem — quia id ita se habere constat — semel tantum quotannis cippos positos esse. Fieri quidem potest, ut aliquando nomina quae insculpenda essent, cum uno cippo omnia contineri non possent, in duos vel plures cippos distribuenda fuerint; quin etiam fieri potest, ut haud raro tam magna fuerit copia nominum insculpendorum ut necesse esset omnibus tribubus suum cuique cippum dare; sed sic quoque denos illos cippos pro unitate habere et singulari numero significare sane mihi licet.

quot et quae nomina essent insculpenda, quo fieret ut ad eum diem perfectus esse posset cippus. Id ita factum esse mihi quoque quam maxime verisimile esse videtur. Sed patet, nos nihil ea coniectura proficere ad cognoscendum diem quo exsequiae habitae sunt; si quis affirmat, diem quo series nominum clauderetur fuisse ipsum Feralium diem, ut contendit Wilamowitz [1]), id hoc solo argumento fretus affirmat, quod eo die exsequias factas esse censet, qua in re ego cum eo non facio; apparet hac ratione non diem exsequiarum deduci ex eo quod affirmatur de die quo series nominum clausa sit, sed e contrario hunc diem deduci ex eo quod de die exsequiis destinato iam antea probatum fuit alicui. Alii sunt, qui contendant, seriem nominum clausam esse ipso die quo archontes magistratu abierint [2]), hoc argumento freti, quod ἐνιαυτὸς in inscriptionibus Atticis significet annum quo munere suo fungantur archontes. Argumentum vix quidquam valet; si quando vocabulo opus est, quo significetur temporis spatium duodecim (tredecim) mensium, aliud vocabulum praeter id q. e. ἐνιαυτὸς non adest; quod persaepe in inscriptionibus opus fuit vocabulo quo significarentur illi duodecim (tredecim) menses per quos eidem archontes suo munere functi sunt, nequaquam probat, rem semper ita se habuisse in inscriptionibus. Ipsa opinio autem nihil in se ipsa habet quo se commendet; numquis est, cui id verisimile videri possit, seriem nominum insculpendorum utique claudendam fuisse magistratibus abeuntibus, ita ut nonnisi a novis magistratibus nova series aperiri posset? quo fieret ut die funeris publici (quem a. 431 ἐν τῷ χειμῶνι fuisse auctor est Thucydides 2.34.1, 2.47.1) iam staret cippus in Ceramico, qui iamdudum exhiberet nomina alicuius partis eorum civium qui eo die efferrentur, cum nomina reliquorum qui simul efferebantur etiam reservarentur ad alium cippum qui post annum ut poneretur futurum erat. Quodsi nihilominus constat eam opinionem minime esse spernendam, et id quidem eam ob causam, quia pertinet ad explicandas res bellicas annis 459 et 458 ab Atheniensibus gestas, cum videatur ea sola ratione nobis occasio fieri affirmandi, tribules Erechtheidis

1) Wilam. Arist. u. Ath. 2 pag. 297.
2) Busolt Gr. Gesch. 3 pag. 305.

in laterculo nominatos, quatenus in Cypro, in Aegypto, in Phoenicia interfecti esse dicantur, fuisse a. 459 interfectos, reliquos vero a. 458 — nam ea re quam maxime opus est ad ordinem rerum eis annis gestarum probabiliter constituendum —, animadvertendum tamen mihi esse videtur, etiam alia ratione posse effici ut id ita se habuisse affirmare nobis liceat; quodsi forte ossa et cineres eorum civium qui in Cypro Aegypto Phoenicia a. 459 interfecti sunt, non statim neque eodem anno emitti potuerunt, sed a. 458 demum in patriam advenerunt, eorum nomina in laterculum anni 458 recepta fuerint necesse est, quia in laterculum superioris anni iam recipi non amplius potuerunt. Itaque omnium maxime verisimile est, eos cives qui in laterculo anni 458 in illis regionibus remotis interfecti esse dicantur, revera a. 459 ibi fuisse interfectos, sed a. 459 aliquid obstitisse (veluti vel navium inopiam vel alias rationes in re bellica sitas) quominus iam eo anno eorum reliquiae in patriam remitterentur et eorum nomina domum renuntiarentur; iam per se id affirmandum esse videtur, verba quae in laterculo legantur: *οἵδε ἐν τῷ πολέμῳ ἀπέθανον . . . τοῦ αὐτοῦ ἐνιαυτοῦ* non esse ad litteram accipienda ita: „hi sunt qui in proeliis interfecti sunt eodem anno", sed ita fere esse interpretanda: „hi sunt quos peregre in proeliis interfectos esse eodem anno Athenis ad magistratus et senatum renuntiatum est", vel „ . . . quorum reliquiae eodem anno Athenas sunt relatae et eodem die in Ceramico sunt sepulcro conditae". Verum si qui sunt qui ea explicatione, iniuria ut mihi videtur, recusata hoc teneant, seriem nominum in cippo insculpendorum quotannis clausam esse mense Hecatombaeone, tamen his concedendum erit, fieri non posse ut etiam *αἱ ἐκφοραὶ τῶν ἐκ τῶν πολέμων* utique habendae fuerint eo mense; nihil est cur eis id tenendum esse videri possit, et satis eis erit, diem quo series nominum clauderetur prorsus separavisse a die quo funus publicum fieret. Itaque ne sic quidem quidquam ex lapide effici posse apparet, quo certiores fiamus de die quo funus publicum factum sit.

Iam igitur ad mea argumenta transiens, primum affirmo, si quis id solum sequatur quod per se verisimile sit, eum certe non eo perventurum esse ut arbitretur, diem certum et omnibus annis eundem fuisse constitutum quo funera fierent. Maxime

sane in promptu est putare, rem ita fuisse ordinatam, ut quotannis, eo tempore fere quo aut omnes copiae et classes Atheniensium quae ea aestate peregre fuerant, iam in patriam reverterant, aut, si quas alicubi peregre perhiematuras esse constabat, finem rerum gerendarum tamen propter hiemem instantem ubique factum esse ab Atheniensibus existimari poterat, eo tempore quo etiam reliquiae omnium eorum qui ea aestate in proeliis interfecti erant iam erant in patriam reductae, aut, si quae nondum allatae erant, iam constabat eas eo anno non amplius venturas esse neque earum adventum etiam esse expectandum, eo tempore igitur fere quod vulgo erat ineunte hieme, nonnumquam etiam fortasse hieme iam paullo longius provecta, ad populum referretur a senatu de die quo funus fieret, et populiscito is dies funeri habendo constitueretur qui opportunus esse videretur [1]). Atqui cum per se verisimile sit rem ita se habuisse, id etiam confirmatur hoc argumento. Novimus quotannis (nempe eis annis quibus bellatum erat) in populi concilio de funere instante actum esse; constat enim, oratorem qui mox in funere verba facturus esset, populo quotannis fuisse designandum [2]). Spatium temporis autem, quod oratori ad orationem componendam et meditandam a populo daretur, satis breve fuisse, ex Lysiae verbis cognoscitur, qui in oratione funebri quam nobis reliquit, ad captandam auditorum benevolentiam, exorditur a commemoratione brevitatis temporis sibi concessi, quod paucorum tantum dierum fuisse dicit [3]). Id minime convenit opinioni qua diem certum in perpetuum lege constitutum fuisse contenditur; si de die iam multo ante constabat, nihil erat cur non multo ante eum diem orator designaretur; sed convenit opinioni qua contenditur, diem funeri

---

1) Dubium non est quin etiam media aestate vel aliis temporibus anni fieri potuerit ut de ea re ad populum referretur, ex. gr. si forte acciderat ut de pace eis temporibus subito cum hoste convenisset, et iam rediisset exercitus cum reliquiis civium interfectorum.

2) Thuc. 2. 34. 6. Populiscitum, quo semper decernebatur ut reliquiae civium eo anno interfectorum in patriam reductae publico funere secundum legem efferrentur, commemorat Dem 60 (Epit.) 1.

3) Lysias 2 (Epit.) 1: *εἰ ἡγούμην … ἐμεμψάμην ἂν τοῖς ἐπαγγείλασιν ἐπ' αὐτοῖς* (i. e. *ἐπὶ τοῖς ἐνθάδε κειμένοις*) *ἐξ ὀλίγων ἡμερῶν λέγειν· … διὰ τοῦτο καὶ ἡ πόλις μοι δοκεῖ … ἐξ ὀλίγου τὴν πρόσταξιν ποιεῖσθαι, ἡγουμένη οὕτως ἂν μάλιστα συγγνώμης αὐτοὺς* (i. e. *τοὺς λέγοντας*) *παρὰ τῶν ἀκουσάντων τυγχάνειν.*

faciendo fuisse incertum et quotannis denuo populo constituendum. Ita enim eum diem, quo de ea re in populi concilio agebatur, ipsum eum diem fuisse apparet, de quo modo locutus sum, quo series nominum quae insculpenda essent in hunc annum claudebatur; populo tum nihil erat, cur diem funeri faciendo etiam longe differret; cavendum tantummodo ei erat, ne tempus idoneum deficeret quo primum tabernaculum illud (in foro) posset construi, quo deinde per triduum ad id tabernaculum et reliquias in eo positas admitteretur populus; fortasse etiam de lapidario cogitandum erat, ut is intra id spatium temporis cippum conficere et magistratibus tradere posset; oratori qui designandus erat ipsi erat videndum, ut eo temporis spatio bene uteretur. Verba Lysiae magno argumento esse patet quo demonstretur, diem funeri faciendo quotannis pro re nata a populo esse constitutum. Deinde affirmo, ex omnibus diebus anni diem Feralium fere eum fuisse, qui minime opportunus et aptus esset funeri faciendo. Temere a viris doctis qui eum diem exsequiis habendis lege constitutum fuisse perhibent, inter se commixtae esse videntur res longe diversae, *ὁ τάφος* sive *ἡ ταφὴ* (*αἱ ταφαὶ*) *τῶν ἐκ πολέμων*, et *τὰ ἐπιτάφια*, feriae ferales. Has ferias, tristes quidem et religiosas, sed tranquillo animo obeundas tamen neque prorsus hilaritate quadam placida vacuas, turbari recenti funeris publici luctu, propinquos mortuorum polyandrium visitantes dum expectabant adventum polemarchi et ludorum initium, et silentio necessariis suis ibi conditis iusta afferentes, impediri et a proposito avocari tumultu exsequiarum, frequentia auditorum, verbis oratoris, lamentis prosequentium, quomodo decebat? Accedunt innumerae differentiae quae erant inter utramque solemnitatem, quae ipsa deterrere debuerunt ne quis eas permisceret vel in unum diem compingeret; quarum paucas tangam. Funus publicum ad eos solos pertinebat, qui eo anno in proeliis erant interfecti, feralia ad ingentem multitudinem omnium qui iam antea mortem pro patria obierant. Funus publicum non quotannis fiebat, sed eis annis solum quibus bellatum erat; non potuit igitur pars esse feriarum illarum, quippe quae persaepe sine illis fuissent celebrandae, itaque fuit solemnitas plane ab illis aliena et separanda. In funere publico Thucydide auctore nihil aliud agebatur quam ut in honorem recens mortuorum postquam sepulcro conditi

essent, orator a populo designatus verba faceret, deinde ut eos qui aderant domum silentio abire iuberet idem (supr. pag. 392 adn. 4); feralibus vero praeerat polemarchus, in eis ab eo tempore quo primum institutum est ut oratio haberetur (vid. supr. pag. 390), munus eius orationis habendae quin ad polemarchum pertineret numquam dubitatum est; eae feriae antiquitus celebrabantur certamine ludicro, cuius in funere ne vestigium quidem cernitur; sanciebantur religione sacrificiorum quorundam quae eidem magistratui facienda erant. Sed ex opinione praesumpta et omni fundamento carente [1]) qua duo solemnia quam maxime diversa a viris doctis permixta sunt, quanta perturbatio orta sit est operae pretium videre. Sunt in ea quae risum moveant; sic Mommsen (qui ad ultimum consensu virorum doctorum commotus ut videtur, etiam duo solemnia in unum compingere conatus est, quamquam ipse paullo antea gravissima quaedam attulerat quae ad contrariam sententiam eum perducere debuerunt) [2]), quae de oratione ab oratore a populo electo habita traduntur ita coniunxit cum eis quae de oratione a polemarcho habita ad nos pervenerunt, quae ad tempora multo recentiora pertinere non perspexit, ut suspicaretur, officium verba faciendi eis annis relictum esse polemarcho, quibus ad cives iamdudum sepultos tan-

---

1) In magna copia locorum quibus agitur de Feralibus et de certamine ludicro (supr. pag. 386), unus tantum est quo simul de oratione in funere habita mentio fit; is est Diodori (11. 33. 3): *ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος ἐκόσμησε τοὺς τάφους τῶν ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ τελευτησάντων, καὶ τὸν ἀγῶνα τὸν ἐπιτάφιον τότε πρῶτον ἐποίησε, καὶ νόμον ἔθηκε λέγειν ἐγκώμια τοῖς δημοσίᾳ θαπτομένοις τοὺς προαιρεθέντας τῶν ῥητόρων.* Sed quamquam fieri potest ut Diodorus erraverit, minime necesse est id affirmare propter coniunctionem quam eo loco fecit; ea coniunctio ad tempus tantum pertinet quo duas solemnitates institutas esse arbitratur; nihil est cur existimemus eum voluisse longius etiam eam perducere et ad unitatem earum solemnitatum eam referre.

2) Mommsen Feste pag. 300: „Wer das Epitaphienfest und die Bestattung in Tagesgemeinschaft bringt, statuiert eine Einrichtung vermöge welcher ersteres zu kurz kommt ..." u. s. w.; pag. 299: „Wer trotzdem die Behauptung aufstellt, es habe in Athen einen festen Bestattungstermin gegeben, wird durch Thukyd. keineswegs in die Lage gebracht, seiner Behauptung eine bestimmte Gestalt zu geben. . ."; ibid.: „Thuk. mag auch anderes, z. B. Spenden die der Polemarch aufs Grab goss, übergangen haben; über Zufügung von Agonen ist anders zu urtheilen, da von Agonen nichts verlautet, so ist zu schliessen dass keine stattfanden". Sed perturbationis initium iam inest in his verbis, quibus polemarchi perperam mentionem facit v. cl. dum de funere publico loquitur.

tummodo ea res pertineret, sed ad optimum oratorem id delatum esse, sicubi novae civium interfectorum reliquiae condendae erant — quasi putaret Athenienses existimavisse his recens mortuis aliquid novi et egregii deberi, reliquis vero qui iam pridem sepulcro conditi erant iam satis esse factum si cantilenam aliquam omni arte vacuam decantasset magistratus [1]). Sed graviores errores etiam ex ea re orti sunt. Fuerunt qui ob eam solam causam, quod certamina feralia in exsequiis celebrata non esse Thucydides certissimus auctor esset, contenderent ipsas ferias ferales quarto saeculo demum esse institutas; ea sententia, quae iam ea re refutatur quod polemarchus nonnisi vetustissimis temporibus illis quibus ipse rei bellicae etiam particeps erat, huic solemni praepositus esse potest, ultro concidit postquam separata sunt Feralia ab exsequiis. Wilamowitz non dubitat, quin exsequiae recens mortuorum habitae sint in Epitaphiis. Idem non perspicere non potuit, de certamine ludicro in exsequiis celebrato sermonem esse non posse [2]). Itaque nihil ei supererat quam ut etiam certamen ludicrum antiquitus ad Feralia non pertinuisse contenderet, et post Thucydidem demum ad ea esse additum. E contrario affirmat, inferias afferendas eis qui in polyandrio conditi essent — quas omnino factas non esse infra confirmare conabor — antiquitus in eis feriis locum habuisse [3]). — Nos autem funere publico satis a Feralibus separato mentionem etiam facimus de eo quod interest inter duo genera orationum, funebrium quae ab oratore a populo electo habebantur quoties cives in proeliis interfecti in Ceramico condendi erant, eo die quem populus constituerat; et sepulcralium, quae ab a.

---

1) pag. 303: „in das Epitaphienfest herüber genommen war das Herkommen, an dem öffentlichen Grabe eine Rede zu halten, mit dem Unterschiede dass, wenn dort Tote zu bestatten waren, ein eigens Beauftragter, bei dem bloss heortologischen Anlass aber der Polemarch sprach". — Sed fieri potest ut sententiam viri cl., parum distincte enuntiatam, non recte sim assecutus.

2) A. u. A. 1 pag. 249 adn. 131: „dabei muss es doch bleiben, dass Thuk. und die Hiketiden des Euripides (ein tragischer epitaphios) den agon nicht kennen. Aber die rhetoren des 4ten Jahrh. bezeugen ihn".

3) Ibid. 1 pag. 249: „die leichenopfer für die tyrannenmörder und die andern vom Vaterlande funere publico bestatteten, sind eine Stiftung der grossen zeit nach Plataeae; die Spiele stammen wohl erst aus der kleinen, als die trauerfeier selbst ihrer weihe verlustig gegangen war.".

fere 150 a. C. ut videtur quotannis habebantur a polemarcho Feralium die; quarum utriusque commune Graece nomen fuit λόγος ἐπιτάφιος; sed his quas secundo loco nominavi accedebat nomen λόγος πολεμαρχικός. Harum exemplum maxime illustre habemus in Platonis Menexeno, et sunt aliae eiusdem generis, supr. pag. 391 adn. 1; illarum vero quinque sunt quarum sive memoria ad nos pervenit sive ipsa verba servata sunt; eae sunt oratio a Pericle habita a. 440 cum conderentur qui in bello Samio ceciderant [1]); oratio eiusdem hieme anni 431 habita in exsequiis eorum qui primi in bello Peloponnesiaco interfecti erant [2]); oratio quam Lysias habuit circa a. 394 in funere civium bello Corinthio caesorum; oratio a Demosthene habita in honorem eorum qui in pugna ad Chaeroneam mortem obierant [3]), quo pertinet opusculum quod inter Demosthenica fertur, quod hodie vulgo — iniuria fortasse ut mihi videtur — genuinum non esse existimatur a viris doctis; oratio denique quam Hyperides habuit a. 321 in memoriam eorum qui cum Leosthene in bello Lamio interfecti erant. Utrumque genus hoc commune habet, ut ei qui pro patria mortem obierunt, universi laudibus efferri soleant; sed in his quae ad Feralia non pertinent hoc accedit indicium, quod insuper quosdam habet orator quos praecipue laudandos sibi esse dicat, eos nempe qui tum ipsum sepulcro conditi sunt.

Consuetudinem ad populum ferendi de civibus nuper interfectis publico funere efferendis, tam veterem esse verisimile est quam ipsas exsequias publicas civium in proeliis interfectorum; eas autem iam sexto saeculo interdum factas esse novimus. Legem vero quae fuit de exsequiis publicis, cuius mentionem faciunt Thucydides et Dionysius Halic. aliquanto recentiorem esse et tum demum factam esse cum de polyandrio in Ceramico faciendo rogaretur (a. 476/5) suspicor; revera cum de ea re rogaretur, etiam de civibus in proeliis interfectis in eo polyandrio abhinc condendis simul rogatum sit necesse est, et unam eandemque legem fuisse qua de utraque re decerneretur, affir-

---

1) De ea vid. Wilamowitz Hermes 12. 1877 pag. 365; Plut. Per. 28, cfr. Aristot. Rhetor. 1. 7, Plut. Per. 8.

2) Thuc. 2. 34. 1—47. 1.

3) Demosth. 20 (Leptin.) 141; 18 (Coron.) 288.

mare licet; ea igitur lex haec fuit, de qua sancienda a. 476/5 ad oraculum Delphicum legatos ab Atheniensibus missos esse supra (pag. 385) conieci. Ea lex tum cum fieret nihildum decernebat de laudatione funebri et de oratore ad funus exornandum a populo eligendo; id paullo postea demum ad illam legem additum esse dicunt Thucydides et Dionysius; Demosthenes et Diodorus tamquam propriam legem eam memorant [1]. — Tempus quo lex de oratione habenda ad legem addita sit, aut paullo post a. 490, aut paullo post annos 480 et 479 fuisse coniecit Dionysius; eam aliquanto post proelium Plataeense factam esse ponit Diodorus [2]. Nobis constat, legem additam esse aliquanto post a. 475, ante a. 440.

E. De ludis et sacrificiis in Feralibus celebratis. — Certamina ludicra in Theseis aliquando, nempe eo tempore quo inscriptiones ad Thesea pertinentes factae sunt, edita esse non minus constat quam in Feralibus [3]. Sed fueruntne eadem, an distinguenda sunt ita ut pars certaminis quod per eos dies habitum sit ad Thesea pertinuerit, pars ad Feralia? Talem distinctionem revera faciendam esse existimavit Mommsen. Ego quoque arbitror aliquam distinctionem faciendam esse; sed primum credo, eam post a. 300 a. C. demum valuisse, deinde censeo argumentum quod Mommsen protulit quo distinctionem quam fecit probaret, non recte se habere. Incipiamus ab eo ar-

---

1) Thuc. 2. 35. 1: *οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἐνθάδε εἰρηκότων ἤδη ἐπαινοῦσι τὸν προςθέντα τῷ νόμῳ τὸν λόγον τόνδε.* Dionys. 5. 17: *ὀψὲ γάρ ποτε 'Αθηναῖοι προςέθεσαν τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον τῷ νόμῳ.* Diod. 11. 33. 3: *ὁ τῶν 'Αθηναίων δῆμος ... νόμον ἔθηκε λέγειν ἐγκώμια τοῖς δημοσίᾳ θαπτομένοις τοὺς προαιρεθέντας τῶν ῥητόρων.* Demosth. 60 (Epit.) 2: *ἔστιν ἰδεῖν ἐκ τοῦδε τοῦ νόμου, καθ' ὃν αἱρεῖται (ἡ πόλις) τὸν ἐροῦντα ἐπὶ ταῖς δημοσίαις ταφαῖς.* — Martin (Notes sur l'Héortologie Ath. Revue de Philol. 10. 1886) pag. 22 sq., cum contenderet legem praescripsisse ut in feriis feralibus oratio funebris haberetur, vim attulit verbis Thucydidis quae sunt *προςθέντα τῷ νόμῳ τὸν λόγον*; „Thucydide dit, ait, que le discours fut „ajouté" à la *fête* alors qu'elle existait déjà ... Ce discours avait donné à cette *fête* un caractère singulier".

2) Dionys. l.l.: ... *εἴτ' ἀπὸ τῶν ἐν 'Αρτεμισίῳ καὶ περὶ Σαλαμῖνα καὶ ἐν Πλαταιαῖς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανόντων ἀρξάμενοι, εἴτ' ἀπὸ τῶν περὶ Μαραθῶνα ἔργων.* Diod. l.l.

3) De ludis in Theseis factis vid. loci supra pag. 386; de ludis in Feralibus factis pag. 387. Utrique ludi memorantur in inscr. C. I. A. 2. 482. 22: *ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἔν τε τοῖς Θησείοις καὶ 'Επιταφίοις.* De loco Gellii vid. infra.

gumento. Ut supra dixi (pag. 388) pars auctorum nostrorum qui de certamine ludicro mentionem faciunt, tradunt id triplex fuisse, gymnicum, equestre, musicum, nempe Plato et Lysias; sunt etiam qui plurali numero utantur, ut Demosthenes qui fertur et Lesbonax; maiori parti auctorum vero placuit numerus singularis *ὁ ἐπιτάφιος ἀγών*; eo numero omnes auctores utuntur qui polemarchum commemorant et qui diserte ad vocabulum q. e. *ἀγὼν* addunt nomen q. e. *ἐπιτάφιος*. In ea re Mommsen indicium nobis oblatum esse arbitratur quo dispicere possimus, quomodo inter duas ferias certamina fuerint divisa. Nam cum existimaret, singularem numerum probare, certamen quod in Feralibus haberetur fuisse singulare et unius tantum generis, cum vero accederet, quod inscriptiones probant, in Theseis duo tantum certaminum genera habita esse, gymnicum et equestre (cfr. loc. laud. supr. pag. 386 adn. 2), nihil magis in promptu esse ei visum est quam ut statueremus, illa duo ad Thesea referenda esse, unum genus autem quod superesset, musicum, Feralibus esse vindicandum [1]). Ego autem, cum rem ipsam etiam paullisper in medio relinquo, argumentum quo confirmatur sententia improbandum esse mihi videri aio. Primum, si id valere diceremus, sequeretur ut affirmandum esset, iam tempore auctoris nostri illius qui antiquissimus est inter auctores qui vocabulo q. e. *ἀγὼν ἐπιτάφιος* usi sunt, nempe Aristotelis, et quod inde deducendum esset, iam antiquiore tempore etiam, saeculis quinto et quarto, i. e. ab initio inde, certamen ferale nullum aliud fuisse apud Athenienses quam musicum; id autem ita se habuisse, persuadere mihi non possum. Quis nescit, ab antiquissimis temporibus viros excellentes, cum mortem obiissent, apud Graecos non musico certamine potissimum neque solo, sed aliis illis certaminibus inprimis, gymnicis et equestribus, esse honoratos? [2]). Exemplum certaminis feralis, quod nonnisi musicum fuerit, haud facile quemquam allaturum esse opinor; ibi quoque

1) Mommsen Feste pag. 305.

2) Cfr. ex gr. Dionys. Halic. 5. 17: *ἀγῶνας μὲν γὰρ ἐπιταφίους τιθεμένους ἐπὶ τοῖς ἐνδόξοις ἀνδράσι γυμνικούς τε καὶ ἱππικοὺς ὑπὸ τῶν προςηκόντων ἱστορήκασιν, ὡς ὑπό τε Ἀχιλλέως ἐπὶ Πατρόκλῳ καὶ ἔτι πρότερον ὑφ' Ἡρακλέους ἐπὶ Πέλοπι κ.τ.λ.*

ubi ut fieri solet certamen musicum in honorem viri demortui habetur, tamen numquam desiderantur alia duo [1]). Auctores autem qui tradunt apud Athenienses triplex certamen fuisse, Plato, Lysias, et ei qui plurali numero utuntur, ut Demosthenes qui fertur, quamquam verum est eos ipsum vocabulum q. e. *ἐπιτάφιος* non adhibere, sunt tamen ipsi illi quos tum cum de ea re scriberent de Feralibus solis, nequaquam de Theseis cogitavisse quam maxime constat; ei omnes enim agunt de caerimoniis quas apud Athenienses in honorem civium in proeliis interfectorum factas esse dicunt; qui fieri posset ut hi ad certamen musicum, si id solum in eorum civium honorem factum esset, temere addidissent duo certamina in aliis feriis, nempe in Theseis, celebrata, si ea ad Feralia omnino non pertinuissent? Deinde de ipso argumento a viro cl. prolato sic iudico: nescio an plus quam par sit momenti tribuerit illi numerorum pluralis et singularis differentiae. Locos quidem, quibus demonstrari possit vocabulum singulari nomine *ἀγῶνα* etiam adhiberi ubi de variis certaminum generibus certo ordine deinceps habitis sermo sit, vix ullos adesse concedo praeter eos quibus de quattuor magnis universorum Graecorum ludicris agatur; sed quo demonstrari possit quod contrarium est, prorsus nihil est; et locos illos ad Olympia et reliqua ludicra illa pertinentes sufficere opinor quibus sententiam meam confirmem [2]). Vocabulum igitur q. e. *ὁ ἀγὼν* apud Aristotelem et reliquos prorsus idem esse contendo quod *οἱ ἀγῶνες* apud Platonem Lysiam (Demosthenem). Itaque, cum reicio argumentum a viro cl. prolatum, simul reicio quod ex eo deducendum esset si valeret, iam tempore Aristotelis ita divisum fuisse certamen ut duae eius partes ad Theseas ferias, una, et musica quidem, ad ferales pertineret. Sed quod reicio, ad tempus solum pertinet quo res ita se habuisse dicitur; ipsius sententiae quod reliquum est, si mutato tempore ad saeculum secundum et ad tertium fortasse eam rettuleris, recte quin se habeat non est dubitandum. Quod ut probem, novo argu-

---

1) Cfr. loci Platonis et Isocratis supr. 388 adn. 3 laudati.

2) Satis habeo memorasse versum notissimum (Anth. Pal. 9. 357): *τέτταρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα κ.τ.λ.*; cfr. Paus. 5. 9. 3: *ὁ ἀγὼν ὁ ἐν Ὀλυμπίῳ*; id. 5. 10. 1; 2. 32. 2; et apud omnes passim.

mento opus est; atqui in promptu esse mihi videtur certissimum argumentum quod virum cl. non tetigisse miror. Inscriptiones ostendunt, certaminibus quae eo tempore in Theseis acta sint, praefuisse cives quoque anno a populo electos, agonothetas (vid. supr. p. 386); ea fuisse gymnica et equestria, non vero musica, eaedem inscriptiones demonstrant; ab altera parte polemarchum eo tempore officio certaminis instituendi non fuisse levatum, probat locus Philostrati (supr. pag. 387), qui demonstrat, etiam aliquot saeculis postea eum id habuisse; is quod suo tempore fiebat, etiam describit eisdem fere vocabulis illis quibus et Aristoteles et grammatici utuntur: *ὁ πολέμαρχος τίθησι τὸν ἀγῶνα ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων θαπτομένοις.* Ea vocabula apud Philostratum autem nonnisi ad musicum certamen referri possunt; non eam ob causam quidem quod singulari numero utitur Philostratus, cum constet numerum ab Aristotele adhibitum referendum esse ad triplex certamen, sed quod id solum certamen erat quod Philostrati tempore non esset agonothetarum munificentiae permissum. Apparet igitur, ubi de recentiore tempore agitur, distinctionem faciendam esse inter certamina bina quae Theseis feriis, singula quae Feralibus feriis haberentur; id etiam hac re confirmatur, quod in inscriptionibus coniunctio duarum feriarum nonnumquam, et ibi quoque ubi de certaminibus ludicris sermo est, indicatur per vocabula *τε καί* (vid. loc. laud. pag. 401 adn. 3); eis vocabulis separationem indicari, cum alii tum Mommsen (pag. 304 adn. 3) vere monuerunt. Sed eam distinctionem, si fieri non posse recte modo argui quin triplex certamen ad Feralia antiquitus totum pertinuerit, aliquando illatam esse necesse est. Neque quando illata sit obscurum est; ab eo tempore eam initium cepisse patet, cum primum populus Theseis feriis agonothetas praeficere coepisset, quod factum esse videtur aut circa a. 300 a. C. aut aliquanto postea (supr. pag. 386 adn. 5), et Feralia sola — et ea etiam pro parte tantummodo — polemarcho reliquisset. Itaque ea distinctione quam fecit Mommsen non reiecta quidem, sed ad certum modum et certa tempora reducta, de eo quod antea fuit, non solum tempore Aristotelis, sed etiam saeculis quarto et quinto et inde ab initio, iam ita nobis iudicare licet quemadmodum suadent argumenta quae attuli et quemadmodum solum convenit locis Platonis Lysiae (Demosthenis): eis antiquis tempo-

ribus totum certamen triplex ad Feralia pertinuit et in Feralibus agebatur; qui triplici certamini tum praeerat, erat polemarchus; is singula certaminum genera certo ordine deinceps instituebat, gymnicum primo, equestre secundo loco, tertio musicum. Sed sic quoque etiam aliquid desideratur. Vix credibile est, tum cum maior pars ludorum permitteretur curae agonothetarum, quidquam praeterea mutatum esse quod ad ordinem ludorum, ad tempora et dies quibus haberentur pertineret. Hoc igitur etiam quaeritur, quomodo ea mutatio, qua cura certaminum quorundam a polemarcho transiret ad agonothetas, efficere potuerit ut ea certamina, quae antea ad Feralia pertinuissent, ad alias ferias, Thesea, transferrentur, cum tamen nihil mutaretur praeter illud. Ad eam quaestionem ita demum responsum dari posse mihi videtur, si antea aliquid dictum sit de origine Feralium, et de ratione, quae inter eas ferias et ferias Theseas intercessit. Primum affirmo, Feralia antiquitus non unius diei spatio fuisse adstricta. Triplex certamen uno die absolvi potuisse nemo crediderit; inscriptiones recentioris temporis, etiamsi verisimile sit nonnulla quae tum addi solerent (decursiones epheborum et armorum probationes et cursus varios) quinto saeculo nondum omnia in usu fuisse, et ipsa certamina antiquo tempore fortasse simpliciora fuisse quam postea fuerunt, vix tamen id nos credere sinunt, praesertim cum etiam alia per eos dies agenda essent polemarcho, ut sacrificia. Ferias ferales igitur ab initio per biduum ductas esse contendo [1]). Deinde de earum origine videamus. Eam a Theseis separandam esse existimo. Eius rei argumento mihi esse videtur indoles duarum feriarum, quae aliqua ex parte quidem ut supra dixi inter se fuerunt natura cognatae, sed tamen origine diversae. Feralia si forte nondum fuissent cum Thesea instituerentur, propter Theseum et illius herois cultum ut instituerentur futurum certe non fuisset. Theseo directe nihil negotii erat cum civibus Atheniensibus in proeliis interfectis; quod in duabus

1) Biduum ex coniectura posui, ut significarem temporis spatium uno die longius. Sed nequaquam negare volui, fieri posse ut etiam longius temporis spatium vel antiquitus vel recentiore tempore Feralibus datum fuerit, veluti triduum vel plus etiam. Id pendet ex quaestione, quantum tempus occupaverint diversa certaminum genera singula, ad quam responsum dare nequeo. H. l. biduum retinebo, sed id fere exempli gratia positum esse moneo.

feriis cognatum et simile fuit — quod cernitur in recordatione virorum demortuorum qui optime de patria meriti essent — id non ex Theseis ad Feralia translatum est, sed ab initio his proprium fuit, et ex his potius fortasse ad illa permanavit. Feralia tota directe pertinuerunt ad colendam memoriam civium non omnium qui mortem obierant, sed eorum solum qui in proeliis pro patria interfecti erant. Eodem igitur pertinuerunt quo lex illa quae facta est aliquot annis ante quam Theseae feriae institutae sunt, qua a. 476/5 decretum est de monumento communi et polyandrio in Ceramico faciendo, qua simul latum est, ut vidimus, de exsequiis publicis faciendis. Feralia et polyandrium magno vinculo inter se connexa fuerunt, quia eodem consilio illa celebrabantur quo hoc factum est. Id vinculum etiam conspicitur in eo quod cognitum habemus de locis quibus ludi celebrabantur in Feralibus, quod totum spectat ad Ceramicum et polyandrium; veluti cursus epheborum armigerorum qui initium capiebat a polyandrio [1]), et certamen musicum quod prope a polyandrio, in Academia, habitum esse Philostratus auctor est [2]); Hesychius fortasse invocari potest tamquam testis, etiam duo alia certamina antiquitus in Ceramico habita esse. Sunt etiam verba quaedam auctoris apud Demosthenem, e quibus effici potest, diebus Feralium, cum certamen gymnicum et equestre haberetur, sepulcrum commune publico iussu fuisse exornatum [3]). Eas ob causas non dubito affirmare, Feralia aut initium cepisse eo ipso anno quo polyandrium factum est, et instituta esse ea ipsa lege

---

1) Ob eam causam etiam Wachsmuth Stadt Athen 1 pag. 264 polyandrium dixit „den Mittelpunkt des Festes".

2) Supr. pag. 387. Mommsen eum Philostrati locum neglexit, cum certamen musicum in theatro habitum esse coniceret pag. 307.

3) (Demosth.) 60 (Epit.) 13: *καὶ γὰρ εἰ μὲν εἰς χρημάτων δαπάνην ἤ τινα ἄλλην θεωρίαν ἱππικῶν ἢ γυμνικῶν ἄθλων ἐτάχθην κοσμῆσαι τὸν τάφον, ὅσῳπερ ἂν προθυμότερον καὶ ἀφειδέστερον ταῦτα παρεσκευάσμην, τοσούτῳ μᾶλλον ἂν προσήκοντα ἔδοξα πεποιηκέναι· λόγῳ δ' ἐπαινέσαι τούτους τοὺς ἄνδρας αἱρεθείς ... κ.τ.λ.* Orator dicit quidem, suum officium non esse exornare sepulcrum, et satis ostendit, eo die quo tum verba faciebat polyandrium non fuisse ornatum; sed eius verba probant, fuisse cum id exornaretur, et tum quidem, cum haberentur certamina equestre et gymnicum in honorem eorum qui eo conditi erant; id nonnisi in Feralia cadere potest. Apparet, haud parvos sumptus in eam rem interdum esse factos. Sed quod Demosthenes (18. 288) tradit de uno cive a populo *ἐπὶ τὰς ταφὰς* electo ex propinquis civium in proelio ad Chaeroneam interfectorum, non ad Feralia pertinet sed ad funus.

anni 476/5 quo decretum est ut illud fieret, aut saltem, si forte antiquiora fuerunt — nam ne id quidem est reiciendum, quin etiam id valde verisimile esse videtur, quia mos cives pro patria interfectos in Ceramico condendi valde antiquus fuit — esse eo anno et ea lege de integro ordinata et aucta. Omnium maxime verisimile est, lege, qua decerneretur de constituendo loco quo cives in proeliis interfecti abhinc conderentur, et de ratione qua eorum reliquiae abhinc publicis exsequiis in eum locum efferrentur, eadem actum esse de feriis anniversariis quae celebrarentur ad eum locum, in memoriam eorum civium, triplici certamine quod demortuorum decus erat. Itaque Feralia Theseis antiquiora fuisse affirmo. Sed mox, a. 473, eae feriae supervenerunt. Earum dies praecipuus (cf. supr. pag. 385 adn. 6) ita constitutus est, ut extra Feralia caderet quidem, sed tamen proxime ab eis abesset; sive eis antecessit, ut mihi auctore viro cl. Mommsen magis verisimile videtur (supr. pag. 389), sive post ea positus est, ut aliis placuit (ibid. adn. 4 et 5). Quod tum, ut supra (pag. 385) dixi, de caerimoniis sacris quibusdam factum est, quae iam antea in usu fuerant, ut de Oschophoriis et de Pyanopsiis [1]), ut proprio nomine servato nihilominus in Theseas ferias reciperentur tamquam partes earum, et ipsae quoque Thesea (ampliore sensu) dicerentur, id etiam Feralibus accidit; quod eo facilius fiebat, quo plura erant in fabulis ad Theseum pertinentibus (vel quo plura postea in eas illata sunt) quae a Feralium natura haud abhorrerent, Theseum auctorem fuisse ut iusta fierent heroibus ad Thebas interfectis (supr. pag. 389 adn. 3), eum primum fuisse qui oratione funebri laudasset quos sepulcro conderet [2]). Ab eo tempore igitur Feralia simul fuerunt pars Theseorum; certamen triplex, quod ferale erat, et Feralibus per biduum habebatur, cui praeerat polemarchus, idem erat Theseum, et habebatur Theseis. Id nomen, „certamen Theseum", etiam apud scriptores Graecos antiquiores in usu fuisse, vix crediderim; in litteris

---

1) Plut. Thes. 22 sq.

2) Dionys. Hal. 5. 17: *ἐπαίνους δὲ λεγομένους (ἐπὶ τοῖς ἐνδόξοις ἀνδράσιν) οὐ γράφουσιν (οἱ Ἕλληνες), ἔξω τῶν Ἀθήνησι τραγῳδοποιῶν, οἳ κολακεύοντες τὴν πόλιν ἐπὶ τοῖς ὑπὸ Θησέως θαπτομένοις καὶ τοῦτο ἐμύθευσαν.* Philostr. (Imag. 2. 29. 1) dicit, Athenienses tum *ἄρασθαι* etiam *ἀγῶνα τὸν ὑπὲρ τῶν σωμάτων.*

Graecis quae nobis supersunt, id nomen non legitur quantum scio, ibi solum nomen ei est ὁ ἐπιτάφιος ἀγὼν (ἀγῶνες), sive ὁ ἐπὶ τοῖς ἐκ πολέμων τεθαμμένοις ἀγών (supr. pag. 386 sq.). Unum auctorem latinum quidem habemus qui eo nomine usus est, Gellium, de Euripide in „Theseo certamine" coronato narrantem, supr. pag. 386 adn. 3. Sed is, quamquam e Graeco auctore id nomen sumpsit, tam sero vixit, ut verisimile sit eum (vel eius auctorem) secutum esse usum loquendi qui post a. 300 a. C. demum ortus esset, neque auctor nobis esse possit cui credamus, iam Euripidis aetate id nomen in usu fuisse. Sed coniunctio duarum feriarum quae a. 473 initium cepit, etiam sic demonstratur verbis Gellii. Eam coniunctionem autem, quae per duo fere saecula intacta mansit, post a. 300 sustulit mutatio de qua modo egi, qua institutum est ut Theseis edendis praeficerentur agonothetae annui; et eam ob causam quidem, quia tum simul cura maioris partis certaminis feralis adimebatur polemarcho. Ei magistratui solemnia quaedam sola curanda et perficienda relinquebantur, quibus is eo die fungi solebat qui adhuc secundus Feralium dies fuerat, nempe sacrificia quaedam et officium certaminis musici instituendi; nam etiam cursus quem eo die (ut ostendit inscriptio quae eum ἐν τοῖς Ἐπιταφίοις factum esse dicit) faciebant iuvenes armigeri a polyandrio, et alii cursus fortasse eodem die facti, et si quid praeterea decursionum et armorum probationum et cursuum lampades gestantium eo die agebatur ab ephebis et a viris aetate provectioribus, ea omnia agonothetis curanda abhinc fuisse, verisimile reddunt inscriptiones. Ita igitur factum est ut qui antea fuerat prior Feralium dies, non revera quidem, sed specie tamen et nomine, ab eis feriis separatus, ad Thesea referretur, quamquam proprie iam antea ad ea quoque pertinuerat; ita factum ut Feralia, eatenus certe quantum ad nomen pertinebat, e biduo contraherentur in unum diem; ita accidit ut certamen ferale, quod abhinc fiebat partim in Theseis, partim in Feralibus, pro maiore parte fieret „certamen Theseum", pro minore, tamquam musicum certamen, maneret ferale, ὁ ἐπιτάφιος ἀγών; cui accedebant etiam cursus diversi generis et alia ludicra epheborum, eodem die habita, quae a polemarcho aliena erant.

De sacrificiis in Feralibus polemarcho faciendis pauca habeo

quae addam. Primum quaeritur, sitne ab eo sacrificatum ad polyandrium civibus eo sepulcro conditis. Quid de ea quaestione sentiat aliquis, magna ex parte pendet ex sententia quam tenet de lectione verborum Aristotelis supra pag. 387 allatorum. Si retinetur vocabulum *καὶ*, quod codex habet, ut placuit viro cl. Wilamowitz [1]), eis civibus sacrificatum esse affirmandum est; si id vocabulum cum viris cl. van Leeuwen Blass aliis eieceris, contraria sententia vincet. Primum videamus, num qua alia testimonia adsint quae de sacrificio civibus in proeliis interfectis facto mentionem faciant. Ea pauca sunt; habemus verba Platonis: (*ἡ πόλις*) *καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν αὐτὴ τὰ νομιζόμενα ποιοῦσα κοινῇ πᾶσιν, ἅπερ ἰδίᾳ ἑκάστῳ ἴδια γίγνεται*; et verba Demosthenis qui fertur: *θυσιῶν καὶ ἀγώνων ἠξιωμένους ἀθανάτων*; et verba Lesbonactis: *θυσίαι ἐπὶ τούτοις γίγνονται.* Apparet de hostiis ad polyandrium caesis, de eo genere sacrificiorum cuius mentionem facit Aristoteles adhibito vocabulo q. e. *ἐναγίσματα,* quod idem significatur vocabulo q. e. *προσφάγια,* his locis non diserte sermonem esse. Civibus polyandrio conditis publice tribuitur secundum Platonem, quod aliis privatim a propinquis datur. Quaerendum igitur est, quid privati tribuerint necessariis suis sepulcro conditis. Ad eam quaestionem accuratissime respondere difficile est; nemo nescit, de significatione vocabuli q. e. *τὰ νομιζόμενά τινι ποιεῖν* vel *τὰς κατ' ἐνιαυτὸν ἐπιμελείας ποιεῖν* [2]) non tam accurate nos certiores facere auctores nostros, ut eam rem plene persequi possimus. Ne id quidem inter viros doctos constat, quis fuerit dies, *τὰ νεκύσια* dictus, quo propinqui cognatis suis demortuis iusta facere solerent, cum eum diem, *τὰ γενέσια* dictum, quem alii diem natalicium fuisse existiment eius qui demortuus est, alii diem quo mortem obiisset, tamquam diem religione privata sanctum distinguendum esse a publicis feriis quae fuerunt die quinto mensis Boedromionis quae dicebantur *τὰ Νεμέσια* affirment alii, alii vero utroque nomine eundem diem significari arbitrentur [3]); dubitatur etiam quid in religione privata valuerint

---

1) A. u. A. 1 pag. 249.

2) Isaeus 1 (Cleonym.) 10; 2 (Menecl.) 10, et passim; Plato legg. 4 pag. 717 E.

3) cfr. Schoemann Gr. Alt.[2] 2 pag. 497 sq; Mommsen Feste pag. 172 sqq.; Rhode Psyche 1 pag. 233 sqq., 2 pag. 344; Stengel (Iwan v. Müller Handbuch IV)[2] pag. 200.

τὰ ἔμμηνα ἱερὰ et quamdiu in usu manserint. Mihi eae res h.l. ulterius persequendae non sunt, cum ad meam quaestionem hoc solum pertineat scire, quemnam locum in caerimoniis privatis habuerint sacrificia cruenta. Atqui constat, hostias caesas non prorsus alienas ab eis fuisse; ante Solonis tempus satis frequenter adhibitae esse videntur, is enim bovem mactari inferiarum loco vetuit [1]); postea hostias a privato usu alienas factas esse hodie affirmari solet — quamquam vix video quonam auctore vel argumento; sed quarto saeculo haud raro victimas (ovem vel gallum vel porcum) ad sepulcra privatorum a privatis caesas esse probant multa testimonia auctorum, Isaei imprimis [2]). Sed satis clarum est, eum morem nonnisi inter cives locupletiores obtinuisse; magni sumptus facti [3]), caerimoniae productae, victimae caesae in parentando necessariis, nonnisi apud eam partem populi minorem in usu fuisse videntur apud quam fortunae magnae aderant, hereditates pinguiores et accipiebantur et appetebantur. Pauperes quin plerumque pietatis officio satis fecisse sibi visi sint, si libationibus variis, donis vilibus cum florum tum edulium gustu dulcium mortuos suos honorassent, dubium esse mihi non videtur. Hoc certe affirmare licet, sacrificia cruenta non ita necessaria habita esse in caerimoniis feralibus privatorum, ut si desiderarentur, iusta mortuo facta esse negandum esset. Quodsi verum est, sane respublica quoque satis habere potuit, mortuos quos quotannis certo die (καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ait Plato, i. e. Feralibus) iustis honoribus afficere in se susceperat, libationibus et sacrificiis incruentis honoravisse. Sed si eo referimus verba Platonis Demosthenis Lesbonactis, num ea sacrificia a polemarcho mortuis ad polyandrium allata esse putabimus? Me iudice ne id quidem affirmandum est, ob eam causam quod omnibus locis supra (pag. 386 sq.) allatis de tali polemarchi

1) Plut. Sol. 21: ἐναγίζειν βοῦν οὐκ εἴασε.

2) Isaeus 2 (Menecl.) 46: ἐναγίζειν αὐτῷ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν; 6 (Philoct.) 51 et 65; 7 (Apollod.) 30; Plut. Q. R. 34. Eodem pertinent quae Rhode (Psyche 1 pag. 246) attulit ex Ταγηνισταῖς (Aristoph. fr. 1. 12 Bergk): καὶ θύομεν γ' αὐτοῖσι (τοῖς τεθνεῶσι) τοῖς ἐναγίσμασιν ὥσπερ θεοῖσι καὶ χοάς γε χεόμενοι αἰτούμεθ' αὐτοὺς τὰ καλὰ δεῦρ' ἀνιέναι. Eos versus, a Stobaeo (121. 18) servatos, Dindorf (Corp. Poetarum Scenic. 4 pag 218, fragm. Aristoph. 445a), poetae ignoti novae comoediae esse iudicat.

3) cfr. ex. gr. Demosth. 41 (Spur.) 11.

officio altum silentium est. Mihi maxime verisimile videtur, quoque anno eum civem, quem Feralium die polyandrium exornandum ad certamen gymnicum et equestre redemptum habuisse supra (pag. 406 adn. 3) nos docuit Demosthenes, etiam eius sacrificii curam et laborem praestare debuisse. Iamvero cum in locis Platonis Demosthenis Lesbonactis nihil esse appareat quo confirmetur lectio codicis verborum Aristotelis, satis est addidisse eam lectionem refutari non solum verbis Pollucis qui Aristotele auctore usus nihil scripsit de hostiis ad polyandrium a polemarcho caesis, sed inprimis silentio omnium reliquorum auctorum, Lysiae, Philostrati et quos praeterea attuli; est igitur acquiescendum in lectione quam probaverunt van Leeuwen et Blass. — Falleretur autem, ut arbitror, si quis opinionem eorum qui tenent sacrificia cruenta a polemarcho ad polyandrium facta esse, confirmare vellet exemplo sacrificiorum, quae Marathone ad sepulcrum commune virorum ibi a. 490 in proelio interfectorum (*τῶν Μαραθωνομαχῶν*) fiebant; novimus enim, secundo saeculo a. C. accidisse, ut iuvenes Athenienses eo se conferrent ad victimam caedendam ad sepulcrum quod ipsi coronis exornabant [1]; quod etiamsi parum constat an quotannis ab ephebis factum sit, tamen ad morem perantiquum referendum esse videtur, quia haud credibile est eiusmodi caerimoniam post tot annos aliquando de integro susceptam esse, quod ut fieret vix ulla ratio suadere poterat, quamobcausam non dubito affirmare, ab a. 490 quotannis pro republica ad polyandrium Marathonium sacrificatum esse [2]; et eos viros ad Marathonem in proelio caesos etiam ab eius oppidi incolis sedulo et tamquam heroes quidem cultos esse notum est [3]. Id exemplum ideo fallax esse arbitror, quia magnum discrimen erat inter viros Marathone sepultos et eos qui in

---

1) C. I. A. 2. 471. 26 (1 pag. 275): *παραγενόμενοι δὲ [ἐπὶ τὸ ἐμ Μαραθῶνι πολυ]ανδρεῖον ἐστεφάνωσάν τε καὶ ἐνήγισαν τοῖς κατὰ πόλεμον τελευτήσασιν ὑπ[ὲ]ρ τῆς ἐλευθερίας.* Aristid. 2 pag. 229 sq.; Rhode Phyche 2 pag. 349.

2) Verba Thucydidis (2. 34. 5): *ἐκείνων δὲ διαπρεπῆ τὴν ἀρετὴν κρίναντες αὐτοῦ καὶ τὸν τάφον ἐποίησαν*, quae alioquin sensu carent (nam civibus in proeliis interfectis decori erat, non eo loco quo caesi erant, sed ad urbem, sepeliri), ea ratione recte intellegi possunt, si cum illa eorum sepultura aliquod insigne decus fuit coniunctum, quo frui vix potuissent, si una cum reliquis omnibus in Ceramico conditi fuissent.

3) Paus. 1. 32. 4.

Ceramico conderentur. Hi qui in Ceramico sepulti erant vel ut sepelirentur futurum erat, officio erga patriam bene quidem functi erant, sed praeterea nihil singulare in eos cadebat; fecerant quod idem et fecerant et faciebant illi qui in proeliis semper superstites vel fuerant vel futuri erant; certe inter eos erant qui morte sua occasionem victoriae reportandae dedissent, sed erant etiam qui victi essent neque multum patriae profuissent moriendo; in numero indefinito et qui semper ut cresceret futurum erat, victores a victis distingui neque poterant neque debebant. Officium quod erga eos habebat respublica, continebatur hac re ut provideret, ne post mortem aliqua re carerent ex eis quae mortuis universis deberentur, utque ea cura filiis et propinquis adempta et in se suscepta, partim hos onere levaret, partim his si ipsi aliquid diligentiae fortasse praetermissuri fuissent, ne potestatem quidem officii neglegendi relinqueret. Eorum vero qui ad Marathonem interfecti erant, insigne et singulare erat meritum quod patriam servaverant — quod idem cadebat in eos qui post undecim annos ad Plataeas caesi sunt, qui libertatem Graeciae vindicaverant —; eorum erat numerus definitus et clausus; rem praeclare eos gessisse haud ambiguum erat; gratia patriae ingens eis debebatur propter ingens beneficium, cuiusmodi nihil cadebat in cives qui in proeliis interfecti in Ceramico conditi erant. Veneratio igitur quam illis post mortem tribuit respublica, nihil nos docet de ratione qua his iusta fecerit respublica. Sed longe alia res est quam ex exemplo τῶν Μαραθωνομαχῶν deducere velim: id exemplum demonstrat primum hoc, rempublicam Atheniensem nonnumquam mortuorum merita si valde insignia fuerunt, remuneratam esse insigni illo parentationis genere quod ἐναγίζειν dicebatur, et ita quidem, ut qui eo honore afficerentur, homines mortui nihilominus manerent neque in heroum numerum reciperentur — nam quod qui in pugna Marathonia ceciderant iam antiquitus ab incolis eius loci heroes dicti sunt (pag. 411 adn. 3), id nihil pertinere ad rempublicam Atheniensem cum viro cl. Deneken (apud Roscher lex. 1 col. 2523) censeo; deinde id exemplum demonstrat, aliquid eiusmodi iam ineunte saeculo quinto factum esse, quo tempore de hominibus mortuis in heroum numerum recipiendis Athenis ne cogitatum quidem esse potest.

Post multas egressiones — quibus omnibus opus mihi fuit ut possem quid de origine huius honoris feralis liberatoribus tributi sentirem hic et in proxima paragrapho demonstrare — denique ad sacrificium illis a polemarcho factum accedens, cum iam supra (pag. 390) rationem reddiderim quo iure id in Feralibus eis factum esse dicerem, confirmare velim, eam caerimoniam paullo recentius quidem institutam esse quam statuas eis decretas et sepulcrum publicum eis datum, sed tamen valde vetustam fuisse, et adeo quidem, ut initium ceperit aut ipso anno 473 (cum Thesea instituerentur) aut paullo ante. Sed priore parte eius sententiae meae ad proximam paragraphum reservata, h. l. primum videbo de vetustate. Quam qui negant (ut Deneken ap. Roscher l.l.) hoc argumento utuntur: homines mortuos, cum decerneretur ut publice eis sacrificaretur, eo decreto esse in heroum numerum receptos; id autem factum esse omnino non posse saeculo quinto, vix saeculo quarto; sacrificium publicum igitur sero demum, in ultima quarta parte saeculi quarti, liberatoribus decretum esse posse. Ego autem ei argumento ex parte assentior; ut supra iam dixi (pag. 364), facio cum eis qui Athenis homines mortuos saeculo quinto et priore parte saeculi quarti in heroum numerum relatos non esse affirmant. Nequaquam credo, Harmodium et Aristogitonem eis saeculis ab Atheniensibus pro heroibus esse habitos, quos homines fuisse nimis probe scirent. Quis crederet, a. 411, cum in columna Demophanti eidem honores quibus illi ornati erant, promitterentur omnibus qui tyrannos necassent, Athenienses eo progredi voluisse, ut tyrannorum interfectoribus futuris omnibus promitterent, eos heroes fore? Honores post a. 321 in insula Rhodo eis oblati, qui divini magis fere quam heroici erant (supr. pag. 353 adn. 2 et 355), primum exemplum esse credo eiusmodi opinionis et agendi rationis; quam Athenis ne postea quidem umquam, nedum antea, viguisse arbitror. Sed priorem partem illius argumenti falsam esse censeo, hominibus mortuis non potuisse sacrificium cruentum (ἐνάγισμα) publice ad sepulcrum quotannis faciendum decerni, nisi simul heroes facti essent. Nihil obstat, opinor, quominus affirmemus, liberatores non esse pro heroibus habitos et nihilominus ad eorum sepulcrum publice sacrificatum esse quinto saeculo. Opinio falsa, quam de eorum cultu pridem suscepit Curtius v. cl., qui cum

ea coniunxit alterum errorem, aras positas fuisse ante eorum statuas et ad eas esse sacrificatum [1]), hac in re multos fefellit; putabant enim, si de heroica dignitate a viro cl. eis attributa cum eo dissentiebant, dissentiendum etiam sibi esse de sacrificio, quod ad sepulcrum factum esse non reputabant. At specie saltem mihi obstat etiam opinio virorum doctorum earum rerum maxime peritorum. Lego enim apud Gruppe [2]): „die Übernahme der Grabpflege durch den Staat — eine nicht ganz seltene Auszeichnung — bedeutete die Rezeption des so Gefeierten unter die Zahl der öffentlich anerkannten Heroen". Sed ea sententia, quam cum ederet v. cl. nequaquam respiciebat ad rem de qua agimus, honores Harmodio et Aristogitoni decretos, ita vera est, si excipiatur quod excipiendum sit. Sententia respicit heroes Atticos illos celeberrimos, quos cum temporibus nobis magis cognitis videamus publicis sumptibus a sacerdotibus et magistratibus pro civitate cultos esse, antiquissimis temporibus privato cultu tantummodo fruitos esse, et homines fuisse demortuos, gentium Atticarum auctores et conditores plerosque, suadet ratio; postquam Attica in unum imperium coaluit, respublica eorum cultum qui adhuc privatus fuerat publicum fecit, et heroes publici facti sunt ipsi. Itaque magis etiam placebit sententia, si inversa erit: „respublica cum in numerum heroum publicorum hominem mortuum recipit, curam eius sepulcri suscipit". Non nego quidem, etiam recto ordine servato eam aliquatenus veram esse: „rempublicam curam sepulcri suscipientem, hominem eo conditum heroem declarare"; sed affirmo eam ita eatenus tantum valere, quatenus valeat inversa, et si quid amplius ita per eam affirmetur, id falsum esse; itaque qui eam ita tenere velit, ei concedendum esse, exceptiones esse admittendas. Atqui in promptu sunt exceptiones; nemo negabit, rempublicam suscepisse curam sepulcri civium in proeliis interfectorum, neque tamen eos esse heroes declaratos. Iamvero idem cadit in sententiam quam pro-

---

1) Vid. supr. pag. 363 et 364 adn. 1. Ex eis quae eo loco scripsi de discrimine quod faciendum esset inter statuas virorum egregiorum sive εἰκόνας, ad quas sacrificia fieri non possent, et simulacra deorum sive ἀγάλματα, ad quae sacrificari soleret, excidisse video locum quem afferre volui ad pag. 365 lin. 18 a summa pagina, qui est Platonis, Phaedr. pag. 251 A: θύειν τινὶ ὡς ἀγάλματι καὶ θεῷ, cfr. ibid. pag. 252 D.

2) Gr. Mythol. (Iwan von Müller Handbuch) pag. 1501.

posuit Deneken: „rempublicam homines mortuos heroes tum designare, cum sacrificium cruentum eis decernat". Huius regulae exceptiones si nullas admitti posse affirmaretur, demonstrandum esset, aliquam rationem cogentem in ea esse, qua constaret, hominem mortuum heroem non fieri non potuisse, cum primum sacrificium cruentum ei decerneret respublica, sed eum hominem mortuum mansisse quamdiu privati tantum eo sacrificii genere eum colerent; novimus enim ad privatorum sepulcra saepe hostias mactavisse propinquos (supr. pag. 410 adn. 2). At eiusmodi ratio nulla esse potest; si heroica dignitas non pendet ex sacrificii genere, certe non amplius pendet ex fonte unde proveniant sumptus in sacrificium facti, num is sit publicus an privatus. Ita enim cives in Ceramico conditi etiam heroes fuissent necesse esset, cum sacrificia incruenta eis fierent publicis sumptibus (supr. pag. 410 sq.). Respublica, quamquam constat eam saepe honores ferales decrevisse quibusdam quos simul reciperet in heroum numerum, non minus potuit eiusmodi honores, etiam cruentos, decernere eis quos heroes non faceret, si insigni aliquo et peculiari beneficio hi eos meruisse videbantur. Id confirmatur eo quod modo de Marathonomachis dixi. Beneficium quo tali praemio se dignos praebuerant Harmodius et Aristogiton, hoc erat, quod libertatem a tyrannis oppressam reddidissent patriae, ut tum ipsum (post a. 478) credere coeperant Athenienses. Exemplo eis esse potuit quod paullo antea ipsi de honoribus eorum qui ad Marathonem interfecti erant, quod tum ipsum Spartani de Leonida rege sacrificiis colendo, quod nuperrime Plataeenses de venerandis eis qui in proelio anno 479 gesto ceciderant, decreverant ad gratias eis viris referendas et ad remuneranda singularia eorum merita. Heroes non fiebant liberatores eo decreto; sed meliore fortuna utebantur quam reliqui qui defuncti erant, et cum deis et heroibus esse existimabantur, sive in inferis, sive in beatorum insulis. Eo tantum, non vero ad heroicam dignitatem, pertinet quod mox, cum cantilena illa facta esset, in conviviis cantabatur: *Φίλταθ' Ἁρμόδι', οὔ τι που τέθνηκας, νήσοις δ' ἐν μακάρων σέ φασιν εἶναι, ἵνα περ ποδώκης Ἀχιλεύς, Τυδεΐδην τέ φασιν ἐσθλὸν Διομήδεα.* Sed eodem pertinent verba illa Demosthenis de civibus qui in proeliis interfecti sunt, qui heroes tamen non erant: *πῶς οὐ χρὴ τούτους (οὓς ἅπασα ἡ πατρὶς θάπτει δημοσίᾳ) εὐδαίμονας νομίζεσθαι; οὓς*

*παρέδρους εἰκότως ἄν τις φήσαι τοῖς κάτω θεοῖς εἶναι, τὴν αὐτὴν τάξιν ἔχοντας τοῖς πρότερον ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἐν μακάρων νήσοις. Οὐ γὰρ ἰδών τις οὐδὲ περὶ ἐκείνων ταῦτ' ἀπήγγελκεν, ἀλλ' οὓς οἱ ζῶντες ἀξίους ὑπειλήφαμεν τῶν ἄνω τιμῶν, τούτους τῇ δόξῃ καταμαντευόμενοι, κἀκεῖ τῶν αὐτῶν τιμῶν ἡγούμεθ' αὐτοὺς τυγχάνειν* [1]). Quod quinto saeculo de liberatoribus imaginatus est poeta, mirifice congruit his quae etiam tertio saeculo de civibus in proeliis interfectis dixit orator. Neque ab eo discrepat Hyperides, qui a. 321 etiam: *Οἶμαι* ait *καὶ τοὺς τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλίαν τῷ δήμῳ βεβαιότατα ἐνδειξαμένους, λέγω δὲ Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα, οὐδένας οὕτως αὑτοῖς οἰκειοτέρους ἢ ὑμῖν εἶναι νομίζων ὡς Λεωσθένη καὶ τοὺς ἐκείνῳ συναγωνισαμένους, οὐδὲ ἐκείνοις ἂν μᾶλλον ἢ τούτοις πλησιάσειαν ἐν ᾅδου* [2]). Atqui apud omnes constat, quo tempore ea verba fecit Hyperides, sacrificium anniversarium, et cruentum quidem, liberatoribus factum esse. Apparet igitur, liberatores tum propter illud sacrificium non magis esse pro heroibus habitos, quam cives in proeliis interfectos. Demosthenes quoque id ostendit, is enim in Oratione de falsa legatione a. 343 habita (quo tempore sacrificium illud certe fieri solebat, ut probat Aristoteles qui ante a. 322 scripsit) dixit, Athenienses liberatores aliqua ratione colere quae similis esset honoribus qui deis et heroibus tribuerentur: *καὶ τιμᾶτε ἐξ ἴσου τοῖς ἥρωσι καὶ τοῖς θεοῖς.* Demosthenes eis verbis dicit, liberatores heroes non fuisse, non magis quam dei fuerunt. Accedit quod eis verbis nihil aliud respexisse potuit orator quam sacrificium anniversarium ipsum, quia quod praeterea eis significatum esse posset, iam antea aliis verbis nuncupavit (*ἐν ἅπασι τοῖς ἱεροῖς ἐπὶ ταῖς θυσίαις σπονδῶν καὶ κρατήρων κοινωνοὺς πεποίησθε*). Itaque quod Demosthenis et Hyperidis temporibus accidit, ut liberatores sacrificio publico, et cruento quidem, honorarentur neque tamen pro heroibus haberentur, sed eadem condicione essent qua cives in proeliis interfecti, id certe quinto saeculo etiam ita se habere potuit, et argumentum, quo demonstrare conati sunt viri docti, eo tempore (fere a. 473) sacrificium illud eis decerni non potuisse, refutatum est.

(*Continuabitur*).

---

1) (Demosth.) 60 (Epit.) 34.
2) Hyperid Epit. 200 sqq. Cobet.

# OBSERVATIUNCULAE DE IURE ROMANO.

SCRIPSIT

J. C. NABER S. A. FIL.

(*Continuantur ex huius Vol. pag.* 309).



## CI.

### QUANDO EX USU RECESSERIT REI IN IUDICIUM DEDUCTAE CLAUSULA.

Quaeri video, quando ex usu recesserit rei in iudicium deductae clausula. Statuit Eisele [1]) tunc necessario pereundum ei fuisse, quum ordinaria iudicia extraordinariis cesserint. Ego nescio, an aeque confidenter ita sententiam dedisset vir clarissimus, memor si fuisset formae, quae non latuit Kellerum [2]): *oporte(re) eos, qui de fideicommisso*, id est, extra ordinem, *cognoscunt*, perinde *subsequi praetoris edictum* [3]), quemadmodum ipse praetor *ius civile subsequitur* [4]), ubi nihil inveniatur, quod sit contrarium. Itaque

1) *Abhandl. z. röm. Civilproz.* (1889) p. 43: („*im Cognitionsverfahren*) *hat Consumption durch Litiscontestation keine Stelle*"; p. 62/3: „*in demselben Augenblicke, in welchem der Cognitionsprozess den Formularprozess verdrängte*, .... *konnte es auch keine an die* constitutio iudicii *geknüpfte processuale Consumption mehr geben*"; *Ztschr. der Sav.-St.* XXI (1900) p. 49: „*in dem* .... *Cognitionsverfahren* (*konnte*) *von Consumption durch* deductio in iudicium *überhaupt nicht die Rede sein*." Atqui concurrentes actiones etiam iure novissimo hoc modo perimi putat (*Archiv für die civ. Praxis* 79 (1892) p. 399-401).

2) *Civilprozess* not. 973 (p. 414).

3) L. 8 § 2 D. 28. 7.

4) L. 14 D. 22. 5.

debet, quisquis extra ordinem cognoscit, nullam iuris ordinarii defensionem denegare; veluti quidquid in ordinario iudicio doli mali praestat exceptio, id *ratione doli exceptionis* in cognitionibus tribuitur [1]). Idem in ceteris exceptionibus recte dicetur, neque est, cur excipias rei in iudicium deductae clausulam. Thalelaeus certe, ubi scribit [2]), quum sint sublata legitima iudicia, semper opus esse rei iudicatae vel in iudicium deductae exceptione [3]), hoc indicat: in extraordinario iudicio locum esse rei in iudicium deductae clausulae. Sed obstare putat Eisele, quod nec sit constitutio iudicii extraordinarii [4]), nec in eiusmodi iudicio litis contestationi locus [5]). Falsum est utrumque. *Constitu(i)tur*, sicut ordinarium iudicium, ita *ipsius* praesidis *cognitio* [6]), et perseveravit semper litis contestatio, quae etiam in Codice suam habet rubricam et definitionem [7]). Est quidem alio modo intelligenda constitutio ordinarii iudicii et extraordinarii, siquidem, qui constituit iudicium ordinarium, is permittit alteri condemnandi absolvendive potestatem; ex diverso, *cognitio(nem)* qui *susc(ipit)* [8]), is *disceptationi locum* tantum *d(at)* [9]), quia potestatem iudicandi habet [10]). Quaerimus adhuc, ex usu quando recesserit rei in iudicium deductae clausula. Et respondet Savigny, dum radit sco-

---

1) L. 67 § 3, l. 69 § 3 (cf. l. 34 § 2) D. 31.

2) Sch. 14 ad Bas. 17. 2 (cf. Pernice, *Ztschr. der Sav.-St.* XVIII p. 233/4). Vix in lucem prodierat hoc scholium (1846), quum scribebat (1847) Savigny, *System* VI § 282 (p. 278): *„diejenige Consumption, die* .... ipso iure *eintrat*, (*musste*) *nach dem Untergang des* ordo iudiciorum .... *sogleich völlig verschwinden.*"

3) Ipse sibi contradicit Thalelaeus, dum scribit eum, qui *κατὰ μανδάτον* agat, *ipso iure* rem consumere (sch. *τοῦ φάκτου* ad Bas. 8. 2. 88). Nec est facile dictu, utra sententia standum sit, quum superiori sit conveniens § 5 Inst. IV 13 (Ribbentrop, *Correal-Oblig.* p. 195 not. 11), huic pro portione l. 22 § 8 D. 46. 8, nisi per imprudentiam retenta est. In quod proclivior sum. Cf. Bethmann-Hollweg, *Civilproz.* § 103[36] (II p. 493).

4) *Abhandl.* (1889) p. 63.

5) *Ztschr. der Sav.-St.* XV (1894) p. 273.

6) Cic. Accus. IV 25 § 60. — Cf. etiam Ammian. Marcell. XXIX 1 § 27.

7) R. et c. un. C. 3. 9.

8) § 8 Inst. I 26; l. 8, l. 9 D. 1. 18; l. 19 D. 2. 1; l. 6 D. 5. 3; l. 3 § 4 D. 27. 2; l. 93 (92) § 1 D. 28. 5; l. 10 D. 48. 1; l. 1 § 14 D. 48. 18. — Cf. Wieding, *Libelprocess* (1865) p. 106/7.

9) c. 5 C. 7. 57. — Cf. etiam c. 18 pr. C. Th. 11. 36 (vv.: (*cum*) *ad agendum locus poscitur.*

10) Eisele, *Cognitur und Procuratur* (1881) p. 239: *„der* praeses *bestellt sich nicht selbst zum* iudex, *sondern als* praeses *ist er zugleich auch* iudex."

pulum [1]), in quem impacturus erat se Fridolinus: non lege abrogatam sed desuetudine obliteratam esse [2]), itaque temporibus Iustiniani nullum eius fuisse usum [3]), quamobrem a Compilatoribus pleraque eius vestigia deleta sint [4]). Cur venerit in desuetudinem clausula, non exprimit, sed respondet Bethmann-Hollweg [5]): propterea in desuetudinem venisse, quod iam nihil prohibuerit, vetere lite relicta de eadem re ex integro actionem instituere, id est: propterea recessisse, quod recesserit. Planius Erman [6]): propterea abisse, quod cognitiones sint sempiternae [7]), nisi *longo silentio* finiantur [8]), quocirca rei nihil interfuerit obicere actori exceptionem rei in iudicium deductae, quum posset is semper ad pristinam litem reverti. Sed subiungit ipse [9]): tunc nihilo secius interfuisse, quum mutato genere actionis actor experiri vellet, vel adversus alium obligationis participem; addemus nos: vel apud alium cognitorem. In his speciebus autem et, si quae sunt similes, fatetur rei in iudicium deductae clausulam perstitisse. Ergo multo magis explicat, cur perstiterit clausula,

---

1) *System* VI § 282 (p. 278): „*der Uebergang des* .... ordo iudiciorum *in die* extraordinaria iudicia *hat die Beseitigung der Klagenconsumtion zwar nicht unmittelbar und mit Notwendigkeit herbeigeführt, aber ohne Zweifel befördert und beschleunigt.*" Quam adsignat causam, nulla est. Similis est sententia Kelleri, *Litiscontestation* (1827) p. 109: „*d(ie)* exceptio rei in iudicium deductae .... (*hatte*) *seit Aufhebung des alten* ordo iudiciorum *keine rechte Bedeutung* (*mehr*), *und*" (*Pandekten* (1861) p. 540) „*musste* .... *wegfallen.*" Etiam propius radit scopulum Planck, *Mehrheit der Rechtsstreitigkeiten* (1844) p. 11-13.

2) *System* VI § 282 (p. 277): „*wir haben keine Nachricht, dass* (*das Institut der Klagenconsumtion*) *jemals von einem Gesetzgeber ausdrücklich aufgehoben wäre; es scheint vielmehr allmählig abgestorben zu sein.*"

3) *System* VI § 282 (p. 279): „*im Iustinianischen Recht wird weder die Klagenconsumtion, noch die mit ihr unzertrennlich verbundene* exceptio rei in iud. ded. *erwähnt, woraus unzweifelhaft erhellt, dass diese Institute damals keine Gültigkeit mehr hatten.*" Cf. ibid. § 258 (p. 25).

4) *System* V § 231 (p. 209/10); § 235 (p. 255/6); *Obligationenrecht* I § 19 (p. 182/3)

5) *Civilprozess* § 156[59] (III p. 298) = § 153 (III 258/9).

6) *Mélanges Appleton* (1903) p. 218.

7) Laudat in eam rem (p. 220) fullorum litem (Bruns (1893) no. 159), quam laudaverat etiam Bethmann-Holweg, *Civilproz.* § 80[71] (II p. 178). Laudat praeterea Kipp, *die Litisdenuntiation* p. 247[8]: l. 55 D. 5. 1; c. 8 C. 7. 43; Keller, *Civilproz.* not. 967 (p. 412): Symm. Rel. 19. Restant l. 49 § 1 D. 5. 1 (Eisele, *Abhandl.* (1889) p. 61/2); C.I.G. 1732 (Eisele, *Ztschr. der Sav.-St.* XXI (1900) p. 37 not. 1); Iustin. c. 13 pr. C. 3. 1.

8) L. 2 § 2 D. 40. 15 (si clausula genuina est). Add. l. 2 § 2, l. 32, l. 58 D. 5. 1.

9) P. 218/9.

quam, quod susceperat: cur desierit. Sed videamus, quando. Et quidem in desuetudinem nondum venerat, quum constituebat Arcadius [1]): *contestationem intelligi, etiamsi nostrae fuerint tranquillitati preces oblatae,* quod praeceptum eo pertinet, ut rescripti emolumentum, sicut competit testatori, ita heredi competat [2]), principalis actio, sicut illi periit, huic perierit, quia, *sicut* ... *actio transmittitur ad heredem, quae testatori competiisse monstratur, sic et e diverso iuris definitione* ... *firmatur ab herede actionem non incipere, quae non competierit testatori* [3]). Adeo igitur sub finem quarti saeculi *contestatio,* id est, litis contestatio [4]), vim suam retinebat, novatoini ut sufficeret *contestationem intelligi.* Consumebatur autem iis temporibus actio, si preces fuerant oblatae, ipso rescripto; rescripti emolumentum adlegatione [5]); adlegationis instantia aut lapsu [6]) aut litis contestatione; lis contestata vel definitiva sententia vel Theodosiana lege, id est, tricennali praescriptione [7]), excepta sola doli mali actione, quam *conquiesc(ere)* iubet Constantinus, *nisi ex die quo impetrata fuerit* ... *intra continuum biennium* ... *fuerit decisa* [8]). Sin preces oblatae non fuerant, consumebatur actio per litis denuntiationem [9]), huius instantia aut lapsu aut litis contestatione. Est autem lapsus [10]) petitoris absentia a tribunali [11]) eo die, quo negotium introducen-

---

1) c. 10 C. Th. 1. 2 (= c. 1 C. 1. 20); cf. Alex. c. 1 C. 1. 26; Iustin. c. 33 C. 8. 53 (54).

2) Hoc iteratur c. 12 C. Th. 1. 2.

3) Haec in Codice Iustiniano omissa transierunt tamen in Basilica (2. 5 9). Eodem modo factum est Bas. 9. 1. 146 (= c. 5 pr. C. 7. 65); Bas. 25. 5. 26 (= c. 7 § 1 C. 8. 16).

4) Nulla alia intelligi potest.

5) Itaque transmittitur heredi eius rescripti emolumentum, quo non sit usus testator (c. 4 C. Th. 1. 2) et signabatur post adlegationem rescriptum, ne bis eodem quis uteretur. Supersunt duo rescripta σημειωθέντα in Consultatione (IX 2 et 4).

6) Allegata rescripta *ad cursum temporum pertinere, decretum est* (c. 4 C. Th. 2. 4). Non allegata perpetua sunt (c. 12 C. Th. 1. 2), nisi certum tempus expressum sit (c. 2 C. 1. 23).

7) c. un. § 1 C. Th. 4. 14. Cf. Nov. Valent. XXXIV (*de episcop. iud.*) c. 1 § 13; Iust. c. 9 C. 7. 39.

8) c. un. C. Th. 2. 15 (= c. 8 C. 2. 20 [21]).

9) De litis denuntiatione supra vidimus (cap. LVII).

10) De lapsu cf. inprimis Kipp, *die Litisdenuntiation* (1887) § 35-42.

11) Nov. Valent. XXXIV c. 1 § 14 vv. *petitor qui secretarium vitio suo noluit introire.*

dum est [1]). Introducendum videtur *intra quatuor menses* [2]) ab editione rescripti (vel litis denuntiatione) computandos [3]), ut horum *supremo die* [4]) introductio locum habeat. Itaque nec post introductionem lapsus intervenire potest, nec post lapsum, qui reparari non possit [5]), ulla actio superest [6]), quasi per denuntiationem consumpta. Quod sustulit per Occidentem [7]) Valentinianus [8]); vult enim *integro petitori negotio* lapsum incurri [9]). Verum ante eam constitutionem ubique, postea per Orientem, eadem vis fuit, quod ad novandum attinet, litis denuntiationis atque contestationis, itaque poterat tam *in iudicio* causa *publicata* [10]), id est, ni cum Gothofredo [11]) fallor, deposita [12]), quam lite contestata [13]) lis procuratoris effici. Extinguitur autem denuntiationis instantia non lapsu tantum et litis contestatione, sed etiam *ante lapsum negotium* [14]) litigatoris alterius utrius morte, verum non continuo, sed *temporibus novationis etiam exactis* [15]). Debet enim intra statutum tempus heredi vel in heredem cursus temporum renovari [16]). Iure Iustiniano, quum sit sublata litis denuntiatio, remanet, ut per litis contestationem actiones consumantur. Id vero fieri negat Savigny, nec movetur eo, quod in libris Iustinianarum legum

1) Symm. Rel. 32 § 1: *diem legitimum causae lapsus excessit.*

2) Nov. Valent. XXXIV c. 1 § 14.

3) Computandi sunt ex quo *lis .... legitime fuerit apud suum iudicem coepta* (c. un. C. Th. 2. 15 (Kipp, *die Litisden.* p. 250/1); c. 1 C. Th. 1. 16), quod fit *post celebratam denuntiationem* (*sive editionem*) *rescripti* (c. 4 C. Th. 2. 4; cf. Kipp, op. cit. p. 208-210, 244).

4) Cf. Symm. Rel. 39 § 3.

5) Reparari non potest secundus lapsus (c. 1, c. 2 C. Th. 2. 6; c. un. C. Th. 11. 32; Symm. Rel. 39 § 3). Non migratur sed observatur eadem regula in P. Lips. 9 (*Archiv f. Papyrusf.* III p. 560, 562; *Ztschr. der Sav.-St.* XXVII p. 350/1).

6) Cf. Kipp, *die Litisden.* § 43.

7) Cf. Puchta, *Cursus der Institutionen* § 136 not. *s.*

8) Nov. XXXIV (*de episcop. iud.*) c. 1 § 14.

9) Rebellat Kipp, *die Litisden.* § 43[e].

10) c. 1 C. Th. 2. 12 (= c. 23 C. 2. 12 [13]), quo remittit Symmachus, Rel. 19 § 4.

11) Qui propterea docet, *agitatam* a Triboniano esse suppositum.

12) Denuntiatio scribi quidem potest apud omnes, *quibus actorum conficiendorum ius est* (c. 2 C. Th. 2. 4), sed deponenda est *in iudicio* (c. un. § 1 C. Th. 4. 14), ut lis exordium auspicetur.

13) c. 7 C. Th. 2. 12.

14) cf. c. un. C. Th. 11. 35.

15) Symm. Rel. 32 § 3.

16) c. 3, c. 4 C. Th. 2. 6; cf. c. 4 C. Th. 4. 8 (= c. 42 C. 7. 16).

novationis iudicio accepto admodum parva vestigia [1]) supersint. Parvum igitur vestigium, quod sub ipsa *de novationibus* rubrica legitur [2]): *delegatio(nem)* fieri *per litis contestationem,* quocirca *liberari* constat eum, pro quo *iudicium* alius *acc(e)p(erit)* [3])? Vel, quod enumerantur [4]) personae, *quae rem in iudicium deducunt*? Licet enim ideo enumerentur, quod *in exceptione rei iudicatae contine(a)ntur,* verumtamen ideo continentur, quia rem in iudicium deducunt [5]), id est: consumunt. Quamquam ex mente compilatorum sic vertendum censet Eisele [6]): *rem in iudicium deducunt,* id est: iudicium dictant, quod ratum erit [7]). Itaque, quod pace tanti viri dixerim, non satis animadvertit Eisele, quid sit iudicium ratum, quotve modis iudicium ratum esse possit [8]). Est igitur iudicium ratum, quod vel condemnationem vel absolutionem ratam habiturum sit, veluti Modestino alicubi [9]) iudicium *ratum* esse dicitur, quum sit futurum, ut teneat absolutio; Iuliano autem [10]) iudicium *nullum,* quo nemo condemnari possit [11]). Et solet quidem iudicium omne simul ratum esse ad condemnationem et ad absolutionem, quia, ubi nemo condemnari potest, nemo solet *liberari,* itaque *manebit* in tali specie *integra actio* [12]); ex diverso, ubi quis condemnare potuit *recte* is *egisse,* id est, actionem *consumpsisse* [13]) videbitur [14]). Sed erit nonnumquam ad condemnationem ratum iudicium, ad absolutionem irritum, veluti quum quis alieno

---

1) *System* V § 235 not. *c* (p. 254): „*einzelne Spuren*"; VI § 258 (p. 26): „*zwei Stellen*" (intelligit l. 29 D. 46.2 et c. 3 § 2 C. 7. 54); § 282 (p. 280): „*einzelne Aeusserungen*". Cf. Bethmann-Hollweg, *Civilproz.* § 153[24] (p. 257).

2) L. 11 § 1 D. 46. 2 (Keller, *Litiscontestation* p. 90).

3) L. 23 D. 46. 3.

4) L. 11 § 7 D. 44. 2. De pristina textus forma egit Eisele, *Ztschr. d. Sav.-St.* XXI p. 22-25.

5) Cf. l. 4 eod.

6) Eisele, *Abhandl. cum röm. Civilproz.* (1889) p. 53/4.

7) „*die bezeichneten Vertreter bringen ein giltiges Verfahren zu Stande.*"

8) Modo laudata sic concludit: „*und folgeweise dann ein giltiges Urtheil*".

9) L. 65 D. 3. 3. Cf. c. un. § 1. C. 2. 56 (57).

10) L. 74 § 2 D. 5. 1.

11) De specie contradicit Paulus l. 4 (i. f.) D. 42. 5.

12) Paul. l. 13 § 1 (cf. Iavol. l. 14 pr.) D. 11. 1; id. l. 43 § 9 D. 21. 1; Papin. l. 57 § 1 D. 12. 6; Iulian. l. 74 § 2 D. 5. 1.

13) L. 36 D. 46. 3.

14) Cf. praeterea l. 14 pr. (i. f.) D. 11. 1; l. 11 § 7 D. 14. 3; l. 30 pr. D. 15. 1 (cf. l. 7 § 15 D. 42. 4); l. 1 § 10 D. 15. 2; l. 13 § 5 D. 20. 1; l. 116 D. 45. 1.

nomine sine mandatu egerit; habebit enim iudicati actionem procurator [1]), si vicerit, sin minus, domino non erit *praeiudica-(tum)* [2]). Erit igitur condemnatio rata, absolutio irrita [3]). Ex diverso, quod iudicium acceptum est falso tutore auctore, ratum id est quoad absolutionem [4]), irritum quoad condemnationem, quocirca actor, si id ignoravit, integri habet restitutionem [5]). Similiter, qui plus petit, veluti tempore, *male agit* [6]), nam iudicium habebit sine condemnatione [7]), quemadmodum qui in legis actione errasset [8]); is vero, cui ex una causa aliquid iam praestari oporteat, aliquid nondum, condemnationis ratione praesens tempus cum praeterito in iudicium deducit, sed absolutionis ratione etiam futurum [9]). Itaque, sicubi iudicium ratum esse legitur, nec additur [10]) qua ratione ratum sit, ex toto contextu colligi debet, sitne ratum intelligendum condemnationis ratione an vero absolutionis. Similiter *in iudicium deducere* contextus ratione habita modo verti debet: actionem consumere per litis contestationem, modo sic: litem contestatam nancisci [11]). At, sicubi legitur aliquem alienam actionem in iudicium deducere, tunc ideo [12]) dubitari nequit, quin consumere actionem intelligendus sit, quia propter id ipsum in re certa ratam rem haberi satisdatio remittitur [13]). Sunt autem eiusmodi loci in Pandectis quam plurimi [14]) et stant

---

1) Reclamat Thalelaeus (ad Bas. 8. 2. 98) propter Gratiani constitutionem (c. 24 C. 2. 12 [13]).

2) L. 27 pr. D. 3. 3. Cf. Brunner, *Entst. der Schwurgerichte* (1872) p. 224².

3) Cf. l. 25 § 2 D. 44. 2 et quae ad eam adnotavimus praecedentis capitis (C) initio.

4) Nisi forte propter aliam causam absolutio non teneat, veluti, quod pupillus sine tutore id dictaverit (l. 3 D. 27. 6).

5) Keller, *Litiscontest.* § 68.

6) L. 1 § 4 D. 7. 3. (Cf. Dernburg, *Pfandr.* II p. 296 (ad l. 13 § 5 D. 20. 1).

7) Keller, op. cit. § 56. Cf. Bethmann-Hollweg, *Civilproz.* § 87 (p. 220) ante notam 10; § 103 (p. 499) cum nota 62.

8) Gai. IV § 11, § 30 ia. 108 (Sohm, *Institutionen* (1888) p. 148; (1908) p. 281).

9) Keller, op. cit. § 58.

10) Non addit Modestinus l. 65 cit. (D. 3. 3), itaque nimis cito propterea ei abiudicat maiorem fragmenti partem Eisele, *Cognitur und Procuratur* (1881) p. 171. Rectius expungit: *literis eius adprobatis* (ibid. p. 170).

11) Cf. l. 2 § 8 D. 18. 4: *(si) in iudicium deduxerit actionem, praestare debebit hanc ipsam actionem, quam nactus est.*

12) Rationem nullam reddit Keller, op. cit. § 11⁷ (p. 108).

13) L. 23 D. 26. 7 (quem locum, quantum video, Eisele in hoc tractatu neglexit).

14) Cf. Keller, op. cit. § 39; § 41¹¹ (p. 331). Addam l. 22 D. 26. 7 (Eisele, *Abhandl. z. röm. Civilproz.* p. 53); l. 31 D. 5. 1.

necessario [1] pro sententia eorum, quibus persuasum est etiam iure Iustiniano iudicio novari. His accedunt loci, ubi legitur, eum qui duas actiones habeat eiusdem rei, ex una agendo *utramque* consumere [2], vel, qui teneatur, ex una patiendo, utraque liberari [3]. Sane nihil efficitur iis locis, ubi legitur una actione instituta alteram perimi [4], vel *cum ceteris* [5], quia hoc explicari potest occupationis et electionis ratione [6]; itaque non debuerat Savigny [7] adhibere l. 16 D. 45. 2; l. 116 D. 45. 1; l. 18 § 3 D. 13. 5; l. 1 § 21 D. 27. 3; l. 34 pr. D. 44. 7; c. 28 C. 8. 40 (41); sed ne Eisele [8] quidem l. 14 § 13 D. 4. 2. Ex diverso, quibus continetur, *petitione (conventione) unius* [9] non ceteros sed *omnes* [10] excludi liberarive, nullo iure pro testibus recusat Eisele [11], quum non possit ipse petitor vel a quo petatur occupationis et electionis ratione excludi liberarive, sed hic tantummodo vi contestationis. Est praeterea magnum documentum, ubi legitur [12]: *natural(em) obligatio(nem) .... in litem (non) trans(ferri).* Sane ad l. 29 D. 46. 2 *(aliam causam esse novationis voluntariae, aliam iudicii accepti)* provocari non debet, ut demonstretur iudicio novari, quemadmodum in contrariam partem nihil adferunt l. 2 § 8 D. 18. 4 *(si novaverit vel in iudicium deduxerit)* et persona tutoris remota

1) Propter l. 23 D. 26. 7.

2) L. 5 (i. f.) D. 46. 1: *si ex altera earum egerit, utramque consumet, videlicet, quia natura obligationum duarum, quas haberet, ea esset, ut, quum altera earum in iudicium deduceretur, altera consumeretur*; l. 32 pr. D. 15. 1: *si ex duobus vel pluribus heredibus .... unus fuerit conventus, omnes heredes liberabuntur*; l. 20 pr. D. 11. 1 (*altero convento, alter quoque liberatur*); l. 28 § 4 D. 12. 2 (*per alteram actionem altera quoque consumitur*).

3) L. 2 D. 45. 2 (*petitione .... unius tota solvitur obligatio*); l. 31 § 1 D. 46. 2 (*unum iudici(o) petentem totam rem in litem deducere*).

4) Sed in l. 5 D. 46. 1 (quam exscripsimus), quum praecedat *utramque consumet*, apparet quo sensu dicatur: *altera consumeretur*.

5) l. 51 § 4 D. 21. 2 (cf. Ribbentrop, *Correal-Oblig.* p. 200 not. 4).

6) Windsch. (1891) § 296¹.

7) *Obligationenrecht* § 19 not. *f* (I p. 183); *System* V § 231 not. *g* (p. 209), § 232 not. *l* (p. 219), § 234 not. *l* (p. 229), VI § 282 not. *m* (p. 279).

8) *Abhandl.* (1889) p. 52.

9) Ita non restituo l. 2 D. 45. 2.

10) L. 32 pr. D. 15. 1, ubi male vertit Eisele (*Abhandl.* (1889) p. 52): „*d(ie) übrigen*". Add. l. 20 pr. D. 11. 1 (*alter quoque*).

11) *Abhandl.* (1889) p. 51³² (cf. ibid. p. 52 not. 33).

12) L. 50 § 2 D. 15. 1.

l. 22 D. 26. 7. Ignoramus enim, utrum illic abundet adiectio *voluntariae*, an hic supplenda sit [1]). Est autem sermo, quo utitur Savigny, ut damnet novationem, quae fiat iudicio, eo mirabilior, quia comprehendit utramque clausulam; putat enim ne iudicati quidem novationis, quam tamen agnoscit ipse Iustinianus [2]), praeter umbram superesse quid. Atqui utroque genere iuncto magis est, ut innumerabilia [3]) existant exempla, quam paucissima, idque videre est apud Kellerum [4]), etsi ne is quidem habet omnia [5]). Itaque non est mirum èt inveniri hodierno die, quibus placeat superesse rei in iudicium deductae clausulam [6]), èt esse in eadem opinione Thalelaeum, cui adeo persuasum est de actionis con-

---

1) Keller, *Litiscontestation* § 9 (p. 94-97).

2) c. 3 § 2 C. 7. 54: *novatur iudicati actione prior contractus*, itaque in rei uxoriae actione maritum iubet *cautione(m) ... expone(re), quod, si ad meliorem fortunam pervenerit, etiam quod minus persolvit, hoc restituere procuret* (c. un. § 7 C. 5. 13; cf. Windsch. (1891) § 268[11]; Wünsch, *z. Lehre vom* benef. comp. (1897) p. 62).

3) Iam ipse Savigny aliquando processit ad *multa* (*Obligationenrecht* I p. 183).

4) *Litiscontestation* (1827). Ex indice eius locos expiscatus sum: l. 12 D. 2. 14; l. 27 pr., l. 65, l 66, l. 78 § 1 D. 3. 3; l. 18 § 4 D. 4. 3; l. 31, l. 56, l. 74 § 2 D. 5. 1; l. 30 § 1 D. 9. 2; l. 18 D. 11. 1; l. 17 § 2, l. 28 § 4 D. 12. 2; l. 13 pr. D. 14. 3; l. 32 pr., l. 50 § 2 D. 15. 1; l. 10 § 1 D. 15. 3; l. 16 § 5 D. 20. 1; l. 43 § 9, l. 48 § 7 D. 21. 2; l. 22, l. 23, l. 25, l. 46 § 5 D. 26. 7; l. 20 pr., § 1, l. 23 D. 27. 3; l. 7 § 2 D. 27. 10; l. 3 § 1 D. 42. 8; l. 2, l. 7 § 5 (i. f.), l. 9 § 1, l. 11 § 7, l. 16 D. 44. 2; l. 15 D. 44. 7; l. 2 D. 45. 2; l. 5 D. 46. 1; l. 11 § 1; l. 31 § 1, l. 31 § 1 D. 46. 2; l. 23 D. 46. 3; c. 2 C. 3. 1; c. 4 C. 4. 34; c. 3 § 2 C. 7. 54. Poteram plures, sed consilium erat non recipere, qui admitterent duplicem interpretationem (cf. Keller, *Litiscont.* p. 234, 295, 297, Savigny, *System* VI p. 446/7).

5) Veluti in indice Kelleri praetermittuntur § 5 Inst. IV 13 (cf. Bethmann-Hollweg, *Civilproz.* § 156 (III p. 298) not. 60); l. 45 § 1 D. 3. 3 (cf. ipse Keller p. 409 not. 1); l. 20 § 4, l. 44 pr. D. 10. 2; l. 20 pr. D. 11. 1; l. 30 § 3 D. 12. 2 (cf. ipse Keller p. 409 not. 1); l. 4 § 2 D. 27. 3; l. 34 § 5 D. 31; l. 3 § 13 D. 43. 29 (cf. ipse Keller p. 409 not. 1); l. 4 D. 44. 2 (cf. ipse Keller p. 304); l. 11 pr. D. 44. 4 (cf. ipse Keller p. 195 not. 1); l. 2 § 3 D. 45. 1 (cf. Rippentrop, op cit. p. 195); l. 133 D. 45. 1. (cf. Bethmann-Hollweg § 103 (II p. 505) not. 80); l. 36 D. 46. 3; l. 18 D. 46. 8 (Bethmann-Hollweg not. 80 cit.); l. 3 pr. D. 47. 23 (cf. ipse Keller p. 409 not. 1); c. 3 C. 2. 18 (19) (cf. Thalel. sch. 14 ad Bas. 17. 2); c. 1 C. 2. 24 (25); c. 1 C. 2. 26 (27) (cf. Bekker, *Cons.* (1853) p. 11); c. 4. C. 3. 1 (cf. Bekker, l.l.); c. 19 C. 3. 32; c. 18 pr. C. 3. 36; c. 4 C. 4. 31 (cf. Eisele, *Compens.* p. 155/6); c. 2 C. 8. 2 (cf. Leist, *die* bon. poss. (1844) § 59[7]; Ubbelohde, *Serie* etc. I p. 151[1]; III p. 101); c. 2 C. 8. 34 (35); c. 2 C. 8. 35 (36) (quam correxit Graeca versio = Bas. 51. 4. 19); c. 3 C. 8. 35 (36); c. 21 § 2 C. 8. 44 (45); c. 9 § 1 C. 9. 22. — Quidni laudem l. 51 § 4, l. 52 § 1 D. 46. 1; c. 16 C. 8. 40 (41), dicet Windscheid (1891) § 479 not. 10.

6) Cf. Windsch. (1891) § 124 not. 1 (i. f.), § 296 not. 1 (i. f.).

sumptione, ut sufficere putet voluntate domini actum ab eo licet, qui procurator dari non potuerit [1]), nam nusquam legi, *ὅτι ὁ ἀχρήστως δοθεὶς προκουράτωρ οὐ δαπανᾷ τὴν δίκην* [2]). Vacillat tantum, utrum consumatur actio ipso iure an exceptionis ope. Eadem est Stephani persuasio, sed apertius exprimit, quando consumatur, quum adfirmare non dubitet [3]): *ὅτι ἡ κατὰ τοῦ δεφένσορος προκάταρξις ἐλευθεροῖ τὸν πρωτότυπον οἰάδη τῆς ἀγωγῆς εἰς τὸ δικαστήριον καταφερομένης.* Ad quae Anonymus adnotat [4]), tamquam Friderici Caroli praecursor: vera quidem haec esse sed *πρὸς παλαιότητα.* Ipse quidem Stephanus in actione pro socio condemnatione novari scribit [5]): *ἐὰν κινήσω κατὰ σοῦ τὴν pro socio ψυχῇ διαλύοντος τὴν κοινωνιάν, εἰς καταδίκην δὲ πέσῃ τὸ πρᾶγμα καὶ μετέλθῃ εἰς τὸ iudicatum, .... ὥσπερ γὰρ ἐπερώτησις νοβατεύει τὴν pro socio, οὕτω καὶ καταδίκη.* Superest, unde orta sit opinio, quasi iure Iustiniano rei in iudicium deductae clausula non obtineat. Non enim est pretiosa ratio, quod nomen eius nusquam sit; nam sufficit, quod res manet nomine mutato veluti c. 2 C. 2. 3: *post venditionem hereditatis a te factam, si creditores contra emptores actiones suas movisse probare potueris eosque eas spontanea suscepisse voluntate* [6]), *exceptione* taciti pacti *non inutiliter defenderis,* ubi sub *taciti pacti* exceptione latere videtur exceptio rei in iudicium deductae [7]). Ab iis autem, quibus placet rei in iudicium deductae clausulam periisse, non provocatur, quantum quidem vidi, ad rescripta Septimii Severi [8]) atque Caracallae [9]): .... *si iudicatum non est, actiones dirigere potes* ...., sed obstare dicitur [10]), quod inveniatur absolutio *ab observatione iudicii,* id est: salva lite, post litis contestationem [11]). Conclu-

---

1) I. e., cui obici possit procuratoria exceptio.

2) Sch. *οἱ μὲν* ad Bas. 8. 2. 78; cf. praeterea eiusdem sch. *τοῦ φάκτου* ad Bas. 8. 2. 88; *ἐρώτησις* ad Bas. 8. 2. 98; sch. 14 ad Bas. 17. 2.

3) Sch. 71 ad Bas. 18. 7 (ex l. 11 § 7 D. 44. 2).

4) Sch. 72 ad Bas. 18. 7.

5) Sch. 20 ad Bas. 12. 1. 62 (I p. 772 lin. 4-8).

6) Cf. c. 2 C. 4. 39.

7) Diximus superiore capite XCVIII.

8) c. 1 C. 3. 36.

9) c. 2 C. 8. 35. (36).

10) Veluti a Carolo Adolpho Vangerow (1851/6) § 160 (*Anm.*), quem sequi videtur Windscheid (1891) § 124 not. 1.

11) c. 13 § 2*a* C. 3. 1. Eadem simpliciter *absolutio* dicitur ibid. § 5, sed in § 2*c*

ditur: saepius posse agi, nisi plena interveniat absolutio. Quam sit hoc argumentum fragile, ex eo colligitur, quod iure quoque genuino *circumducto edicto (peremptorio) .... magis est, ut* huius *instantia tantum perierit, ex integro autem litigari possit* [1]), quum post litem contestatam proponatur edictum peremptorium [2]), sive de genuino iure quaeratur sive de novissimo, quandoquidem medium tempus, id est Valentiniani III et Leonis excipiendum est [3]). De novissimo iure testis est Iustinianus quum ubi scribit [4]), si quis cautionem iuratoriam interposuerit, deinde afuerit antequam lis contestetur, iudicem nihil [5]) facere posse, *διὰ τὸ μήπω γενέσθαι παρ' αὐτῷ προκάταρξιν*, quocirca permittit [6]) in hac sola specie *κατὰ μίαν μοῖραν ἐξετάζ(ειν) τὴν ὑπόθεσιν*, licet iudicium constitutum non sit [7]), tum vero, ubi nominatim adversus petitorem constituit [8]): locum esse peremptorio, etsi *προοίμιον ἡ δίκη οὐκ ἐδέξατο*, id est [9]), *προκατήρχθη*. Ergo rectissime in *dictato de consiliariis* (i. f.) ita legitur: *de ordine edictorum .... post litis contestationem invenies libro I de iudiciis* etc., et item apud Thalelaeum [10]): *ὁ μετὰ προκάταρξιν ἀπολειφθεὶς πάντως*

---

***absolvere*** **est = plene absolvere (*actor contumax cadat omnimodo lite si reus absolvetur*).**

1) L. 73 § 2 D. 5. 1.

2) Eorum, qui in contrariam partem disputant, Dernburg, *Ueber die* bon. emtio p. 13, p. 34/5, et Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 122 (II p. 775-777), cf. § 157[12] (III p. 303), nullis utuntur argumentis. Itaque res mihi fuit in iis, quae sequuntur, cum Ottone Ernesto Hartmann, *Ueber das röm. Contumacialverfahren* (1851).

3) Nov. Valent. tit. 34 *de episcop. iudicio* c. 1 § 15 (ia. § 14 et § 1); c. 6 (Leonis) § 3-5 C. 1. 12. Cf. denique c. 2 C. Th. 2. 18 (Kipp, *Litisdenuntiation* p. 296) et Ed. Theodorici 145.

4) Nov. 53 c. 4 pr.

5) Atqui permiserat Zeno (c. 17 § 1 C. 12. 1). ut in bona adversarii mitteretur actor, non quasi novum, sed veteris *iuris auctorita(te)*. Qua de re cf. superius caput LXXVIII.

6) Nov. 53 c. 4 § 1.

7) Non obstat Nov. 69 c. 3, nam ibi, ut procederet (*τὸ*) *τῶν ἐρημοδικιῶν σχῆμα*, iusserat (c. 2) *ἐν αἰτίαις γίγνεσθ(αι)* (cf. Nov. 53 c. 3 § 1: *ὑπὸ δικαστῇ γίγνεσθαι*) *πᾶσι τρόποις* (*τὸν*) *τὴν ἀδικίαν πεπραχ(ότα)*, id est, litem cum eo contestari. Quocirca Nov. 134 c. 9 distinguit, utrum femina *μετὰ νόμιμον ὑπόμνησιν* defendi noluerit, an *δικασαμένη κατακριθῇ*, quia in priore specie condemnari non potuit.

8) Nov. 112 c. 3 § 1.

9) Nov. cit. (112) c. 3 pr.

10) Sch. 2 ad Bas. 38. 18. 2.

*καταδικάζεται,* apud Stephanum [1]): *κοντούμαξ μέν ἐστι κυρίως ὁ μετὰ προκάταρξιν ἀπολιμπανόμενος,* apud Harmenopulum [2]) denique, quae excripsit Hartmann [3]), cum hoc iure optime conveniunt. Sane, quia de iure genuino tales testes Hartmann [4]) non admittit, locupletissimos dabo: Papinianum [5]), Paulum [6]), quibus placeat post *litem in iudicium deductam* condemnationi absentis locum fore. Similiter adversus absentem actorem *post iudicium acceptum* locus est absolutioni [7]), potest igitur, quum *praesentibus partibus li(s) inchoat(a)* sit, *contra* alterum utrum *absentem pronuntia(ri)* [8]). Neque infirmaretur haec de absentibus opinio, etiamsi posset praesens sine iudicio damnari [9]), quamquam putat Hartmann [10]) praesentis exemplo demonstrari posse de absente. Haud magis provocandum est ad senatus consultum Rubrianum [11]), cuius est propria causa et quodammodo singularis. Ergo nec iure genuino nec novissimo absens ante condemnatur, quam litis contestatio acta sit, neque excipitur vel extraordinaria cognitio [12]), vel ipsa *causa peremptorii edicti.* Potest enim vel ex causa vel *cessante .... causa peremptorii edicti adversus eos, qui admoniti iudicio adesse noluerunt, sententi(a) .... ferri* [13]) post litem utique contestatam. Quando igitur peremptorium edictum necessarium est? Et demonstrat Hartmann [14]), si quidem peremptorium locum

---

1) Sch. 2 ad Bas. 22. 6. 1.

2) I 4 § 11.

3) *Contumacialverf.* p. 125.

4) Op. cit. p. 112 sqq.

5) L. 30 (31) § 2 D. 3. 5.

6) L. 54 § 1 D. 42. 1 (quam pro vera sententia laudat Cuiac. Obs. X 10 = (Paris. III) p. 282/3): *si litem inchoatam deseruit, contumax ... videtur.*

7) Scaev. l. 28 pr. D. 49. 1.

8) c. 11 C. 7. 43.

9) L 21 § 4 D. 9. 4, sed interpolationem manifestat l. 13 § 2 D. 47. 10. Non condemnatur praesens contumax, sed pro damnato habetur.

10) *Contumacialverf.* p. 112 sqq.

11) L. 26 § 7 D. 40. 5.

12) Ergo, ubi legitur (l. 13 pr. D. 4. 4), *praesentibus adversariis vel si per contumaciam desint, in integrum restitutiones perpendenda(s esse),* intelligo contumaciam *μετὰ προκάταρξιν.* Sed videtur excipienda species, ubi quis restituetur adversus hereditatis aditionem *evocatis creditoribus* (l. 29 § 2 D. 4. 4) *διὰ τῶν συνειθισμένων κηρυγμάτων* (Nov. 119 c. 6), qua de re potest conferri Nov. 112 c. 3 pr. (Kipp, *die Litisdenunt* p. 121).

13) c. 2 C. 7. 43.

14) *Contumacialverf.* p. 124.

habeat post litem contestatam — quam sententiam improbat — tunc fieri non posse, quin sit proprium cognitionis extraordinariae [1]) quocirca videndum esse [2]), an non obstet Ulpiani auctoritas [3]): *in criminibus .... adversus contumaces, .... qui neque denuntiationibus neque edictis praesidum obtemperassent, etiam absentes pronuntiari oporte(re) secundum morem iudiciorum privatorum* [4]). Quasi vero hic scribat iudiciorum privatorum more fieri, ut edicta proponantur; vult enim hoc: iudiciorum privatorum more fieri, ut contumax condemnetur, proinde idem faciendum *in criminibus*; at, in criminibus quod omnimodo proponitur peremptorium, ideo fit, quia nullum crimen privatum habet disceptatorem. Ceterum etiam in criminibus expectabitur litis contestatio, antequam *reus damnetur* [5]) *vel de accusatoris absentis praesente reo calumnia pronuntietur*. Quamobrem *cognitione suscepta* (Basil. μετὰ προκάταρξιν) *excusatio pro absente iustis rationibus admittitur* [6]), quum iam noceat absentia. Itaque post litem contestatam proponitur edictum peremptorium, *quo comminatur is, qui edictum dedit, etiam absente diversa parte cogniturum se* [7]), post quod, *quum dies eius supervenerit, tunc absens* [8]) *citari debet* [9]) *voce* utique *praeconis* [10]), neque id obiter, sed *per triduum* [11]) *per singulos dies ter* [12]), atque sic μονομερῶς pronuntiari. Sin *is qui edictum peremptorium impetravit, absit die cognitionis, is vero adversus quem impetratum est adsit, tunc cir-*

1) Hactenus consentio.

2) Op. cit. p. 153/4.

3) L. 5 pr. D. 48. 19.

4) Hartmann, p. 154: „*der Zusatz* secundum morem iudiciorum privatorum *schliesst die Beschränkung auf das ausserordentliche Verfahren ausdrücklich aus*.".

5) Hactenus consentit Stephanus ad Bas. 8. 2. 33 (I p. 369/70) sed perperam excipit qui spadonem fecisse dicatur (l. 4 § 2 D. 48. 8) et requirendum adnotatum (R. D. 48. 17).

6) L. 10 D. 48. 1.

7) L. 71 D. 5. 1.

8) Contra quem edictum impetratum est.

9) L. 73 pr. D. 5. 1.

10) L. 7 pr. D. 4. 1.

11) *Triduum* transiit in formulas Germanorum (Andecav. 14; Turon. 33; Marculf. I 37; carta Senon. 26) verasque lites (Greg. Turon. VII 23 (i. f.); *Gerichtsurk.* (Huebner) no. 197), quamquam Germanorum proprium putat Stobbe, *Rechtsquellen* I (1860) p. 248[20] (Zeumer nihil adnotat).

12) Cf. l. 10 D. 48. 1.

*cumducendum erit edictum peremptorium* [1]), quia non in eum casum scriptum est. Et poterit *ex integro .... litigari* [2]). Hoc quo modo post litem contestatam? Videtur enim res in iudicium deducta esse [3]). Sed potest [4]) eodem modo, quo, si non iure pronuntiatum sit pro reo [5]), vel, si actor adversus rem iudicatam in integrum restitutus sit [6]), id est, ut praetor exceptionem replicatione elidat [7]) vel ipso iure peremptam actionem restituat [8]). Proinde nec Schwalbach [9]) istis exemplis recte usus est, ut demonstraret iure genuino saepius agi posse neque obstare exceptionem rei in iudicium deductae, nec Iustiniani constitutione [10]) ceteri recte utuntur, ut sublatam esse demonstrent novationem iudicii accepti. Nam, qui certa ex causa [11]) *regressu(m)* actori *ad eandem litem conserva(ri)* iubet, is non utique in omnibus causis novatione vult supersederi. Perinde est in eo, qui tempore plus petierit, nam, quod hic propter Zenonianam constitutionem [12]) *rem in iudicium deduce(re) et consume(re)* negatur [13]), non propterea sequitur, omnes de eadem re ex integro agere posse, nec obstare cuiquam rei in iudicium deductae clausulam [14]). Itaque frustra sunt, qui putant, talibus

1) L. 73 § 1 D. 5. 1.

2) L. 73 § 2 D. 5. 1. Plane, quia non potest nisi ex iusta causa (l. 7 pr. D. 4. 1), crediderim a Triboniano sermonem Ulpiani in contrarium mutatum esse.

3) Cf. Hartmann, op. cit. p. 131/2.

4) Quin immo fit l. 7 pr. D. 4. 1.

5) Paul. V 5*a* § 8, § 10; l. 19 D. 49. 1; l. 31 D. 12 2; l. 11 D. 44. 1; c. 1 C. 2. 7; c. 2 C. 7. 58; c. 6 C. 7. 64

6) L. 8 D. 4. 1; l. 9 pr., l. 16 § 5, l. 18 pr., § 2, l. 29 § 1, l. 42 D. 4. 4; c. 2, c. 3 C. 2. 26 (27); c. 1 C. 2. 46 (47). Cf. denique c. 4 C. 7. 43.

7) L. 25 D. 4. 3; l. 46 § 5 (cf. l. 25) D. 26. 7; c 2 C. 3. 1 (Keller, *Ueber Litiscont. und Urtheil* (1827) p. 535 not. 5).

8) c. 2 C. 2. 31 (32). Etiam hoc loco non inspecto (inspexerat autem c. 19 C. 2. 4) acu rem tetigerat Keller, op. cit. p. 534, et est mirifica scepsis Ottonis Lenel, *das* edictum p. 430 (356): „*wie* (*dem unterlegenen Kläger*) *geholfen wurde, wenn zwar das Urtheil nichtig, das* iudicium *aber* ... *rechtsbeständig, die abgewiesene* actio *also consumiert war* (*Restitution?*), ... *auf diese naheliegend*(*e*) *Frag*(*e*) *müssen wir die Antwort schuldig bleiben.*"

9) *Ztschr. d. Sav.-St.* VII (1886) p. 131-137.

10) c. 13 C. 3. 1.

11) Id est, ex causa absolutionis *ab observatione iudicii*, quam mox (§ 5) *absolutione*(*m*) appellat simpliciter.

12) c. 1 C. 3. 10.

13) § 10 (9) Inst. IV 13.

14) Cf. Wieding, *Libelprozess* (1865) p. 394-398.

demonstrari posse: nullam iure Iustiniano esse novationem iudicii accepti. Sed sunt etiam, quibus videatur iure Iustiniano supervacanea esse rei in iudicium deductae clausula, quod ante sententiam obstet litis pendentis vel tricenaria [1]) exceptio *post cognitionem novissimam,* post sententiam rei iudicatae clausula sufficiat [2]). Respondendum igitur est: litis pendentis exceptionem inveniri quidem in prisco iuris Romani documento [3]) et apud ludi magistrum ineptum quarti vel quinti saeculi [4]), sed in iure Iustiniano nusquam esse [5]), proinde etiamnunc ibi esse utilem rei in iudicium deductae clausulam [6]), sive apud alium cognitorem sive mutato genere actionis actor experiri velit.

1) Quam quadragenaria commutavit Iustinianus c. 9 C. 7. 39.

2) Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 153 (III p. 257-259) in eam sententiam disputat, sed in nostram concludit (not. 32).

3) L. agr. inscr. lin. 38: *quae res soluta n(on siet inve iudici)o non siet* Supplevit Rudorff, et potest conferri Cic. de Off. I 18 § 59: *si lis in iudicio sit.* Potest quoque l. 47 pr. D. 10. 2. — Gratiae debentur Fridolino Eisele, qui ad legem agrariam animum advertere iussit (*Abhandl.* (1889) p. 20)

4) Fragm. Augustod. § 110 (Eisele, *Ztschr. der Sav.-St.* XXI p. 56/7).

5) Bethmann-Hollweg, *Versuche* (1827) not. 24: „*Die Einrede der Litispendenz ... wird ... nirgends unter diesem Namen erwähnt.*"

6) Bethmann-Hollweg, *Civilprozess* § 153 post notam 31 (III p. 259): „*es giebt ... abgesehen von der Litispendenz (keinen Fall, wo) die Consumption des Klagrechts auf die Litiscontestation zurückgeführt werden* könnte (l. *müsste*)". Accedit species, si *iudex ad tempus datus* sententiam non dixit (l. 2 § 2, l. 32 D. 5. 1) vel alio modo datus iudicandi potestatem amisit (l. 58 D. eod.).

---

## OSCEN — OSCITARE.

A diversis radicibus haec vocabula duci solent, ita ut oscen deducatur a stirpe can (canere) aucta praepositione *obs* [1]), oscitare compositum habeatur e substantivo *os* (oris) et verbo citare (cieo) conglutinatum [2]).

1) Cf. Corssen I² 121 (ops-can).

Wackernagel Stolz: „qui in ore alicuius canunt". Sic!

Waldius aliam iniit viam; cogitat de voce aliqua ouis „Ahnung" — cf. o(s)men, οἴομαι — cum stirpe *can* coniuncta; vertit „Weissagevogel". Fieri potest ut ad vocabuli ominis etymologiam constituendam stirpe ὀπι opus sit; hic certe non desideratur, ut infra probasse mihi videor.

2) Georges: os cito „bewege den Mund"; quem ni fallor sequitur Waldius, nil enim contradixit in lexico.

Utrique veriloquio diffido. Avis enim e cuius cantu sinistro antiqui augurabantur corvus erat, qui clara voce posset *occinere.* Occinere autem procul dubio formatum est ex *ob* + canere, litera *b* τῷ c assimilata, ita ut exspectaris non o*s*cen (i. e. obs + can) sed o*c*cen (i. e. ob + can). Neque si sumas in altero vocabulo praepositionem *obs* in altero *ob* latere, explicatur cur ex *oscen* litera *b* evanuerit, cum in *obsceno,* simili modo ex *obs* + *caen*um formato, remanserit.

Haud minorem difficultatem praebet verbi *oscitare* etymologia. Continet, si viris doctis fidem habes, verbum ciere vel cire, quod est movere, κινεῖν. Sed primum obstat significatio, cum aliud sit *os movere* — quod exprimit motum repetitum, celeriorem, rostri avis cantantis — aliud pandiculari, hiscere, quae est vis τοῦ oscitare. Hoc verbum statum potius rostri quam motum indicat; avis oscitans sedet rostro late diducto, aperto; huius imago prorsus differt a pipientis canentisve. Accedit quod verba composita latina non ita componi soleant, ut verbo praeponatur substantivum non declinatum. Dicitur tergiversari non tergumversari.

Quid igitur? Nonne magis est consentaneum oscen et oscitare, quae nunc arte etymologica divelluntur, etymologice cohaerere? Oscen corvus est, quia oscitando mala, puta imbrem, procellas, portendit. Neque frustra quaesieris stirpem unde utrumque originem petierit vocabulum. Nam ut crocitare structura iterativa ductum est a prisco latino crocio [1]), sic oscitare crevit, si quid videmus, e prisco quodam verbo oscio; hoc autem erat denominativum derivatum a substantivo os-oris (os + sc + io cf. vespera-sc-o, silv-esc-o) [2]) significabatque os late diducere (grootbekken. Cf. osculari proprie kleinbekken, cf. Vlietium ad Verg. Aen. I. 256). Denique sicut iuxta verbum pectere exstat pecten, sic corvus qui osci(ta)t audit oscen [3]). J. V.

---

1) Cf. graecum κρώζω a κρώγ-ȷω: $\sqrt{\ }$krōg-krŏk.

2) Vaniček quoque statuebat in verbo „oscitare" latere substantivum *os*, cui adiunctum putabat suffixum co — ut testatur Waldius. Quid vero illud *co* valeat haud perspicio.

3) Haec omnia, si non frustra disputavi, corroborant quadamtenus quae supra pag. 322 egi de versu Catulliano C. XXV, 5; moneo autem, quod nullum fallere potest, illam explicationem rectis talis stare posse vel si haec disputatio reiciatur.

# CONIECTANEA IN PLATONIS PHAEDRUM.

SCRIPSIT

I. C. VOLLGRAFF.



PLATONIS OPERA recognovit IOANNES BURNET
Oxonii e typographeo Clarendoniano.

p. 227 D.

Socrates haud obscure significat Lysiae orationem illam „non amanti quam amanti potius gratificandum esse" parum aut nihil ad se pertinere. *„εἴθε γράψειεν,* inquit, *ὡς χρὴ πένητι μᾶλλον ἢ πλουσίῳ, καὶ πρεσβυτέρῳ ἢ νεωτέρῳ καὶ ὅσα ἄλλα ἐμοί τε πρόσεστι καὶ τοῖς πολλοῖς ἡμῶν".* Mirationem igitur movet quod continuo sequitur, si libris fides habenda:

*ἔγωγ' οὖν οὕτως ἐπιτεθύμηκα ἀκοῦσαι, ὥστε * ἐὰν βαδίζων ποιῇ τὸν περίπατον Μέγαράδε καὶ κατὰ Ἡρόδικον προσβὰς τῷ τείχει πάλιν ἀπίῃς, οὐ μή σοι ἀπολειφθῶ.* Equidem aliquanto melius intellegerem: *ἔγωγ' ὅμως οὕτως ἐπιτεθύμηκα ἀκοῦσαι, tanta me* NIHILOMINUS *cepit cupido audiendi.* Ceterum expectaveris potius: *ὥστε κἂν βαδίζων ποιῇ τὸν περίπατον Μέγαράδε κτέ.*

p. 228 D.

*τὴν μέντοι διάνοιαν σχεδὸν ἁπάντων, οἷς (ὁ Λυσίας) ἔφη διαφέρειν τὰ τοῦ ἐρῶντος ἢ* (*καὶ* cod. B) *τὰ τοῦ μή, ἐν κεφαλαίοις [ἕκαστον] ἐφεξῆς δίειμι, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ πρώτου.*

Quid sit orationis Lysiacae argumentum nemo nescit et ipse Phaedrus recte definivit: *λέγει γὰρ ὡς χαριστέον μὴ ἐρῶντι μᾶλλον ἢ ἐρῶντι.* Quod ut probaret orator, qui opus erat ut totam rerum amantis et non amantis differentiam accurate ex-

poneret? Satis erat demonstrasse nimirum — id quod facere instituit — *causam non amantis praestabiliorem esse*. Quare Platonem dedisse suspicor: τὴν ... διάνοιαν ... ἁπάντων οἷς ἔφη διαφέρειν (praestare) τὰ τοῦ μὴ ἐρῶντος eiusque verba interpolata et adulterata esse ab homine qui nesciret quo sensu Athenienses vulgo verbo quod est διαφέρειν uti solerent.

ANAXANDRIDES ἐν Φαρμακομάντει·

νικᾷ γὰρ αὕτη (ἡ ἀλαζονεία) τὰς τέχνας πάσας πολὺ
μετὰ τὴν κολακείαν· ἥδε μὲν γὰρ διαφέρει.

Praeterea ad τὸ „ἐν κεφαλαίοις ἐφεξῆς διϊέναι τὴν διάνοιαν ἁπάντων" perperam adiectum est ἕκαστον.

p. 229 C.

'Αλλ' εἰ ἀπιστοίην, ὥσπερ οἱ σοφοί, οὐκ ἂν ἄτοπος εἴην, εἶτα σοφιζόμενος [φαίην] αὐτὴν (sc. τὴν 'Ωρείθυιαν) πνεῦμα Βορέου κατὰ τῶν πλησίον πετρῶν σὺν Φαρμακείᾳ παίζουσαν ὦσαι κτέ.

Invenuste abundat v. φαίην, quod sine particula ἂν, quam inserere commendat Astius, ne stare quidem potest neque expunctum a quoquam desiderabitur.

Paulo inferius p. 229 E corrige: καὶ ἐπιρρεῖ δὴ (codd. δὲ) ὄχλος (cf. LIBANII Or. XIX p. 499: καὶ ἐπιρρεῖ δὴ ῥητόρων ὄχλος) et in fine, ubi contrario modo peccatum est, cum uno libro Vind. et Heindorfio repone: γέλοιον δέ μοι φαίνεται.

p. 230 B.

τοῦ τε ἄγνου τὸ ὕψος καὶ τὸ σύσκιον πάγκαλον, καὶ [ὡς] ἀκμὴν ἔχει τῆς ἄνθης, ὡς ἂν εὐωδέστατον παρέχοι τὸν τόπον.

Pro ὡς Heindorfius coniecit οὕτως. Mihi Schanzius non sine causa molestam voculam induxisse videtur.

p. 230 C. s. f.

ἀτέχνως γάρ, ὃ λέγεις, ξεναγουμένῳ τινὶ καὶ οὐκ ἐπιχωρίῳ ἔοικας· οὕτως [ἐκ τοῦ ἄστεος] οὔτ' εἰς τὴν ὑπερορίαν ἀποδημεῖς, οὔτ' ἔξω τείχους ἔμοιγε δοκεῖς τὸ παράπαν ἐξιέναι.

Futilem interpolationem arguit prava sedes. Scribere sane potuit Plato, quamquam parum eleganter et satis otiose: οὔτ' ἐξ ἄστεος (s. ἐκ τοῦ ἄστεος) εἰς τὴν ὑπερορίαν.

Ibidem D.

*ὥσπερ γὰρ οἱ * τὰ πεινῶντα θρέμματα θαλλὸν ἤ τινα καρπὸν προσείοντες ἄγουσιν, σὺ ἐμοὶ λόγους οὕτω προτείνων [ἐν βιβλίοις] a) τήν τε Ἀττικὴν φαίνῃ περιάξειν ἅπασαν καὶ ὅποι ἂν ἄλλοσε βούλῃ.*

a) incl. Hartmannus.

Astius mente supplendum esse putat: *ὥσπερ γὰρ οἱ τὰ πεινῶντα θρέμματα (ἄγοντες) θαλλὸν ἤ τινα καρπὸν προσείοντες ἄγουσιν.* Donec e Platone vel alio probato scriptore alia huiuscemodi mirificae vv. structurae exempla afferentur, vide ne post articulum *οἱ* casu interciderit nomen appellativum sententiae subiectum *ποιμένες.*

p. 232 A.

*. . . εἰκός ἐστι τοὺς μὲν ἐρῶντας, οὕτως ἂν οἰομένους καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ζηλοῦσθαι ὥσπερ αὐτοὺς ὑφ' αὑτῶν, ἐπαρθῆναι τῷ λέγειν a) καὶ φιλοτιμουμένους ἐπιδείκνυσθαι πρὸς ἅπαντας ὅτι οὐκ ἄλλως αὐτοῖς πεπόνηται..*

a) *τῷ λέγειν* codd. B.T.: *τω λέγειν* t: *τὸ λέγειν* D: *τῷ ἔχειν* cit. Badhamus.

Graecum et orationis contextui egregie aptum et congruens est: *ἐπαρθῆναι* ⟨*εἰς*⟩ *τὸ λέγειν καὶ . . . ἐπιδείκνυσθαι πρὸς ἅπαντας.*
Cf. Thuc. IV. 108: *μάλιστα δὴ ἐπήρθησαν ἐς τὸ νεωτερίζειν.*

p. 232 B.

*. . . τοὺς δὲ μὴ ἐρῶντας οὐδ' αἰτιᾶσθαι διὰ τὴν συνουσίαν ἐπιχειροῦσιν, εἰδότες ὅτι ἀναγκαῖόν ἐστιν * ἢ διὰ φιλίαν τῷ διαλέγεσθαι ἢ δι' ἄλλην τινὰ ἡδονήν.*

Suppleverim: *ἐστιν* (*ὅτ'*) i. e. *ἐνίοτε.*
Non semper et ubique enim necesse erit sed interdum tamen et haud ita raro.

p. 233 E. s. f.

*ἀλλ' ἴσως προσήκει οὐ τοῖς σφόδρα δεομένοις χαρίζεσθαι, ἀλλὰ τοῖς μάλιστα ἀποδοῦναι χάριν δυναμένοις· οὐδὲ τοῖς προσαιτοῦσι a) [μόνον], ἀλλὰ τοῖς τοῦ πράγματος ἀξίοις· οὐδ' ὅσοι τῆς σῆς ὥρας ⟨μόνον⟩ ἀπολαύσονται, ἀλλ' οἵτινες πρεσβυτέρῳ γενομένῳ τῶν σφετέρων ἀγαθῶν μεταδώσουσιν.*

a) *προσαιτοῦσι* recte em. Astius: *προσερῶσι* cod. B.

Adverbium *μόνον*, quod post partic. *προσαιτοῦσι* ne intellegi quidem potest aut ante aut post *ἀπολαύσονται* transpositum suum locum occupabit.

In proxime seqq. scripserim: *⟨ὅσ⟩οι διαπραξάμενοι.*

p. 237 B. s. f.

*περὶ παντός, ὦ παῖ, μία ἀρχὴ τοῖς μέλλουσι καλῶς βουλεύσεσθαι· εἰδέναι δεῖ περὶ οὗ ἂν ἡ βουλή, ἢ π α ν τ ὸ ς ἁμαρτάνειν ἀνάγκη.*

Imo *π ά ν τ ω ς ἁμαρτάνειν*. Hirschigius in editione dedit: *⟨τοῦ⟩ παντός.*

Eandem medicinam Kruegerus adhibuit Herod. III c. 65 m. corrigens: *πάντως δὲ τοῦ μέλλοντος ἁμαρτών*: libri *π α ν τ ό ς.*

p. 238 A.

*ὕβρις δὲ δὴ πολυώνυμον — πολυμ ε ρ ὲ ς γὰρ καὶ πολυε ι δ έ ς* [a] *— καὶ τούτων τῶν ἰδεῶν ἐκπρεπὴς ἣ ἂν τύχῃ γενομένη, τὴν αὑτῆς ἐπωνυμίαν ὀνομαζόμενον τὸν ἔχοντα παρέχεται. . . .*

a) *πολυμελὲς γὰρ καὶ πολυμερὲς* ed. Burnet.

Extrema sic constituerim:

*περὶ μὲν γὰρ ἐδωδὴν κρατοῦσα [τ ο ῦ λ ό γ ο υ τ ε* [a]*] τοῦ ἀρίστου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιθυμιῶν [ἐ π ι θ υ μ ί α] γαστριμαργία τε ⟨κ α- λ ε ῖ τ α ι⟩ καὶ τὸν ἔχοντα ταὐτὸ τοῦτο κεκλημένον π α ρ έ χ ε τ α ι.*

a) *τε* om. cod. B.

*κρατοῦσα τοῦ ἀρίστου* intellege: *aequi bonique victrix.* Eodem sensu quo *τὸ ἄριστον* Plato passim dicit *τὸ ἀγαθὸν* et *τὸ ὀρθόν.* Cf. p. 237 E s. f. *δόξης . . . ἐπὶ τὸ ἄ ρ ι σ τ ο ν λόγῳ ἀγούσης*; p. 238 B *δόξης ἐπὶ τὸ ὀ ρ θ ὸ ν ὁρμώσης.*

Cum sententiae subiectum procul dubio sit *ἡ ὕβρις*, patet v. *ἐπιθυμία* post *ἐπιθυμιῶν* abundare et ortum esse e dittographia.

Post *γαστριμαργία* periit necessarium verbum *καλεῖται* vel *ὀνομάζεται.*

Libri: *παρέξεται.* Praestat *παρέχεται*, ut supra: *τὸν ἔχοντα παρέχεται*, nisi mavis scribere: *κ λ η θ ή σ ε τ α ι . . . π α ρ έ ξ ε τ α ι.*

In continuo seqq. commendo:

*περὶ δ' αὖ μέθας τυραννεύσασα, τὸν κεκτημένον ταύτῃ ἄγουσα, δῆλον οὗ τεύξεται προσρήματος· καὶ τἆλλα δὴ τὰ τούτων [ἀ δ ε λ φ ὰ κ α ὶ] ἀδελφῶν ἐπιθυμιῶν ὀνόματα ⟨ἐπὶ⟩ τῆς ἀεὶ δυναστευούσης ᾗ προσήκει καλεῖσθαι πρόδηλον.*

p. 241 D.

*καίτοι ᾤμην γε μεσοῦν αὐτὸν* a) (scil. *τὸν λόγον*) *καὶ ἐρεῖν * τὰ ἴσα περὶ τοῦ μὴ ἐρῶντος* [*ὡς δεῖ ἐκείνῳ χαρίζεσθαι μᾶλλον λέγων* b)] *ὅσα αὖ ἔχει ἀγαθά.*

a) *ᾤμην σε μεσοῦν* cit. Hermannus. b) *λέγων* codd.: *λέγοντα* cit. Stephanus.

*ὁ λόγος μεσοῖ* = *disputationis dimidium transactum est.* Ad *ἐρεῖν* igitur supplendum est ⟨*σε*⟩: *te Socratem.*

Ceterum quae induximus utique proscribenda videntur utpote quae manifesto e margine in textum migrarint.

p. 243 A.

*ἔστιν δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι περὶ μυθολογίαν καθαρμὸς ἀρχαῖος, ὃν Ὅμηρος μὲν οὐκ ᾔσθετο, Στησίχορος δέ. τῶν γὰρ ὀμμάτων στερηθεὶς διὰ τὴν Ἑλένης κακηγορίαν οὐκ ἠγνόησεν* [*ὥσπερ Ὅμηρος*], *ἀλλ᾽ ἅτε μουσικὸς ὢν ἔγνω τὴν αἰτίαν κτέ.*

Nonne in oculos incurrit vv. inclusa originem trahere e proxime praecedentibus?

p. 244 D.

*ἀλλὰ μὴν νόσων γε καὶ πόνων τῶν μεγίστων, ἃ δὴ παλαιῶν ἐκ μηνιμάτων ποθὲν * ἔν τισι τῶν γενῶν, ἡ μανία ἐγγενομένη καὶ προφητεύσασα οἷς ἔδει ἀπαλλαγὴν ηὕρετο.*

In loco, de quo multum disputarunt Astius, Heindorfius alii, neminem dum animadvertisse omnia recte et ordine procedere, si inter *ποθὲν* et *ἔν* revocaveris verbi tertiam personam *ἦν*!

p. 245 C.

*ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος. τὸ γὰρ ἀεικίνητον ἀθάνατον. τὸ δ᾽ ἄλλο κινοῦν καὶ ὑπ᾽ ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως, παῦλαν ἔχει καὶ* a) *ζωῆς. μόνον δὴ τὸ* ⟨*αὐτὸ*⟩ b) *αὑτὸ κινοῦν, ἅτε οὐκ ἀπολεῖπον ἑαυτό, οὔποτε λήγει κινούμενον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ὅσα κινεῖται τοῦτο πηγὴ καὶ ἀρχὴ κινήσεως.*

a) *καὶ* recte legitur in schol. ad Aristoph. Nubb. vs. 94; libri omittunt.
b) *αὐτὸ* add. Muretus coll. i. f. p. 245 *τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ κινοῦν.*

Loci nobilissimi qui demonstrationem immortalitatis habet nitidam interpretationem Tullianam quam accuratissime cum graecis contendit Muretus (Varr. Lectt. VIII. 3) nec dubium quin Cicero in exemplari suo plane idem legerit quod nobis

sero natis exhibet optimus codex Bodleianus exaratus saeculo nono p. Chr. n. Occurrit tamen in celeberrimo loci exordio tam apud Ciceronem quam apud nostrum unum et alterum quod facilius admirari quam interpretari queas.

„Omnis anima est immortalis. *quod enim semper movetur aeternum est: quod autem motum affert alicui quodque ipsum agitatur aliunde, quando finem habet motus, vivendi quoque finem habeat necesse est.* Solum *igitur* quod se ipsum movet, quia se ipsum non relinquit, numquam ne moveri quidem desinit; quin etiam ceteris quae moventur, hic fons, hoc principium est movendi".

„Quod semper movetur, ait, immortale est. contra quod aliam rem movet et ipsum ab alia re movetur cessante motu simul desinit vivere". iure quispiam cogitaverit: quaenam haec est argumentatio: quo modo haec inter se cohaerent: verbaque *τὸ δ' ἄλλο κινοῦν καὶ ὑπ' ἄλλου κινούμενον* eo loco quo posita sunt quam vim habent?

Praeterea in hoc certe contextu, ut mihi quidem videtur, merito offendas in *„τὸ γὰρ ἀεικίνητον ἀθάνατον.* Tradebatur sane inde a Ionicis philosophis *ἡ ψυχὴ κινητικόν τι* et *ἀεικίνητος* esse et *ἀεικίνητος φύσις* sed eadem et audiebat *αὐτοκίνητος*, appellatione nostro loco multo magis idonea.

Probabilem verborum obscurorum explicationem in vv. dd. commentariis frustra quaesivi. An forte infelici casu mature turbata fuerint? Coniecturam proferre mihi liceat in quam totius loci ratio et connexio nos inducere videntur (cf. p. 245 E). Nonne omnia clara et perspicua forent, si Plato dedisset:

*ψυχὴ πᾶσα ἀθάνατος· τὸ γὰρ αὐτοκίνητον καὶ ἄλλο κινοῦν ἀθάνατον, τὸ δ' ὑπ' ἄλλου κινούμενον, παῦλαν ἔχον κινήσεως παῦλαν ἔχει καὶ ζωῆς.*

Ibidem E.

*ἀθανάτου δὲ πεφασμένου τοῦ ὑφ' ἑαυτοῦ κινουμένου, ψυχῆς οὐσίαν* a) *τε καὶ λόγον τοῦτον αὐτόν τις λέγων οὐκ* b) *αἰσχυνεῖται.*

a) *φύσιν* em. Naberus quoniam passim sic loquitur Plato. b) del. Herwerdenus qui proponit: *τίς λέγων αἰσχυνεῖται;*.

Utique rescribendum esse videtur: *τοῦτ' αὐτό, id ipsum* i. e. *ἀθάνατον.*

p. 247 D.

*ἄτ' οὖν θεοῦ διάνοια νῷ τε καὶ ἐπιστήμῃ ἀκηράτῳ τρεφομένη ... ἰδοῦσα διὰ χρόνου τὸ ὂν ἀγαπᾷ* a) *τε καὶ θεωροῦσα τἀληθῆ τρέφεται καὶ εὐπαθεῖ.*

a) *ἄγαται* cit. Naber.

Immerito emendatio Heindorfii *ᾗ τ'* pro *ἄτ'* ab editoribus spernitur.

p. 249 B s.f.

*δεῖ γὰρ ἄνθρωπον συνιέναι * κατ' εἶδος λεγόμενον ἐκ πολλῶν [ἰὸν] αἰσθήσεων εἰς ἓν λογισμῷ συναιρούμενον.*

Participium *ἰὸν* sine ulla utilitate sententiam onerat. Natum videtur e dittographia. Idem vitium Hartmannum feliciter sustulisse video p. 255 C: *οὕτω τὸ τοῦ κάλλους ῥεῦμα πάλιν εἰς τὸν καλὸν διὰ τῶν ὀμμάτων [ἰὸν], ᾗ πέφυκεν ἐπὶ τὴν ψυχὴν ἰέναι, ἀφικόμενον καὶ ἀναπτερῶσαν, τὰς διόδους τῶν πτερῶν ἄρδει κτέ.*

Post v. *συνιέναι* sententia carere non potest articulo *τό*.

p. 250 D.

*ὄψις γὰρ ἡμῖν ὀξυτάτη τῶν διὰ τοῦ σώματος [ἔρχεται]* a) *αἰσθήσεων, ᾗ φρόνησις * οὐχ ὁρᾶται — δεινοὺς γὰρ ἂν παρεῖχεν ἔρωτας ... νῦν δὲ κάλλος μόνον ταύτην ἔσχε μοῖραν κτέ.*

a) *ἔρχεται* del. Baiterus.

Sermonis structura postulat: *ᾗ φρόνησις ⟨μὲν⟩ οὐχ ὁρᾶται.*

Ibidem E.

*ὁ μὲν οὖν μὴ νεοτελὴς ἢ διεφθαρμένος οὐκ ὀξέως ἐνθένδε ἐκεῖσε φέρεται πρὸς αὐτὸ τὸ κάλλος, θεώμενος αὐτοῦ τὴν τῇδε ἐπωνυμίαν [ὥστε οὐ σέβεται προσορῶν], ἀλλ' ἡδονῇ παραδοὺς τετράποδος νόμον βαίνειν ἐπιχειρεῖ κτέ.*

Una litura dele quae cohaerentia divellunt. Depromta videntur e proxime sequentibus p. 251 A: *πρῶτον μὲν ἔφριξε καί τι τῶν τότε ὑπῆλθεν αὐτὸν δειμάτων, εἶτα προσορῶν ὡς θεὸν σέβεται.*

p. 251 B.

*δεξάμενος γὰρ τοῦ κάλλους τὴν ἀπορροὴν διὰ τῶν ὀμμάτων, ἐθερμάνθη [ᾗ ἡ τοῦ πτεροῦ φύσις ἄρδεται]· θερμανθέντος δὲ*

*ἐτάκη τὰ περὶ τὴν ἔκφυσιν ἃ πάλαι ὑπὸ σκληρότητος συμμεμυκότα εἶργε μὴ βλαστάνειν.*

Astium vv. uncinis inclusa non cum aliis quibusdam criticis ante *ἐθερμάνθη* transponere sed expungere video nec ullus dubito quin insiticia sint.

Ibidem E.

In antegressis (C. s. f.: *ὅταν μὲν οὖν βλέπουσα πρὸς τὸ τοῦ παιδὸς κάλλος, ἐκεῖθεν μέρη ἐπιόντα* (lege *ἀπιόντα*) *καὶ ῥέοντα — ἃ δὴ διὰ ταῦτα ἵμερος καλεῖται — δεχομένη [τὸν ἵμερον] ἄρδηταί τε καὶ θερμαίνηται*) editor iure damnat *τὸν ἵμερον* nec minus necessarium est idem vocabulum proscribere p. 251 E: *Θεῖ δὲ* (*ἡ ψυχὴ*) *ποθοῦσα ὅπου ἂν οἴηται ὄψεσθαι τὸν ἔχοντα τὸ κάλλος· ἰδοῦσα δὲ καὶ ἐποχετευσαμένη [ἵμερον] ἔλυσε μὲν τὰ τότε συμπεφραγμένα κτέ.* Facile enim *ἐκ τῶν συμφραζομένων* colligitur utrumque participium obiectum quod technici vocant sibi habere *τὸ κάλλος.*

p. 258 A.

Totus locus, nisi fallor, in hunc fere modum rescribendus et interpungendus erit:

ΣΩ. *οὐ μανθάνεις ὅτι ἐν ἀρχῇ [ἀνδρὸς]* a) *πολιτικοῦ συγγράμματος πρῶτος ὁ ἐπαινέτης γέγραπται;*

ΦΑΙ. *πῶς;*

ΣΩ. *„Ἔδοξε" πού φησιν „τῇ βουλῇ" ἢ „τῷ δήμῳ" ἢ ἀμφοτέροις, „⟨ὅς⟩ καὶ ὃς εἶπεν", ἔπειτα — τὸν αὐτὸν δὴ λέγων μάλα σεμνῶς καὶ ἐγκωμιάζων — ὁ συγγραφεὺς λέγει [δὴ] ⟨τὰ⟩* b) *μετὰ τοῦτο, ἐπιδεικνύμενος [τοῖς ἐπαινέταις] τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν, ἐνίοτε πάνυ μακρὸν ποιησάμενος σύγγραμμα· ἤ σοι ἄλλο τι φαίνεται τὸ τοιοῦτον ἢ λόγος συγγεγραμμένος;*

a) *ἀνδρὸς* cum Bergkio exp. Herwerdenus: *συγγράμματος* vulg.: *συγγράμματι* B.
b) *τὸ* inserit Krischius.

*τοῖς ἐπαινέταις* admodum inepte a sciolo adscriptum videtur. Haud facile dixeris cur potissimum laudatoribus sapientiam suam ostentare vellet *ὁ πολιτικός.*

Ibidem B.

*οὐκοῦν ἐὰν μὲν οὗτος* (scil. *ὁ λόγος*) *ἐμμένῃ, γεγηθὼς ἀπέρχεται* (scil. *ὁ συγγραφεύς*) * *ἐκ τοῦ θεάτρου ὁ ποιητής κτέ.*

Melius haec intelleges si ⟨ὡς⟩ . . . ὁ ποιητὴς inserueris.

Ibidem s. f.

τί δέ; ὅταν ἱκανὸς γένηται ῥήτωρ [ἢ βασιλεὺς], ὥστε λαβὼν τὴν Λυκούργου ἢ Σόλωνος ἢ Δαρείου δύναμιν ἀθάνατος γενέσθαι· [λογογράφος] ἐν πόλει, ἆρ' οὐκ ἰσόθεον ἡγεῖται αὐτός τε αὑτὸν ἔτι ζῶν, καὶ οἱ ἔπειτα γιγνόμενοι ταὐτὰ ταῦτα περὶ αὐτοῦ νομίζουσι, θεώμενοι αὐτοῦ τὰ συγγράμματα;

Ecquis, qui totum locum cum cura perpenderit, idoneis argumentis mihi demonstrare poterit additamenta ἢ βασιλεὺς et (ἀθάνατος γενέσθαι) λογογράφος non ita absurda esse et quodammodo ferri posse in sententia?

p. 260 B.

οὔπω γε· ἀλλ' ὅτε δὴ σπουδῇ σε πείθοιμι, συντιθεὶς [λόγον] ἔπαινον κατὰ τοῦ ὄνου, ἵππον ἐπονομάζων κτέ.

ἔπαινος = λόγος ἐπαινετικός ut paulo inferius: μὴ περὶ ὄνου ὡς ἵππου τὸν ἔπαινον ποιούμενος et Symp. p. 177 B: τοὺς χρηστοὺς σοφιστὰς Ἡρακλέους μὲν καὶ ἄλλων ἐπαίνους καταλογάδην συγγράφειν et alibi passim.

Ibidem D s. f.

ἀλλ', εἴ τις ἐμὴ συμβουλή [a]), κτησάμενος ἐκεῖνο οὕτως ἐμὲ λαμβανέτω [b]).

a) ἐμὴ ξυμβουλή B: ἐμῇ ξυμβουλῇ T: ἐμῇ ξυμβουλῇ <χρῆται> Stephanus.
b) λαμβανέτω recte Naberus; λαμβάνειν BT: λαμβάνει vulg.

Equidem in sententia lacunosa supplere praetulerim;

εἴ τις ἐμοὶ συμβούλῳ ⟨χρῆσθαι βούλεται⟩.

In sequentibus orationis contextus enixe flagitat:

τόδε αὖ (libri οὖν) μέγα λέγω, ὡς ἄνευ ἐμοῦ τῷ τὰ ὄντα εἰδότι οὐδέν τι μᾶλλον ἔσται πείθειν [τέχνῃ].

οὖν quod concludentis est ab hoc loco alienum esse apparet; αὖ contra saepissime orationi continuandae inservit.

Loquens inducitur ipsa Rhetorica: ἄνευ ἐμοῦ igitur idem est atque ἄνευ τῆς τῶν λόγων τέχνης. „Absque me, inquit, etiam si quis res noverit, nihilo magis vim persuadendi tenebit". Quomodo igitur ipse scriptor subiungere potuit τέχνῃ?

Ceterum vide ne cum Herwerdeno in fine sententiae pro puncto ponendum sit signum interrogandi.

p. 261 A.

*Ἆρ' οὖν οὐ τὸ μὲν ὅλον ἡ ῥητορικὴ ἂν εἴη [τέχνη] ψυχαγωγία τις διὰ λόγων;*

„Nonne igitur in universum rhetorica est ars ducendi et flectendi animos *διὰ ῥώμην λόγου* (p. 267 A) quocunque velis"?

Aut mecum delendum est *τέχνη* aut corrigendum: *τέχνη ψυχαγωγική.*

Statim sequitur:

*οὐ μόνον ἐν δικαστηρίοις καὶ ὅσοι ἄλλοι δημόσιοι σύλλογοι, ἀλλὰ καὶ ἐν ἰδίοις ἡ αὐτὴ σμικρῶν τε καὶ μεγάλων πέρι.*

Vereor ne Plato pro *ἡ αὐτὴ* dederit: *ὡσαύτως.* Quam frequenter *η* et *ως* confusa sunt in libris MSS.!

Ibidem.

ΣΩ. *Ἀλλ' ἢ τὰς Νέστορος καὶ Ὀδυσσέως τέχνας μόνον περὶ λόγων ἀκήκοας ... τῶν δὲ Παλαμήδους ἀνήκοος γέγονας;*

ΦΑΙ. *καὶ ναὶ μὰ Δί' ἔγωγε τῶν Νέστορος* ⟨*καὶ Ὀδυσσέως*⟩ [a]), *εἰ μὴ Γοργίαν Νέστορά τινα κατασκευάζεις ἤ τινα Θρασύμαχόν τε καὶ Θεόδωρον Ὀδυσσέα.*

a) recte add. Herwerdenus.

Ut sana evadat sententia, aut reponendum erit: *εἰ δὴ* aut inserendum ⟨*οὐδὲ*⟩ ante *τῶν Νέστορος.* Quamquam illud probabilius esse crediderim, quoniam particulas *δὴ* et *μὴ* et *μὴν* in Platonis libris MSS. pluribus locis inter se permutari videmus. Cf. e. g. p. 265 D i. f.: *τὸ δ' ἕτερον δὴ εἶδος τί λέγεις,* quo loco in codice Bodleiano scriptum extat *μή.*

p. 261 E.

*Οὐκ ἄρα μόνον περὶ δικαστήριά τέ ἐστιν ἡ ἀντιλογικὴ καὶ περὶ δημηγορίαν, ἀλλ', ὡς ἔοικε, περὶ πάντα τὰ λεγόμενα μία τις τέχνη .... ᾗ τις οἷός τε ἔσται πᾶν παντὶ ὁμοιοῦν τῶν δυνατῶν, [καὶ οἷς δυνατὸν] καὶ ἄλλου ὁμοιοῦντος καὶ ἀποκρυπτομένου * εἰς φῶς ἄγειν.*

vv. *καὶ οἷς δυνατὸν, et quibus possint* male abundare et contextum obscurare mihi videntur.

In extr. intercidisse suspicor: *τἀληθὲς* vel simile quid.

*καὶ (ἄλλου) ἀποκρυπτομένου* VERITATEM *in lucem protrahere.*

p. 264 C.

.... *δεῖν πάντα λόγον ὥσπερ ζῷον συνεστάναι σῶμά τι ἔχοντα αὐτὸν αὑτοῦ, ὥστε μήτε ἀκέφαλον εἶναι μήτε ἄπουν, ἀλλὰ μέσα τε ἔχειν καὶ ἄκρα πρέποντα ἀλλήλοις καὶ τῷ ὅλῳ γεγραμμένα.*

Imo: *πρεπόντως.*

*tam inter se quam cum toto convenienter descripta.*

p. 265 E s. f. Cf. p. 273 E.

Diu et multum moratus in loco impeditiore, compluribus, si quid video, additamentis, fulcris orationis nimirum, obscurato, hancce fere Platonis manum fuisse conicio:

ΦΑΙ. *τὸ δ' ἕτερον δὴ εἶδος τί λέγεις, ὦ Σώκρατες;*

ΣΩ. *τὸ πάλιν* [κατ' εἴδη] *δύνασθαι διατέμνειν κατ' ἄρθρα, ᾗ πέφυκεν, καὶ μὴ* [ἐπιχειρεῖν] *καταγνύναι μέρος μηδέν, κακοῦ μαγείρου τρόπῳ χρώμενον, ἀλλ' — ὥσπερ ἄρτι τὼ λόγω τὸ μὲν τῆς διανοίας ἕν τι κοινῇ εἶδος ἐλαβέτην — ὥσπερ δὴ σώματος ἐξ ἑνὸς διπλᾶ καὶ ὁμώνυμα πέφυκε,* ⟨τὰ μὲν⟩ *σκαιά, τὰ δὲ δεξιὰ κληθέντα, οὕτω καὶ τὸ τῆς παρανοίας* [ὡς] ⟨ἓν⟩ *ἐν ἡμῖν πεφυκὸς εἶδος ἡγησαμένω τὼ λόγω, ὁ μὲν τὸ ἐπ' ἀριστερὰ τεμνόμενος μέρος* [πάλιν τοῦτο τέμνων] *οὐκ* [ἐπ]*ανῆκεν* a) *πρὶν ἐν αὐτοῖς (αὐτῷ?) ἐφευρὼν ὀνομαζόμενον σκαιόν τινα ἔρωτα ἐλοιδόρησε μάλ' ἐν δίκῃ, ὁ δ' εἰς τὰ ἐν δεξιᾷ* [τῆς μανίας] *ἀγαγὼν ἡμᾶς ὁμώνυμον μὲν ἐκείνῳ, θεῖον δ' αὖ τινα ἔρωτα* [ἐφευρὼν καὶ] *προτεινάμενος ἐπήνεσεν ὡς μέγιστον αἴτιον ἡμῖν ἀγαθῶν.*

a) *ἀνῆκεν* Stobaeus: *ἐπανῆκεν* codd. B.T.

p. 266 B.

*καὶ μέντοι τοὺς δυναμένους αὐτὸ δρᾶν εἰ μὲν ὀρθῶς ἢ μὴ προσαγορεύω, θεὸς οἶδε, καλῶ δὲ οὖν μέχρι τοῦδε διαλεκτικούς. τὰ δὲ νῦν παρὰ σοῦ τε καὶ Λυσίου μαθόντας* a) *εἰπὲ τί χρὴ καλεῖν;*

a) *μαθόντας* B, *μαθόντες* T.

Corrige sis: *τοὺς δέ.*

*„Verum, dic mihi, quo nomine appellare oporteat si qui a te Lysiaque didicerint".*

Ibidem C.

.... *ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὸ εἶδος ὀρθῶς ἔμοιγε δοκεῖς καλεῖν, διαλεκτικὸν καλῶν· τὸ δὲ ῥητορικὸν δοκεῖ μοι διαφεύγειν ἔθ' ἡμᾶς.*

ΣΩ. Πῶς φής; καλὸν πού τι ἂν εἴη, ὃ τούτων ἀπολειφθὲν ὅμως τέχνῃ λαμβάνεται; πάντως δ' οὐκ ἀτιμαστέον αὐτὸ σοί τε καὶ ἐμοί, λεκτέον δὲ τί μέντοι καὶ ἔστι τὸ λειπόμενον [τῆς ῥητορικῆς].

Ipse scriptor hic nullo modo addere potuit: τὸ λειπόμενον τῆς ῥητορικῆς, cum de rhetorica arte nihil dum dixisset.

p. 267 A.

Τεισίαν δὲ Γοργίαν τε ἐάσομεν εὕδειν, οἳ πρὸ τῶν ἀληθῶν τὰ εἰκότα εἶδον ὡς τιμητέα μᾶλλον, τά τε αὖ σμικρὰ μεγάλα καὶ τὰ μεγάλα σμικρὰ φαίνεσθαι ποιοῦσιν διὰ ῥώμην λόγου, καινά τε ἀρχαίως * τά τ' ἐναντία καινῶς, συντομίαν τε λόγων καὶ ἄπειρα μήκη περὶ πάντων ἀνηῦρον;

Utique restituendum est: καινά τε ἀρχαίως λέγειν vel διεξιέναι.

Cf. Isocratis *Paneg.* § 8: ἐπειδὴ οἱ λόγοι τοιαύτην ἔχουσι τὴν φύσιν, ὥσθ' οἷόν τ' εἶναι καὶ τά τε μεγάλα ταπεινὰ ποιῆσαι καὶ τοῖς μικροῖς μέγεθος περιθεῖναι, καὶ τὰ παλαιὰ καινῶς διεξελθεῖν καὶ περὶ τῶν νεωστὶ γεγενημένων ἀρχαίως εἰπεῖν κτέ.

p. 268 A.

Ἐῶμεν δὴ τά γε σμικρά· ταῦτα δὲ ὑπ' αὐγὰς μᾶλλον ἴδωμεν, τίνα καὶ πότ' ἔχει τὴν τῆς τέχνης δύναμιν.

Quantocyus corrige: τὸ τῆς τέχνης. Cf. p. 269 C: ... κινδυνεύει γε τοιοῦτόν τι εἶναι τὸ τῆς τέχνης. Typothetae non hoc agentis errorem esse primo obtutu putares lectionem traditam in qua nemo dum offendisse videtur.

p. 269 A in.

Οὐκοῦν καὶ ὁ Σοφοκλῆς τόν σφισιν ἐπιδεικνύμενον τὰ πρὸ τραγῳδίας ἂν φαίη ἀλλ' οὐ τὰ τραγικὰ * καὶ ὁ Ἀκουμενὸς τὰ πρὸ ἰατρικῆς ἀλλ' οὐ τὰ ἰατρικά.

Revoca quod scribae socordia casu praetermissum est: ἀλλ' οὐ τὰ τραγικὰ ⟨ἐπίστασθαι⟩. Nam verbum quod est *nosse* e superioribus repetere id quidem per quam durum videtur et a Platonis elegantia alienum.

Ibidem.

Τί δὲ τὸν μελίγηρυν Ἄδραστον οἰόμεθα ἢ καὶ Περικλέα .... πότερον χαλεπῶς ἂν αὐτοὺς .... ὑπ' ἀγροικίας ῥῆμά τι εἰπεῖν

ἀπαίδευτον εἰς τοὺς ταῦτα γεγραφότας τε καὶ διδάσκοντας ὡς [ῥητορικὴν] τέχνην κτέ.

Dele ῥητορικὴν.

p. 272 D s. f.

τὸ παράπαν γὰρ οὐδὲν ἐν τοῖς δικαστηρίοις τούτων [ἀληθείας] μέλειν οὐδενί, ἀλλὰ τοῦ πιθανοῦ· τοῦτο δ' εἶναι τὸ εἰκός, ᾧ δεῖν προσέχειν τὸν μέλλοντα τέχνῃ ἐρεῖν.

v. ἀληθείας repetitum videtur ex antecedentibus: ὅτι οὐδὲν ἀληθείας μετέχειν δέοι δικαίων ἢ ἀγαθῶν πέρι πραγμάτων.

Τούτων i. e. δικαίων καὶ ἀγαθῶν πραγμάτων.

p. 275 B.

οἱ δέ γ', ὦ φίλε, ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ Δωδωναίου ἱερῷ δρυὸς λόγους ἔφησαν μαντικοὺς πρώτους γενέσθαι.

Commendo: οἱ δέ γ' ἐν τῷ τοῦ Δ. τοῦ Δ. ἱερῆς.

p. 277 A sic potius constituendum et distinguendum crediderim:

.... ὅταν τις τῇ διαλεκτικῇ τέχνῃ χρώμενος, λαβὼν ψυχὴν προσήκουσαν, φυτεύῃ τε καὶ σπείρῃ μετ' ἐπιστήμης λόγους, οἳ ἑαυτοῖς τῷ τε φυτεύσαντι βοηθεῖν ἱκανοὶ καὶ οὐχὶ ἄκαρποι ἀλλ' ἔχοντες σπέρμα — ὅθεν ⟨καὶ⟩ ἄλλοι ἐν ἄλλοις ἤθεσι ⟨ἐμ⟩φυόμενοι τοῦτ' ἀεὶ ἀθάνατον παρέχειν ἱκανοὶ ⟨ἔσονται⟩ — [καὶ][a] τὸν ἔχοντα εὐδαιμονεῖν ποιοῦντες εἰς ὅσον ἀνθρώπῳ δυνατὸν μάλιστα.

a) καὶ exp. Schanzius.

Ad ⟨ἐμ⟩φυόμενοι cf. p. 278 B: ἔπειτα εἴ τινες τούτου ἔκγονοί τε καὶ ἀδελφοὶ ἅμα ἐν ἄλλαισιν ἄλλων ψυχαῖς κατ' ἀξίαν ἐνέφυσαν.

---

## PLUT. DE RECTA RATIONE AUDIENDI.

42 A. Bonum auditorem oportet

τὰ μὲν ἀνθηρὰ καὶ τρυφερὰ τῶν ὀνομάτων καὶ τῶν πραγμάτων τὰ δραματικὰ καὶ πανηγυρικὰ κηφήνων βοτάνην σοφιστιώντων ἡγούμενον ἐᾶν κτέ.

Separanda sunt a vicinia vocabula:

κηφήνων βοτάνην σοφιστιώντων.

Est enim venustissimus hic hendecasyllabus e comico aliquo sumptus. J. J. H.

# AD PANEGYRICOS LATINOS.

SCRIPSIT

I. VAN WAGENINGEN.



II 1 (ed. Baehr. p. 89, 14): *verum est enim profecto, quod de origine illius civitatis* (sc. Romae) *accepimus, primam in ea sedem numinis vestri* (sc. Maximiani Herculii), *sanctum illud venerandumque palatium, regem advenam* (sc. Euandrum) *condidisse, sed Herculem † hospite † condidisse.*

Haec est corrupta optimorum codicum lectio, nisi quod Vat. 1776 (W) et apographon Bertiniense (Bert.) pro *hospite: hospitem,* corrector autem eiusdem Vaticani (w) pro *condidisse* exhibet *consedisse.* Praeterea B (Venetus Marcianus 436), C (= Monacensis 756, Reginensis 1475, Vindobonensis 48), vetustissimus editor Cuspinianus ultima verba *sed Herculem hospite condidisse* omiserunt. Hospitis tamen commemorationem hoc loco non posse abesse satis docent ea, quae sequuntur: *neque enim fabula est .... principem illum tui generis ac nominis Pallantea moenia adisse victorem,* ubi non de Euandro, sed de Hercule sermo est. Coniectura Baehrensii *sed heroem hospitem constituisse* neque clausulae legibus oboedit (Philol. S. X p. 432) neque quadrat in sententiam, quare ipse propono: *sed Herculem hospitem consecrasse.* Cf. paulo post p. 90, 1: *summa tamen religione susceptum futurae maiestatis dedisse primordia, ut esse posset domus Caesarum, quae Herculis fuisset hospitium.*

II 6 (p. 94, 9): *vidimus te, Caesar, eodem die pro re publica et vota suscipere et coniuncta debere.*

Parva mutatio sufficit, si pro *coniuncta* legimus: *cuncta;* in *debere* autem nullum latet vitium, nam is qui vota suscepit et

eorum compos factus est, recte dicitur ea d e b e r e, cf. p. 102, 3: *dicendi munus, quod tunc v o t i promissione s u s c e p e r a m nunc religione d e b i t i repraesentem.* Cic. Verr. IV § 123: *Verres, qui ... Veneri et Cupidini vota deberet.* Nimis violenta est Baehrensii coniectura: *soluta reddere,* parum perspicua Schwarzii: *convicta delere.*

IV 5 (p. 120, 15): ... *et inter illas imperatorias dispositiones, longe maioribus summae rei publicae gubernandae provisionibus occupati, litterarum quoque habuere dilectum neque aliter quam si equestri turmae vel cohorti praetoriae consulendum foret, quem potissimum praeficerent, sui arbitrii esse duxerunt* cet.

Imperatores illi, quibus electio praeceptoris scholarum Maenianarum non minori curae est quam praefecti alicuius turmae equestris vel cohortis praetoriae, nimirum dilectum habent non *litterarum,* sed *litteratorum,* et ita locum corrigendum esse censeo.

VII 11 (p. 169, 1): *arat illam terribilem aliquando ripam inermus agricola et toto nostri greges bicorni amne mersantur.*

Vehementer dubito, volueritne orator hoc significare Constantinum rebus suis gestis effecisse, ut u b i q u e (*toto*) in flumine Rheno gregibus liceret lavari. Potius crediderim eum pro *toto* dixisse *tuto,* quod antecedenti *inermus* optime respondet. Cf. p. 194, 9: *Rhenum tu quidem toto limite dispositis exercitibus t u t u m reliqueras.*

Ibid. (p. 169, 5): *semel acie vincitur, sine fine documento.* Non copula *est* inter *fine* et *documento* intercidisse mihi videtur, ut Baehrensius arbitrabatur, sed vocabulum ⟨*poena*⟩, quod orationis contextu flagitatur, cf. p. 168, 24: *quid ipsos maneat, ex regum suorum cruciatibus metiuntur.* Ita autem orator ratiocinatur: semel hostes acie vincuntur, semper tamen iis exemplo et documento manet supplicium ducum, quibus nunc careant, vel ut ipsius verbis utar: „compendium est devincendorum hostium duces sustulisse" (p. 169, 7). De vocabulo *poena* cf. p. 168, 11.

VII, 12 (p. 169, 9): *ut tamen omnibus modis barbarorum immanitas frangeretur nec sola hostes regum suorum supplicia maererent, etiam immissa Bructeris vastatione fecisti, imperator invicte.*

Quoniam sententia consecutiva (*ut . . . maererent*) praemissa est, nemo non sentit in apodosi nimis languere illud *fecisti*, quin etiam huius verbi simplicis usu verborum sensum obscurari, quare levi medela adhibita legendum puto: *effecisti*.

XI 20 (p. 260, 23): *ad fores eorum, qui regiis cupiditatibus serviebant, † ternos patriciae gentis viros cerneres ab huiusmodi dedecore non imbri, non gelu, non amaritudine ipsius iniuriae deterreri.*

Agitur de Romanis summo loco natis, qui aetate imperatoria saepius coacti sunt pessimos aulicos adire iisque adulari ad honores impetrandos. Vix opus est dicere *ternos* corruptum, sed coniecturarum, quae a Baehrensio aliisque propositae sunt (*crebros, perdios, servos, cernuos, pernox, externos, intectos*) nulla mihi placet, cum aut non satis ratio habita sit lectionis traditae, aut neglecta sit vis reliquae partis sententiae (*ad fores — dedecore*), quae cum vocabulo restituendo arte cohaeret. Mihi videtur in *ternos* *t* ex dittographia ortum esse, deinde *ernos* depravatum ex *errones*. Ita contemptim patricii circum fores libertinorum potentium vagantes (*ad fores . . . errones*) cum servis cessantibus vel fugitivis (cf. *dedecore*) comparantur, cf. Hor. Sat. II 7, 113.

XII 33 (p. 300, 22): *memorabile putavit antiquitas, quod Actiaco aliquando bello ducibus motibusque Romanis peregrina Aegyptus arma permiscuit.*

Pro *motibusque*, quod omnes praebent codices, editiones vetustiores *moribusque* legunt, Baehrensius: *molibusque*, ego: *militibusque*.

---

## PLUT. DE RECTA RATIONE AUDIENDI.

43 E. Oportet auditores, cum philosophus de iis agit vitiis, quibus ipsi laborant, quam attentissimos esse

*καὶ μετὰ τὰς διατριβὰς ἰδίᾳ προσιόντας αὐτοὺς καὶ προσανακρίνοντας.*

Laborant et sententia et structura. Lege *ὡς καὶ μετὰ* .... *προσανακρινοῦντας*, ita ut et *προσιόντας* *futuri* sit participium. Nulli sunt attentiores auditores quam ii qui de iis rebus, quas non satis bene intellexerint, oratorem privatim sunt interrogaturi.

J. J. H.

# MNEMOSYNE.

## BIBLIOTHECA PHILOLOGICA BATAVA.

COLLEGERUNT

S. A. NABER, J. VAN LEEUWEN J.F., I. M. J. VALETON.

OPERAM SUAM POLLICITI SUNT

J. J. HARTMAN, H. VAN HERWERDEN, A. E. J. HOLWERDA, H. T. KARSTEN,
J. C. NABER, M. C. VALETON, J. WOLTJER.

NOVA SERIES.
VOLUMEN TRICESIMUM OCTAVUM.

LUGDUNI-BATAVORUM
E. J. BRILL.

LIPSIAE,
O. HARRASSOWITZ.
1910.

EX OFFICINA TYPOGRAPHICA ET BIBLIOPOLIO QUAE ANTEHAC E. J. BRILLII FUERUNT.

# INDEX

---

# DE DISCREPANTIIS HYMNI HOMERICI IN MERCURIUM.[1]

SCRIPSIT

K. KUIPER.



Non venustate sed celebritate inter philologos hymnus in Mercurium ceteros superat hymnos homericos. De quo carmine ut diversa sunt iudicia criticorum, laudantibus aliis hilarem poetae ironiam quae tamen vacet acerbitate, aliis explodentibus molestam loquacitatem hominis, sermonemque conturbatum puerili imitatione homerica taedium moventem, ita in hac opinione plerique congruunt, hymnum illum non carmen recte dici sed carminum farraginem docte indocte undique congestam.

Duo tresve sunt anni ex quo post multorum multas variasque investigationes accurate hymnum iterum tractandum sumsit Carolus Robert, qui in ea commentatione quam publici iuris fecit in Herme suo (*Herm.* 1906 p. 389 sqq.) demonstratum iit Hymnum in Mercurium qualem nunc habemus contaminatum esse ex parvo carmine antiquo pluribusque additamentis seriorum poetarum, si quidem poetas dici liceat homines insulse parumque affabre priscum illud carmen pessumdantes.

Multorum Robertus — qua est auctoritate et ingenii fertilitate — tulit plausum. Prae ceteris autem ex animo ei assensus est Herwerdenus, qui hymnum illum antiquum, in eam formam redactum, qualem fuisse „invictis argumentis" Robertus demonstraverat, in Mnemosynes volumine XXXV (1907) p. 181

1) Ampliata in hac dissertatione proponuntur quae cum Regiae Academiae sociis communicavi in Trippiano, mense Septembri ann. 1909.

edidit, corrupta emendans et nonnulla quae obscurius dixit poeta ingeniose collustrans.

Ingenue confiteor multum abesse ut mihi, sicuti Herwerdeno, collegae veneratissimo, invicta videantur Roberti argumenta. Sed digna quae accurate legatur perpendaturque meo quoque iudicio eius disputatio est, praesertim quoniam eiusmodi est tota viri ingeniosissimi argumentatio, ut per eam absolutam et ad finem perductam iure dicas critices rationem illam, cuius auspex olim Hermannus fuit. Certe ipse ego perlecta commentatione Robertiana iterum perlustrare coepi quae a Ruhnkenii aetate usque ad nostros dies in partes diversas de hymno in Mercurium a viris doctis disputata sunt, ut accuratius viderem, qua via per saeculum et quod supra est sensim ea opinio nata esset et crevisset quam tandem in lucem proposuit Robertus. In quibus recensendis si consulto multa praetereo, enixe rogo, ne quis putet turpiter a me neglecta esse ea de quibus taceam. Consilium enim mihi est praecipuorum virorum opiniones brevissime primum exponere, latius deinde disserere de Roberti argumentatione quae impugnanda mihi videtur, tandem vero, quandoquidem censeo per eam viam quam monstravit collega aestumatissimus Halensis, a veritate investigationem aberrare nostram, duobus exemplis illustrare rationem, quae mihi potius sequenda esse videtur in explicando quae in hymno conturbata obscuriusve relata sint aut adversa etiam fronte pugnent.

Dicam *de Raptu Boum* et *de Lyrae inventione ac permutatione.*

## I.

Duae praecipue res fuerunt quae ab initio invitabant philologos ut hymno nostro medicinam afferrent suam. Conturbata laxaque carminis compositio videbatur, incerta simul et varia codicum condicio. Illud incitabat ut ratione nunc hac nunc illa hymnum in certas quasdam diversae originis atque aetatis partes dividere conarentur; hoc autem favebat libertati cuidam corrigendi coniectandique. Ingens enim videbatur lectionum varietas. Et licet satis deminutus sit numerus variarum quae dicebantur lectionum, ex quo praeeunte viro doctissimo Hollander codices quotquot extant hymnorum in duas familias dividere

solemus — quarum altera ex uno constat Mosquensi, — restat tamen inter familias descrepantia satis magna.

Quae per saecula decimum septimum ac duodevicesimum viri docti in nostro hymno elaborarunt, ea — ut Piersoni conamina in Verisimilibus — utilia saepe in singulis attulerunt, sed non totum spectabant hymnum. Hoc primus fecisse dicendus est Ruhnkenius, in epistula critica quam dedit ad Valckenarium anno 1749. Claram tibi illa epistula legenti proponit ipsius viri eiusque aetatis imaginem. Delectari simul necesse est dictionis Latinae lenissima elegantia, mirari simul iudicii illam stabilem firmitatem, qua confisi eorum temporum philologi, ex norma a semet facta profecti, constituere soliti sint quid Graecus aureae aetatis auctor scribere potuisset, quid non. Hac enim adhibita norma Ruhnkenius quoque, gustare se posse certus, quid *γνήσιον* quid *ὑποβολιμαῖον* esset, ab antiquis genuinisque in nostro hymno secrevit recentiora. Deprehenderat scilicet sciolos eos et semidoctos viros qui modo dilatassent quae ipse poeta pressius obscuriusve dixerat, modo quidquid lacunarum codices laceratos corrumpebat arte sua temere nec eleganter explevissent.

Summi viri laudibus detrectare nolim videri, si haec referens summopere me gaudere ex animo fateor, quod nostrae aetatis philologi iam nobis non videmur ea norma instructi esse. Lectorum iudicio haud minus quam litterarum historiae notioni certae atque accuratae mirum quantum obfuit ista opinio. Praesertim autem in arte critica periculosum videtur, siquid quod parum ipsis nobis placeat, a poeta Graeco „bonae aetatis" dici potuisse negemus. — Ceterum nobis hoc loco memoranda erat Ruhnkenii epistula, quoniam praesertim in hymni interpolationibus constituendis posteri editores persaepe iisdem unice utuntur argumentis quae olim in sincera adulterinaque secernendo is adhibuit.

Qui igitur Ruhnkenium audiverunt, eorum decretum hoc fuit: Byzantinorum aetate et arte Byzantina hymnum pessumdatum esse. Sed multo ulterius quam Ruhnkenius processit G. E. Groddeck in dissertatione de Hymnorum Homericorum Reliquiis (1786). Acriore medicina quam qua parvae quaedam expellerentur Byzantinorum interpolationes, opus esse ille iudicabat. Etenim censebat (p. 27) „nostram hanc Hymnorum fragmentorumque

farraginem indocto compilatori nos debere, quippe qui e pluribus quae forte ad manus erant hymnorum anthologiis novam hanc consarcinaverit."

Miram compilatoris artem et stolidam! Nam non rhapsodum dicit Groddeckius, cantatorem confuse fortasse, quae memoriae ditissimus continebat thesaurus, coniungentem, sed magistellum, pro lyra glutine utentem. Sed in rhetorum tamen scholis eiusmodi viros non defuisse concedas. A Byzantinis itaque temporibus si diasceuasten suum revocavit, Alexandrina aetate haud multo antiquiorem eum fuisse profecto censuit.

Graviora molitus est Hermannus. Qui, postquam Ilgen anno 1796 hymnos emendate edendos curavit, anno 1806 in suae editionis praefatione celeberrima, Ruhnkenianam rationem desperatam vocavit abiciendamque censuit, etiamsi in singulis observationum Ruhnkenii ratio semper esset habenda. Ipsi autem duae praesertim res constare videbantur ex quibus profectus auxilium hymno nostro se laturum pollicebatur: primum condicionem hymnorum esse eiusmodi ut codices nostros ad unum omnes ex lacunoso archetypo descriptos fuisse necesse sit, inane igitur suscipere opus qui lacunas explere conentur, — nempe lacunosum multis locis ut ceteros hymnos ita hymnum in Mercurium demonstraturus erat, — tum vero iuxta lacunas corruptelarum quoddam genus deprehendi ex versibus interpolatis; fuisse enim non sciolos vel magistellos sed — sicuti in Iliade Odysseaque — rhapsodos qui carmen interpolassent. Certis indiciis ut difficillimum in maioribus carminibus eos interpolatores deprehendere, ita facile esse in hymnis. Namque — ita putabat Hermannus — librarii codicum, ex quibus nostra manuscripta pendent, usi esse videntur libris in quibus singularum partium recensiones diversae iuxta positae erant. Sed quae recensiones in antiquioribus illis libris iuxta positae utramque versionem, breviorem longioremque, plane ac totis versibus exscriptam servarant, eas librarii nostri, sive chartae parcentes sive labori, ita tractabant ut quae diversarum recensionum communia essent semel modo exscriberent, tum eos versus in quibus discrepabant adicerent [1]).

1) Mirae eius rationis (quam stolidos eos librarios adhibere tunc modo potuisse

Eiusmodi recensionis duplicis vestigia non tantum in versibus qui interpolati viderentur deprehendi posse Hermannus censebat, sed itidem in codicum varietate. Et quamquam lectionum varietates — quoad varietates nec corruptelae erant quas testimonii loco Hermannus enumeravit [1]) — tum demum ad demonstrandum valere aliquid poterant, si revera constans quaedam discrepantia inter Mosquensem cunctosque alterius familiae libros ex eis constitueretur, habuit tamen habetque utraque ratio ab eo proposita fautores multos. Diu tamen frustra quaesiverunt viri docti ut certo quodam exemplo demonstrarent, quam facile esset secundum methodum quam praeierat Hermannus, recensiones diversas colligatasque retexere. Laudem tandem multorum tulit Seeckius cum in libro notissimo „de fontibus Odysseae", ut appareret quanta esset in hymnis generis originis compositionis cum Odyssea familiaritas, unam dedit extricatarum recensionum imaginem, sed eam, ut ipsi quidem videbatur, luculentam. Quam subiciam exempli gratia. Versus desumpti sunt ex narratione de inventione lyrae 29—48, quos Seeckius hunc in modum inter duos dividit poetas:

A 29 *ἀθρήσας ἐγέλασσε, καὶ αὐτίκα μῦθον ἔειπε·*
30 *σύμβολον ἤδη μοι μέγ' ὀνήσιμον· οὐκ ὀνοτάζω*
35 *οὐδ' ἀποτιμήσω· σὺ δέ με πρώτιστον ὀνήσεις·*
37 *ἦ γὰρ ἐπηλυσίης πολυπήμονος ἔσσεαι ἔχμα*
38 *ζώουσ' ἢν δὲ θάνῃς, τότε κεν μάλα καλὸν ἀείδοις.*
43 *ὡς δ' ὁπότ' ὠκὺ νόημα διὰ στέρνοιο περήσῃ*
*ἀνέρος ὅν τε θαμειαὶ ἐπιστρωφῶσι μέριμναι*

---

dicas si altera hymni recensio alteram a tergo subsequeretur) insigne documentum videbatur Hermanno hymnus ille XVII in Mercurium cuius pars longe maior similis est nostri hymni exordio Cui quoniam versus 11 male affixus haerere ei videtur et post versus 9. 10 ferri non posse, iudicabat versum illum nunc inconcinne subnexum restare ex altera versione in qua statim post versum 8 sequeretur. Nobis ne salutationes iteratas a proemiorum indole alienas censeamus dissuadent hymni tam Callimachei quam Orphici.

1) Varictatem lectionis e. g. non video vs. 65 ubi iuxta verbum *ἆλτο* codices Parisii *ὦρτο* habent, sed *ὦτο* E. L quod corruptela natum ex *ἆλτο* illud *ὦρτο* progenuit; item vs. 109 ubi iuxta *ἐπέλεψε* et *ἐπετελετε* ex Mosquensi affertur *ἐνίαλλε*. Corruptelae enim correctio est ex *επετελετε* (voce nihili) tam *ἐπέλεψε* quam *ἐνίαλλε*. Idem fere valet de ceteris locis, praesertim de versu 82 *νεοθηλέος ἄγκαλον ὕλης*. Verba enim quae habet Mosquensis *νεοθηλέαν ἀγκαλώρην* corrupta nimis sunt quam ut ex iis recensionem diversam iure elicias.

ἢ ὅτε δινηθῶσιν ἀπ' ὀφθαλμῶν ἀμαρυγαί,
46 ὡς ἅμ' ἔπος τε καὶ ἔργον ἐμήδετο κύδιμος Ἑρμῆς.

„Dies alles hängt aufs Engste zusammen" haud inutiliter monet Seeckius. Utinam ne indicare omisisset, quinam versus in hac versione exciperet versum 46. Nam ecce, sequitur versio B.

B 29 ἀθρήσας ἐγέλασσε καὶ αὐτίκα μῦθον ἔειπε·
31 χαῖρε, φυὴν ἐρόεσσα, χοροίτυπε δαιτὸς ἑταίρη,
ἀσπασίη προφανεῖσα. πόθεν τόδε καλὸν ἄθυρμα;
αἰόλον ὄστρακόν ἐσσι, χέλυς ὄρεσι ζώουσα·
34 ἀλλ' οἴσω σ' ἐς δῶμα λαβών· ὄφελός τι μοι ἔσσῃ·
36 οἴκοι βέλτερον εἶναι, ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θύρηφιν.
39 ὣς ἄρ' ἔφη καὶ χερσὶν ἅμ' ἀμφοτέρῃσιν ἀείρας
ἄψ εἴσω κίε δῶμα φέρων ἐρατεινὸν ἄθυρμα.
ἔνθ' ἀναπιλήσας γλυφάνῳ πολιοῖο σιδήρου
42 αἰῶν' ἐξετόρησεν ὀρεσκῴοιο χελώνης,
47 πῆξε δ' ἄρ' ἐν μέτροισι ταμὼν δόνακας καλάμοιο
τετρήνας διὰ νῶτα λιθορρίνοιο χελώνης.

Itaque revera vir ingeniosus sibi persuasit poetam illum priorem ita cecinisse

46 ὡς ἅμ' ἔπος τε καὶ ἔργον ἐμήδετο κύδιμος Ἑρμῆς.
49 ἀμφὶ δὲ δέρμα τάνυσσε βοὸς ....,

ne verbo quidem ergo ab eo fuerat indicatum necasse quoque Mercurium testudinem et excavasse? Quo tandem spectasse, quid intellexisse auditores credamus, cum toto illo labore per unum versum 46 raptim — atque illud post tam elaboratam comparationem — indicato, sic pergeret poeta: ἀμφὶ δὲ δέρμα τάνυσσε. Quidnam igitur corio circumdedit? [1])

1) Vix pluribus admoneri lectores necesse videtur quam male cohaereant post Seeckii divisiones 30. 35 praes. ὀνοτάζω et fut. ἀποτιμήσω (quod cum vs. 34 οἴσω optime coniunctum erat), quantopere hiulca oratio sit in versu 36. 39 demptis quae intercrant. Hilarem autem totius loci divisione pessumdari ironiam infra ostendam. Ceterum iam praeierat quodammodo Seeckio Hermannus, versus 43—46 inter duos poetas dividens; duplicem nempe comparationem coniunctam ferri non posse ratus uni dedit versus 43 44. 46. alteri 45. 46. Equidem alteram hanc comparationem mancam vel potius nullam esse opinor. Corruptum versum arguit lectionum varietas; traditur enim ἢ ὅτε, αἳ ὅτε, ἃς ὅτε, quorum nullum placet. Dixerim compositam esse mparationem et legendum

ὡς δ', ὁπότ' ὠκὺ νόημα διὰ στέρνοιο περήσεν
ἀνέρος ὅν τε θαμειαὶ ἐπιστρωφῶσι μέριμναι,
αἰόλα δινηθῶσιν ἀπ' ὀφθαλμῶν ἀμαρυγαί,
ὣς ἅμ' ἔπος τε καὶ ἔργον ἐμήδετο κύδιμος Ἑρμῆς.

## II.

Hoc uno contaminationis exemplo prolato Seeckius brevissime quae in hymno vituperanda habebat contraxit et enumeravit libri sui pagina 380. Perscrutatus carmen totum severissimo iudicii acumine, in vitiis erroribus omissionibus repugnantiis indagandis ita egit cum hymni poeta ut fere dubites ullusne poeta sive antiquus sive recentior, ad hoc tribunal citatus, absolvatur, aut ipse sibi non conglutinatus ex diversis hominibus videri possit. Attamen placuit multis Seeckiana illa severitas. Nullum vero nanctus est in hac saltem re fautorem magis assiduum quam fuit Carolus Robert. Licet enim is antiquiorum de hymno iudicia minime neglexerit, Seeckii tamen praesertim vestigia secutus est. Roberti autem disputatio tota huc redit: hymnum in Mercurium ex contaminatis cum prisco carmine recentioribus conaminibus natum restitui posse si quattuor praesertim episodia resecentur:

*a.* sacrificium ad Alpheum (vs. 107—138).
*b.* sermones Mercurii cum Maia (vs. 153—158).
*c.* sermo inter Mercurium et Apollinem (vs. 416—512).
*d.* confabulatio inter fratres extrema (vs. 526—573).

Carmen autem de lyrae inventione, arte quidem non ut cetera illa antiquo hymno inferius, nec recentius aetate, separandum tamen esse censet a reliquo hymno, quippe quod origini debeatur a reliquo carmine diversae.

Argumenta quae ad hasce theses demonstrandas affert Robertus accurate persequar, ut quantum potero eas oppugnem. Primum genus argumentorum est quod debetur discrepantiis locorum temporumque. Iam Seeckius monuerat: „Der Geburtsort des Gottes ist bald eine Höhle, bald ein Haus.” Gravius discrepantiae crimen, si Robertum audies, videbitur; is enim dicit: „die Geburtsstätte, die Wohnung der Maia, ist bald eine einsame Felsenhöhle im nebligen Hochgebirge, bald ein Märchenpalast.”

Videamus, quid rei sit. Primum describitur antrum deae versu 6 *ἄντρον ἔσω ναίουσα παλίσκιον, ἔνθα Κρονίων νύμφῃ ἐυπλοκάμῳ μισγέσκετο νυκτὸς ἀμολγῷ*; deinde in confabulatione cum matre Mercurius Maiae vitam pollicetur quae multo erit lautior quam qua nunc, coacti „*κατὰ δῶμα ἄντρῳ ἐν ἠερόεντι*

θχασσέμεν", fruuntur (vs. 170); tum vs. 234 Apollo dicitur descendere λάϊνον οὐδὸν ἄντρον ἐς ἠερόεν, tandem vs. 229 κευθμὼν memoratur βαθύσκιος, ubi olim Maia filiolum enixa erat, denique vs. 359 Mercurius in cunis cubare dicitur ἄντρῳ ἐν ἠερόεντι κατὰ ζόφον.

Ex hisce versibus norma petita Robert sic decrevit: quoniam antiquiori narrationi conveniat speluncam fingere veram nec arte exornatam, antrum obscurum caliginosum, non domum splendidam, damnari necesse esse omnia illa episodia, quae Maiae Mercurioque δώματα assignent.

Hac lege damnantur ergo versus 60 sqq. quoniam ἀγλαὰ δώματα νύμφης memorantur, vs. 148 ubi Apollo ἰθύσας ἄντρου ἐξίκετο πίονα νηόν, expellitur vs. 26 propter αὐλείας illas θύρας, vs. 27 quoniam δόμοι insunt, item vs. 34 et 40 propter δῶμα. Ridet Robertus poetam qui in eiusmodi specu (vs. 142) μέγαρον quaesivit, ridet eius antri λάϊνον οὐδόν, et credere se posse negans in deae antro τρεῖς fuisse ἀδύτους, expellit versus 245 sqq.

Quo iure haec omnia? Unde effecit aut Seeck aut Robert antiquius illud poëma modo speluncam omni arte denudatam habuisse? Sane non sufficiunt ad hoc demonstrandum versus 6, 171, 234, 229, 359. Primum enim versus 171, 234, 359 in testimonium vocare Roberto non, opinor, licebat, quandoquidem ipse alias propter causas a carmine genuino atque antiquo eos seclusit. Restant ergo qui testimonium ei iure praebeant tantummodo vss. 6 et 229, uterque antrum memorans *nocturnum* in quo amoribus Maiae olim fruebatur Iuppiter. Ex quibus alter — vs. 229 — ita memorat κευθμῶνα βαθύσκιον ut causa sit dubitandi num ipsa spelunca indicetur [1]). Sed fac indicari! Quod

1) Vs. 228 Κυλλήνης δ' ἀφίκανεν ὄρος καταειμένον ὕλῃ,
πέτρης ἐς κευθμῶνα βαθύσκιον ἔνθα τε νύμφη
ἀμβροσίη ἐλόχευσε Διὸς παῖδα Κρονίωνος.

Haec universi loci descriptio, nam montuosas spectat latebras convallesque ut apparet ex sequentibus:

ὀδμὴ δ' ἱμερόεσσα δι' οὔρεος ἠγαθέοιο
κίδνατο, πολλὰ δὲ μῆλα τανύποδα βόσκετο ποίην·

tum demum ad ipsam adire speluncam narratur Phoebus

ἔνθα τότε σπεύδων κατεβήσετο λάϊνον οὐδὸν
ἄντρον ἐς ἠερόεν.

βαθύσκιον sive παλίσκιον [1]) antrum fuit, id tamen non impedit, opinor, quominus splendide exornatum sit! Nonne ipse etiam Robertus, etiamsi pedem offendit in limine lapideo versus 234, et propter vestium splendorem illicitum versum 245 damnavit, aequo animo fert versum 23 „οὐδὸν ὑπερβαίνων ὑψηρεφέος ἄντροιο; intactosque reliquit versu 252 μύχους μεγάλοιο δόμοιο?

Artificiosa et de nihilo ficta tota illa de discrepantiis aedium divinarum ratiocinatio mihi videtur. Fuerat profecto antrum, et in Arcadia non unum sed plura fuere, ubi Mercurium natum esse vulgi ferebat opinio. Ipsum poetam suis oculis in montis Cyllenii cacumine id vidisse — quod Scheffler in libello *de Mercurio puero* demonstrare conatus est — non crediderim. Deest, ut ubique in hoc hymno, sic in speluncae descriptione, certa illa locorum notio ex qua agnoscas testem oculatum. Quae ab antiquioribus accepta habebat de magno obscuroque Arcadiae antro, ea ornat arte mere rhapsodica. Quare ergo huius poetae Mercurio, matrique Maiae, denegabis, quae concessa sunt Calypsoni Homericae? Nonne in huius antro πῦρ ἐπ' ἐσχαρόφιν est, nonne adest ἱστός? Nonne Calypso Mercurium considere iubet „θρόνῳ φαεινῷ σιγαλόεντι?" nonne antrum eius audit δῶμα? Et quales fuisse ἀδύτους, quales arcas fuisse putes ei deae cui tam pulchra ζώνη χρυσείη, tot fuerint ἀργύφεα φάρεα? Vacabit itaque culpa poeta hymni, cum simul Maiae antrum caliginosum obscurumque, simul splendidum dicat, ut suo iure etiamsi per iocum illud fecerit, Mercurius inventa lyra praeiit (vs. 60)

ἀμφιπόλους τ' ἐγέραιρε καὶ ἀγλαὰ δώματα Νύμφης
καὶ τρίποδας κατὰ οἶκον, ἐπηετανούς τε λέβητας.

Sed non minus quam in antri descriptione secum pugnare poetam in rerum enarratarum temporibus definiendis, censent critici. Brevius, post Ilgenum Hermannum Gemollium alios, de hac discrepantia monuit Seeck, eos praecipue versus spectans qui de sacrificio ad Alpheum facto agunt: „als Hermes nach dem Rinderdiebstahl an den Alpheios kommt bricht der Morgen an (97) und anderseits geht eben der Mond auf (91. 141), noch in tiefer Nacht langt das Kind wieder bei seiner Mutter

1) Adiectivum loco Arcadiae accommodatum, vide Paus. VIII 36. 7.

an (155) und beim Scheine der Morgenröthe wird es schon vor dem Richterstuhl des Zeus gebracht (326).” Quae autem breviter hic Seeck enumeravit, ea a Roberto in ordinem rediguntur, ut ad varias origines carminum indagandas adhiberi possint.

Universe contra hanc investigandi rationem monere necesse est, intra fines quosdam modo latiores modo arctiores antiquis poetis omnino concedi debere neglegentiam quandam in temporibus definiendis. Novimus praeterea in antiquis poematis si quid inseratur episodion — etiamsi ipse poeta id inserat — tempus fere praeterlabi non solere. Tandem vero in arguendis istiusmodi peccatis neglegentiae hoc agendum est, ut minutam ipsi curam in interpretando adhibeamus. Ii autem qui temporum discrepantias in hymno nostro indagaverunt, praeiudicata opinione ducti non semper ab interpretationis neglegentia liberi fuisse videntur.

Nolo omnium omnia referre dicta. Robertum qui plurimus est in hac re sequar, ut discrepantias quas ille digito monstrat aut si possum explicem, aut si adesse non video refellam.

Leve mihi videtur crimen quod primum arguit Robert. Versus sunt 17—19 qui non unam ob rationem et aliis displicuerunt et ei:

*ἠῷος γεγονὼς μέσῳ ἤματι ἐγκιθάριζεν,*
*ἑσπέριος βοῦς κλέψεν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος,*
*τετράδι τῇ προτέρῃ, τῇ μιν τέκε πότνια* Μαῖα.

si quis „decurrere lutulentos” elegantiaque destitutos esse versus dicat, cum eo facio. Excerpti instar mihi videntur, dixeris epitomen. Sed si absoluto carmini eos adiecit ipse poeta, vir mediocriter a Musis donatus, quid mirum si carent afflatu divino? Spurios esse versus, quod iis desit venustas, nemo demonstrabit. Sensit Robert ad versus damnandos haec argumenta parum valere. Sed displicent! Nec mirum, nam mentio fit in eis lyrae inventae, ferri itaque in „antiquo” poemate non poterunt. — Aliud igitur adiecit argumentum vir ingeniosissimus: tempora rerum accommodari non posse, si addantur. Scripsit „Bei Sonnenuntergang kommt Hermes in Pieriën, wohin er spätestens am Mittag von Kyllene aus aufgebrochen sein kann.” Mirum hoc videtur Roberto. Non minus, opinor, miram rem censet ipse poeta, qui consulto diserteque hoc monens iure suo postulat ne sibi diffidamus. Habebit autem ad quos provocet. Neptuno

enim si licuit gradibus quattuor permetiri quantum aequorum Samothracen inter et Aegas fuit (Il. N 20), quidni Mercurio, deorum celerrimo, horae spatium satis erit quo ex Peloponneso in oram Macedoniae — saltem in Pieriam — perveniat? Maior enim etiam fuit Iunonis velocitas O 80. Quos versus, quamvis noti sint, exscribere haud inutile erit, ut appareat poetam eos cum pangeret hymni vss. 43—45 mente tenuisse:

*ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀίξῃ νόος ἀνέρος, ὅς τ' ἐπὶ πολλὴν*
*γαῖαν ἐληλουθὼς φρεσὶ καρπαλίμῃσι νοήσῃ·*
*„ἔνθ' εἴην, ἢ ἔνθα", μενοινήῃσί τε πολλά,*
*ὣς κραιπνῶς μεμαυῖα διέπτατο πότνια Ἥρη.*

Sed si versibus 17. 18 non offendimur, quid dicendum erit de sequentibus temporis indiciis? Solis occasu Mercurius in Pieriam pervenisse dicitur vs. 68. Sequitur primum deinde temporis indicium vs. 97 de quo Robertus ita disserit: „als er .... an den Alpheios kommt, da ist die Nacht beinahe zu Ende, der Morgen nahe, und der Mond, der also im Abnehmen begriffen sein muss, geht eben auf:

97 *ὀρφναίη δ' ἐπίκουρος ἐπαύετο δαιμονίη νὺξ*
*ἡ πλείων, τάχα δ' ὄρθρος ἐγίγνετο δημιοεργός·*
*ἡ δὲ νέον σκοπιὴν προσεβήσετο δῖα Σελήνη*
*Πάλλαντος θυγάτηρ Μεγαμηδεΐδαο ἄνακτος,*

dann aber ist es wieder tiefe Nacht und nicht Morgen, als er im Alpheios im hellen Mondlicht, also bei Vollmond, die Opferhandlung vornimmt (141 *παννύχιος· καλὸν δὲ φόως ἐπέλαμπε Σελήνης*), und Morgen wird es erst, als er auf dem Gipfel des Kyllene anlangt (143 *ὄρθριος*). Aber wenn ihn dann seine Mutter anredet (155) „*πόθεν τόδε νυκτὸς ἐν ὥρῃ ἔρχῃ;*" dann scheint es doch plötslich wieder tiefe Nacht zu sein, und in der Tat wird dann erst nach dem ziemlich langen Gespräche zwischen Mutter und Sohn das Erscheinen der Morgenröthe berichtet (181). Und so wird es dann in dem Hymnus, wie er uns überliefert ist, in der Tat dreimal Morgen, 98. 143. 183."

Severe haec et acute Robertus. Qui si audiendus est, mendacii poetam condemnemus necesse erit; simul Mercurius vacabit culpa. Falso enim arguetur boves raptos mactasse. Sed uno tenore versus illos perlegamus: nonne perspicuum nobis fit hic idem usu venire quod sollemne fere est in epica antiquorum poesi:

coniunctis in unum duabus diversae originis narrationibus tempus non progredi? „Hoc ipsum est, quod ut demonstrarem mihi proposui" Robertus respondebit. At quae diversae originis erant ab uno eodemque poeta coniungi poterant; non enim cum diebus Iliadis praelongis nox illa ad Alpheum peracta comparari poterit! Quae in Iliadis libris pro contaminationis indiciis merito habentur, non idem valent in parvula unius poetae neglegentia!

Nam poeta si peccavit in temporibus indicandis, non prorsus iudices eius severi Seeckius et Robert me quidem iudice vacabunt eiusdem neglegentiae culpa. Severius quam iustius iudicata res a Roberto mihi videtur: versum 98 enim non accurate interpretatur qui de eo scribit „es wird Morgen", nam ne lucescit quidem: „τάχα δ' ὄρθρος ἐγίγνετο", itaque nondum ὄρθρος adest, quod temporis spatium, si Phrynichum audis (*Ecl.* 275 Lob.) ὁ πρὸ τοῦ λυκαυγοῦς καιρὸς ἐν ᾧ ἔτι λυχνῷ τις δύναται χρῆσθαι [1]). Per illud igitur extremum noctis spatium strenue sane et celeriter Mercurius perfungitur officio sacrificandi (vs. 98—141), peracto sacrificio ὄρθρος fit (vs. 142), id est diluculum, nondum tempus matutinum, ut narrantem poetam facit Robertus; nam aurorae tempus significatur demum versu 184 cum Phoebus furto detecto Onchestum venit (Ἠὼς δ' ἠριγένεια φόως θνητοῖσι φέρουσα ὤρνυτ' ἀπ' Ὠκεανοῖο βαθυρρόου). Quod autem puerum in diluculi obscuritate tenebrosum per antrum incedentem mater sollicita ita salutat „πόθεν τόδε νυκτὸς ἐν ὥρῃ ἔρχῃ;" id minime nos opinor mirabimur. Robertus quidem inde effecit: „es scheint doch wieder tiefe Nacht zu sein." Nobis vero in promptu erit dicere: „Apparet itaque in obscurum Maiae antrum per tempus τοῦ ὄρθρου lucem diei nondum penetrasse."

Gravis autem et molesta difficultas restat, etiamsi merito criminationibus ceteris absolvisse poetam nobis videmur. Versu enim 98 diluculum appropinquare is narraverat; sequitur vs. 99

ἡ δὲ νέον σκοπιὴν προσεβήσετο δῖα Σελήνη
Πάλλαντος θυγάτηρ Μεγαμηδεΐδαο ἄνακτος,

deinde vero, postquam in sequentibus totus sacrificandi ritus accuratissime expositus est, additur versu 140 cineres esse dispersos a Mercurio,

---

1) Ne exempla cumulem, *Vesparum* tantum versum 216 afferam ubi pars ultima noctis ὄρθρος βαθύς dicitur.

*ἀνθρακιὴν δ' ἐμάρανε, κόνιν δ' ἀμάθυνε μέλαιναν*
*παννύχιος· καλὸν δὲ φόως ἐπέλαμπε Σελήνης.*

Quae in hisce obscura sint et repugnantia secum, non latet lectores. Intellegi sane vult poeta, furto boum peracto ante diei novi initium boves esse mactatas reliquiasque sacrificii absconditas [1]). Etsi autem necesse non sit putare versum 141 non nisi de *plenilunio* accipi posse [2]), haec tamen utique manebit difficultas, quod *τετράδι τῇ προτέρῃ* (vs. 19) quo die haec omnia a Mercurio peracta sint, *ὄρθρου* tempore luna omnino non potest „clarum effundere lumen", quandoquidem eo mensis spatio luna nova est et quattuor modo dies nata, neque vero ante solem oriri luna *τῇ τετράδι* recte dicitur; quod tamen dixisse videtur poeta versu 99.

Videtis molestias. Quarum partem possumus expedire expungendis — cum Gemollio — versibus 97. 98, quo facto non tamen habebimus quod respondeamus roganti, quis tam stolide eos addiderit. Poterimus quoque in eiusmodi re cum Roberto contaminationis indicium deprehendere. Quae ratio ea condicione mihi probanda videtur, si contaminatorem non diasceuastam quemdam, sed poetam dicas fuisse ipsum. Quem cum sacrificium illud sanctissimum, quod praetermittere in laudibus dei omnino nollet, in carmen suum insereret, neglegentia quadam peccasse mirum non est.

Necesse tamen est videre, quonam ea processerit neglegentia, et quibus finibus sit circumscribenda. Primum enim, nec constare nec pro certo investigari posse mihi videtur, quonam mensis tempore sanctissimum illud et mirificum sacrificium ad Alpheum a Mercurio institutum esse vulgo sit creditum. Facile autem poetam potuisse confundere tempora, si natalicia Mercurii

1) Convenit tamen hic quoque culpam poetae non extra modum augere. Quod facere Robertus videtur nimis premens vocabulum homericum *παννύχιος* idque vertens — quo magis sibi adversa loquatur poeta — „in tiefer Nacht". *Παννύχιος* enim imitatori dictionis homericae dici posse videri etiamsi non nisi pars noctis admodum parva restet, non est quod magnopere mireris collatis locis Ψ 105. Κ 2. Σ 434. — Obiter moneo in codice Mosquensi lectionem esse *παννύχιον*. Possis ergo conicere versum 141 legendum esse „*παννύχιον καλόν τε φόως ἐπέλαμπε Σελήνης*, versum *παρενθετικῶς*, ut saepe fit in hoc carmine, additum. Molestia autem rei hac coniectura neutiquam diminui mihi videtur.

2) Ita Robert: „im hellen Mondlicht, *also bei Vollmond*." Tria haec verba non addiderat poeta.

per novae lunae tempus, sacra Alphea per plenilunium fortasse peracta in unum coniungenda essent, concedas aequum est. Deinde, quamvis verum sit in mensis lunaris tetrade lunam esse novam et post solem oriri, atque in ea certe nocte extremis ante diluculum horis iam occidisse, in earum rerum notitia ignoscendum aliquid poetis et olim visum est et nunc videtur. Diminuetur autem aliquantum ea neglegentia, aut saltem minus offendet, si fortasse versus 99 aliter explicari poterit quam solet, poetaque ipse, qui τετράδι τῇ προτέρῃ natum esse Mercurium dixerit, non idem eo die lunam *ortam* ante solis ortum narravisse videatur [1]).

Etenim gravior quam in versu 141 inest in versu 99 difficultas, si revera verba σκοπιὴν προσεβήσετο recte interpretantur editores „*luna orta erat*". Sed ne ipsum hoc quidem omni dubio vacat. Ubinam quaerenda illa specula est? In caelone, sicuti Iunonis, quae Latonae infesta σκοπιὴν ἔχεν αἰθέρος εἴσω (Call. *h. in Del.* 59)? An in terra? Multum intererit, utrum censeas. Nam si σκοπιὴ caelestis est, illud putandum est cacumen caeli ex quo facile σκοπιάζεται luna, et cogitandum erit de lunae ortu (οὐρανὸν εἰσανέβαινε). Sin autem specula quaedam terrestris indicatur, verba σκοπιὴν προσεβήσετο non necessario ortum solis spectant [2]). Optio difficilis est, suspicanti tamen terrestria cogitari loca favet magnopere versus sequens Πάλλαντος θυγάτηρ Μεγαμηδείδαο ἄνακτος. Obscuram ut hic versus stirpem Selenes tangit, mythologiamque non minus nobis obscuram quam ipsi hymni nostri poetae fortasse iam fuit, ita Arcadicam tangere mythologiam haud improbabile est. De qua fabula — ut in re incerta — suspicionem proferre non temerarium videtur. Ecce. Narrat poeta regiam virginem Arcadicam, cui lumen lunare

1) Sacrificii illius Alphei quaecumque fuit ratio, ritu τῶν χθονίων θεῶν illud instituisse et absolvisse Mercurium omnino tenendum est, quamvis id neglegant interpretes. Spectat illuc, quod Mercurius ignem sacrificio accendit κατουδαίῳ ἐνὶ βόθρῳ (vs. 112), quod nulla pars carnium comeditur, quod comburit reliquias, quod curat ut ante solis ortum evanuerint omnia sacrificii vestigia. Quarum rerum vis non minuitur eo quod aperte poeta χθόνιον hoc sacrum confudit atque in unum conflavit cum notis sacris in duplicibus aris Olympiae τοῖς δώδεκα oblatis secundum Herodorum *schol. Pind. Ol.* V. 10.

2) Item non caelum sed montem spectavit poeta B 48 (quem noster memoria tenet) Ἠὼς μέν ῥα θεὰ προσεβήσετο μακρὸν Ὄλυμπον.

curae est, ad σκοπιὴν suam solitam iam appropinquasse, ideoque mox ὄρθρον affore, cum deus sacrificium absolvat. Quodnam nocturni temporis spatium indicatur et quaenam illa est specula? Agitur de filia Pallantis [1]), res exponuntur in Arcadiae confiniis peractae. Fuit autem haud procul Pallantio, cuius urbis conditor Pallas erat, locus cui nomen erat Σκοπιαί. Nominis causam Pausanias VIII. 11. 7 eam profert, quod Epaminondas letali vulnere confectus proelii Mantinensis exitum inde spectavit, cum historia autem fabulosa nomen σκοπιῶν sive in eodem loco sive in aliis regionis montanae speculis coniunctam fuisse iam Βάττου σκοπιαὶ in Maenalio docent [2]). Licetne conici Selenae quoque Pallantiadi suas fuisse in patria σκοπιάς? Et cuinam usui destinatas? Lubricam ingredi videbor viam novis exornans fabulis antiquam mythologiam, nec feram eorum suffragia qui negant in antiqua Arcadiae historia fabulosa cognitos fuisse amores Selenes atque Endymionis [3]). Sed cum sciamus Elidem quoque Arcadiamque Endymionem habuisse incolam, et duxisse eum Arcadis filiam Hyperippen, vel Asterodiam — lunari nomine praeditam utramque virginem! — haud absonum erit suspicari non Latmi terminis contineri ea quae poetae memorarint de Selene, nocturno itinere ad Endymionem suum perveniente. Recurrunt in memoriam quae de Panis Selenesque amoribus Arcadicis narraverunt poetae quos secutus est Vergilius in Georgicis:

Pan deus Arcadiae captam te Luna fefellit
In nemora alta vocans,

quandone? Nonne luna, cum „non aspernata vocantem" deum sequatur, caelo descendit, ergo occidit? Ita saltem, ni fallor, rem intellexit poeta et in amore versatissimus et in fabulis, Nonnus qui Venerem his verbis affari narrat Pasitheam amore sauciam (Lib. XXXIII. 34)

ἦ ῥά σε τείρει
υἱὸς ἐμός, φιλέεις δὲ ποθοβλήτῳ παρὰ πέτρῃ
οἷα Σεληναίη τινὰ βουκόλον;

---

1) Non fugit me quam sit incertum ex quonam Pallante propric Selenen historia fabularis generatam esse voluerit. Sed tenendum est hymni poetam saepe breviter et neglegentius referre quae aliunde sumta ipse iam non prorsus intellegeret.

2) cf. Ant. Lib. f. 23 de quo loco infra latius mihi disserendum erit.

3) Bethe apud Pauly-Wissowa V 255. 8.

Idoneo nomine Dionysiacorum poeta saxum illud quod luna, iter nocturnum permensa, extremo iubare ferit, *ποθόβλητον* dicit. Haud minus apte mihi videtur idem saxum, in quo ex caelo descendens Endymiona suum Selene expectasset, ab Arcadibus dici potuisse *Σελήνης σκοπιά* [1]). Quae si non absurda coniectura videtur versu 99 luna non oriri sed occidere narratur.

Sed ad Roberti dissertationem redire tempus est. Is autem constitutis discrepantiis tam locorum quam temporum secundam quaesivit rationem qua eam quam prius instituerat ita confirmari censet, ut iam certa et absoluta sit res. Nempe certis indiciis inter se facile dignosci posse monet vetustum poetam atque interpolatores hisce: utrumque imitari Homerica carmina, sed ut venusta et lepida antiqui sint imitamenta poetae, ita frigidos esse ineptos centones interpolatoris.

De ipso hoc artis discrimine, nisi ad normas illas pulchri verique olim a Ruhnkenio adhibitas redire velimus, cum viro ingeniosissimo litigare non poterimus. Molestum est negotium demonstrare inepta esse quorum venustatem alter laudaverit. Quo iure quave norma aut explodas versum 263 ex *ψ* 40 et *γ* 94 contaminatum? Laudandusne poeta an carpendus qui vs. 386 verba *καὶ κρατερῷ περ ἐόντι* quae de Iove O 195 Neptunus dixerat, Mercurium de Apolline dicentem facit? Inane negotium dixerim disputare num haec genuina et venusta sint necne [2]).

Sed aliud est, opem ferre condemnatis. Sic vs. 108 verba

---

1) Frustra ni fallor quaeras, num proprie ad unum eundemque locum pertineant *σκοπιὴ* Mercurii vs. 65 memorata, specula Lunae vs. 99, et *Βάττου σκοπιαὶ* de quibus infra dicam.

2) Uno exemplo appareat quam incertae hic afferantur laudandi vituperandique causae. Vs. 577 poeta — mira sane laude et acerba! — ita extollit deum:

*πᾶσι δ' ὅ γε θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ὁμιλεῖ·*
*παῦρα μὲν οὖν ὀνίνησι, τὸ δ' ἄκριτον ἠπεροπεύει*
*νύκτα δι' ὀρφναίην φῦλα θνητῶν ἀνθρώπων.*

Lepida admodum et venusta Roberto haec videtur parodia versus *ι* 142 ubi Odysseae poeta dixerat:

*καί τις θεὸς ἡγεμόνευεν*
*νύκτα δι' ὀρφναίην.*

Mercurii enim (vs. 399) munus esse ut *διάκτορον ἡγεμονεύειν*, sed versu 577 indicare „dass dem Schlingel das *ἠπεροπεύειν* mehr am Herzen liegt als das *ἡγεμονεύειν*." Quo iure haec inter se coniungat ceteris omnibus missis exemplis ex quibus haec „lepida parodia" consuta est, equidem non video. Centonem enim inconcinne conglutinatum hunc locum equidem potius quam lepidam parodiam dixerim.

*πυρὸς δ' ἐπεμαίετο τέχνην* uno verbo condemnat Robert: „Ungeschickt nach λ 531 *ξίφους δ' ἐπεμαίετο κώπην.*" Quare ineptum? An propter notionem verbi translatam? Tamen ea non displicuit aut Bioni qui (VIII. 4) nostrum imitatus scripsit „*δίζετο φάρμακα πάντα, σοφὰν δ' ἐπιμαίετο τέχναν*", aut Apollonio qui (III. 816) dixit: „*νόῳ ἐπεμαίεθ' ἕκαστα*" [1]). Et iure ii quidem. Nam verbum *μαίεσθαι* translata *quaerendi* notione adhibentes ab Homeri usu non deflectebant; uno exemplo rem notam illustrare sufficiat, ξ 355/6:

*ἀλλ' — οὐ γάρ σφιν ἐφαίνετο κέρδιον εἶναι*
*μαίεσθαι προτέρω — τοὶ μὲν πάλιν αὖτις ἔβαινον*
*νηὸς ἐπὶ γλαφυρῆς.*

Non magis mihi persuadet Robertus, vs. 217 condemnans propter imitandi stoliditatem. Componi iubet hunc versum (*πορφυρέῃ νεφέλῃ κεκαλυμμένος εὐρέας ὤμους*) cum Iliadis Π 360 *ἀσπίδι ταυρείῃ κεκαλυμμένος εὐρέας ὤμους*, additque, ut nostrum carpat poetam: „alsob die Purpurwolke vornehmlich die Schultern verdeckte wie der Mykenische Schild, und alsob Apollon auf der Suche nach seinen entwendeten Rindern überhaupt sich in eine Wolke zu hüllen brauchte, wie die aufs Schlachtfeld absteigende Athena Ρ 551, woher der Dichter das Motiv entlehnt hat, wo aber verständigerweise steht „*πορφυρέῃ νεφέλῃ πυκάσασα ἓ αὐτήν.*" Hic ultra terminos muneris progredi accusator mihi videtur, imitationes ineptas reprehensurus, non inventionem poetae. Qua si hic peccatum est, quo argumento convincas, non poetae sed interpolatoris esse culpam? — Sed peccatum esse nego. Apollo enim initio, versu 185, quoniam nulla ei est causa occultandi se, prodit nulla nube velatus, ostenditque se palam seni in agello suo laboranti. Sed eius indicio audito, cum divinitus de furti auctore certior factus iam pergit quaerere, mirum non est, deo satius videri nube se condere, ne statim appropinquantem conspiciat praedo ille callidus. Haec ad rem ipsam. Facile autem his consideratis hymni poetam defendas. Nam si recte haec scripsit Robertus: „alsob die Purpurwolke vornehmlich die Schultern verdeckte wie der Mykenische Schild," reiciendus

---

1) Iam noster 511 *σοφίης ἐκμάσσατο τέχνην*, quod multo magis miror. Nisi forte scripsit *ἐπεμάσσατο*.

eadem lege ex Iliade erit versus O 307 ubi idem Apollo Hectori praeire dicitur ϝειμένος ὤμοιϊν νεφέλην, et inepte loqui dicendus Pandarus E 185 de Diomede haec profatus:

οὐχ ὅ γ' ἄνευθε θεοῦ τάδε μαίνεται, ἀλλά τις ἄγχι
ἕστηκ' ἀθανάτων, νεφέλῃ ϝεϝλυμένος ὤμους.

Omnia afferre nolo exempla pravae, ut ei quidem videbatur, imitationis, a Roberto congesta et reprehensa. Sed unum addam, quod mihi ne a cavillatione quidem prorsus liberum esse videtur. Narrat Apollo (hymn. vs. 192 sqq.) seni Onchestio, boves suas ex Pieria furto ablatas esse,

πάσας θηλείας, πάσας κεράεσσιν ἑλικτάς,
ἐξ ἀγέλης, ὁ δὲ ταῦρος ἐβόσκετο μοῦνος ἀπ' ἄλλων
κυάνεος, χαροποὶ δὲ κύνες κατόπισθεν ἕποντο
τέσσαρες, ἠΰτε φῶτες, ὁμόφρονες· οἳ μὲν ἔλειφθεν
οἵ τε κύνες ὅ τε ταῦρος, ὃ δὴ περὶ θαῦμα τέτυκται·
ταὶ δ' ἔβαν, ἠελίοιο νέον καταδυομένοιο
ἐκ μαλακοῦ λειμῶνος, ἀπὸ γλυκεροῖο νομοῖο.

Auribus vix credo, cum hic quoque Roberti vocem damnatoriam audio, brevissime sic verba versus 196 reprobantis: „ὃ δὴ περὶ θαῦμα τέτυκται von dem blauen Stier, ungeschickt nach Σ 549 ὃ δὴ περὶ θαῦμα τέτυκτο." Apparet itaque virum doctissimum sed nostro poetae infestissimum ita haec verba accepisse, tamquam si Apollo obiter addidisset taurum illum θαῦμα τετύχθαι, mirificum esse animal. Nonne hic merito suspicaris, viro de litteris graecis ac de mythologia poesique Graecorum bene merito oculorum aciem paulisper hebetatam fuisse opinione praeiudicata [1])? Itane vero? Nonne necesse erit Roberto concedere verbis ὃ δὴ περὶ θαῦμα τέτυκται indicari, hoc mirum Apollini videri quod *abactis bubus relicti sint* οἵ τε κύνες ὅ τε

1) Ne quis haec arrogantius iniustinsve dicta censeat, conferantur quae de versu 131 (ὀδμὴ γάρ μιν ἔτειρε καὶ ἀθάνατόν περ ἐόντα) Robertus indicat ubi collatis E 796 δ 441 Π 620 male contaminatum versum condemnat: „was von dem Gestank der Robben gilt, kann man doch vom süssen Bratenduft nicht sagen!" Quid? Si λιμὸς (δ 369) γαστέρα τείρειν recte dicitur, non aequo iure odor, qui famem augeat et exagitet, τείρειν τινα dicatur, nonne ipsa odoris dulcedo cupientem excruciat? — Pergit autem R. „und wie töricht ist das zweite hemistichion, alsob nicht grade die unsterblichen Götter fur die Reize des Bratenduftes besonders empfänglich wären!" Sane, sed omittit R. τὸ τείρεσθαι. Hoc operae pretium fuit poetae, in hilari carmine tamquam παρᾴδοντι, monere lectorem: deum mortali desiderio laborasse — sed vicisse!

ταῦρος? Quis non videt eodem ducere locum quem imitando expressit poeta (Σ 549)

ἡ δ' ἐμελαίνετ' ὄπισθεν, ἀρηρομένῃ δ' ἐϝεϝοίκει
χρυσείη περ ἐοῦσα, τὸ δὴ περὶ θαῦμ' ἐτέτυκτο

quocum dignus est qui conferatur Od. ρ 306

Εὔμαι', ἦ μάλα θαῦμα· κύων ὅδε κεῖτ' ἐνὶ κόπρῳ.

Hac ratione postquam Robert hymnum totum perscrutatus constituit quaenam pravae, quaenam laudabiles essent et venustae, vel saltem aptae, poeseos homericae imitationes, eo lectorem ducit argumentatione sua, ut appareat ad prorsus idem discrimen antiqui hymni recentiorumque interpolationum alia via perveniri. Nempe a vetusto carmine pravas abesse contendit imitationes, contra scatere eiusmodi versibus insulsis eas partes quae ab interpolatoribus adiectae sint [1]). Etiamsi in ipso de variis imitationibus iudicio Robert nobis persuasisset — id quod longe secus esse ex praecedentibus apparuit — tamen in hac re necesse esset obloqui. Contendo enim eandem per totum carmen dicendi imitandique esse rationem. Habet hoc omnis ars rhapsodica, quod constat ex formulis homericis. Communis est cantoribus illis thesaurus sollemnium verborum, hemistichiorum, versuum epicorum. Centones versus eorum dicas licet, dummodo ne credas, anxio et pusillo labore poetas istius aetatis ex volumine quodam Iliadis, Odysseae, Cyclicorum, quaesivisse quae conglutinarent, quidnam hemistichium cuinam adnecterent. Sicuti narrationes fabularumque earundem versiones varias mente servabant, sed ut ferebat occasio promebant, ita suppeditabant verba. Iubente Musa redundant versus versuumque partes ex fertili semperque fideli memoria cantoris. Qua ratione hoc fiat, facili modo quivis in nostro hymno videbit. Nos autem tantum percurramus primam carminis partem, ut appareat quam prope ad homerica accedat ipsa pars illa de qua decrevit Robertus „dass sie von Entlehnungen ganz frei sei." Ut brevitati consulam, ea modo iuxta ponam quae sive versus loco, sive verborum sonitu inter se conveniant, nimis futtilia, veluti μοῦσα vel υἱόν vel ἐριούνιον vel

1) l.l. p. 398 Es lässt sich nun beobachten dass die Stellen mit diesen ungeschickten und stümperhaften Homerimitationen in gewissen Partieen dicht auf einander sitzen, während grosse Strecken ganz davon frei sind.

*μεδέοντα* in iisdem versus sedibus posita, neglegam. Et ne nimis rem premam, consulto quaerere aut data opera notare nolim eiusmodi similitudines, quales e. g. versus 2 *Ἀρκαδίης πολυμήλου* praebet cum Π 417 *Ἀργεάδην πολύμηλον*, licet in iis ipsis quae nihil nisi sonorum similitudinem habeant optime perspiciatur rhapsodorum imitatio homerica.

vs. 3 *ἄγγελον ἀθανάτων ἐριούνιον, ὃν τέκε Μαῖα*
Il. Α 36 *ὃν ἠύκομος τέκε Λητώ*

vs. 4 *νύμφη ἐυπλόκαμος, Διὸς ἐν φιλότητι μιγεῖσα*
Od. τ 266 *φιλότητι μιγεῖσα*

vs. 5 *αἰδοίη· μακάρων δὲ θεῶν ἠλεύαθ' ὅμιλον*
ρ 67 *ἀλεύατο πουλὺν ὅμιλον*
saepius *Τρώων, Δαναῶν, μνηστήρων κατεδύσεθ' ὅμιλον*

vs. 7 *νύμφῃ ἐυπλοκάμῳ μισγέσκετο νυκτὸς ἀμολγῷ*
Od. δ 841 *ἐπέσσυτο νυκτὸς ἀμολγῷ*
Od. σ 325 *Εὐρυμάχῳ μισγέσκετο*
Od. ε 30 *νύμφῃ ἐυπλοκάμῳ.*

vs. 8 *ὄφρα κατὰ γλυκὺς ὕπνος ἔχοι λευκώλενον Ἥρην*
γ 112 *λευκώλενον Ἥρην*
λ 497 *οὕνεκά μιν κατὰ γῆρας ἔχει*
κ 31 – ◡◡ | – *γλυκὺς ὕπνος.*

vs. 9 *λήθων ἀθανάτους τε θεοὺς θνητούς τ' ἀνθρώπους* [1])
Ν 273 *λήθω μαρνάμενος*
τ 88 *λήθει ἀτασθάλλουσ'*
ω 64 *ἀθάνατοι τε θεοὶ θνητοί τ' ἄνθρωποι.*

vs. 10 *ἀλλ' ὅτε δὴ μεγάλοιο Διὸς νόος ἐξετέλειτο*
Ζ 242 *ἀλλ' ὅτε δὴ Πριάμοιο*
Μ 241 – – | – *μεγάλοιο Διὸς*
Ξ 252 *Διὸς νόον* – ◡◡ | – ◡
Τ 402 *γόνον ἐξετέλειον.*

---

1) Non fugit parodia versuum Ξ 295
*οἷον ὅτε πρῶτόν περ ἐμισγέσθην φιλότητι*
*εἰς εὐνὴν φοιτῶντε, φίλους λαθόντε τοκῆας.*

vs. 11 τῇ δ' ἤδη δέκατος μεὶς οὐρανῷ ἐστήρικτο
Π 111 κακῷ ἐστήρικτο
(cf. Δ 443 οὐρανῷ ἐστήριξε. Λ 28 ἐν νέφεϊ στήριξε et Τ 117 τῇ δ' ἕβδομος ἐστήκει μείς) [1]).

vs. 12 εἴς τε φόως ἄγαγεν, ἀρίσημα δὲ ἔργα τέτυκτο
Γ 118 ἐκ τ' ἄγαγεν πρὸ φόωςδε
Χ 450 ἔργα τέτυκται.

Haec ulterius persequi opus non est. Satis ostendunt quid fere hoc sit genus dicendi, homerico colore imbutum. Hunc poetam cum audis, ex longinquo semper Homeri quendam versum audire tibi videris, ex parte tantum iteratum. Ille ut cantat ἀλλ' ὅ γ' ἀναΐξας (vs. 22), iam recordaris homerici στῆ δ' ἄρ' ἀναΐξας (Ο 6) vel ὀρθὸς ἀναΐξας (Φ 119), item cum dicitur Mercurius (vs. 66) domo egredi „ὁρμαίνων δόλον αἰπὺν ἐνὶ φρεσὶν", vides hoc narrari verbis homericis libri δ (843) Τελεμάχῳ φόνον αἰπὺν ἐνὶ φρεσὶν ὁρμαίνοντες. Itaque ego de hoc imitationis genere verbum amplius non adderem, nisi necesse esset accuratius quoque illud episodion inspicere quod — expulsis scilicet versibus quot quot aut antrum Maiae maiore quam conveniret magnificentia exornarent, aut ineptius quam vetustum deceret poetam, imitarentur Homerum — tamquam genuinum antiquumque carmen lectoribus obtulit Robert. De qua parte ita scribit vir clarissimus: „Auf dieser ganzen Strecke 253—402 findet sich keine Entlehnung aus Homer — was Boettcher als solche bezeichnet sind allgemein epische Formeln — wohl aber die beiden feinen Homerparodieen 256 und 263."

Boettcheri libellus quod mihi ad manum non fuit, doleo; sed de ipsa homerica imitatione, tam si totus spectatur hymnus quam si in hac parte nos continemus, longe diversa a Robertiano iudicio censeo. Mitto quaerere, quaenam imitationes merito dicendae sint „Entlehnungen"; omitto quoque ea quae iure dicuntur formulae epicis poetis communes (θερμὰ λόετρα, etc.); sed data

1) Poetam imitari videmus ea quae de Hercule libro Τ narrantur. Haeret tamen in memoria, quod non latet comparantem versus tam praecedentes quam sequentes, λ 268
ἤ ρ' Ἡρακλέεα θρασυμέμνονα θυμολέοντα
γείνατ' ἐν ἀγκοίνῃσι Διὸς μεγάλοιο μιγεῖσα.

opera versus quosdam inde a versu 265 percurram: idem atque antea nobis apparebit rhapsodus. Cantor est, vel declamator cui non solum in mente haerent verba Homeri sed per aures quoque tintinnant sonitus verborum resonantque numeri. Ecce:

vs. 265 οὔτε βοῶν ἐλατῆρι, κραταιῷ φωτί, ἔοικα
Γ 219 ἀΐδριϊ φωτὶ ἐοικώς

vs. 266 οὐκ ἐμὸν ἔργον τοῦτο, πάρος δέ μοι ἄλλα μέμηλε
α 121 ἐνὶ φρεσὶν ἄλλα μέμηλε

vs. 267 ὕπνος ἐμοί γε μέμηλε, καὶ ἡμετέρης γάλα μητρός
δ 89 ἐπηετανὸν γάλα θῆσθαι.

vs. 268 σπάργανά τ' ἀμφ' ὤμοισιν ἔχειν καὶ θερμὰ λόετρα
δ 245 σπεῖρα κάκ' ἀμφ' ὤμοισι.

vs. 269 μή τις τοῦτο πύθοιτο, πόθεν τόδε νεῖκος ἐτύχθη
Λ 671 καὶ ἡμῖν νεῖκος ἐτύχθη.

vs. 270 καί κεν δὴ μέγα θαῦμα μετ' ἀθανάτοισι γένοιτο
exitus versus plane homericus (Τρώεσσι γένοιτο, μνηστῆρσι γένοιτο, Δαναοῖσι γένοιτο talia).

vs. 271 παῖδα νέον γεγαῶτα διὰ προθύροιο περῆσαι
Φ 299 δι' ἐκ προθύρου ⏑⏑–⏑
κ 508 δι' Ὠκεανοῖο περήσῃς
τ 400 παῖδα νέον γεγαῶτα.

vs. 272 βουσὶν ἐπ' ἀγραύλοισι [1]· τὸ δ' ἀπρεπέως ἀγορεύεις
Σ 162 –⏑⏑ ἄγραυλοι
Ο 53 ὃ δ' ἀτρεκέως ἀγορεύει.

vs. 273 χθὲς γενόμην, ἁπαλοὶ δὲ πόδες, τρηχεῖα δ' ὑπὸ χθών
Β 415 αὐτὰρ ὑπὸ χθών [2]).

---

1) Ipsum adiectivum cum vocabulo βοῦς coniungit saepius Homerus.
2) cf. Τ 92 de Ate τῇ μέν θ' ἁπαλοὶ πόδες, οὐ γὰρ ἐπ' οὔδει πίλναται.

vs. 274 εἰ δ' ἐθέλεις, πατρὸς κεφαλὴν μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι
γ 324 εἰ δ' ἐθέλεις πεζός
A 233 καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι [1]).

vs. 275 μὴ μὲν ἐγὼ μήτ' αὐτὸς ὑπίσχομαι αἴτιος εἶναι
θ 347 λῦσον· ἐγὼ δέ τοι αὐτὸν ὑπίσχομαι
Γ 164 θεοί νύ μοι αἴτιοί εἰσιν.

vs. 276 μήτε τιν' ἄλλον ὄπωπα βοῶν κλοπὸν ὑμετεράων
Z 124 οὐ μὲν γάρ ποτ' ὄπωπα
Ω 567 θυράων ἡμετεράων.

vs. 277 αἵ τινες αἱ βόες εἰσί· τὸ δὲ κλέος οἶον ἀκούω
cf. B 486 ἡμεῖς δὲ κλέος οἶον ἀκούομεν.

vs. 279 ὀφρύσι ῥιπτάζεσκεν ὁρώμενος ἔνθα καὶ ἔνθα.
μ 194 ὀφρύσι νευστάζων
Φ 394 πειρώμενος ἔνθα καὶ ἔνθα [2]).

vs. 280 μάκρ' ἀποσυρίζων, ἅλιον τὸν μῦθον ἀκούων
χ 229 μάκρ' ἐν χερσὶν ἔχων
Γ 66 καὶ μῦθον ἀκούων [3]).

vs. 281 τὸν δ' ἁπαλὸν γελάσας etc.
ξ 465 καί θ' ἁπαλὸν γελάσαι.

## III.

Meum non est officium exponere uberius, quanam ratione Robertus in dissertationis suae parte altera hymnum nostrum diviserit, aut enumerare per quaenam fere temporum spatia secundum eius opinionem sensim variorum interpolatorum additamenta cum antiquissimo carmine coaluerint. Gratius enim erit lectoribus ipsam Roberti disputationem adire quam haec

1) Ipsum iusiurandum in memoriam vocat O 39.
2) cf. Hes Aegim. fr 188 (de Argo) ὁρώμενον ἔνθα καὶ ἔνθα.
3) cf. E 715 (ἦ ῥ' ἅλιον τὸν μῦθον ὑπέστημεν Μενελάῳ).

discere ex excerpto. Quod ad me attinet, licet in hoc quoque investigationum genere haud pauca debeam acutis eius observationibus, fundamenta tamen quibus nititur eius argumentatio in hymni divisione. prorsus labefactari mihi videntur si revera utramque quam adhibuit rationem investigandi vanam et irritam esse in praecedentibus demonstravi. Quid ergo? Nobisne carmen et obscuritatibus et discrepantiis vacare videtur? Nullasne deprehendimus interpolationes, nullasne lacunas? Multum abest. Sed eo a ceteris viris doctis qui, magno numero, de hymno scripserunt, dissentimus, quod negamus corruptelis istis omnibus opem afferri posse criticis instrumentis. Multa in hoc carmine insunt inde a primo initio propterea turbata, iterata, obscura, quoniam poeta, quem artis rhapsodicae peritissimum exempla imitationis homericae, ex parte tantum supra allata, arguunt — multa hinc illinc congesta, parum intellecta in usum suum convertit, quae — antiquiorem mythologiam ac religionem spectantia — sensum vetustum plerumque iam deposuerant. Accedit quod res narrat ille geographiae notione illustratas ipse plane omnis geographiae ignarus, tandem quod nunc parodia usus, nunc pro antiqua fide religionis rationem mentis suae substituens, coniungit diversa, separat coniuncta. — Si recte ita a me iudicari demonstravero, sequetur, non diasceuastae cuiusdam opus, sed poetae hymnum in manibus nobis esse, non ergo carminum farraginem quae digeri aut dividi possit, sed carmen unum, indivisum, quod licet ex diversis olim profluxerit fontibus, a nobis iam nequeat dissecari. Carmen illud corruptum sane multis locis, neque fortasse a lacunis prorsus liberum, corrigere nobis in animo non est, poetam potius et fontes ex quibus hauserit cognoscere cupientibus, quam arti eius — si quae fuit ars — medelam pollicentibus. Uno igitur alteroque exemplo ostendemus quali fere ratione antiquae religionis ac mythologiae vestigia in ipsis carminis discrepantiis obscuritatibusque inveniri posse videantur.

### *a. Quaeritur qualis poetae fuerit notio locorum in carmine de raptu boum.*

Qualiscunque origo atque religiosa significatio fuit fabulae de raptu boum, poeta noster cum ex variis vetustioribus narratio-

nibus consutum hymno suo inseruit illud carmen, pro raptu vero verarum boum eam accipi ab auditoribus voluit. Veras igitur spectavit regiones terrestres, vel saltem cogitavit. Tamen accurate spectanti mox apparebit locorum quae nominat neque certam neque constantem ei fuisse notionem.

Boum raptum insigne et praecipuum tamen esse voluit hymni argumentum, et sicuti constanter Mercurium Apollini opponit, ita in hac re inde ab initio fecit. Nam ut Apollo recens natus suam statim amplecti artem ab altero hymni poeta dicitur (*Hymn.* in Apoll. 129)

> οὐδέ τι δέσματ' ἔρυκε, λύοντο δὲ πείρατα πάντα,
> αὐτίκα δ' ἀθανάτῃσι μετηύδα Φοῖβος Ἀπόλλων·
> Εἴη μοι κίθαρίς τε φίλη καὶ καμπύλα τόξα,

ita in nostro hymno Mercurius — nonne gravem rideri Phoebum a poeta dicas? — versu 21 ad suam statim procedit artem:

> οὐκέτι δηρὸν ἔκειτο μένων ἱερῷ ἐνὶ λίκνῳ,
> ἀλλ' ὅ γ' ἀναΐξας ζήτει βόας Ἀπόλλωνος.

Paulisper ille quidem moratur, testudine enim inventa affabre et celerrime lyram facit [1]); mox vero abscondita lyra (vs. 63) κρειῶν ἐρατίζων

> ἆλτο κατὰ σκοπιὴν εὐώδεος ἐκ μεγάροιο [2]).

Facile fuit deo regionem invenire in quam iter erat faciendum. Poeta autem ita eam indicavit tamquamsi et sibi et auditoribus esset notissima (vs. 70):

> Πιερίης ἀφίκανε θέων [3]) ὄρεα σκιόεντα.

Prorsus eadem ratione, neglegentius ut de regione quam cogni-

---

1) Infra de lyrae inventione plura dicam; nunc tantum hoc moneo poetam cum secundum mythologiam deum mane natum esse narrasset, necessario medio diei tribuere debuisse inventionem lyrae, raptus enim boum non nisi vespertinis nocturnisque horis peragi potuit.

2) Displicet maximopere Roberto „diasceuastes", ea, quae versu 287 de Mercurio adulto haud inepte dicta essent ab antiquo poeta, insulse transferens in infantem qui „schwerlich Fleischgelüste hat. Solches wird ja nicht einmal von dem Matadoren der Fleischvertilger, dem kleinen Herakles erzählt." Neque ego assentior viro clarissimo neque assentitur poeta lepidissime versu 130 deum nobis depingens misere cupidine carnis excruciatum at viriliter ei cupidini adversantem Ceterum hilaris lepidaque delectat parodia; transtulit enim poeta iocose in parvulum tenellumque puerum verba quae audienti non potest quin ante oculos consurgat leo ille homericus (Λ 551).

3) θέων cum cod. D. legendum esse, non θεῶν (cum E L. M ) arguit versus sequens.

tam omnes habebant vs. 85 indicat, calceamenta mirifica quorum ope furti vestigia a deo callidissimo delentur, confecta fuisse ex virgultis quae secum traxit „ex Pieria"

τὰ κύδιμος Ἀργεϊφόντης
ἔσπασε Πιερίηθεν ὁδοιπορίην ἀλεείνων
οἷά τ' ἐπειγόμενος δολιχὴν ὁδὸν αὐτοτροπήσας [1]),

nec aliter versu 190 cum Apollo adloquitur senem Onchestium:

ὦ γέρον Ὀγχεστοῖο βατοδρόπε ποιήεντος,
βοῦς ἀπὸ Πιερίης διζήμενος ἐνθάδ' ἱκάνω.

Verum, ubi locorum hanc regionem Pieriae fuisse credidit poeta? Respondet quispiam: „Cur alibi collocavisse eum Pieriam credamus quam illic ubi fuit revera, scilicet ad radices montis Olympi, in Macedoniae igitur parte meridionali?" Qui hanc opinionem profert — modo ne simplicissimam nullaque obscuritate laborantem eam esse contendat! [2]) — ei obloqui non ita potero ut firmiter constet nihil tale cogitasse poetam, licet hoc credam. Sed fac ita eum voluisse; nonne oritur statim inopia gravior? Non enim facile dicas, quid hominem induxerit ut Apollinis gregem, communi Thessalae fabulae consensu prope Pheras collocatam, ad alterum Olympi latus transferret? [3]) Solvi haec inopia tum demum poterit, cum de ceteris itineris difficultatibus dictum erit; statim autem hoc unum constitui poscit ratio nostra, progrediente narratione non admodum firmiter menti poetae inhaesisse, undenam et ex quam remota septen-

---

1) Versibus miserrime corruptis varie opitulari conati sunt editores. Plerique pro ἀλεείνων cum Windischio ἀλεγύνων legunt, quod mihi quidem minime satisfacit, quia occultandi notionem desidero; accedit quod verba οἷά τ' ἐπειγόμενος quid sibi velint frustra quaero. Quamquam igitur a forma αὐτοτροπήσας abstineo manus, et partem modo vulneris curo, liceat tamen proferre coniecturam quae cetera sanare fortasse videbitur

ἔσπασε Πιερίηθεν, ὁδοιπορίης λειαίνων
βήματ', ἐπειγόμενος δολιχὴν ὁδὸν ....

2) Veluti Gemollius qui in utilissimo plerumque et prudentissimo commentario nostrum tamen versum non illustrat sed obscurat hac adnotatione: Über Pieriën führt der Weg vom Olymp zur Erde (s meine Auseinandersetzung Herm XXIII. p. 91 f.), hier also (quare „also"?) von der Erde zum Olymp." Sed non Olympum appetit Mercurius, verum Arcadiam!

3) Apollinis gregem dico propter vs. 18 — licet neglegentius vs. 71 θεῶν μακάρων βόας ἀμβρότους eas vocet poeta aliam fabulae versionem secutus — nam sunt profecto boves Admeti (qui grex equorum est in Iliade).

trionum regione boves Apollineae ablatae essent. Operam dederat quodammodo in prima furti expositione, ut praelongum iter depingeret, quamquam ibi quoque locorum certa notione carent verba quae adhibet poeta geographiae imperitus, vs. 95

πολλὰ δ' ὄρη σκιόεντα καὶ αὐλῶνας κελαδεινοὺς
καὶ πεδί' ἀνθεμόεντα διήλασε κύδιμος Ἑρμῆς,

sed credere iam molestius est cogitasse aut Apollinem, aut poetam de tam longo itinere, cum ita de furto refert coram Iove Phoebus vs. 335

παῖδά τιν' εὗρον τόνδε διαπρύσιον κεραϊστὴν
Κυλλήνης ἐν ὄρεσσι, πολὺν διὰ χῶρον ἀνύσσας
κέρτομον, οἷον ἔγωγε θεῶν οὐκ ἄλλον ὄπωπα
οὐδ' ἀνδρῶν, ὁπόσοι λησίμβροτοί [1]) εἰσ' ἐπὶ γαῖαν.
κλέψας δ' ἐκ λειμῶνος ἐμὰς βοῦς ᾤχετ' ἐλαύνων
εὐθὺ Πύλονδ' ἐλάων·

quis enim talia audiens iter per totam Graeciam factum significari putet?

Dixerit quis, argumentum igitur adesse propter quod a diversis poetis hasce duas carminis partes compositas esse credamus. Parum proficimus tali coniectura. Restant enim quae obscura sint, nec libera discrepantiis erit prior illa pars. Res autem fert ut statim ex hisce discrepantiis unam accuratius spectemus. Ipsi fortasse videbimur, cum iam nunc eam rem tractemus, haud minus ac poeta in observando itinere peccare neglegentia; sed videbimur tantum, nam cum ipso itineris argumento arcte res cohaeret. Versus specto exponentes dolosum Mercurii inventum, quo furti vestigia delevit. Demonstraturus autem, ne hic quidem poetam in loco indicando sibi constare, necesse habeo primum de ipso artificio ea addere ex quibus appareat poetam hic narrationes diversas de eadem re agentes haud aptissime in unum conflasse. Ipsa denuo poetae verba audienda sunt, simul ut videas quanto minus aptus sit ubi proprio Marte narratio sit componenda, quam cum Homerum varie imitandum sibi sumat:

vs. 74 πεντήκοντ' ἀγέλης ἀπετάμνετο βοῦς ἐριμύκους.
75 πλανοδίας δ' ἤλαυνε διὰ ψαμαθώδεα χῶρον,

---

1) Ita Fick pro ληςίμβροτοι dedit.

ἴχνι' ἀποστρέψας· δολίης δ' οὐ λήθετο τέχνης,
ἀντία ποιήσας ὅπλας, τὰς πρόσθεν ὄπισθεν,
τὰς δ' ὄπιθεν πρόσθεν· κατὰ δ' ἔμπαλιν αὐτὸς ἔβαινεν.
σάνδαλα δ' αὐτίκ' ἔραψεν ἐπὶ ψαμάθοις ἁλίῃσιν·
ἄφραστ' ἠδ' ἀνόητα διέπλεκε θαυματὰ ἔργα
συμμίσγων μυρίκας καὶ μυρσινοειδέας ὄζους·
τῶν τότε, συνδήσας νεοθηλέος ἄγκαλον ὕλης,
εὐλαβέως ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο σάνδαλα κοῦφα
αὐτοῖσιν πετάλοισι κ.τ.έ. [1]).

Iam Hermannus ad hos versus attendit, sed, ut alibi sic hic quoque duplicem διασκεύασιν ratus, duas suas versiones ita constituit ut prior contineret versus 75. 76. 80 altera vs. 75. 77. 78. 79. 81. Demit itaque antiquiori poetae artificium alterum (boum retroversus actorum), quod ut facere posset, non modo simul Onchestio seni demere debuit versum 211

ἐξοπίσω δ' ἀνέεργε, κάρη δ' ἔχον ἄντιον αὐτῷ,

sed in iis quae vestigiis boum inventis exclamat vs. 220 Apollo:

ἴχνια μὲν τάδε γ' ἐστὶ βοῶν ὀρθοκραιράων,
ἀλλὰ πάλιν τέτραπται εἰς ἀσφοδελὸν λειμῶνα,

miro ipse uti cogitur artificio. Contendit enim hoc significare, Mercurium per arenam „huc illuc boves egisse, ut ultro citroque vestigiis ducentibus viderentur ad prata remeasse!"

Licet multo acrior mihi videatur haec medicina quam ut placere possit, laborare locum mihi non minus quam ceteris persuasum est. Et Onchestium quidem senem consulto indicium obscurasse fortasse recte suspiceris, invitus enim quae vidit fatetur. At ipse poeta obscuritate laborat non sua sponte sed quia multa atque inter se diversa congerit, quo magis dei exornet artem dolosam. Ab ipso autem poeta, non ab interpolatoribus diasceuastisve haec esse congesta eo apparet, quod divelli non possunt [2]). Tria artificia (e quibus fortasse unum iam sufficiens fuerat) hic coniungere fingitur deus. Primum idemque simplicis-

---

1) Versus dedi fere ut eos edidit Gemoll — nisi quod ille versum 80 cancellis inclusit —; ἔραψε cum Matthiaeo recepi; editores autem Anglos miror Postgatii ῥιψίν magno plausu commendantes, coniecturam ipsis poetae verbis repugnantem, qui diserte dixit sandalia consuta fuisse ex virgultis tamaricis ac myrti.

2) Non magis quam Hermann profecisse mihi videntur Lohsee (de hymno in Merc.) et Scheffler (de Mercurio puero) alterum artificium interpolatori tribuentes.

simum, fortasse ex vera quadam rapinae historia desumptum, liberumque ab omni mythica significatione eo constabat, quod huc illuc boves egit ita ut vestigia confunderentur, vs. 75. 76; alterum autem et tertium vere mythica sunt. Gruppii verbis hoc indicabo: „Nach einem aus Indiën bezeugten, einst wahrscheinlich weit verbreiteten Gebrauch band man den Toten auf dem Wege zur Bestattung einen Baumzweig an welcher die Fussspuren verwischte: es ist das Widerspiel zu diesem Ritual wenn in dem Mythos von der Wegführung der Apollonrinder von Pherai Hermes durch untergebundene Reisigbündel die Fussspuren der gestohlenen Rinder verwischt (Gr. Myth. 1327). Videtis hanc artem non suffecisse poetae. Qui cum vellet fabulae addere aliud artificium, quo retro gradientes boves duceret deus, virgultas illas bubus dempsit deoque dedit, quamvis tali deo proprie sandaliis illis minime opus fuit; Mercurio enim solo incedere vix necesse erat! [1]) — Sed ne sic quidem omnia plana erunt. Nescio an rectius dicamus ad dei calceamenta rettulisse poetam quae alibi de alia Mercurii arte dicta invenisset. Vide enim quam mire, quam turbate Apollo de fratris vestigiis postea agat. Bis de iis dicit Apollo. Versus autem exscribam, quoniam ad eos recurrendum erit. Phoebus itaque, ab Onchestio sene edoctus invenit — mox inquiremus ubinam invenerit — vestigia furti. Artificia fratris miratus ita secum loquitur (vs. 219):

ὢ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι·
ἴχνια μὲν τάδε γ' ἐστὶ βοῶν ὀρθοκραιράων,
ἀλλὰ πάλιν τέτραπται εἰς ἀσφοδελὸν λειμῶνα·
βήματα δ' οὔτ' ἀνδρὸς τάδε γίγνεται οὔτε γυναικὸς
οὔτε λύκων πολιῶν οὔτ' ἄρκτων οὔτε λεόντων·
οὔτε τι κενταύρου λασιαύχενος ἔλπομαι εἶναι [2])

---

1) Bubus calceamenta subligare opus non videbatur nostro poetae. Aptior haec ratio fuisset si eam servare placuisset formam fabulae quae cum Autolyco coniuncta erat. Quod moneri operae pretium est quoniam Autolycus Mercurio coniunctissimus simillimusque est. Neque poetam nostrum hoc fugit. Ut enim K 267 Autolycus Amyntoris furatur galeam πυκινὸν δόμον ἀντιτορήσας, ita in nostro hymno Mercurius vs. 178 minatur εἶμι γὰρ ἐς Πυθῶνα μέγαν δόμον ἀντιτορήσων. Fabulae versio, quae in Apollodori bibliotheca (III. 112) legitur, boum calceamenta servat.

2) Corruptelam inesse in hisce, plerique consentiunt, sed de loco ac ratione vulneris litigatur. Varia codicum lectio vs. 224 pro „ἔλπομαι εἶναι" traditur „ἔστιν ὁμοῖα" quae fortasse viam sanationis monstrat. Suspicor legendum esse:

ὅστις τοῖα πέλωρα βιβᾷ ποσὶ καρπαλίμοισιν·
αἰνὰ μὲν ἔνθεν ὁδοῖο, τὰ δ' αἰνότερ' ἔνθεν ὁδοῖο.

Haec quidem, quamvis hic illic contorte dicta sint artemque poeticam prodant parum facilem parumque elegantem, intellegi tamen possunt et conveniunt cum praecedentibus: adsunt vestigia turbata (vs. 226), adsunt indicia retrogressionis (vs. 220. 221), et referuntur mira myrteorum sandaliorum signa 222—225. Sed nunc audiamus eundem Phoebum coram patre Iove dolum fratris enarrantem (vs. 344)

τῇσιν μὲν γὰρ βουσὶν ἐς ἀσφοδελὸν λειμῶνα
ἀντία βήματ' ἔχουσα κόνις ἀνέφαινε μέλαινα·
αὐτὸς δ' οὗτος ὅδ' ἐκτὸς ἀμήχανος οὔτ' ἄρα ποσσὶν
οὔτ' ἄρα χερσὶν ἔβαινε διὰ ψαμαθώδεα χῶρον,
ἀλλ' ἄλλην τινὰ μῆτιν ἔχων διέτριβε κέλευθα
τοῖα πέλωρ', ὡς εἴ τις ἀραιῇσι δρυσὶ βαίνοι.

Quanta haec obscuritate laborent nusquam planius agnoscas quam inspectis interpretum commentariis. Et ut corrupta mittam — quae corrigi fortasse liceat [1]), — hoc concedi necesse est, versum 349 voluisse quidem poetam accipi de sandaliis ex virgultis tamaricis myrtique consutis, sed tam obscure haec esse enuntiata ut vix credas propriis suis verbis hic poetam rem iam saepius expositam enarrare. Quid igitur? Ad artificium Mercurii describendum adhibita esse suspicor verba, quibus in antiquiore quadam narratione vera ars dei depicta esset, non virgultis consutis incedentis sed ipsis ἀραιῇσι δρυσὶ insistentis; rara et tenuia scilicet intellegebantur arborum cacumina super quae propria vi sublatus ingrediebatur deus [2]) silvam radens ut aequora radit cum (ε 50) Πιερίην ἐπιβὰς ἐξ αἰθέρος ἔμπεσε πόντῳ [3]).

---

οὔτε τι κενταύροις λασιαύχεσίν ἐστιν ὁμοῖος
ὅστις τοῖα πέλωρα βιβᾷ e. q. s.

1) Vs. 346 ὅδ' ἐκτὸς varie corrigunt editores. Ludwichii ὁδαῖος proxime mihi accedere videtur, malim tamen ὁδηγός. — Fortasse vs. 348 pro adiectivo ἄλλην scribi praestat ὀλοήν.

2) Dignus qui cum deo comparetur celeritate eadem alter est ille boum raptor Iphiclus qui (Hes. fr. 117 Rz.)

ἄκρον ἐπ' ἀνθερικῶν καρπὸν θέεν οὐδὲ κατέκλα.

3) Sandalia e myrti virgultis consuta utrum arctius cum Apolline an cum Mercurio coniuncta sint (i. e. ut mythice loquar, utrum gregi Apollinis an psychopompo sint propria) difficile est dictu. Eximia quaedam ad utriusque dei cultum coniunctum illustrandum de myrtis conquisivit Gruppius p. 118.

Exponi haec necesse erat, quo facilius intellegerentur confusionis causae. Confusum enim — non dolosa calceamentorum arte sed poetae culpa — itinerarium furti est, idque tantopere ut nos non minus quam Phoebum lateat. Agedum, ubinam artem adhibuit Mercurius? Ubi calceamenta subdidit sibi? Legis vs. 75, respondes: „in Pieria"; sed iam tibi diffidis cum ad vs. 85 pervenisti, nam utut hunc versum interpretaberis, extra Pieriam omnino te ducet [1]). Iam pergis legendo et ex versu 208—210 [2]) efficis Mercurium — ut convenit — calceos fecisse antequam Onchestum venisset. Huc usque igitur quodammodo omnia procedunt. Mox vero audies Apollinem coram Iove causam dicentem (vs. 344 sqq.) et apparebit, quod nondum noveras, itineris tantum initio dolum suum adhibuisse Mercurium [3]), simul miraberis, quod secundum Apollinem altera pars itineris „χῶρον ἀνὰ κρατερὸν" peracta esse videtur. Videsne adversa fronte cum hisce pugnare ea quae ipse poeta exposuit vs. 210—226? Huic enim si credis, vestigia calceorum tum demum ab Apolline inventa sunt, postquam ille ab Onchestio colono edoctus, simul divino quodam omine ductus, ἤϊξεν ἐς Πύλον ἠγαθέην.

Conturbationes haece si non extricari, explicari certe poterunt, cum apparuerit quam penitus per carmen nostrum penetraverint. Addenda itaque quae non modo horum versuum neglegentiae aequa sunt sed eam superant. Igitur cum Apolline festinemus Πύλονδε. Scilicet non faciemus quod Phoebus fecit, qui, vestigiorum artificio opinor nimium commotus, iter Pylium reliquit et ἤϊξεν ad montem Cyllenen (vs. 227) [4]). Sed quonam

1) Verba ἔσπασε Πιερίηθεν coniungenda omnino videntur. Nec vero difficultatem effugiunt qui Πιερίηθεν ad sequentia trahunt.

2) Operae pretium est obiter attendere ad verba εἶχε δὲ ῥάβδον (210) quae cum reliqua huius hymni traditione non conveniunt.

3) Vide praesertim vs. 348—355: de altera itineris parte per senem Onchestium certior fit Apollo; nihil vestigia eum docent.

4) Quo altius descenderis eo plures in hoc hymno invenies diversarum versionum memorias. Versu 229 sqq. exornata describitur antri vicinia, in quo antro Apollo, per omnia penetralia boves quaerens adversa facit iis quae suaserant ei senis indicia propriaque ipsius sapientia divina. Conveniebat tamen Cyllenes antrum perscrutari, si alteri formae fabulae fides erat habenda. In Cyllenia enim spelunca conditas esse boves narrarunt ei poetae quos audierunt vasorum pictores, quorum e. g. opera attulit Baumeister Denkm 1. 680.

igitur proficiscendum? „Ἔστι Πύλος πρὸ Πύλοιο, Πύλος γε μέν ἔστι καὶ ἄλλος!" Suos autem quaeque Pylus inter nostri hymni interpretes adepta est fautores. Quos adeat quaeso qui accuratius haec investigari posse credit. Mihi quidem hoc omni vaçare dubio videtur, ea quae et hic et illic de antro Pylio a nostro poeta narrata sint, proprie referri quidem oportere ad antrum Messeniacum, Coryphasium, — Messeniae enim proprias esse fabulas eas de raptis reductisve bubus, sive Mercurius sit raptor sive alius [1]), — sed poetam neque indicasse neque quaesivisse huius regionis situm, saltem eum neglexisse, quandoquidem omnino necesse haberet cum hisce boum latebris coniungere memoriam sacrificii a Mercurio ad Alpheum peracti. Miraris fortasse talem errorem a poeta Graeco committi potuisse? Constat tamen ni fallor ex ipso hymno. Vs. enim 101 Mercurius itinere absoluto pervenisse dicitur ἐπ' Ἀλφειὸν ποταμόν, et vs. 398 disertissime narrat poeta:

ἐς Πύλον ἠμαθόεντα ἐπ' Ἀλφειοῦ πόρον ἷξον.

Mira sane et neglegentissima haec est locorum confusio, ad quam si poetam topographiae imperitum duxit fortasse ipsa Ilias — novimus enim Alpheo flumine a poetis Iliadis terminari regnum Nestoris et praesertim in catalogo (B 591) Θρύον Ἀλφειοῖο πόρον extremum imperii Pylii oppidum vocari — non eandem habebit excusationem in iis quae de Onchestio narravit sene, de quibus extremo loco dicam. Nempe nostro iure rogabimus, ubinam Onchestum oppidum collocaverit poeta. Mediam esse stationem respondebis inter Pieriam atque Pylum, versibus autem 88 et 186 ipsa verba significare a poeta spectatam esse eam urbem Boeotiae quae B 506 memoretur,

Ὀγχηστόν θ' ἱερὸν Ποσιδήιον ἀγλαὸν ἄλσος.

Haesit profecto in memoria poetae versus Homericus, quin etiam Onchestum Boeoticum suam habuisse Batti Mercuriique memoriam verisimile est, sed in hoc quoque episodio notionem Graecorum locorum defuisse nostro poetae apparet. Nam qui Apollinem versu 354 ita narrantem facit

---

1) Recte de hac re iudicare mihi videtur Gruppius p. 112. „Ebenso steht der Thessalische Adel auch in mythischer Verwandtschaft zu den Geschlechtern in den von Orchomenos ausgesendeten Gründungen an denen er jedesfalls Theil nam.

τὸν δ' ἐφράσατο βροτὸς ἀνὴρ
εἰς Πύλον εὐθὺς ἐλῶντα βοῶν γένος εὐρυμετώπων,

is non Boeotiam cogitat sed Peloponnesum. Illuc igitur tota haec discrepantiarum enumeratio ducit. Coniunxit, vel si mavis confudit et in unum conflavit, poeta — ex parte iam ab aliis conflatas recepit — fabulas de raptu Peloponnesiacas cum Thessalicis Boeoticisque. Sed praesertim ad Peloponnesum pertinent quae narrat. Inprimis „Onchestius" ille senex. Cuius persona ut male habuit poetam, ita male ab eo habita est. Vix quid ei faciat novit. Tacere eum iubet Mercurius, poenam minitatur, praemium pollicetur. Senex ne verbo quidem ad verba Mercurii respondet. Mox index fit Apollini — licet obscure et per aenigmata indicium edat — sed neque poena afficitur, nec praemio et per noctem — tempus enim totum nocturnum laboribus insumit — evanescit. Haeccine passus est cum ex Peloponneso migravit Onchestum? Nam Peloponnesus profecto patria eius est [1]).

Variam huius rei apud posteros memoriam esse notum est. Antoninum Liberalem si audimus, gregem ex Thessalia Admetique agris Mercurius per Pelasgiam Achaeam Phthiotidem Locridem Boeotiam Megaridem in Peloponnesum duxit, διὰ Κορίνθου καὶ Λαρίσσης ἄχρι Τεγέας καὶ ἐντεῦθεν παρὰ τὸ Λύκαιον ὄρος ἐπορεύετο καὶ παρὰ τὸ Μαινάλιον καὶ τὰς λεγομένας Βάττου σκοπιάς. Quantum in hoc itinerario, ut in fabulae ornatione, recentioribus debeatur, quantum Hesiodo, quem inter auctores a Pamphilo notari monet lemma fabulae, diiudicari non potest [2]), coniunctam hic quoque habemus Thessaliam cum Peloponneso, sicuti in fabulis illis quas de raptis reductisque bubus servat

1) Facere enim non possum cum Gulielmo Vollgraff qui in libro de Ovidii auctoribus („Nikander und Ovid") p. 112 Batti historiam Peloponnesiacam recentiorum poetarum inventioni tribuit et in iis quae de Apollinis per Elin Messeniamque ministeriis ab Ovidio narrantur errorem tantum Ovidii agnoscit: „(Es) liegt hier einfach ein Missverständniss des oberflächlich gelehrten Römers vor, und zwar handelt es sich augenscheinlich nur um einen einzigen falsch verstandenen Ausdruck. Alles wäre in der Ordnung gewesen, falls er nicht: „Du wohntest", sondern „Du weiltest damals in Elis und Messeniën" geschrieben hätte" etc. Post quae collega aestimatissimus demonstrare conatur Nicandreum librum hic quoque Ovidii fuisse fontem, sed parum intellectum esse ab eo.

2) Hesiodum tetigisse Apollinis apud Admetum ministerium, testis est quoque schol. Laur. in Apoll. Rhod. Δ 57.

Odyssea. Et licet ex antiquis poetarum Graecorum testimoniis superstitibus non constet, Apollinem in Peloponneso vel hospite vel domino usum fuisse Admeto Pheraeo, sunt quae dissuadeant mihi ut Vollgraffio auctore neglegentiae tantum Ovidii tribuam id quod poeta Romanus cantat *Met.* II 679

Elin Messeniaque arva colebas

et mox

dum te tua fistula mulcet
incustoditae Pylios memorantur in agros
processisse boves. Videt has Atlantide Maia
natus, et arte sua silvis occultat abactas.
senserat hoc furtum nemo nisi notus in illo
rure senex; Battum vicinia tota vocabant.

Si in hisce non nihil a Nicandro Ovidium deflectere videmus, qua re putemus ignorantiae tantum poetae Romani hoc deberi? Tacent quidem de Admeto Peloponnesiaco poetae; sed constat ex aliis testibus — de quibus omnino conferenda sunt ea quae in Mnemosynes volumine XXXI 257 scripsit J. Vürtheim — Admeti Pheraei nomen cum sacris Apollinis Carnei arcte fuisse coniunctum. Ad quae cum Euripidem, Alcestidis laudes in Spartiatarum Carneis decantatas memorantem (*Alc.* 246), spectare videmus, Graecos quoque poetas ante Ovidii tempora de boum raptu intra Messeniae Elidisque terminos peracto cecinisse, haud temere veri simile censemus [1]).

Talem narrationem noster quoque, si quid video, secutus est. Ceterum, si quid in ea narratione superfuit antiquae notionis vere mythicae, vel religionis placita quaedam vel cultus explicationem continentis, id neglegere, si forte intellexit, maluit. Frustra itaque quaeras in carmine nostro, quaenam fuerit origo abscondita, quaeve vera patria boum, quaenam ipsarum indoles atque natura. Frustra quaeres ... nisi, invito poeta, priscae religionis substiterit quaedam notio. Num forte ita licebit in nostro quoque hymno agnoscere vaccarum forma absconditas

---

1) Dubitanter modo profero quaestiunculam de nomine senis. Deposuit ille in itinere ad Onchestum cum multis aliis rebus nomen quoque suum. Num forte latet Batti illius sive Bati nominis evanida quaedam memoria in voce *βατοδρόπος*, quo nomine eum salutat Apollo vs. 190?

animas mortuorum, suum sequentes psychopompum, modo vi ex fuga reductas in Nelei stabula Pylumque, id est in Orcini dei domum, in πύλας Ἀΐδαο, modo per dolum subductas ex potestate Admeti, Plutonis illius Pheraei, quem cum proavis Thessalis incolae Messeniae colere pergebant? Nihil tale, nihil inquam, aut dicit aut significat hymni poeta, in prorsus alia intentus. Quod tamen ille, dum hilari cantu Cyllenium celebrat, enuntiare noluit, id interdum, si aures praebebimus attentas, vel invito poeta, audiemus; tum vero praesertim talia se produnt, cum minus inter se congruunt quae narrat poeta. Pauca exempla eius rei afferam.

Audivimus, ex grege boum, quarum numerus non indicatur, quinquaginta vaccas ablatas esse. Facile fuit negotium callidissimo deo! — Sed gregis dominus Apollo addit quaedam quibus magis etiam quam antea Mercurium miraris. Vaccas abductas ille quoque memorat (vs. 192 sqq.), at praeterea enarrat, quae praetermissa in prima narratione sunt,

ὁ δὲ ταῦρος ἐβόσκετο μοῦνος ἀπ' ἄλλων
κυάνεος, χαροποὶ δὲ κύνες κατόπισθεν ἕποντο.

Bubus abactis relicti sunt taurus cum canibus. Eos et relictos esse, et, ut videtur, raptori non esse adversatos, non sine causa Phoebus miratur. Nobis quoque id περὶ θαῦμα τέτυκται, sed θαῦμα dignum eo deo, quo redeunte domum οὐδὲ κύνες λελάκοντο (vs. 145). Magica psychopompi haec vis est, quam qua ratione antiquiores illi sive poetae sive mythographi quorum hoc loco vestigia noster legit descripserint, nescio — nisi fortasse memoria huius rei subest in senis Onchestii verbis (vs. 210) „εἶχε δὲ ῥάβδον" — de posterioribus autem poetis dubium non est. Legimus enim in Antonini Liberalis capite 23 καὶ πρῶτα μὲν ἐμβάλλει ταῖς κυσὶν αἳ ἐφύλαττον αὐτὰ λήθαργον καὶ κυνάγχην e. q. s. In hac autem recentiore fabulae versione ipse quoque taurus furto abducitur. Itaque remotior haec narratio a prisca fabula, in qua profecto — quod primus, ni fallor, Gruppius perspexit — taurus ille ipse tauriformis est deus qui spoliatur.

Sicuti hoc loco vestigia vetustae fabulae substiterunt, quae quamobrem persecutus non sit poeta, nunc non quaeram, ita quoque priscam revocant memoriam verba Apollinis vs. 221 πάλιν τέτραπται ἐς ἀσφοδελὸν λειμῶνα. Quibus verbis ad Pieriam

Macedonicam innui non posse supra vidimus. Sed si non Macedonica prata spectat, quaenam cogitat deus? Quis unquam ἀσφοδελὸν λειμῶνα cognovit praeter illum per quem in Necyia vagatur Achillis anima „μακρὰ βιβᾶσα κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα"? Aut quis credat fratres divinos, cum gregem una abducant εἰς ζάθεον λειμῶνα (vs. 503), in Thessaliam esse profectos?

Orcina igitur fabulae de raptu origo ne in nostro quidem hymno, nisi me omnia fefellerunt, prorsus obliterata erat. Ad explicandum autem, quid moverit poetam, ut pro Pheris Pieriam substitueret, regionem ut vidimus a mente atque oculis eius satis remotam, sed ex studiis homericis hesiodeisque cognitam, ea quae dixi viam struunt. Utraeque Pherae — tam Peloponnesiacae quam Thessalae — Apollinis Admetique honores cum Mercurio coniungunt. Habuisse itaque Pheras quoque Peloponnesiacas Apollineos suos λειμῶνας ἀκηρασίους ἐρατεινοὺς veri simile est. Sed Pieriae nomen quoque coniunctum fuisse novimus cum variis Peloponnesiacis Pheris. Ut prope Achaicas Pheras, quod oppidum sacrum fuit Mercurio, flumen Pieros erat, ita in itinere quae Olympia Elin ducit, fons erat Piera [1]). Ex his igitur Pieris una in errorem duxisse poetam videtur, cui id sane notum fuit Pieriam Macedonicam cum Phoebo consociatam esse [2]).

*b. De inventione ac donatione lyrae.*

Haud minus apta quibus ratio poetae nostri in componendis repetendisque antiquiorum narrationibus cognoscatur, ea sunt quae cantavit de lyra a Mercurio primum inventa, deinde abscondita, mox Apollini donata. Quae si uno tenore perlegas, missis quae deflectens in alia poeta interposuit, constabit opinor tibi, poetae hoc fuisse propositum, ut iura Mercurii Apollinis honoribus aequata hac arte illustraret; simul autem agnoscas

---

1) Paus. VII. 22. 2. VI. 16. 8. cf. Ihlberg apud Roscher III p. 2497 sq.

2) Comiter me commonefecit van Leeuwen, collega amicissimus, versus illius in Catalogo propter varias lectiones molestissimi 766 ubi equi Eumeli memorantur τὰς ἐν Πιερίῃ (sive ἐν Πηρείῃ, Πηερίῃ, Φηρείῃ) θρέψ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων. Difficultates huius versus non expedio, sed nominum Pheretiadae Eumeli ac Pieriae coniunctam mentionem memorabilem duco. Nam haec quoque res confusionis causa nostro poetae fieri potuit. Suadet enim versus, ut in Thessalis quoque fabulis utrumque nomen iunctum fuisse locaque sibi vicina indicasse suspicemur.

necesse est, obscurius hic quoque multa ex antiquioribus esse relata, corruptiusve deinde servata, quam ut plana sint omnia et lucida.

Mercurium vidimus in Pieriam rapinae causa profecturum, testudine in ipso limine antri inventa substitisse, ut antequam iter longinquum susciperet lyram facere posset [1]). Inde ab Hermanno disseri solet de discrimine quod est inter ordinem rerum expositum in nostro carmine atque narrationem eam brevem quae invenitur in ps.Apollodori bibliotheca, secundum quam raptis iam bubus Mercurius *εἰς Κυλλήνην ᾤχετο καὶ εὑρίσκει πρὸ τοῦ ἄντρου χελώνην· ταύτην ἐκκαθάρας, εἰς τὸ κύτος χορδὰς ἐντείνας ἐξ ὧν ἔθυσε βοῶν καὶ ἐργασάμενος λύραν εὗρε καὶ πλῆκτρον.* De plectri inventione non agi hymno nostro quivis videt, sed quod ordo rerum diversus sit ab hymno in Apollodori libro, id Hermannus, cui neglegentius paullo inter se comparatis duabus narrationibus persuasissimum erat ipsum hymnum excerptum esse a bibliothecae scriptore, eo explicavit quod Apollodorus, ut Mercurio esset unde caperet chordas, ordinem rerum mutasset. Ne ceteros referam qui de eadem quaestione dixerunt, unius Roberti dabo iudicium. Absurdum et sensu cassum („ein Widersinn") dicit ille inventum poetae. Si nullo occiso bove puero recens nato corium fuerit bovinum, viscerave ovium, „dann ist die Speisekammer der Maia mit Fleischsorten so gut assortirt, dass ihr winziger Bengel nicht nötig hat auf den Rinderraub aus zu gehen." Coelestia — vel Cyllenensia fabulosaque — ex terrestribus metitur vir ingeniosus, cum hoc argumento con-

---

1) Ut aliis verbis idem dicam: poeta, cum duas de Mercurio fabulas inter se maxime diversas in honorem dei sui conflare voluit, aptiorem locum non invenit quo lyrae inventionem insereret. Inseruit itaque poeta i. e. versus ita composuit ut coalescerent duae fabulae. Hermannum secuti diasceuastis idem tribuunt multi, praesertim Robertus, qui primus monuit quam facile tota narratio de lyra inventa tollatur ex contextu, bene enim, immo melius quam nunc, rem procedere si ita legamus:

21 *οὐκέτι δηρὸν ἔκειτο μένων ἱερῷ ἐνὶ λίκνῳ,*
22 *ἀλλ' ὅ γ' ἀναΐξας ζήτει βόας Ἀπόλλωνος*
23 *οὐδὸν ὑπερβαίνων ὑψηρεφέος ἄντροιο*
66 *ὁρμαίνων δόλον αἰπὺν ἐνὶ φρεσίν* e. q. s.

in qua inventione hoc opinor fugit virum doctissimum, verba *οὐδὸν ὑπερβαίνων* sensu cassa esse nisi addatur, quid limen transgredienti deo occurrerit. Ipse igitur poeta fuit, qui versu 23 ad fabulam de lyra introitum paravit.

vincere vult, inventionem lyrae abesse debere a nostro hymno; ceterum si quid revera in hac re peccatum esse Roberto concedas, simul confitearis neutiquam facilius a contaminatore quam a poeta, diversa ipso quoque coniungente, peccatum eiusmodi committi. Sed concedo, adest discrepantia, duae sunt versiones: aut ex ovium visceribus aut ex nervis boum chordas Mercurius fecisse dicitur. Ex quibus si quaeras utra vetustior videatur, dixerim antiquiorem in fabulae cuiusdam historia plerumque eam esse versionem quae mirabilior sit, facilius autem credi hymni poetam, auctoresve quos sequatur, pro nervis boum — mira sane materie — substituisse chordas ex ovium visceribus factas, quam ab Apollodoro ovillas eas chordas in bovinas esse mutatas.

Puerilis tamen eiusmodi videbitur disceptatio nec multum valebit suspicio mea, nisi efficere potero, lyrae huius divinae bovinis chordis ornatae subsistere memoriam quamvis obscuram, qua simul appareat causa ac ratio mirae rei. Certis argumentis tale quid demonstrari eo difficilius est, quod hymni nostri poeta lyram Mercurii vix alia re ab omni cithara lyrave — etenim inter lyram citharam phorminga nihil ei interest — distare censet nisi eo, quod primigenia est. Graecorum vero prisca fides Mercurium non idcirco inventorem lyrae celebraverat, quod lyra complicatum adeo mirave quadam arte compositum instrumentum eis visa esset, sed quia Mercurius, deus magicus, mirifica ac vere divina cithara praeditus esse putabatur. Non nova sunt poetarum inventa, sed fides est vetusta quam reddit Horatius:

Mercuri, nam te docilis magistro
movit Amphion lapides,

mira enim vis inest ipsi Amphionis lyrae eadem, qua praeditum Apollinem videmus in Troiae moeniis aedificandis. Deo propria haec vis est, sed in instrumento etiam absente deo permanet. Nonne Megarorum moenia propter Phoebi lyram semel quondam iis impositam dulci resonant cantu? Nonne manet lyrae vis divina, postquam a Mercurio eam recepit Cadmus? Sed si Mercurio debetur lyrae vis mirifica, aut de se eam addidit deus magica quadam arte, aut aliunde ipse accepit. Utrumque credi narrarique potuit; hoc autem narratum esse a priscis

poetis et suspicor et aliquatenus demonstrare potero. Quod autem testes non nisi recentiores adducere possum, id non necessario coniecturam dissolvit meam; de lyra enim Mercurii post hymnum nostrum usque ad Alexandrinam quae dicitur aetatem pauca admodum poetarum sunt testimonia. Sed recentiores audiamus testes: Apollodorum dico, Plutarchum, Nonnum. Apollodorus ille quidem — nisi quod ex nervis bovinis chordas factas fuisse dixit — loco laudato de Mercurialis lyrae chordis nihil novi narrat; sed quaedam habet, antiqua profecto, de nervis Iovis I. 42: *Τυφῶν δὲ ταῖς σπείραις περιπλεχθεὶς κατέσχεν αὐτὸν καὶ τὴν ἅρπην περιελόμενος τά τε τῶν χειρῶν καὶ ποδῶν διέτεμε νεῦρα ..... καὶ τὰ νεῦρα κρύψας ἐν ἄρκτου δορᾷ κεῖθι* (Corycium dicitur antrum) *ἀπέθετο καὶ κατέστησε φύλακα Δελφύνην δράκαιναν· ἡμίθηρ δὲ ἦν αὕτη ἡ κόρη. Ἑρμῆς δὲ καὶ Αἰγίπαν ἐκκλέψαντες τὰ νεῦρα ἥρμοσαν τῷ Διῒ λαθόντες.* Unde haec bibliothecae scriptor? Dixeris fortasse Alexandrino cuidam poëmati haec deberi; favere autem origini orientali videtur id quod de simili re narrat Plutarchus (*Is.* 55) „*ὅθεν ἐν Κόπτῳ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ὥρου λέγουσιν ἐν τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ Τυφῶνος αἰδοῖα κατέχειν καὶ τὸν Ἑρμῆν* (Casmilum) *μυθολογοῦσιν ἐξελόντα τοῦ Τυφῶνος τὰ νεῦρα χορδαῖς χρήσασθαι.*" In horum testimoniis si Alexandrinae quis eruditionis vestigia deprehendi contendat, non refragabor; sed excogitata haec ab Alexandrinis demum esse, id saltem invictis argumentis demonstratum non vidi [1]. Sed coniungam cum hisce primum testimonia Bibliothecae (l.l.), tum ex catasterismis ps.-Eratosthenicis caput 24 (*κατεσκευάσθη δὲ τὸ μὲν πρῶτον ὑπὸ Ἑρμοῦ ἐκ τῆς χελώνης καὶ τῶν Ἀπόλλωνος βοῶν*), quibus constat hanc apud doctissimos Alexandrinorum valuisse traditionem; tandem vero versus quosdam addam ex Dionysiacis Nonni, poetae in antiqua Graecorum mythologia versatissimi. Occupat apud Nonnum Cadmus Mercurii locum, sed de ipso Mercurio

1) Antiquam tamen hisce originem quod vindicat Gruppius nonnihili mihi est. Verba sunt viri mythologiae peritissimi in libro saepius laudato p. 1333: „Obwohl die beiden Fassungen von der Besiegung des Typhon durch Hermes oder Kadmos wohl erst in alexandrinischer Zeit entstanden sind, so setzen sie doch eine weit ältere, sehr wahrscheinlich sogar bis in die vorgriechische Zeit Kleinasiens hinaufreichende Legende voraus; ja sie haben deren wichtigsten Züge im ganzen so treu erhalten, dass über deren Bedeutung ein Zweifel nicht möglich ist."

valere quae is de Cadmo referat nemo negat. Ubere, ex more suo, Nonnus libro I inde a vs. 409 exponit, quibus dolis Cadmus usus sit ut patri nervos a Typhone demtos redderet. Adit Cadmus Typhonem in antro Ciliciensi latentem, tibiaeque cantu demulcet. A quo propter cantus dulcedinem laudatus „utinam" inquit „videre posses quid valerem lyrae arte (489),

καὶ γὰρ ἐπουρανίοισιν ἐγὼ πλήκτροισιν ἐρίζων
Φοῖβον ἐμῇ φόρμιγγι παρέδραμον· ἡμετέρας δὲ
χορδὰς εὐκελάδους Κρονίδης ἀμάθυνε κεραυνῷ,
υἱέι νικηθέντι φέρων χάριν· εἰ δέ ποθ' εὕρω
νεῦρα πάλιν σφριγόωντα ....".

Quid moliturum se tum polliceatur, addere Nonni verbis longum est. Typhon autem stolide sibi imponi passus querelisque Cadmi motus abit in antrum (510),

κεῖθεν ἀείρας
νεῦρα Διὸς δολόεντι πόρεν ξεινήια Κάδμῳ.

Concedo deinde nervos Iovis non tendi in lyram a Cadmo; tamen, cum is

τὰ μὲν ἀμφαφάασκε καὶ ἅρμενον οἷά τε χορδὴν
ἐσσομένην φόρμιγγι κατέκρυφε,

absurdus eiusmodi usus ei non videbatur, haud magis quam ipsi poetae, qui ad eandem rem alio quoque loco spectaverat. Iuno nempe, cuius ironia docta atque acerba eis qui Nonnum legunt perquam nota est, coniugem, quem tauri imaginem inducere vidit, ita deridens adloquitur (I. 337):

Ἑρμείαν πεφύλαξο βοοκλόπον ἠθάδι τέχνῃ,
μή σε λαβὼν ἅτε ταῦρον ἐὸν κλέψειε τοκῆα
καὶ κιθάρην ὀπάσειε τεῷ πάλιν υἱέϊ Φοίβῳ.

Sensu prorsus haec carent, nisi spectat doctissima dearum fabulae formam secundum quam lyrae inventio cum boum raptu arcte cohaereat. Si igitur coniecturam proferre licet, cogitasse hoc loco Nonnum putaverim de ea versione fabulae secundum quam non boves solum raperentur sed taurus quoque, ut erat in Nicandri ἑτεροιουμένοις, itemque, si fides est Pamphilo, in Hesiodi Ἠοίαις: „ἀπελαύνει πόρτιας δώδεκα καὶ ἑκατὸν βοῦς ἄζυγας, καὶ ταῦρον ὃς ταῖς βουσὶν ἐπέβαινεν." Tauriformem deum, boum custodem praelio dolove a raptore necatum nervos praebuisse lyrae haud temere conicias, licet vix efficias ex Antonini ex-

cerpto tale quid habuisse Hesiodum. Sed apud nostrum suspicor remansisse eius rei memoriam, quamvis invito ipso poeta. Chordas enim ovillas quam bovinas adhibere malebat, sed corium tauri neglegentia quadam ductus servavit, idque in versu ipsius culpa languido et elumbi (vs. 49)

ἀμφὶ δὲ δέρμα τάνυσσε βοὸς πραπίδεσσιν ἑῇσι [1]).

Minime nos haec commovet neglegentia. Poetae enim nostro multo magis quam sive nervi sive chordae cordi est ipsa testudo, cultu Peloponnesiaco celebrata [2]). Colebatur enim, sed quaenam ratio cultui subesset, posteri certabant. Lepide, sed fortasse ne ipse quidem sibi persuadens de simulacro Veneris quod Olympiae erat „τῷ ἑτέρῳ ποδὶ ἐπὶ χελώνης βεβηκὸς (Paus. VI. 25. 1), Plutarchus in Iside (c. 75) τῷ δὲ τῆς Ἀφροδίτης ἐν Ἤλιδι τὴν χελώνην ⟨Φειδίας παρέθηκε⟩ ὡς τὰς μὲν παρθένους φυλακῆς δεομένας, ταῖς δὲ γαμεταῖς οἰκουρίαν καὶ σιωπὴν πρέπουσαν (cf. *coni. praec.* 32). Cautius Pausanias ab omni abstinens explicatione dixit „τὰ δ' ἐπὶ τῇ χελώνῃ ... παρίημι τοῖς ἐθέλουσιν εἰκάζειν", ipsis tamen verbis significans, varias huius rei interpretationes proferri. Si hoc mente tenes, vix praevidere poteris hilarem poetae ironiam. Ei quidem vix persuadent quae de singulari testudinum vi magica, quae pelleret incantationes, narrabantur per Arcadiam Elidemque. Vide quam iocose Mercurius agat! ἐπηλυσίης ἔχμα eam salutat — nempe dum viva sit! — et statim interficit eam. Laudat eius οἰκουρίαν, quam aptissime illustrat parodia hesiodea (οἴκοι βέλτερον εἶναι ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θύρηφι), sed ex propria domo eam ἐκκαθαίρει. Tam verum erat hanc testudinem nihil poetae quoque esse nisi ἄθυρμα [3]).

Ars illa, qua tam strenue Mercurius testudinem secando excavando ἐξεκάθηρε, ad aemulationem criticos incitasse videtur. Ceteros superavit Robertus. Nam cum censuisset alienam esse a prisco hymno lyram, quotienscunque in sequentibus mentio

---

1) Fieri potest ut cum eadem re cohaereant ea quae de bobus Mercurii cura servatis in holocausto Alpheio narrantur vs. 124.

2) Gruppe 197². 1333¹¹. 1349⁴. Farnell Cults and Myths II. 681.

3) Vs. 33 salutatur χέλυς ὄρεσι ζώουσα quibus verbis suspicor lusum esse (minus quidem feliciter) in notissimo nomine Chelydorea (ἔνθα εὑρὼν χελώνην Ἑρμῆς ἐκδεῖραι λέγεται e. q. s. Paus. VIII. 17. 6.)

fit lyrae, continuo expellit versus quosdam. Argumenta harum expunctionum cetera mitto [1]), sed praefracte nego argumentum contra lyrae praesentiam, recte peti posse ex paterae pictura quam exhibet Baumeister (Denkm. I. 680) aliave hydria, de quibus observat Robertus: „auf Beiden ist Hermes in der Wiege dargestellt, aber beide Male ohne die Leier." Pateram qui inspiciet non videbit lyram, concedo — sed quid mirum, quandoquidem Mercurius in cunis eam celare voluit? — videbit autem simul tam amplis in pictura circumdatum esse puerum *σπαργάνοις*, ut facile abscondere potuerit lyram. Tandem vero adesse boves videbit raptas, non ergo nostrum fuisse hymnum quem expresserit pictor [2]).

Ipse itaque poeta, non interpolator, si quid video, fuit qui vs. 153. 242. 305 sedulo lyrae mentionem fecit [3]). Indicare enim voluit, consulto secum instrumentum recens inventum ferre puerum cum iubente fratre ad Iovem iter praeeat, consulto quoque abscondere lyram cum adsit in iudicio (vs. 388 *καὶ τὸ σπάργανον εἶχεν ἐπ' ὠλένῃ οὐδ' ἀπέβαλλε*), tum tandem proferre cum opportunum ei videatur. Quandone? Iterum accidit quod saepe in nostro carmine factum esse videmus. Obscure res describitur, nec tamen tam obscure, ut intellegi nullo modo possit; iterum adest ea obscuritas quae fere indicio est denuo enarrari a poeta quae non plane ac prorsus ipse perspiceret, quorum saltem origo ac primaria significatio eum laterent. Molestias ex hac parte carminis editoribus criticisque natas, expunctionesque si enumerare velim, supervacanea agam. In manibus enim om-

---

1) Num exempli gratia recte vir egregius ad vs. 153 scripserit „so viel ist klar dass die neben seinem linken Armen sich befindliche Leier unter dem Windel kein Platz hat und ausserhalb von ihr von Maia und Apollon bemerkt werden müsste" id diiudicent qui *σπαργανώσεως* peritiores sunt quam ego.

2) *σπαργάνων* illorum tam frequens fit mentio ut vix credam nullam fuisse huius rei causam. *Σπαργανιώτης* Mercurius num forte memoriam servat simulacri (phallos fuerit, ut fuerunt Cyllenii *ἀγάλματα* quaedam) ligamentis induti vel vittis? Eiusdem rei indicia quae mihi in aliis huius carminis partibus adesse videntur statim indicabo.

3) Obscuros, ex parte corruptos hoc versus esse non nego. Versum 305 correxisse Gemollius mihi videtur. Versus autem 152 ut multos sic me vexavit. Varia conamina attulerunt Allen et Sikes. Id quidem recte coniecisse mihi Hermannus videtur, pro *παρ' ἴγνυσι* legendum esse *παροιγνύς*. Sed languet tum quoque *ἐν παλάμῃσι*. Suspicor: *σπάργανα δ' ἀμφ' ὤμοισ' εἰλυμένος, ἠΰτε τέκνον νήπιον ἐν παλμοῖσι παροιγνὺς λαῖφος, ἀθυρῶν κεῖτο.*

nium editiones versantur criticae. Brevius erit et utilius exponere quomodo ipse hoc episodion (vs. 407—520) intellegendum esse putem.

Iussu Iovis profecti mox fratres ad Alpheum pervenerunt. Ubi cum ex antro produxit boves Mercurius, statim ex coriis antro superpositis perspicuum factum est Apollini, duas a puero esse mactatas. Quem sic Phoebus allocutus est: „Agedum docebo te artes eiusmodi omittere in posterum. Non oportet te crescere potestate maligna. Cyllenie!"

408 *ὣς ἄρ' ἔφη καὶ χερσὶ περίστρεφε καρτερὰ δεσμὰ* [1])
*ἀγνοῦ· ταὶ δ' ὑπὸ ποσσὶ κατὰ χθονὸς αἶψα φύοντο*
*αὐτόθεν ἐμβολάδην ἐστραμμέναι ἀλλήλῃσι,*
*ῥεῖά τε καὶ πάσῃσιν ἐπ' ἀγραύλοισι βόεσσιν,*
*Ἑρμέω βουλῇσιν κλεψίφρονος.*

Prorsus recte versus 409—11 interpretatur Robertus: „die Weidenruthen schlagen unter den Füssen der Rinder Wurzel, verschlingen sich unter einander und überspinnen die Rinder so dass diese an den Boden fest gewachsen sind" sed simul mire aberravit in eo, quod putat versu 408 indicatum esse Apollinem *boves* ligasse, „ne iterum raperentur aufugerentve." [1]) Plane enim idem Mercurii dolo hic accidit Apollini quod piratis accidit cum Dionysum vincire voluissent. Regis filium eum esse putabant. (h. Hom. in Bacch. VI. 12. 34—42)

*τὸν δ' οὐκ ἴσχανε δεσμά, λύγοι δ' ἀπὸ τηλόσ' ἔπιπτον,*

mox vero malus remorumque scalmi vitibus circumdantur:

*αὐτίκα δ' ἀκρότατον παρὰ ἱστίον ἐξετανύσθη*
*ἄμπελος ἔνθα καὶ ἔνθα, κατεκρημνῶντο δὲ πολλοὶ*
*βότρυες, ἀμφ' ἱστὸν δὲ μέλας εἱλίσσετο κισσός.*

Res lucidius exposita est et latius enarrata in hymno VI quam in nostro carmine, sed idem spectat utraque de deo vincto fabula. Deorum autem vinctorum mentio quod fit nonnumquam in historia fabulosa, id profecto cohaeret cum cultus usu quodam. Et praecipue suas habet partes in hac re agnus castus. Deorum simulacra viticis agni viminibus ligata saepe memorantur. Diana erat Spartae, *Ἄρτεμις ὀρθία* quae Lygodesmia quoque dicebatur,

---

1) Dubitare interpretes (cf. Gemoll. p. 238. Ludwich Homerischer Hymnenbau 127) utrum *χερσὶ* sit instrumentalis ad Apollinem referendus an dativus qui referatur ad Mercurium, vix satis mirari poteris conferens O 19 *περὶ χερσὶ δὲ δεσμὸν ἴηλα*!

ὅτι ἐν θάμνῳ λύγων εὑρέθη, περιειληθεῖσα δὲ ἡ λύγος ἐποίησε τὸ ἄγαλμα ὀρθόν (Paus. III. 16. 11). Isdem Spartiatis Aesculapius Agnites in honore fuit, apud Samios Iuno simulacrum habebat λύγοις circumvolutum propter sacrae cuiusdam rei memoriam, multaque alia exempla eiusdem rei congesta habent mythologiae scriptores, quibus unum quod Mercurium spectat addi posse suspicor. Nonne λύγου vis mirifica quaeri quoque oportebit in Troezeniorum Mercurio? Narrat Pausanias II. 31. 10 Mercurium apud Troezenios fuisse ad cuius simulacrum clavam deposuisse Herculem: „καὶ — ἦν γὰρ κότινον — τοῦτο μὲν (nempe τὸ ῥόπαλον) ὅτῳ πιστὰ ἐνέφυ τῇ γῇ καὶ ἀνεβλάστησεν αὖτις. De eo Mercurio Pausanias haec habet: Ἑρμῆς ἐνταῦθά ἐστι ΠΟΛΥΓΙΟC καλούμενος, quod cognomen obscuritate vexat lectores. Nonne suadent quae contulimus ut legamus ἐστιν ὁ Λύγιος καλούμενος?

Quid in cultu Mercurii voluerit usus ille quo phallophori dei simulacrum agni *casti* viminibus circumligatum fuerit, nescio, necenim extant certa huius rei indicia. Agalma sane Cyllenii Mercurii quod Elide se vidisse dicit Pausanias VI 26. 5 nihil nisi ὀρθόν ἐστιν αἰδοῖον ἐπὶ τοῦ βάθρου. Conferri tamen poterit quod supra adduxi ex eodem scriptore (I. 27. 1), in Arce Athenarum fuisse lignum ὑπὸ κλάδων μυρσίνης οὐ συνοπτὸν quod Mercurii fuerit signum vetustissimum.

Quidquid id est, poetae nostri menti talia non obversantur. Quae de vincto laxatoque deo tradunt mythologia cultusve Arcadiae nonnisi fabula ei videntur, sed digna quae narretur, ut illustrent artificium quod ad finem propositum propius Mercurium ducat; θαῦμα itaque est ut Apollini quoque videtur:

vs. 414 αὐτὰρ Ἀπόλλων
θαύμασεν ἀθρήσας;

Mercurius autem oculis furtivo ex gaudio micantibus vix hilaritatis indicia suae concelat:

τότε δὴ κρατὺς Ἀργειφόντης
χῶρον ὑποβλήδην ἐσκέψατο πῦρ ἀμαρύσσον
ἐγκρύψαι μεμαώς [1]),

1) Post vs. 415 Baumeisterum secuti editores plerique lacunam statuunt, quoniam non apparet quid celare voluerit Mercurius; legitur enim in codicibus πῦρ ἀμαρύσσων. Quod si non cum Barnesio, quem sequitur Gemoll, mutes in πύκν' ἀμαρύσσων,

adesse enim occasionem iam videt, qua uti licebit ad iura sua confirmanda. Omnino hoc tenere lectoribus necesse est. Nam neque obscura, neque conturbata mancave aut male consuta haec hymni pars nobis, ut plerisque, videbitur, dummodo recordemur, huc tendere labores omnes ac dolos a puero lepidissimo adhibitos, ut ὁσίης particeps fiat. Ipsis eis versibus 166—175 quos Hermannus quia „non nihil a simplicitate reliquae orationis recedere" ei viderentur, delendos censebat, simul iis quos deinde quod meri sint centones damnat Robert (vs. 174. 175. 179—181), diserte iura ὁσίης matri ac sibi postulaverat deus recens natus. Summa est carminis quae continetur in ea confabulatione. Qui cum Roberto hymnum illo sermone orbat, ipsum illud delet propter quod hymnus compositus esse a poeta videtur. Cantaverat in hymno Apollini dedicato (vs. 136) Phoebus recens natus:

εἴη μοι κίθαρίς τε φίλη καὶ καμπύλα τόξα,
χρήσω δ' ἀνθρώποισι Διὸς νημερτέα βουλήν.

Haec spectat, his respondet Mercurius (vs. 166)

αὐτὰρ ἐγὼ τέχνης ἐπιβήσομαι ἥτις ἀρίστη.

Non satis erit Cyllenio, cum matre habitare antrum Arcadicum, unice χθόνιος esse iam non vult (vs. 173):

κἀγὼ τῆς ὁσίης ἐπιβήσομαι ἧσπερ 'Απόλλων,

honorum itaque quae ex μαντικῆς Apollini obveniunt, consors erit. Nec sine causa minitatur (vs. 176)

„εἶμι γὰρ εἰς Πυθῶνα μέγαν δόμον ἀντιτορήσων"

Mercurius ille cuius vaticinium in templo Pheraeo audituri pauperculi χαλκοῦν modo pro pretio solvunt!

Nunc revertamur ad versus quibus Mercurium lyrae artem primum Apollini ostendentem vidimus. Quos percurrens, vix potest quin admonitus agnoscas poetam, quamvis raptim et concise res exponentem, summam tamen operam dedisse, ut ostenderet, gradationem infuisse in dei infantis arte musica: nunc iam non ut antea (vs. 54) ἐξ αὐτοσχεδίης cantavit, neque κερτομέων tamquam si parodia ludificetur ἱερὸν γάμον, sed cosmogoniam theogoniamque orditur quae Hesiodi prooemia aliqua-

---

sed intransitive *fulgendi* notione verbum ἀμαρύσσειν accipias — ut suadet exemplum Hesiodi Th 826 ἐκ δέ οἱ ὄσσων θεσπεσίης κεφαλῇσιν ὑπ' ὀφρύσι πῦρ ἀμάρυσσεν, — facile videtur remedium legere πῦρ ἀμαρύσσον.

tenus in auditorum animos revocare possit. Raptim enarrata haec et tamquam in brevius contracta traduntur; sed genuinam formam servare nec lacerata esse videntur, poeta enim putandus est tam breviter ea exposuisse, quia properabat ad alia, hoc praesertim studens — quo frequenter criticos interpretesque in errorem induxit — ut fratres cauta et mercatoria arte licitantes ostenderet. Brevissime de hisce dicam, et quantum potero a refutandis aliorum interpretationibus abstinebo; proponam modo quaedam quibus fortasse apparere possit discrepantias et conturbationes rerum hic quoque minores esse quam vulgo putetur.

Incipit licitando Apollo vs. 437:

*Βουφόνε μηχανιῶτα, πονεύμενε δαιτὸς ἑταῖρε,*
*πεντήκοντα βοῶν ἀντάξια ταῦτα μέμηλας·* [1])

Omnino monendum mihi videtur, a vero aberrare eos qui putent hoc versu Apollinem gregem suum (quem non petivit Mercurius) *dare* fratri [2]). Nihil dixit Apollo nisi hoc: „Quam excogitasti lyrae artem, ea *tanti mihi esse videtur quanti quinquaginta boves.*" Quid ergo? Offertne gregem pretii loco? Apollodorus quidem sic rem exponit, incertum an nostrum hymnum secutus. At Mercurius non ita verba fratris accepit. Non boves obtulerat Apollo fratri neque illud hic cupierat. Quid cupiat indicat subtecte quidem sed non obscure versibus 463 e. q. s. Semper eodem recurrit: *honores* ut sibi sint pares Apollineis optat (*σὺ δέ μοι φίλε κῦδος ὄπαζε*). Et praesertim quidem ambit *μαντείας ὁσίην*. Sed gradatim ad illud votum accedit. Primus gradus indicatur vs. 490:

*καί τοι ἐγὼ δώσω ταύτην, Διὸς ἀγλαὲ κοῦρε·*
*ἡμεῖς δ' αὖτ' ὄρεός τε καὶ ἱπποβότου πεδίοιο*
*βουσὶ νόμους, Ἑκαέργε, νομεύσομεν ἀγραύλοισιν.*
*ἔνθεν ἅλις τέξουσι βόες ταύροισι μιγεῖσαι*
*μίγδην θηλείας τε καὶ ἄρσενας· οὐδέ τί σε χρὴ*
*κερδαλέον περ ἐόντα περιζαμενῶς κεχολῶσθαι.*

1) Exitus versus secundi suspectus, sed finis versus prioris corruptus est. Opponitur dolo qui fraudi fuit Apollini ea ars qua gaudet. *Πονεύμενε* hic non convenit nec absolute poni posse videtur. An legendum *πολύμνιε*?

2) Longius etiam a vero abesse mihi videtur Robertus: In diesem Gespräch wird Hermes schon als tatsächlicher Besitzer der entwendeten Rinder auch von Apollo betrachtet.

Plane perperam haec interpretantur qui putant Mercurium *pro lyra ab Apolline boum gregem dono accipere*; ἡμεῖς de ambobus non de se solo dicit Mercurius. Communem spectat custodiam cum pollicetur fratri versibus 493. 494 futuram vaccarum foecunditatem. Deridentis essent ea verba, et ad iustam iram iterum fratrem incitarent, si per ea Mercurius gloriaretur de bubus mox, si modo suae essent propriae, damnum sarcientibus. De *communi* fratrum munere futuro hic agi ex sequentibus quoque apparet. Accipit lyram Apollo, quam nanctus

> Ἑρμῇ δ' ἐγγυάλιξεν ἔχων μάστιγα Φαεινὴν
> βουκολίας τ' ἐπέτελλε. . . . .

quo facto concordia tutelae communis laeti fratres vs. 503 βόας μὲν ἔπειτα ποτὶ ζάθεον λειμῶνα ἐτραπέτην. Permutat itaque lyra Mercurius non boves sed *flagellum*, et iuxta Apollinem Νόμιον honores habebit suos Ἑρμῆς ὁ βουκόλος. Ita confirmat carmen τὴν ὁσίην qua iunguntur dii ambo in variis Peloponnesi sacris, non solum ἐν τῷ Καρνατίῳ ἄλσει, ubi cum Apolline colitur Ἑρμῆς κριοΦόρος (Paus. IV. 33. 5), vel Argis, in qua urbe Lycius ille Apollo, qui a pecore mala defendit, aede recepit deum cui testudo cara erat (Paus. II 19. 6); sed praesertim tam Pheris quam Olympiae. Olympiae enim coniunctam Mercurii Apollinisque aram fuisse ex Herodori testimonio (F.H.G. II. 36) cognitum habemus.

Sequitur mox secunda donorum permutatio. Quae eiusmodi verbis a poeta nostro narrata est, ut vulgo credatur accuratissime ab Apollodoro reddita esse hymni verba, cum ita historiam exponeret: Ἑρμῆς δὲ ταύτας νέμων συρίγγα πάλιν πηξάμενος ἐσύριζεν, Ἀπόλλων δὲ καὶ ταύτην βουλόμενος λαβεῖν τὴν χρυσῆν ῥάβδον ἐδίδου ἣν ἐκέκτητο βουκολῶν (l.l. 115). Quem secutus Gemoll, qui omnium instar nunc a me testis adhibeatur „für die Kithara schafft sich Hermes später einen Ersatz in der Syrinx." — Ne nimis gravis nobis sit auctoritas Apollodori, statim moneo, Bibliothecae scriptorem, quem in praecedentibus parum cum hymni poeta congruere videbamus, hoc quoque loco non nihil ab eo deflectere. Nam narrat, Mercurium syringa sibi fecisse [1])

---

1) Mercurius syringis inventor ab Euphorione laudatus erat secundum Athenaeum 184 A) „Εὐφορίων δὲ ὁ ἐποποιὸς ἐν τῷ περὶ μελοποιῶν τὴν μὲν μονοκάλαμον σύριγγα

boves recens acquisitas *dum pascat.* Imago videtur poeta non indigna; sed non ita erat in hymno. Reductis enim in prata bovibus redeunt in Olympum fratres, ibique lyrae exercere artem Apollo coepit. Altera res est in qua discrepat a poeta mythographus: „τὴν χρυσῆν ῥάβδον ἐδίδου ἣν ἐκέκτητο β ο υ κ ο λ ῶ ν". Confundunt haec verba τὴν ῥάβδον τὴν τριπέτηλον quae manticam magicamve vim habet (vs. 528) cum flagello bubulci quod Apollo manu tenens iuraverat vs. 460 ναὶ μὰ τόδε κρανέϊνον ἀκόντιον, idemque fratri donaverat vs. 497 [1]).

Quoniam igitur constat, hic quoque a Bibliothecae scriptore hymnum aut non adhibitum esse aut parum intellectum, iam misso eo ipsum poetam audire oportet, sanequam obscure ea quae secuta sunt enarrantem. Abactis bubus conciliati fratres et ab ipso Iove amicitiae foedere iuncti adsunt in Olympo, ubi Apollo lyrae carmine delectatur. Sed quid Mercurius? Contentus nondum honore τοῦ νομίου, novum quid excogitat, quo augeat honores τῆς ὁσίης·

509 στῆ δ' ἄρ' [2]), ἐπεὶ κίθαριν μὲν Ἑκηβόλῳ ἐγγυάλιξεν
ἱμερτήν, δεδαὼς ὃ δ' ἐπωλένιον κιθάριζεν·
αὐτὸς δ' αὖθ' ἑτέρης σοφίης ἐκμάσσατο τέχνην.
συρίγγων ἐνοπὴν ποιήσατο τηλόθ' ἀκουστήν.
καὶ τότε Λητοΐδης Ἑρμῆν πρὸς μῦθον ἔειπε·
δείδια Μαιάδος υἱέ, διάκτορε, ποικιλομῆτα,
515 μή μοι ἅμα κλέψῃς κίθαριν καὶ καμπύλα τόξα·
τιμὴν γὰρ πὰρ Ζηνὸς ἔχεις ἐπαμοίβιμα ἔργα
θήσειν ἀνθρώποισι κατὰ χθόνα πουλυβότειραν.

Communi consensu versum 512 ita interpretantur editores, quasi iis verbis poeta narret Mercurium syringa callida arte tunc primum *invenisse ac fecisse.* Quod minime poetam indicare voluisse omnia quae sequuntur declarant. Primum enim syringis neque postea ulla fit mentio neque commutatur illud instrumentum novo quodam honore beneficiove Mercurii. Condonat

---

Ἑρμῆν εὑρεῖν .... τὴν δὲ πολυκάλαμον Σειληνόν, Μαρσύαν δὲ τὴν κηρόδετον, quibuscum Apollodori πηξάμενος illud non prorsus convenit.

1) Immerito interpretes aut sibi adversa narrare poetam aut interesse inter ἀκόντιον illud (460) et μαστίγα (497) contendunt. Nihil obstat, quin flagellum, quod manu tenet ἀκόντιον dicat Phoebus, si quidem stimulo munitum βούκεντρον erat.

2) Ita corrigendum esse suspicor corruptum illud σήματ' a quo hic incipit versus.

Phoebus fratri vs. 530 sceptrum magicum, donat vaticinii quasdam formas, licet non summam artem divinam, quae unius Apollinis propria manet; sed syringem *neque rogat neque accipit*, hoc unum pro donis suis postulans, ut iure iurando supremo se devinciat Mercurius nullo in posterum dolo adversus fratrem usurum se esse, nec mala fraude Phoebo quidquam denuo esse erepturum. Apparet ex hisce aliquid fecisse puerum dolosum propter quod eiusmodi fraudes ab eo exspectare poterat Phoebus, qui non sine causa putandus est sic dixisse: „Vereor, ne simul citharam meam arcumve *furto auferas*." Credidit itaque Apollo, nunc iam aliquid furatum esse Mercurium! Quid? Non citharam neque arcum, ut erat in Alcaei carmine quod expressit Horatius [1]), sed, opinor, syringa. — Habuitne igitur Apollo syringem? Iterum ad Ovidii Metamorphoses recurrendum nobis est, quem non de nihilo finxisse crediderim illa quae leguntur II. 680

illud erat tempus quo te pastoria pellis
texit, onusque fuit baculum silvestre sinistrae,
alterius dispar septenis fistula cannis.

Baculus ille silvestris *κρανέινον* est *ἀκόντιον*, fistula syrinx. Quam fistulam secum habuisse Phoebum nusquam, concedo, in nostro hymno disertis verbis dicitur — quamquam *tibiae* cantum ante Mercurium nosse se Apollo versu 452 declarat — sed efficiendum esse tale quid ex versibus 514. 15 admodum veri simile mihi videtur.

Verum nusquam narrat poeta Mercurium fistulam abstulisse! — Iterum concedo, non abstulit, sed tantummodo auferre se simulat: *συρίγγων ἐνοπὴν ποιήσατο*: *sonum fecit fistulae*. Haec enim verba non hoc velle quod vulgo putatur: fistulam fecisse, *σύριγγα πήξασθαι* Mercurium, id certe non dubium mihi est. „Auffällig — inquit Gemollius — ist die Erfindung der Syrinx ausgedrückt durch *συρίγγων ἐνοπὴν ποιήσατο*". — Auffällig? Immo dixerim ab huius saltem hymni poeta circumlocutionem istiusmodi expectari non posse. Neque vero quisquam Graecorum si lyram invenisse Mercurium vellet indicare, dicturum fuisse crediderim *λύρας φθόγγον ποιήσασθαι τὸν θεόν*. Cum Orestes furiis exagitatus mugitum edit, *βοῶν φθόγγους ἱέναι* recte dicetur. Is

1) Horatius Od. I. 10. 10. Lucian. Dial. deor. 7. 1 de quibus conf. commentatores.

autem inscius illam vocem mittit. Sed qui consulto, per dolum sonitum sive bestiae sive instrumenti imitatur, illum ut *μιμεῖσθαι* ita *ποιεῖσθαι φθόγγον* haud absone quis dicat. Hoc opinor Mercurius fecit. *Συριγμὸν ἐποίησατο, ἐσύριζε* vocem syringis sua voce imitatus. Quid eo dolo lucratus sit, exitus carminis declarat.

Multa restant monenda. Nam quisquis in antiquis hymnis religionis vetustae vestigia obliterata indagare sibi videtur quo altius descendit eo plura deprehendere solet. Sed cautione opus est ne nubes et inania captare dicamur. Quae dixi sufficiunt ut ostendant qua ratione hymnus in Mercurium a poeta mediocri compositus potius quam a diasceuastis conglutinatus esse mihi videatur.

---

## PLUTARCHUS.

Quom. adul. ab amico intern. 74 A.

Opponuntur hic inter se *ἡ θεραπευτικὴ παρρησία* (i. e. ea quae leniter, prudenter, clementer agit atque ita ut revera medicinam afferat ei cui adhibeatur) et .... *ἡ πρακτική*. Potestne absurdius quidquam excogitari? Vel hodierni medici sciunt *non contrarias* sed *plane easdem* res esse quae *θεραπευτικαί* et quae *πρακτικαί* audiant. Sed quid est reponendum? Res ipsa *clamat*, quemadmodum et ii qui artem reprehendendi non callent et tamen censores agunt semper, nunquam leni oratione utuntur sed statim *clamant* et vociferantur. Vides quam sit in promptu emendatio: *κρακτική*. (v. Donati observationes de verbi *clamandi* apud Ter. usu).

Praec. reip. ger. 820 D.

Si nobis utique a civibus nostris decoris aliquid est accipiendum, sufficiat nobis praemium quod parvo constet pretio

*ὥσπερ οὐκ ἀργυρίτην οὐδὲ δωρίτην ἀγῶνα πολιτείας ἀγωνιζομένοις.*

Repone *τὴν πολιτείαν*, memor utilissimae Cobeti observationis de venusta, quae conspicitur in sententiis qualis est *ὥσπερ ἐν νηῒ τῇ πόλει διαμαχητέον πρὸς τὰ κύματα*, oratione.

J. J. H.

---

# ANNOTATIONES AD AENEIDEM.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

(*Continuantur e Vol. XXVI pag.* 181).



Decem iam anni sunt cum in programmate gymnasii Leidensis emendandi artem novis ut mihi quidem videbar argumentis ab eius obtrectatoribus vindicare conatus sum atque ad meam argumentationem illustrandam ac corroborandam emendationes ad decem locos ex Aeneidos libris VII, VIII, IX protuli, unum (VIII. 108) nova interpretatione adhibita explicavi.

Ex illis autem *lecto* pro *tecto* (VIII. 455) Wakefieldum ante me proposuisse postea cognovi, *tuli — pepigi me* (VIII. 144) invita Minerva me excogitasse nunc confiteor, de reliquis vero sententiam tantum temporis intervallum mihi non mutavit. Libelli qui non prostat pauca exemplaria mihi supersunt, quae siquis eius curiosus erit libenter mittam.

Nunc quidem antequam ad locos e libris X—XII nonnulla quae memoratu fortasse haud indigna videbuntur, exponere pergam, ex illis tres coniecturas repetere liceat, ut novis allatis testimoniis eas confirmare atque stabilire coner.

Quod VII. 577 pro *caedis* proposui: *caecus*, aliquem reiecisse memini propterea quod adiectivum ita absolute positum nusquam legeretur, quem nunc conferre iubeo XI. 781:

> venatrix unum ex omni certamine pugnae
> c a e c a sequebatur,

et XII. 279:

> c a e c i que ruunt.

Ad VII. 624 *pars* arcibus *altis: Pulverulentus eques furit:* legendum esse monui, cum censor quidam mihi obiecit, voc. *campis ἀπὸ κοινοῦ* intellegi oportere ita ut urbibus opponeretur, de quibus vs. 629 fit mentio. Quasi vero ista admonitione locum difficillimum iam extricasset! Vehementer vellem addidisset interpretationem non sibi solum, sed etiam aliis satis probabilem. Alius quis, hercle, quid tandem peditibus in arcibus agendum esset rogavit. Docebit eum XI. 463—66, ubi pari modo Turnus copias suas disponit, nisi quod equites primum armari iubet, deinde pedites:

equites, Messapus, in armis
et cum fratre Coras latis diffundite campis.
pars aditus urbis firmet turresque capessat,
cetera, qua iusso, mecum manus inferat arma.

Tertius locus est VIII. 627, ubi pro *haud vatum* (alt. lect. *fatum*) *ignarus* corrigendum esse demonstravi: *haud* avium *ignarus*, cl. Od. I. 202: *οὔτε τι μάντις ἐὼν οὔτ' οἰωνῶν σάφα τειδώς.* Ad hanc lectionem comprobandam haud parvi momenti videntur III. 360:

qui tripodas, Clarii laurus, qui sidera sentis
et volucrum linguas et praepetis omina pennae,

et X. 176:

cui pecudum fibrae, caeli cui sidera parent,
et linguae volucrum et praesagi fulminis ignes,

ad quae Servius observat: *parent* autem est peritissime agnoscuntur. Sed haec satis iam sunto: ad nova transeo.

X. 185:

non ego te, Ligurum ductor fortissime bello,
transierim, Cinyre, et paucis comitate Cupavo,
cuius olorinae surgunt de vertice pennae,
crimen, Amor, vestrum formaeque insigne paternae.

Quae ad hunc locum, quo tota Aeneide unus tantum habetur etiam difficilior (IV. 436 sc.), viri docti proposuerunt, enumerare supersedeo: fuse ea Gossravus composuit percensuitque; iam de versibus, quos desperatissimos ille dicit, sententiam quod sciam nondum prolatam aperire liceat. Cupavo galeam gerit pennis olorinis ornatam, quod insigne testatur eum a Cycno ducere

originem; ortae enim sunt ex amore Cycni et Phaethontis, nam constat Cycnum lugentem mortem Phaethontis in olorem esse conversum. Cupavo igitur est filius Cycni, regis Ligurum, cuius historiam narrat Ov. Met. II. 367. De hisce omnibus satis constat inter omnes, sed manet difficultas quid sibi velit nomen *Cinyre*, quod insuper varie in libris mss. traditum est, qui dant: *Cinyrae*, *Cinire*, *Cinere*, *Cycnae*, *Cunare*, *Cumare* e. a.

Iam haec statui posse quivis concedet:

1. poetam utique vs. 186—197 (versus duodecim!) uni Cupavoni celebrando insumpsisse, 2. non verisimile videri, eum sollemni compellatione „Non ego te, Ligurum ductor fortissime bello, transierim", unde longior ista laudatio apte proficiscatur, quasi obiter et uno significato nomine alium virum sive Cinyrum sive aliter nuncupatum illi praeposuisse, 3. versum 185 tam propter numerum singularem (nam *te* et *ductor* unum aliquem esse demonstrant) quam propter verba *Ligurum ductor* ad Cupavonem praecipue referendum videri, 4. Servium de nomine *Cupavo* declinando disserere, de Cinyro mentionem facere nullam, unde efficere licet, reliqua versus huius vocabula nullam ei exhibuisse difficultatem, 5. nomen *Cinyrus* ceteroquin prorsus ignotum esse.

Quae cum ita sint, nulla iam relicta est dubitatio, quin versibus 185 sq. sermo sit de uno homine, unde sequitur in nomine *Cinyre* latere aliquid quod ad Cupavonem pertineat. Quandoquidem autem ille Cycni filius fuit atque versibus sequentibus de ea origine deque patre in olorem converso potissimum agitur, patronymicum Cupavoni accommodatum in scripturas traditas varie corruptum esse arbitror. Qua de causa si non verba, at tamen sententiam loci sic me restituere confido:

non ego te, Ligurum ductor fortissime bello,
C y c n i e, t r a n s i e r i m, paucis comitate Cupavo.

Aeneas ad castra suorum ab hostibus inclusa redit.

261 clipeum cum deinde sinistra
extulit ardentem, clamorem ad sidera tollunt
Dardanidae e muris; spes addita suscitat iras;
tela manu i a c i u n t: quales sub nubibus atris e. q. s.

Quod Peerlkampius verba *spes — iaciunt* damnat, iure alii im-

probarunt, Ribbeckius vero argumento non iusto usus, ipsa tela cum clamore iacta gruum per aethera cum clangore volitantium imaginem poetae in mentem vocasse. Recte de comparatione Gossravum iudicare credo, Troianos clamore exsultantes conferri cum gruibus veris tempore ad sedes suas prope Strymonem redire laetantibus, atque verissime addit, criticos non animadvertisse, non volatum aut multitudinem, sed clamorem et cantum h. l. comparari.

Quod tamen idem observat, poetam iam pugnare cum Rutulis Troianos sumere, licet vs. 256 de die modo orto mentio fiat, non credo, nam nihil nunc tale quid indicat praeter verba *tela manu iaciunt*, h. e. ipsa verba quae comparationem turbant. Siquidem poeta id non voluit, sequitur omnia quae ante verba *quales sub nubibus atris* leguntur, pertinere ad Troianorum animos laetitia commotos, itaque mecum si legeris:

tela manu quatiunt:

partes comparationis non male interruptas iam videbis, sed bene omnia procedere: cum gruum crepitu et cantu comparatur clamor Troianorum, quem nova spe bellandi cupidi iam facti tollunt, et strepitus telorum, quae quatiunt ovantes. Cf. X. 762: at vero ingentem quatiens Mezentius hastam, quam vs. 777 stridentem eminus iecit, XI. 767: certam quatit improbus hastam, XII. 442: telum immane manu quatiens.

362 at parte ex alia, qua saxa rotantia late
impulerat torrens arbustaque diruta ripis,
Arcadas insuetos acies inferre pedestris
365 ut vidit Pallas Latio dare terga sequaci,
aspera quis natura loci dimittere quando
suasit equos, e. q. s.

Variis coniecturis hunc locum Peerlkampius, Madvigius alii sollicitarunt. Ego quidem nil mutare ausim, sed moneo, versus 364 et 365 si ordinem inter se mutaverint, locum melius comparatum fore, quoniam nunc quidem pronomen *quis* longius remotum videtur a nomine quod spectat.

Vs. 633—688 Turnus vana imagine Aeneae ex proelio extractus Ardeam refertur, ita quidem ut *εἴδωλον* in navem se

coniciat, quam fune rupto Iuno celeriter abducit. Magna autem inter viros doctos dissensio est de vs. 661 sq.:

illum autem Aeneas absentem in proelia poscit;
obvia multa virum demittit corpora morti,

quorum Heynius versus in margine a poeta ascriptos esse suspicatur, Peerlkampius delendos censet, contra Ladewigus vs. 663 sq. ab alio illatos esse putat qui sunt:

tum levis haud ultra latebras iam quaerit imago;
sed sublime volans nubi se immiscuit atrae.

Persuasum mihi est, versus 661 et 662, quorum ordo in codd. mss. non constat, e loco suo migrasse atque reponendos esse post vs. 688.

Turnum enim, cum modo litora nando repetere, modo manum sibi consciscere vellet, Iuno continuit, quibus enarratis sequuntur haec:

687 Labitur alta secans fluctuque aestuque secundo
688 et *patris* antiquam Dauni defertur ad urbem.
661 illum autem Aeneas absentem in proelia *poscit*;
662 obvia multa virum demittit corpora morti.

Hunc ordinem si restitueris, vs. 689 sq. demum bene sequi videbis:

at Iovis interea monitis Mezentius ardens
succedit pugnae Teucrosque invadit ovantes.

Postquam igitur versibus 661 sq. suum locum reddidi, vitium in vs. 688 tollere volo. Legitur vs. 687: *labitur alta secans* — quis? Navis scilicet. At vero Turnum nunc putaveris, quia de nave dudum nulla facta est mentio: corrigas quaeso in vs. 688: *et ratis*, cl. vs. 678, ubi ultimum dicta est. Denique in vs. 661 praetulerim: *poscens*, cl. X. 514:

latumque per agmen
ardens limitem *agit* ferro, te, Turne, superbum
caede nova *quaerens*.

Liger Aeneam ante proelium dictis superbis lacessit.

vesano talia late
dicta volant Ligeri: sed non et Troius heros
585 dicta parat contra, iaculum *nam* torquet in hostem.

Wagnero verba *contra* — *hostem* glossema visum est neque aliter

Peerlkampio, sed locum satis iam emendatum fore arbitror, si pro *nam* scriptum erit: i a m.

Pertinacia, qua Gossravus ordinem versuum 717 et 718 in codd. traditum servat, quamquam iam Scaliger aliique summi acuminis homines eo ordine disposuerunt ut ante vs. 714 legerentur, rem ridiculam mihi in mentem revocat, cuius olim puer testis fui. Legebamus autem in scholis Germanicis carmen illud notissimum, quo infausti amores equitis Toggenburgii flebiliter canuntur, atque unus e nobis, ieiunus sane puer, modo versus recitabat quibus ille redux e bello casulam habitasse narratur unde coenobium aspicere posset in quo puella, quam deperibat, monacha degebat.

Blickte nach dem Kloster drüben,
Blickte stundenlang
Nach dem Fenster seiner Lieben,

ista recitans ad finem paginae pervenerat, qua versa sine ulla animi perturbatione perrexit:

Und recket die Zunge!

Ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνῶρτο γέλως inter condiscipulos. Quid autem factum erat? Per errorem duo folia pro uno verterat, quo facto in medium carmen „Der Handschuh" eiusdem poetae imprudens erat delatus atque molliculo amatori artes tigridis rabidi attribuerat! Sane utriusque mores aeque ignorabat. Similiter autem loco Vergiliano Mezentius, missilibus undique lacessitus, cum apro a Gossravo confunditur:

ille autem impavidus partes cunctatur in omnes,
dentibus infrendens, et tergo decutit hastas,

quae verba nimirum pertinent ad aprum, de quo vs. 707—714 sermo est.

Mezentius propter magnitudinem ingentem cum Orione comparatur atque

769 huic contra Aeneas, speculatus in agmine l o n g o,
obvius ire parat.

Madvigius de hac lectione haec disputavit: „Hic quidem confidenter dico, perversam esse agminis longi appellationem, quae longam aliorum post alios incedentium seriem significat; rem

ab hoc loco alienam scriptumque a poeta puto, quod in codice Minoraugiensi est *longe*, eo quidem magis, quod in R a prima manu est LONG."

Quamquam Ribbeckio id persuasit, scripturam *longo* bonam esse opinor. Monitum velim, a vs. 762 usque, ubi Mezentius inducitur, maxime proceritatem eius a poeta legentibus inculcari: quantus Orion est, talis se vastis infert Mezentius armis. Cum tanto viro Aeneas manus vult conserere, ubi eum speculatus est, h. e. animadvertit, in agmine longo, h. e. procul supra ceteros eminentem, propter magnitudinem corporis conspicuum quamvis multis pugnantium ordinibus ab Aenea remotum discretumque; verba igitur *in agmine longo* ipsa quoque proceritati Mezentii celebrandae inserviunt. Quapropter qui vulgatam lectionem retinuerunt, iure retinuisse censeo.

Post filii mortem Mezentius quamvis vulneratus in pugnam redit, quem cum Aeneas animadvertit, laetitiam paucis verbis significat et hasta infesta ad eum accedit. Mezentius autem exclamat:

'Quid me erepto, saevissime, nato
terres? haec via sola fuit, qua perdere posses.
nec mortem horremus nec divom parcimus ulli.
desine: nam venio moriturus et haec tibi porto
dona prius.'

Qui vs. 880 interpretantur, dant: 'neque mortem timeo nec diis parco i. e. deos curo, quod quomodo e verbis eliciant ego non video neque credo. Peerlkampius iam verba *nec d. p. ulli* pro additamento hominis habebat, qui, quid ipse vellet, ignoraret, atque delenda putabat, neque Ribbeckio placuit vulgata lectio, nam ascripsit: 'vide an *pascimur* contemptore divum dignum sit.'

Fuit cum totum versum huc male migravisse crederem et fortasse post vs. 900: hostis amare, quid increpitas mortemque minaris? esse reponendum, sed cum post multos annos hasce annotationes scripto mandare decernerem, verba *nec d. p. ulli* neutro loco probabilem interpretationem admittere atque emendatione, non traiectione egere intellexi. Ergo quod in mentem mihi venit, aperiam.

Aeneas cum Mezentium videret appropinquantem exclamaverat:

sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo!

ad quae Mezentius ea verba respondit, quae supra descripsi atque ita explicanda esse puto: Interfecto filio quid iam me territare conaris deos tuos invocando? Via una, qua me perdere posses, illa fuit quam ingressus es sc. filium meum necando: iam nullum est malum quod mihi accidere possit

nec mortem horremus nec divom *pangimus* ulli,

h. e. neque mortem timeo nec pactione aliqua mihi tutelam firmare volo, ut tu fecisti, sed sponte morior, uni dolori filii interempti concedens. Cf. VIII. 143:

his fretus non legatos neque prima per artem
tentamenta tui *pepigi*: me, me ipse meumque
obieci caput et supplex ad limina veni.

XI. 72. Funus Pallantis ab Aenea instructum ad Evandrum dimittitur.

tum geminas vestes auroque ostroque rigentes
extulit Aeneas, quas illi laeta laborum
ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido
fecerat et tenui telas discreverat auro.
harum unam iuveni supremum maestus honorem
induit arsurasque comas obnubit amictu,
multaque praeterea Laurentis praemia pugnae
aggerat, et longo praedam iubet ordine duci.
addit equos et tela, quibus spoliaverat hostem.
vinxerat et post terga manus, quos mitteret umbris
inferias, caeso sparsurus sanguine flammas,
indutosque iubet truncos hostilibus armis
ipsos ferre duces inimicaque nomina figi.
ducitur infelix aevo confectus Acoetes,
pectora nunc foedans pugnis, nunc unguibus ora,
sternitur et toto proiectus corpore terrae.
ducunt et Rutulo perfusos sanguine currus.
post bellator equus positis insignibus Aethon
it lacrimans e. q. s.

Ribbeckius vs. 80 uncis inclusit, quippe quem poeta deleturus fuisse videretur, ut cuius vice vs. 78 sq. et vs. 83 sq. fecisset. Minime

credo: versus tantum de loco suo deturbatus est, quem si post vs. 77 reposueris, nihil iam abundare, immo ita demum locum bene comparatum esse videbis. Scilicet nunc quidem, postquam Aeneam vestem alteram iuveni induisse, altera caput eius velavisse legimus, inconcinne sequitur: multa*que praeterea* L. p. p. aggerat, quasi permulta iam dedisset. Contra si vs. 80 seriem donorum aperiet, èt spolia insignissima, ut par est, primum nominatim enumerata erunt èt hunc versum apte excipient verba: multaque praeterea L. p. p. aggerat, h. e. aggerit, auget.

Vs. 78 sq. vice versus 80 fungi posse vehementer nego, nam illis spolia minoris pretii ac varii generis significata sunt, cum vs. 80 equos et tela denotat, spolia primaria dignaque quae suo nomine indicentur; neque vs. 83 sq. idem quod vs. 80 dictum est repetunt; nempe vs. 78—80 sermonem esse credo de spoliis ab ipso Pallante reportatis, deinde vero poetam ad ea transire, quibus insuper Aeneas de suo funus prosecutus est.

Versus autem 88, qui h. l. ineptus est, ut alii ante me viderunt, dona illa honoraria exordiri atque ante vs. 81 restituendus esse mihi quidem videtur, quo facto post verba *iubet ordine duci* idonee sequitur: *ducunt et* e. q. s. Ordo igitur iustus ac legitimus hic est: vs. 77, 80, 78, 79, 88, 81 cet.

Turnus insimulationes Drancis refellens et alia et haec dicit:
438 ibo animis contra, vel magnum praestet Achillem
factaque Volcani manibus paria induat arma
ille licet.

Ut voc. *animis* ex *omnis* corruptum esse credam èt verba quae continuo sequuntur me inducunt èt huius libri vs. 504:

solaque Tyrrhenos equites ire obvia contra.

Nimirum VI. 95: 'contra audentius ito' traditam lectionem non tuetur.

Versu sequenti adiectivum *paria* vim orationis haud parum imminuit, verba *facta Volcani manibus* satis superque significant quae arma Turnus dicat, cum praesertim modo Achillem nominaverit. Vergilium scripsisse conicio: Paris, quo nomine etiam VII. 321 (Paris alter) Aeneas denotatur, ut XII. 12 ignavi Aeneadae, et XII. 99 Turnus precatur: da sternere corpus — semiviri Phrygis.

Itaque hoc loco nomen restituo, quod alibi nuper H. L. Jones v. d. sustulit (Cf. Class. Rev. 1908 p. 180, ubi Aen. X. 705: *parit*; *Paris* proposuit).

Diana lamentatur mortem Camillae instantem.

vellem haud correpta fuisset
militia tali conata lacessere Teucros:
586 cara mihi comitumque foret nunc una mearum.

Gossravus ad l.: „h. e. nisi hoc bello nefando esset correpta atque ipsa peccaret (cf. 243, immo 842!), Troianos sanctos et diis acceptos hostili animo aggressa, cara mihi comes et immortalis maneret nympha." Vir doctus quamquam iure Peerlkampii versus delendi consilium redarguit, ultimum versum interpretando distorquet: non versum explicare licet ut ille fecit, sed: cara mihi foret et una comitum mearum maneret, quod ferri non potest, nam Camilla haud minus cara Dianae est quam ante fuit, id quod reliqua oratio eius satis comprobat, quae tota plena est curae comitis suae iamiam moriturae.

Legendum autem est pro *cara*: sacra, cf. VI. 484: Cererique sacrum Polyphoeten (Serv.: sacrum est sacratum: nomen pro participio), X. 316: Inde Lichan ferit — tibi, Phoebe, sacrum, XI. 533: unam ex virginibus sociis sacraque caterva, XI. 721: accipiter — sacer ales (Serv.: sacer ideo quia est Marti consecratus), XI. 768: forte sacer Cybelae Chloreus.

640 Catillus Iollan
ingentemque animis, ingentem corpore et armis
deiicit Herminium, nudo cui vertice fulva
caesaries nudique humeri, nec volnera terrent;
tantus in arma patet.

Hunc locum relegenti numquam non verba *tantus in arma patet* non suum locum obtinere mihi videntur.

Servii annotatio est: „tantus id est tantum patebat in vulnera, id est in hostilia tela totus patebat", atque sane hoc poeta voluit, Herminium qua erat corporis magnitudine totam eam opposuisse telis hostium eo quod neque caput galea neque lorica humeros defendere dignatus esset. Si *totus in arma patet* legeretur, non esset quod me quidem offenderet; Ribbeckius

sane e Servii annotatione fortasse triplicem lectionem eliciendam esse ascripsit: *tantus in arma, tantum in tela, totus in arma.* Nunc vero, cum *tantus in a. p.* legitur, verba nimis remota sunt a vs. 641, quo Herminii proceritas, quam spectant, memoratur; accedit quod verba *deicit H.* descriptionem viri moleste interrumpunt.

Quibus consideratis nescio an duo hemistichia locum inter se mutare oporteat ita:

Catillus Iollan
ingentemque animis, ingentem corpore et armis,
(tantus in arma patet, nudo cui vertice fulva
caesaries nudique humeri, nec volnera terrent)
deicit Herminium.

Arruns precatur ut sibi permittat Apollo occidere Camillam, etiamsi inglorius deinde in patriam sibi sit reditus. Sequuntur:

audiit et voti Phoebus succedere partem
795 mente dedit, partem volucres dispersit in auras:
sterneret ut subita turbatam morte Camillam,
adnuit oranti; reducem ut patria alta videret,
non dedit, inque notos vocem vertere procellae.

Peerlkampius vs. 796—8 eicit, quod Servius versus non explicet, quod sine damno absint, quod post vs. 590 et 759 maxime langueant, quod ipsa oratio non sit venusta. Quibus argumentis hoc gravissimum addo, verba *inque notos vocem vertere procellae* vel maxime interpretatorem coarguere, qui verborum *partem volucres dispersit in auras* metaphrasin exhibuit prorsus ineptam, nam Vergilium umquam scripsisse, procellas vocem in notos h. e. ventos vocem in ventos vertisse, credant alii.

XII. 53. Turnus, quem Latinus a certamine deterrere conatur, eius consilium reicit.

longe illi dea mater erit, quae nube fugacem
feminea tegat et vanis sese occulat umbris.

Alii verbi *occulat* subiectum intellegunt Aeneam, alii deam matrem, quam ambiguitatem ut tolleret Peerlkampius post Schraderum legendum esse monuit: *ut* vanis. Praestare videtur pro *sese* scribere: secum.

172 illi ad surgentem conversi lumina solem
dant fruges manibus salsas, et tempora ferro
summa notant pecudum, paterisque altaria libant.

Scribas quaeso: *tergora*, quod et adiectivum *summa* suadet et id quod in Servii annotatione est: „obliquum etiam cultrum a fronte usque ad caudam ante immolationem ducere consueverant."

Totus Troianorum exercitus castra relinquit.

444 tum caeco pulvere campus
miscetur, pulsuque pedum tremit excita tellus.

Quin sit rescribendum: *caelo* vix dubito, cl. XII. 407: iam pulvere caelum stare vident, Iuven. 2. 25: quis caelum terris non misceat et mare caelo, 6. 284: clames licet et mare caelo confundas.

Uxoris morte cognita

it scissa veste Latinus
610 coniugis attonitus fatis urbisque ruina,
canitiem immundo perfusam pulvere turpans;
multaque se incusat, qui non acceperit ante
Dardanium Aenean, generumque adsciverit ultro.

Vs. 612 sq. tantum in codd. nonnullis deterioribus inveniuntur et Peerlkampio monente a Ribbeckio eiecti sunt utpote e XI. 471 sq. male h. l. repetiti. Gossravus fere invitus eos retinuit, cuius verba sunt: „Neque bene finitur narratio participio praesentis, quale est *turpans*. Cf. III. 300. Recte igitur Peerlkampius, qui versus abiicit, *turpans* mutavit in *turpat*. Quod si esset in Mss., etiam nos cum Forbigero uncis includeremus."

Servius autem ad III. 300 observat, raro apud Latinos versum participio finiri, apud Graecos vero vitiosissimum esse, de qua re Ruhnk. (Dict. Ov. Her. 4. 28) haec addidit: „Sunt tamen pluscula exempla apud Ov. Hac Ep. 154, Ep. 10, 12. 11, 126. et aliis locis, quamvis illa observanda potius sint quam imitanda. Broukh. ad Tibull. III. 4. 46."

Nihilominus editores, exemplum Peerlkampii et Ribbeckii secuti, versus fere delent sed non illi obsequuntur ut *turpat* pro participio recenseant. Hoc tamen ferri non potest, nam non

bene finiri narrationem participio praesentis iure Gossravus monuit, licet participia in fine versuum, qui non clausulae vice funguntur, apud Vergilium quoque non desint.

Locum a poeta sic constitutum fuisse suspicor:

609 it scissa veste Latinus,
611 canitiem immundo perfusam pulvere turpans,
610 coniugis attonitus fatis urbisque ruina.

Ista clausula narrationis aptissima est et versus, qui nunc in libris signa lugentis, vestem scissam et crines pulvere foedatos, moleste interrumpit, iam opportune condicionem miserandam viri complectitur. Credo similitudinem litterarum priorum utriusque versus scribam in errorem induxisse ut versum 610 prius exararet, deinde versum 611 omissum adderet, quo facto nescio quis narrationem participio *turpans* male claudi ratus duos versus appinxerit ut istam turpitudinem tolleret.

---

## AD HORAT. SAT. II. 6. 46.

Poeta ubi suam cum Maecenate necessitudinem consulto extenuat, non de rebus gravioribus illum secum locutum esse dicit, sed tritos sermunculos conseruisse

et quae rimosa bene deponuntur in aure.

Epitheton *rimosa* Orellius haud dubie recte interpretatur: „quae nihil secreti retinet, sed in huiusmodi sermonibus sane sine ullo incommodo aut periculo alterius, ex Terentiano illo Eun. 1. 2. 25: *Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo*", neque aliter Kiessling locum intellegit, qui *bene* 'ohne Gefahr' — *rimosa auris* 'ein indiskretes Ohr' vertit addito loco Terentiano: idem observat, contrarium esse *tutae aures: depone tutis auribus* Od. I. 27. 18.

At Lucianus Muellerus explicationem istam respuit neque quicquam versum Terentianum ad locum nostrum pertinere contendit: „vielmehr steht *rimosa* wie *patulas — aures* Ep. II. 2. 105 (vgl. Ep. I. 18. 70) von gesunden, mit der natürlichen Hörkraft begabten Ohren; ähnlich *purgatam — aurem* Ep. I. 1. 7, *auribus — puris* Prop. III. 4. 12. Gegensatz *obtusus, obturatus, hebes.*"

Vereor ne Muellerus, ista cum conscriberet, perduci se passus

sit cupiditate nimia aliquid novi, quod a vulgari interpretatione discederet, in medium proferendi neque magis mihi probantur cetera: „gemeint sind also mit *quae* u. s. w. alltägliche Kleinigkeiten, wie man von solchen zu jedem beliebigen Menschen, der hören kann, spricht." Non hercle vero! Adiectivo *rimosus* semper et ubique notionem vitiosi, mendosi, noxii inesse arbitror et in Georgii lexico s. v. bene legi: „ritzige Ohren, Ohren eines Schwätzers, der nichts bei sich behalten, verschweigen kann."

Ut autem saepe factum est ut ex eo quod quis quamvis minime probabiliter de aliquo loco disputavit, quasi nova quaedam lux oreretur, qua adiutrice eum sive denique iam recte intellegere sive emendare possemus, ita hic quoque e verbis, quae Muellerus addit, demum mihi patuit quid tandem scripserit Horatius. Addit enim: „Wie hätte wohl Horaz in dieser zunächst für Maecenas bestimmten Satire sich als unzuverlässigen Schwätzer hinstellen mögen?" Iusta sane observatio est, nam in promptu est ad *rimosa — in aure* intellegere: *mea* vel: *qualis mea est*, quamquam Horatius nimirum voluit res eiusmodi, quas homini quamvis loquacissimo sine ullo periculo concredere possis, id quod ita demum ei reddideris, si levissima mutatione mecum scripseris:

et quae rimosa bene deponantur in aure.

P. H. D.

---

## TENTATUR LOCUS ARISTOPHANIS.

Acharn. 338 Chorus:

*ἀλλὰ νυνὶ λέγ' εἴ σοι δοκεῖ, τόν τε Λακε-*
*δαιμόνιον αὐτὸν ὅτι τῷ τρόπῳ σοὔστι φίλος·*
*ὡς τόδε τὸ λαρκίδιον οὐ προδώσω ποτέ.*

Quod in *Vindiciis Aristophaneis* proposui *ἀντίπαλον ᾧ* eius libelli censori languere fortasse merito visum est. Postea mihi venit in mentem poetam dare potuisse *αὐτίχ' ὁποίῳ*, quorum vocabulorum posterius iam placuit Blaydesio, prius autem aptissimum est in ore impatienter iubentis.

H. v. H.

---

# AD GNOMOLOGIUM EPICUREUM VATICANUM.

SCRIPSIT

J. H. LEOPOLD.



Idem ille codex Vaticanus gr. 1950, qui solus Antonini commentarios integros nobis conservat, ff. 401v.—404 corpus quoddam sententiarum Epicurearum continet; quae cum maiorem partem aliunde notae non sint, vix opus est monere et hanc celeberrimi codicis partem quantivis pretii a viris doctis aestimatam esse. Primus invenit C. Wotke et inventum suum statim communicavit cum viro hac in re principe, Usenero, qui novum ἕρμαιον edidit, emendavit, explicavit in Studiis Vind. X (1888) p.p. 175—201; simul p.p. 202—210 Th. Gomperz coniectanea sua et animadversiones adiunxit. Tum H. Weil (Journal des Savants 1888 p.p. 657 seqq.) inventum Useneri celebravit et contextum passim retractavit, necnon U. de Wilamowitz in Commentariolo Grammatico III p.p. 13 seqq. unum alterumque locum recensuit, denique conferri potest E. Thomas Hermes XXVII pp. 22—35. Ad ea, quae summi viri excogitaverunt, pauca adnotare liceat.

5. *Οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν ἄνευ τοῦ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως· ὅπου δὲ τοῦτο μὴ ὑπάρχει, οὐκ ἔστιν ἡδέως ζῆν.* Cf. apud Diog. Laert. *Κύριαι δόξαι* 5.

Laudat Usener (p. 178) auctorem gnomologii, quod sententia, quae etiam apud Diog. Laert. corrupte tradita est, in brevius redacta et paululum immutata satis aptum sensum effecerit. Tamen ingenue fateor me non perspicere, quomodo is, qui verba supra allata conflaverit, crimen tautologiae effugere possit. Et

tamen fieri potest, ut sic quoque Vaticanus aliquid conferat ad textum Diog. Laert. constituendum. Etenim rationem satis violentam, qua Us. ultima verba Laertii restituere conatus est: *ὅτῳ δ' ἓν τούτων μὴ ὑπάρχει οἷον ζῆν φρονίμως, καὶ καλῶς καὶ δικαίως ὑπάρχει, οὐκ ἔστι τοῦτον ἡδέως ζῆν*, et ob verborum structuram et imprimis ob hanc causam accipere nolim, quod id agitur, ut demonstretur voluptatem a virtutibus separari non posse (cf. Epic. fr. 506 seqq.), at minime virtutes inter se seiungi non posse.

Igitur ad contextum qualem constituerunt Gassendi et Cobet redeundum, qui et alia verba et illud *τοῦτο* utpote interpolatum sustulerunt? Suadente gnomologio Vaticano iam de lacuna cogitare malim in hunc modum supplenda: *ὅτῳ δὲ τοῦτο μὴ ὑπάρχει, οὐ ζῇ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως· 〈ὅτῳ δὲ μὴ τὸ φρονίμως καὶ καλῶς καὶ δικαίως〉 ὑπάρχει, οὐκ ἔστι τοῦτον ἡδέως ζῆν.*

14. *Γεγόναμεν ἅπαξ, δὶς δὲ οὐκ ἔστι γενέσθαι· δεῖ δὲ τὸν αἰῶνα μηκέτ' εἶναι· σὺ δὲ οὐκ ὢν τῆς αὔριον 〈κύριος〉 ἀναβάλλῃ τὸ χαῖρον· ὁ δὲ βίος μελλησμῷ παραπόλλυται καὶ εἷς ἕκαστος ἡμῶν ἀσχολούμενος ἀποθνήσκει.* Cf. I. Stob. floril. XVI. 28.

Exsultat Us. p.p. 179—180, quod cod. Vat. eximiam lectionem *τὸ χαῖρον* pro eo, quod apud Stobaeum exstat *τὸν καιρὸν* conservavit. Tamen valde dubito, num apta sit hic notio *τὸ χαῖρον* et num revera natura humana laetitiam in posterum differre studeat; porro cum in seqq. cunctatio exagitetur, lectionem Stobaei in Vaticanum quoque recipere longe malim.

In ultimis verbis cum neque Stob. illud *εἷς* agnoscat neque locus emphasi esse videatur, de dittographia ЄΙϹЄΚ cogitare in promptu est.

15. *Ἤθη ὥσπερ τὰ ἡμῶν αὐτῶν ἴδια τιμῶμεν, ἄν τε χρηστὰ ἔχωμεν καὶ ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ζηλώμεθα, ἄν τε μή, οὕτω χρὴ καὶ 〈τὰ〉 τῶν πέλας, ἂν ἐπιεικεῖς ὦσιν.*

Contextum dedi, qualem post Usenerum constituerunt Weil et Wilamowitz. Quid autem sibi volunt verba prima? Audi Usenerum: „Unser Charakter unterliegt wie unser Eigentum einer Schätzung", tum Wilamowitz: „suum quisque genium colimus, qualiscunque est et aliis videtur. Iubet nos sapiens et humanus

magister idem caeteris praestare hominibus, modo probi sint". Ne post has quidem explicationes verba graeca plane assequor, in quibus vel hoc statim offendit, quod bonis moribus non invideri sed detrectari solet. Itaque cum sententia proxime antecedens claudatur voce *ἀποθν*ΗCΚЄΙ, de dittographia cogitare, utique vocem molestam ΗΘΗ miro modo in exordio sententiae collocatam omnino tollere malim, quo facto sententiam et simplicem et revera profundam adipiscimur.

17. *Οὐ νέος μακαριστός, ἀλλὰ γέρων βεβιωκὼς καλῶς· ὁ γὰρ ἐντὸς ἀκμῆς πολὺς ὑπὸ τῆς τύχης ἑτεροφρονῶν πλάζεται· ὁ δὲ γέρων καθάπερ ἐν λιμένι τῷ γήρᾳ καθώρμικεν τὰ πρότερον δυσελπιστούμενα τῶν ἀγαθῶν ἀσφαλεῖ κατακλείσας χάρακι.*

Quidni cum Vaticano *ὁ γὰρ νέος ἀκμῇ* legamus? Et quidni cum eodem *ἀσφαλεῖ κατακλείσας χάριτι*, cum toties moneat Epicurus, ut grato animo bonorum peractorum recordemur, e. gr. Epist. III. 122 *ὅπως γηράσκων νεάζῃ τοῖς ἀγαθοῖς διὰ τὴν χάριν τῶν γεγονότων.*

41. *Γελᾶν ἅμα δεῖν καὶ φιλοσοφεῖν καὶ οἰκονομεῖν καὶ τοῖς λοιποῖς οἰκειώμασι χρῆσθαι.*

Recte sic coniunxerunt Vaticanus, Gomperz, Weil. Confidenter tamen scribe *δεῖ* et de hoc vitio in cod. Vat. obvio vide M. Antonin. XI. 34 et quae in praefatione p. IV. adnotavimus.

45. *Οὐ κόμπου οὐδὲ φωνῆς ἐργαστικοὺς οὐδὲ τὴν περιμάχητον παρὰ τοῖς πολλοῖς παιδείαν ἐνδεικνυμένους φυσιολογία παρασκευάζει, ἀλλ' ἀφόβους καὶ αὐτάρκεις καὶ ἐπὶ τοῖς ἰδίοις ἀγαθοῖς, οὐκ ἐπὶ τοῖς τῶν πραγμάτων μέγα φρονοῦντας.*

*'Αφόβους* Usener, *ἀθορύβους* Gomperz, cf. etiam Metrodori fr. 48 ed A. Koerte. Tamen cum appareat superbiam et iactationem exagitari, satis arridet lectio Vaticani *ἀλλὰ σοβαροὺς* i. e. *ἀλλ' ἀσοβάρους*, modo legitima sit vocis forma, cui tamen comparari potest *ἀρρύπαρος* et fortasse *ἀφλύαρος*.

46. *Τὰς φαύλας συνηθείας ὥσπερ ἄνδρας πονηροὺς πολὺν χρόνον μεγάλα βλάψαντας τελείως ἐκδιώκωμεν.*

Vox ἄνδρας mirifice languere mihi videtur, tentavi ἄνθρακας i. e. ulcera mala, ut sententia quoquomodo revivisceret aliquantum.

51. σὺ δὲ ὅταν μήτε τοὺς νόμους καταλύῃς, μήτε τὰ καλῶς ἔθη κείμενα κινῇς, κ. τ. ἑ.

Quidni cum Vaticano τὰ καλῶς ἔθει κείμενα.

63. Ἔστι καὶ ἐν λιτότητι μεθόριος, ἧς ὁ ἀνεπιλόγιστος παραπλήσιόν τι πάσχει τῷ δι' ἀοριστίαν ἐκπίπτοντι.

Pro lectione Vaticani καθάριος Usener μεθόριος, Gomperz μεθόριον substituit; tamen ne sic quidem illud ἧς intellego. Adde, quod in lectione Useneri neque emendatio μεθόριος placet utpote nimis violenta, neque verba illa ἐν λιτότητι, pro quibus genetivum casum potius exspectas. Itaque suspicor substantivum generis feminini in initio excidisse, ad quod pronomen ἧς respicit.

Ad vocem καθάριος cf. Horatianum illud: *Pauperies inmunda* etqseqq.

Rogat Usener in Studiis Vindob. XII. (1890) p. 1, ut quicunque in gnomologiis pervolvendis in Epicuri nomen inciderit, inventa sua, etiamsi res aliunde notas contineant, publici iuris facere velit. Itaque viro summo obsecutus addo in codice Darmstadtino 2773 in mediis Antonini fragmentis f. 353v haec legi: Ἐπικούρου· ἐνύπνια οὐκ ἔχουσι φύσιν οὐδὲ μαντικὴν δύναμιν, ἀλλὰ γίνεται κατὰ ἔμπτωσιν εἰδώλων: σαρκὸς φωνὴ τὸ μὴ πεινῆν, τὸ μὴ ῥιγοῦν· ταῦτα γὰρ ἔχων τις καὶ ἐλπίζων ἕξειν καὶ ὑπὲρ εὐδαιμονίας μαχέσαιτο. Quae sententiae si cum sentt. 24 et 33 cod. Vaticani comparantur, apparet textum Darmstadtinum, praeterquam quod de suo duas novas lacunas ἔχ⟨ει θείαν⟩ et τὸ μὴ πεινῆν, ⟨τὸ μὴ διψῆν⟩, exhibet, cum Vaticano in corruptela καὶ pro κἂν ⟨Διὶ⟩ conspirare. Quae res nescio an aliquid faciat ad diiudicandam veterem illam et Antonini interpretibus notissimam quaestionem de ratione, quae intercedat inter Vaticanum et Darmstadtinum codicem.

---

# ANIMADVERSIONES CRITICAE

AD

# DIONEM CHRYSOSTOMUM [1]).

SCRIPSIT

S. A. NABER.



Orat. I 58: Commemorat orator Hesiodum *ἐν ὄρει τινὶ τῆς Βοιωτίας αὐτῶν ἀκοῦσαι τῶν Μουσῶν.* In fine suppleverim: *ᾀδουσῶν.* Hinc sua habet Maximus Tyrius Diss. XXXVIII 2 p. 447: *ἐπεὶ καὶ Ἡσίοδον τί οἰόμεθα ποιμαίνοντα περὶ τὸν Ἑλικῶνα ᾀδούσαις ταῖς Μούσαις ἐντυχόντα — εὐθὺς ᾄδειν·* quem Maximum itidem memorem fuisse vides eorum quae apud Dionem legerat Orat. LXXVII 1 *ταῖς Μούσαις ἐντυχὼν καὶ μαθητὴς γενόμενος.*

Orat. I 78: *θρόνῳ ... διαθέσει χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος καὶ ἠλέκτρου καὶ ἐβένου καὶ παντοδαπῶν χρωμάτων πεποικιλμένῳ.* Num forte praestat *χρημάτων*? Anceps haereo.

Orat. II 1: *οἱ δὲ αὐτοὶ λόγοι οὗτοι,* insiticium est id quod est *αὐτοί.* *Ὁ λόγος οὗτος* saepissime recurrit, veluti Orat. I 48, II 40, XII 75 et ubi non? Etiam Orat. I 38 verosimiliter

1) Has dum plagulas corrigo, simul accipio dissertationem *de Iacobo Geelio philologo classico*, quam perendie in Universitate Libera Reformata defensurus est A. G. Wientjes. In opusculo quod doctus adulescens et iamiam doctissimus futurus mihi peramanter misit ut cognoscerem, inde a pag. 66 usque ad pag 113 maxima cura fuit examinare quid Geelius contulerit ad Dionem melius intellegendum. Libellum de meliore nota commendo tum iis qui Geelium propter reliqua merita didicerunt diligere et admirari, tum Dionis lectoribus, qui ex Arnimii editione quantumvis praestanti tamen de Geelio iudicare non poterunt, qualis ille vir fuerit. Scr. Ips. Kal. Decembr. A. 1909.

rescribi debebit ζηλωτὰς ὁ λόγος οὗτος ἀποφαίνεται, cum libri αὐτοὺς habeant. In illa secunda oratione nescio quomodo interpolationes pullulant, veluti § 9: ἀρέσκει σοι τοῦ Ἡσιόδου (τὰ) μεγαλοπρεπῶς εἰρημένα, ubi praeterea articulus excidit; § 15: οὐδὲ παιδείας φαυλοτέρας ἐπιτετύχηκα ὑπ' Ἀριστοτέλους ἢ ἐκεῖνος ὑπὸ Φοίνικος τοῦ Ἀμύντορος φυγάδος ἀνδρὸς καὶ διαφόρου τῷ πατρί· § 22: τὴν στάσιν τῶν βασιλέων τοῦ τε Ἀγαμέμνονος καὶ τοῦ Ἀχιλλέως, sed hoc postremum Herwerdenus iam observavit *Mnem.* 1894 p. 128; § 33: Πινδάρου τοῦ μουσοποιοῦ τὴν στέγην μὴ κάετε, dele proprium nomen ut ex trochaico versu senarius exeat; § 62: ὁ Ἰώνων ποιητὴς Ἀνακρέων, ubi delendum proprium poetae nomen, sicuti § 4 Parium poetam simpliciter nominavit, non addito Archilochi nomine proprio; § 79 τὴν πατρίδα Aristotelis omnes satis noverant itaque non opus fuit addere: Στάγειρα τῆς Ὀλυνθίας οὖσαν, sed Reiskius hoc iam vidit. Sunt alibi apud Dionem eiusmodi interpolationes multo rarius obviae, veluti Orat. VII 94: τὸν Πριάμου τοῦ βασιλέως υἱόν.

Orat. II 23: ἐδυνήθη μετακαλέσαι καὶ μεταβαλεῖν Ὀδυσσεύς. Satis apud me constat alterumutrum verbum interpolatum esse.

Orat. II 28: κιθάρᾳ ἢ λύρᾳ, itemque § 29 Arnimius alterum vocabulum e textu expulit. Equidem ampliandum censeo, nam recurrit Orat. LXX 3: κιθάραν ἢ λύραν, quod illic sine animadversione Arnimius dimisit. Cf. Anaxilas ap. Athen. IV 183 B.

Orat. II 54: τὰς βασιλικωτάτας ἀρετὰς τήν τ' ἀνδρείαν καὶ (τὴν) δικαιοσύνην. Articulus inserendus est, uti vides.

Orat. II 64: τὸν βασιλέα τῶν πάντων Ἑλλήνων. Dio Agamemnonem τῶν Πανελλήνων regem appellavit.

Orat. III. 1: ὡς οὐκ ἀλλαχόθεν γιγνόμενον τὸ εὐδαιμονεῖν ἀπὸ χρυσωμάτων ἢ πόλεων ἢ χώρας ἢ ἄλλων ἀνθρώπων. Quid latet? Num forte λήρων?

Orat. III 30: ᾧ γ' ἔνεστι καὶ τὰ ἀδύνατα δοκοῦντα ποιῆσαι

*δυνατά, εἰ βούλοιτο πεζεύεσθαι μὲν τὴν θάλατταν, πλεῖσθαι δὲ τὰ ὄρη, τοὺς δὲ ποταμοὺς ἐκλείπειν ὑπ' ἀνθρώπων πινομένους.* Arnimius *εἰ βούλοιτο* seclusit, Wilamowitzius etiam reliqua usque ad *πινομένους.* Equidem rescripserim: *εἰ βούλει* = *verbi causa,* quo facto reliqua omnia tuto servari poterunt.

Orat. III 31: *ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς,* omnino satis est, neque opus est addere ipsius Xerxis nomen; sic Orat. IV 113 Sardanapali nomen non adscriptum est.

Orat. III 38: *ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο οἶδα ὅλως γε, εἰ βασιλεύς ἐστι τὴν ἀρχὴν οὐδεμιᾶς πόλεως ἢ κώμης.* Praestare dixerim: *οὐδὲ μιᾶς.* Illud *τὴν ἀρχὴν οὐδὲ* (*μηδέ*) omnino frequens est apud Dionem.

Orat. III 41: *ὥς ποτε προσεῖπεν Ἀπόλλων τὸν Σικυώνιον τύραννον, εἰ καὶ πολλὰς μὲν ἔχοι τιάρας, πολλὰ δὲ σκῆπτρα ὑπακούοιεν αὐτῷ.* Quid est illud *ὑπακούοιεν*? Intelligam: *ὑπάρχοι.*

Orat. III. 52: *οὐδὲ τοὺς θεοὺς ἀναθήμασιν οἴεται χαίρειν τῶν ἀδίκων, παρὰ μόνων δὲ τῶν ἀγαθῶν προσίεσθαι τὰ διδόμενα.* In tribus codicibus non hoc legitur, sed *παρὰ μόνων δὲ τῶν θεῶν,* unde Geelius exsculpsit: *τῶν ὁσίων.* Comprobavit hoc Bakhuizenius Vandenbrinkius in menstruo opere *de Gids* 1841 p. 166 laudato Plat. Legg. IV 716 E: *μάτην οὖν περὶ θεοὺς ὁ πολύς ἐστι πόνος τοῖς ἀνοσίοις, τοῖς δὲ ὁσίοις ἐγκαιρότατος ἅπασι.*

Orat. III. 63: *τοῖς ἐπιβάταις ἔξεστιν ἀμελεῖν μηδὲ ὁρᾶν τὴν θάλατταν.* Supplendum est: *πρὸς τὴν θάλατταν·* vide modo sequentem paragraphum.

Orat. III 68: *ἡ ψυχὴ δὲ πάσας μὲν φροντίδας φροντίζει, πάσας δὲ ἐπινοίας σκύλλει.* Geelius correxit *κυκλεῖ* et Cobetus ei adstipulatus est; Herwerdenus maluit *κυλίει* rescribere; ego autem de forma *κυλίνδει* cogitaram. Rem alii diiudicent.

Orat. III 69: *τὸ μὲν σῶμα παρούσης αὐτὸ μόνον αἰσθάνεται τῆς ἀλγηδόνος.* Notabile illud *αὐτὸ μόνον.* Cf. Orat. XX 23: *εἰ μὲν αὐτὸ τοῦτο βουκόλος καὶ ἰδιώτης ἔτυχεν ὤν.* Orat. XXXVIII 24: *πότερον ἔργῳ καὶ πράγματι δοθησομένων ἢ περὶ ὀνόματος αὐτὸ*

*μόνον ἐςὶν ὑμῖν ἡ μάχη*; Orat. LVI 4: *τοὺς αὐτὸ τοῦτο τῶν ἀνθρώπων ἄρχοντας*. Orat. XLI 5: *ὅσοι μὲν αὐτοὶ πολῖται γεγόνασι*, fortasse erunt qui malint *αὐτοπολῖται*, quemadmodum legitur in Xenoph. Hell. V 2. 14. Cf. Cobet. Var. Lect. p. 285.

Orat. III 88: *τὸ μὴ ἀδικεῖσθαι ῥᾳδίως ὑπὸ τούτων οἷς ἂν συμβάλωσιν*. Lege: *ὑπὸ τῶν*· Ab *iis*, non ab *his*.

Orat. IV 2: *οὐ μόνον τἀληθῆ διηγοῦνται περὶ τῶν τοιούτων ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ πλάττουσιν ὑπερβάλλοντες*. Malo: *προσπλάττουσιν*.

Orat. IV 14: *οἱ σοφιςαὶ καὶ αὐληταὶ καὶ οἱ διδάσκαλοι τῶν χορῶν*. Inserto articulo necessario legendum est: *οἱ αὐληταί*.

Orat. IV 23: *τοῖς ἐν Θήβαις Σπαρτοῖς ποτε λεγομένοις*. Lege cum Reiskio *γενομένοις*. De hoc loco Herwerdenus conferri poterit *Mnem.* 1894 p. 132.

Orat. IV. 30: *καλοῦσι δὲ οἱ πολλοὶ ταύτην μὲν παιδείαν καὶ νομίζουσι τὸν πλεῖςα γράμματα εἰδότα Περσικά τε καὶ Ἑλληνικὰ καὶ τὰ Σύρων καὶ τὰ Φοινίκων καὶ πλείςοις ἐντυγχάνοντα βιβλίοις, τοῦτον σοφώτατον καὶ μάλιςα πεπαιδευμένον*. Quantum Dionis aequales mutati ab illis quos antiqua tempora tulerant! Olim, credo, vix quisquam fuerat in Graecia qui curaret vicinarum gentium sermones perdiscere et Persae, ut hoc utar, magis Graece sciebant quam Graeci Persice. Nemo linguarum studium magni faciebat; hinc etiam continuo sequitur: *πάλιν δὲ ὅταν ἐντύχωσι τῶν τοιούτων τισὶ μοχθηροῖς καὶ δειλοῖς καὶ φιλαργύροις, ὀλίγου ἄξιόν φασι τὸ πρᾶγμα*. Olim hoc studium cui hodie tantum tribuimus, minus etiam expetebatur et hoc quoque sensu verum erat quod Pindarus dixit: *τὸ πᾶν ἑρμηνέων χατίζει*. Ceterum fere malim: *Περσικά τε καὶ Μηδικά*, non *Ἑλληνικά*.

Orat. IV 62: *ὥσπερ ὑμεῖς φατε (οἱ) ἀφ' Ἡρακλέους ὄντες*. Vides quid inserendum sit. Cf. § 70.

Orat. IV 70: *τέως δὲ κρεῖττον μηδὲν προστάττειν ἀλλὰ μόνον αὐτὸν ζῆν διφθέραν ἔχοντα*. Hoc quidem ferri non potest: latetne fortasse *προσάπτειν*? Nihil definio.

Orat. IV 96: *βαπτὸν ἀμπεχομένῳ τριβώνιον μιᾶς τινος τῶν ἑταιρῶν ὧν ἴσμεν.* Arnimius non operae pretium iudicavit adscribere Emperii coniecturam *ὡραϊσμόν.* Sciendum tamen aliquot annis ante iam Bakhuizenium l.l. p. 563 Dionem plane eodem modo correxisse.

Orat. IV 100: *οὔτε εἰς δόξαν ἀναφέροντα τὴν τῶν χρημάτων κτῆσιν, οὔτε ὡς ἀναλώσοντα καὶ χρησόμενον ξυνάγοντα.* Nonne *ξυναγείροντα* hoc magis dicitur?

Orat. IV 116: *οὐκοῦν μετὰ τοῦτον ὁ λόγος ὥσπερ ἐν ἀγῶνι σφύττει τρίτον εἰσάγειν ὡς ἐκεῖ χορόν.* Plurimum miror nondum fuisse qui hoc monstrum procurarent: nimirum nihil potest latere nisi *κηρύττει.* Est hoc satis apertum.

Orat. VI 2: *εἶναι γὰρ τὴν χώραν ἀραιὰν καὶ τὸν ἀέρα κοῦφον, ὥϛε μήτε ὕεσθαι πολλάκις μήτε ὑπομένειν τὸ γιγνόμενον ὕδωρ.* Licet Arnimii singulare acumen in aliis libenter agnoscam et confitear plurimum eum contulisse ad Dionis pleniorem intelligentiam, saepe tamen fit sui dissimilis si quam forte textus emendationem periclitatur. Veluti quid attinuit hic commendare *ὕειν*?

Orat. VI 17 turpe est quod de Diogene legimus: *ἐν τῷ φανερῷ ἐχρῆτο καὶ πάντων ὁρώντων.* Vix crediderim verbum *χρῆσθαι* de hoc libidinis genere sic nude usurpari posse. Scribam: *ἐχειρούργει,* quod verbum nequam itidem de Diogene usurpatur Diogen. Laert. VI 46.

Orat. VII 13 intellegi non potest id quod traditur. Narrat venator olim patrem cum socero illic rure consedisse et villulas construxisse ubi dominis mercenariam operam praestitissent. Exscribam quantum necesse est ut appareat quid velim: *τότε δὴ ἐξ ἀνάγκης αὐτοῦ κατεμείναμεν οὗπερ ἐτύχομεν τὰς βοῦς ἔχοντες — τοῦ μὲν γὰρ χειμῶνος ἐν τοῖς πεδίοις ἐνέμομεν — τοῦ δὲ θέρους ἀπηλαύνομεν εἰς τὰ ὄρη·* sed quemadmodum continuo sequitur: *μάλιϛα δ' ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ ϛαθμὸν ἐποιοῦντο,* itidem requiruntur tertiae personae: *κατέμειναν, ἔτυχον, ἔνεμον* et *ἀπήλαυνον.* Fratres patrueles tunc tem-

poris nondum nati erant vel certe puerilem aetatem nondum excesserant; vide per sequentes paragraphos usque ad § 20 tertiam personam perpetuo usurpatam; plurimum miror ad eam rem viros doctos nondum attendisse.

Orat. VII 17 canes venatici τοὺς μὲν λύκους ὁπότε ἴδοιεν, ἐδίωκον μέχρι τινός, συῶν δ' ἢ ἐλάφων οὐδὲν αὐτοῖς ἔμελεν· εἰ δέ ποτ' ἴδοιεν τῶν ἀνθρώπων τινὰ ὀψὲ καὶ πρῳ συνιστάμενοι ὑλάκτουν τε καὶ ἤμυνον, ὥσπερ ἂν εἰ πρὸς ἄνθρωπον ἐμάχοντο. Quid si verum est: τῶν τοιούτων τινά et εἰ πρὸς λαγὼν ἐμάχοντο? Hoc certe intelligi potest; vulgata lectio sanum sensum non habet.

Orat. VII 25: εὐθὺς ἐξέπληττον οἷς ἀνέκραγον. Nonne verius est ἐνέκραγον?

Orat. VII 39: ὥστε τὸν Ἡρακλέα καὶ (τοὺς) ἄλλους ἀνδριάντας συχνοὺς ὑπὸ τοῦ θέρους ἀποκεκρύφθαι, nam magna pars urbis inhabitata erat et cesserat primo occupanti: ὥστε τοὺς πρώτους ἐπιδημήσαντας ξένους τοὺς μὲν καταγελᾶν τῆς πόλεως, τοὺς δ' οἰκτίρειν αὐτήν. Seldenus et post Seldenum Cobetus correxerunt: πρῶτον ἐπιδημήσαντας, idque Arnimius in textum intulit. Nollem factum: unice commendo: παρεπιδημήσαντας.

Orat. VII 47: οἰκοῦμεν δ' ἐν δυσὶ σκηναῖς καλαῖς καὶ τρίτην ἔχομεν, οὗ κεῖται τὸ σιτάριον καὶ τὰ δέρματα. Adulescentes habitabant in casulis, non ἐν σκηναῖς καλαῖς, neque venatoris erat coram populo in urbe illarum villularum pulcritudinem praedicare. Parentes certe § 13 faciendas curarant σκηνάς τινας et αὐλὴν διὰ ξύλων οὐ μεγάλην οὐδ' ἰσχυράν. Itidem §§ 50, 52, 56, 64, 72 simpliciter σκηναί dicuntur, quae nulla re conspicuae erant. Quid igitur? Expungemusne id quod est καλαῖς? Equidem certe non faciam, sed rescribam καλιαῖς, quo facto sponte excidet id quod est σκηναῖς.

Orat. VII 49: ἐκεῖνος δεῦρο ἀφικόμενος, ἐπιτυχὼν ἀργυρίῳ διδομένῳ καὶ αὐτὸς ἔλαβεν ἐν τοῖς πολίταις. Necessarium videtur compositum: διαδιδομένῳ.

Orat. VII 52: τοὺς λ ά ρ ο υ ς οὓς ἅπαξ εὗρόν ποτε ἐκβεβρασμένους καὶ τούτους ἀνέπηξα εἰς τὴν δρῦν τὴν ἱεράν. Hoc quidem absurdum; incidi equidem in τ α λ ά ρ ο υ ς, sed sero veni, nam Geelius de ea correctione iam retulit p. 152, sed non habuit pro certo dicere quis primus ita suasisset. Τάλαροι corbes sunt e vimine contextae, quae in mari emerserunt et eiectae fuerunt in littus. Hom. Iliad. Σ 568: πλεκτοῖς ἐν ταλάροισι φέρον μελιηδέα καρπόν, et sic saepe alibi.

Orat. VII 62: εἶπον ὅτι οὐ δ ύ ν α σ α ι δειπνεῖν ἐν τῷ δέρματι. Immo: δ υ ν ή σ ε ι.

Orat. VII 73: ὅτε τὴν ὗ ν ἐλάβομεν τὴν τὰ τέκνα ἔχουσαν, τὰ μὲν ἄλλα διέδρα· καὶ ἦν, ἔφη, ταχύτερα τοῦ λαγώ· ἑνὸς δ' ἐγὼ λίθῳ ἔτυχον καὶ ἀλόντι τὸ δέρμα ἐπέβαλον. Ita Arnimius edidit ex Geelii coniectura, nam in libris est: καὶ ἄλλοι τὸ δέρμα ἐπέβαλλον. Non assensus est Bakhuizenius l.l. p. 623 et commendavit: καὶ ἔλαθον τὸ δέρμα ἐπιβαλών· Cobetus autem *Collect. crit.* p. 59 tribus verbis dixit scribendum esse: καὶ εἷλον τὸ δέρμα ἐπιβαλών. Equidem nihil pronuncio et res mihi in incerto posita videtur; aliud autem est quod multo magis offendit. Iam habet adulescens suem cum porcello: hunc autem porcellum commutavit porco: ἠλλαξάμην ἐν τῇ κώμῃ καὶ ἔλαβον ἀντ' αὐτοῦ χοῖρον. Nisi iam delirare coepi, absurdum hoc est et admirabile est viros doctos hic quantum appareat non attendisse animum. Hoc utique mihi constat non fuisse porcum quem adulescens cepisset, sed fuit bestia, cuius pullo porcus poterat redimi, ipsam autem venatores sibi servarunt. Possumusne coniicere quaenam ea bestia fuerit? Possumus, uti opinor: nempe: ὅτε τὴν τ α ὼ ν ἐλάβομεν, quamquam, fatendum enim est, feminino genere nomen non videtur inveniri. Nihil mirum est pavones recessisse in Euboeae deserta: iam multis saeculis ante dixerat Antiphanes:

τῶν ταῶν μὲν ὡς ἅπαξ τις ζεῦγος ἤγαγ' ἓν μόνον,
σπάνιον ὂν τὸ χρῆμα, πλείους εἰσὶ νῦν τῶν ὀρτύγων.

Orat. VII 92: τοῖς οὐκ ἀ ρ γ ο ῖ ς ἑκάστοτε ἐμπιμπλαμένοις. Lege: ἀ ρ γ ῶ ς.

Orat. VII 95: *ἠναγκάσθη δ' ἱκετεῦσαι καὶ τὸν ἀδελφὸν ὅπως ἐπιδῷ τὴν θυγατέρα σφαγησομένην.* Recte hoc quidem, et tamen nescio quomodo arridet: *ἐπίδοι.* Plat. Gorg. 473 C: *παντοδαπὰς λώβας αὐτός τε λωβηθεὶς καὶ τοὺς αὑτοῦ ἐπιδὼν παῖδας.*

Orat. VII 103: *τάδε πλείω διατριβὴν ἴσως παρασχόντα τοῦ μετρίου λελέχθω.* Inseram (*πέρα*) *τοῦ μετρίου.*

Orat. VII 105: *τῆς γε καθ' ἡμέραν χρείας ἕνεκα* ligno nobis opus est. Stulta est interpolatio: *τοῦ πυρός.*

Orat. VII 106: *τάχα γὰρ φανεῖται χαλεπόν.* Sic cum Dindorfio Arnimius edidit expuncta particula *ἄν·* equidem praeferam: *τάχα γὰρ δή.*

Orat. VII. 120: *'Αθηναῖοι χαλεπαίνουσιν ἀτιμάζεσθαι νομίζοντες τοὺς σφετέρους ποιητὰς τραγικοὺς καὶ κωμικούς, ὅταν τοὺς ὑπηρέτας αὐτῶν ἀφαιρώμεθα.* Immo scribendum est *τοὺς ὑποκριτάς.*

Orat. VII 136: *μήτ' ἐν ταῖς ἄκρως πρὸς ἀρετὴν οἰκησομέναις πόλεσιν μήτ' ἐν ταῖς δευτέραις ἢ τρίταις ἢ τετάρταις ἢ ὁποιαισοῦν.* Requiro: *ὁποσαισοῦν.*

Orat. VII 144: *δώρων τῶν κρύφα εἰσιόντων διὰ τῶν στεγῶν.* Probari hoc potest et tamen malo: *τεγῶν.*

Orat. VIII 14: *ὥσπερ παρ' ἡμῖν τὸ τῶν δελφίνων στέαρ.* Diogenes loquitur, nec necesse habuit addere *ἐν Πόντῳ*, nam norant omnes eum Sinopen patriam habere.

Orat. VIII 18: Sunt mordaces canes, quas homines *ἐκπεπληγμένοι καὶ ἀεί ποτε φεύγοντες κρίνουσιν οὐδέποτε ἐναντίον βλέποντες.* Wyttenbachius commendavit *ἐκκλίνουσιν*, admodum infeliciter. Scribe: *κινδυνεύουσιν.*

Orat. VIII 25: Sunt qui Circen *θεραπεύουσιν ἀεὶ περὶ τὰς θύρας ὄντες*, vel *ἰόντες*, quae est lectio omnium librorum

uno excepto. Fierine potest ut hic lateat verbum περιθυροῦντες, de quo verbo Cobetus adnotavit *Colleet. crit.* p. 91? Sed me retinet Orat. XLVII 22: δεομένων λέγειν καὶ συμβουλεύειν καὶ περὶ τὰς ἐμὰς θύρας ἰόντων ἐξ ἑωθινοῦ.

Orat. VIII 32: Hercules Busirin voracem διέρρηξεν ἐπὶ τὴν γῆν καταβαλὼν ὥσπερ τοὺς θυλάκους τοὺς σφόδρα γέμοντας. Corrigam: διήραξεν, quemadmodum § 31 idem Hercules Diomedem bibacem τῷ ῥοπάλῳ παίων διήραξεν ὥσπερ πίθον παλαιόν. Cf. Orat. LXIV 6.

Orat. VIII 33: Hercules Prometheum Sophistam ἐλεήσας καὶ φοβήσας ἔπαυσε τοῦ τύφου. Quid latet? Wilamowitzius excidisse suspicatus est φοβήσας (τὸν τῶν ἀνοήτων μαθητῶν ὄχλον) vel simile quid. Non assentior: simplicissimum fuerit corrigere: λοιδορήσας, coll.. Orat. IX 6.

Orat. VIII 34: τὰ δὲ μῆλα τὰ χρυσᾶ ἃ ἐκόμισε λαβὼν ἔδωκεν ἐκείνῳ. Dele quod adscriptum est: τὰ τῶν Ἑσπερίδων.

Orat. IX. 7: τοῦ Διογένους ἀποπειρᾶσθαι μὲν ἤθελον διὰ πολυπραγμοσύνην, ἐλεγχόμενοι δὲ ἀπεστρέφοντο καὶ ἔφευγον καὶ ἄλλων μὲν ἥδοντο λοιδορουμένων, αὐτοὶ δὲ ἐφοβοῦντο καὶ ἀνεχώρουν. Nihil erat cur sibi timerent, quum alii confutarentur; praestare dixerim: ἐδυσωποῦντο.

Orat. IX 16: ταῦτα τὰ θηρία — de lepore dixerat — πάντων ἐστὶ τάχιστα καὶ δειλότατα. Emperius coniecit κάκιστα, Wilamowitzius eiecit τάχιστα καί· ut in incerta re mihi arridet: αἴσχιστα καὶ δειλότατα. Ceterum Dio facit cum Xenophonte suo — nam hunc scriptorem diligenter lectitavit, quod tum alibi apparet tum Orat. LXVI 27 — in libello de Venatione V 33: οὕτω δὲ ἐπίχαρί ἐστι τὸ θηρίον, ὥστ' οὐδεὶς ὅστις οὐκ ἂν ἰδὼν ἰχνευόμενον, εὑρισκόμενον, μεταθεόμενον, ἁλισκόμενον, ἐπιλάθοιτ' ἂν εἴ του ἐρῴη. Libellum tamen cognovit, nam quod de cervis scribit: τοὺς ἀνθρώπους καὶ τοὺς κύνας καὶ τοὺς ἀετοὺς φοβεῖται, indidem habet, cf. Xenoph. de Venat. V 16: πεφόβηνται (scil. lepores) οὐ μόνον τὰς κύνας ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀετούς.

Orat. IX 21: *τοῦτο δὲ οὐ μικρὸν παρεῖχε τοῖς ἀνθρώποις*. Insere *ὄφελος* vel, si hoc mavis, *κέρδος*.

Orat. IX 22: Aut raro aut numquam Dio iocatur, sed vide huius orationis lepidam clausulam: equus equum calcibus conciderat et Diogenes *ἐστεφάνωσε τὸν μένοντα καὶ ἀνεκήρυττεν ὡς Ἰσθμονίκην, ὅτι λακτίζων ἐνίκησεν. ἐπὶ τούτῳ γέλως καὶ θόρυβος ἦν ἁπάντων, καὶ τὸν Διογένην πολλοὶ ἐθαύμαζον καὶ τῶν ἀθλητῶν κατεγέλων καί τινας ἀπελθεῖν φασιν οὐκ ἰδόντας αὐτούς — ὅσοι κακῶς ἐσκήνουν ἢ καὶ τούτου ἠπόρουν*. Atque sic oratiuncula explicit.

Orat. X 1: *ἐπιδεικνύμενοι ὅτι οὐκ ἀμελὲς εἰδέναι αὐτοῖς τὰ περὶ τῶν φίλων, ἔπειτα ἀκούσαντες μόνον ἀπηλλάγησαν*. Nonne negatio delenda? Sed nolo plura describere, hoc ut appareat.

Orat. X 7: Traditur Diogenis colloquium cum familiari quodam suo qui pedissequum suum fugitivum persequebatur; hic autem *ἀργὸς ὢν ἔνδον ἐτρέφετο, οὐδὲν ποιῶν ἢ ἀκολουθῶν* domino. Rogat Diogenes: nonne servus tuus iure aufugit, *ἵν' ἐργάζηται δῆλον ὅτι καὶ μὴ σχολάζων τε καὶ καθεύδων καὶ ἐσθίων χείρων ἀεὶ γίγνηται*. Quasi servi fugitivi semper vigilarent! Latet *θυραυλῶν*. Idem plane vitium mihi reperisse videor apud Synesium Epist. 61, de quo loco quaesivi *Mnem.* 1894 p. 111. Stragulam vestem Asterius scriba ab Synesio petierat, *ὁπηνίκα πρὸ τῶν μεγάλων ἔδει καθεύδειν*· lege *θυραυλεῖν*, quod verbum Synesio in deliciis est et conferre praeterea poteris Ruhnkenium ad Timaeum p. 144.

Orat. X 21: *ὅσων ἄπεστιν ἐμπειρία τοῦ χρῆσθαι χαλεπὸν τὸ προθυμεῖσθαι*. Non intelligo et planissime requiro: *προμηθεῖσθαι*. Recte *προθυμεῖσθαι* Orat. LXXVII 40.

Orat. X 24: Intelligi nequit quod perhibet Dio de oraculo Laio dato: Apollo *ἔχρησεν οὖν μὴ γεννᾶν ἢ ἐκτιθέναι γεννήσαντα*. Etiam Geelius p. 211 locum non usquequaque expedire potuit; equidem inserta negatione scribam: *ἢ (μὴ) ἐκτιθέναι*. Sed cognosce quid deinde factum sit: *οὕτω δ' ἀνόητος ἦν ὁ Λάϊος*

ὥςτε ἀμφότερα παρακοῦσαι τοῦ θεοῦ· καὶ γὰρ ἐγέννησε καὶ ἔθρεψεν. Sed pueri norunt filium non sustulisse Laium; rescribendum: ἐγέννησε καὶ ἔρριψεν, h. e. abiecit filium et exposuit.

Orat. XI 4: Οὐκ ἂν θαυμάσαιμι καὶ ὑμᾶς, εἰ πιςότερον ἡγήσασθαι Ὅμηρον τὰ χαλεπώτατα ψευσάμενον καθ' ὑμῶν ἢ ἐμὲ τἀληθῆ λέγοντα, κἀκεῖνον μὲν ὑπολαβεῖν θεῖον ἄνδρα καὶ σοφόν, καὶ τοὺς παῖδας εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς τὰ ἔπη διδάσκειν, — ἐμοῦ δὲ μὴ ἀνέχοισθε τὰ ὄντα λέγοντες. Reiskius correxit ἡγήσαισθε, ὑπολάβοιτε et διδάσκοιτε, quae quum nimis operosa ratio videretur, Arnimius coniecit post εἰ coniunctionem optativum veluti τλαίητε inserendum esse, unde infinitivi pendeant. Equidem amplectar certe optativum ἡγήσαισθε, deinde si rescripseris ὥςε ἐκεῖνον, infinitivi ὑπολαβεῖν et διδάσκειν servari poterunt itemque optativus ἀνέχοισθε se rectissime habebit.

Orat. XI 6: τοὺς λόγους ἀνάγκη καὶ παρ' ἑτέροις ῥηθῆναι. Est locus quantivis pretii, nam hinc profectus Arnimius luculenter ostendit, esse inter Dionis orationes quas non ipse ediderit, sed notarii exceperint ut cognoscere lectores possent, qui non affuissent. Credibile est ista exemplaria, quae emendatricem manum ipsius oratoris non experta essent, plena fuisse turpium vitiorum, quae hodie frustra corrigere studemus, sed vide quid praeterea verosimiliter factum sit: editor cui nos orationum volumina debemus, interdum duo plurave fortasse exemplaria nactus est, quae hic illic mire discrepabant, quum orator sententias quas pronunciaret, fideli memoria retineret, sed aliis verbis identidem confirmaret ac quasi vestiret. Hinc utraque recensio in nonullis declamationibus nobis servata est et duae sese pericopae excipiunt argumenti eiusdem, sed verbis discrepantibus perscriptae. In hoc observationum genere equidem Arnimii acumen ingenue admiror.

Orat. XI 9: ἄλλου βασιλέως αὐτῶν (scil. τῶν Θηβαίων) καὶ τῆς πόλεως οἰκιςοῦ, Ἀμφίονος, τοὺς παῖδας κατατοξευθῆναι ὑπ' Ἀπόλλωνος. Dele proprium Amphionis nomen.

Orat. XI 16: εἰρήκασι τοὺς μὲν ὡς πτωχῷ, τοὺς δὲ ὡς μαινο-

μένῳ ἀπάρχεσθαι. Quid significat ἀπάρχεσθαι? Quod miror, tacet Arnimius, sed Emperius adnotavit Reiskium correxisse προσέρχεσθαι, Iacobsium autem ἀπαντᾶσθαι, vulgatum tamen textum comprobari Orat. VII 83, ubi Hom. Odyss. ρ 455 hoc modo laudatur:

οὐ σύ γ' ἂν ἐξ οἴκου σῷ ἐπιστάτῃ οὐδ' ἅλα δοίης,
ὃς νῦν ἀλλοτρίοισι παρήμενος οὔτι μοι ἔτλης
σίτου ἀπάρξασθαι πολλῶν κατὰ οἶκον ἐόντων.

Est haec peculiaris lectio ultimi versiculi, cuius Larochius immemor fuit quum veterum testimonia colligeret, nam apud ipsum poetam legimus:

σίτου ἀποπροελὼν δόμεναι· τὰ δὲ πολλὰ πάρεστι.

Sed prorsus non perspicio quid ἀπάρχεσθαι tum apud Homerum, tum apud Dionem significare possit, nec tamen libenter Reiskium vel Iacobsium sequar. Commendabo verbum quod huic nostro in deliciis est: προσφέρεσθαι. Cf. Orat. XXX 12: ὅταν τις αὐτοῖς μὴ ὑγιῶς προσφέρηται. Orat. XXXI 125: τοῖς παλαιοῖς οὕτω προσφέρεσθαι δι' ἀχαριστίαν γίγνεται. Orat. LXIX 2: εὖ δὲ προσενεχθῆναι φίλοις. Orat. LXXVIII 45: τοῖς φιλτάτοις προσφέρεσθαι, alibi fortasse. Cf. Cobet. *Collect. crit.* p. 57.

Orat. XI. 20: Iuno ab Venere petiisse dicitur ut sibi daret τὸ φίλτρον· hoc satis est, nec praeterea requiro: τὸν κεστὸν ἱμάντα.

Orat. XI 30: χρημάτων πλῆθος ἁρπαζόμενον. Nonne hoc ἁρπαζομένων dictum oportuit?

Orat. XI 50: τῶν ἄλλων ἁπάντων ἔλεγεν αὐτὸς ἄρχειν. Sed quamdiu Priamus superstes erat, Paris ἔλεγεν αὐτὸς ἄρξειν, non ἄρχειν. Similiter § 141 Hector profitetur ἐλπίδας ἔχειν τοὺς ἀπ' αὐτῶν ἄρχειν ἑκατέρας τῆς ἠπείρου, sed Schwartzius recte ἄρξειν commendavit, quemadmodum continuo sequitur: ἐλπίζοντα μειζόνων τεύξεσθαι. Orat. XI 65, rebus repetitis responderunt Troiani αὐτοὶ μὴ ἄρχειν πολέμου, ἀμύνεσθαι δὲ ἐπιχειροῦντας. Wilamowitzius dubitavit num forte praestaret ἀμυνεῖσθαι· equidem certam esse correctionem arbitror ac praeterea ἄρξειν requiro.

Orat. XI 57: *πόλις τοσαύτην ἐπίδοσιν ἔσχεν ὡς μεγίστην γενέσθαι*. Syntaxis postulat *μεγίστη*.

Orat. XI 82: *τοῦ ξίφους καταχθέντος*. De Menelai gladio hoc dictum est, sed aoristum primum *καταχθῆναι* pro *καταγῆναι* vix iudico ferendum. Fortasse placere debebit: *καταραχθέντος*. Sic Orat. VIII 31 Hercules Diomedem Thracem *τῷ ῥοπάλῳ παίων διήραξεν ὥσπερ πίθον παλαιόν*.

Orat. XI 83. Quae Homerus narravit de certamine singulari inter Hectorem et Aiacem, ea Dioni dum lepide iocatur, nimis inepta visa sunt: *πάνυ εὐήθης*, inquit, *ἡ διάλυσις, πέρας δ' οὐδὲν καὶ δῶρα δόντων ἀλλήλοις ὥσπερ φίλων*. Fuerint per me licet *ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κοὐκ ὀνήσιμα*, sed nostra tempora exempla similia cognoverunt. Ecce exemplum maxime notabile apud Adolphum Thiers *dans son Histoire du Consulat et de l'Empire* tom. IV p. 285 Ed. Brux. Anno 1812 Murat rex Neapolitanus postquam omnium primus accessit ad Moscuae portam, invitavit ut ad colloquium procederet centurionem quendam Russum iam aetate provectum, qui in statione relictus erat, *revêtu d'un manteau de bivac à longs poils*. Deinde iunctis manibus, postquam convenit de iis, quae praesens opportunitas postulabat, Murat *ayant paru frappé de ce manteau à longs poils qui semblait devoir être fort commode au bivac, le vieil officier le détacha de ses épaules pour lui en faire présent. Murat le recevant avec autant de courtoisie qu'on en mettait à le lui offrir, prit une belle montre et en fit don à l'officier ennemi, qui accepta ce présent comme on avait accepté le sien*. Deinde Russi recesserunt et Muratus tacitam Moscuam intravit. Adeo hominum ingenia non mutantur, nec temporum nec locorum diversitate.

Orat. XI 88: *ἐπιβοηθήσαντα δὲ τὸν Διομήδην καὶ πρὸς ὀλίγον θρασυνόμενον, ἔπειτα εὐθὺς ἀποστραφέντα φεύγειν*. Non exputo quomodo post *πρὸς ὀλίγον* recte sequi possit *εὐθύς*· praeferam *αὖθις*. Vide illud *αὖθις* eodem modo usurpatum Orat. XXXI 29.

Orat. XI 95: Fugientem Agenorem Achilles consequi non potuit, *καίτοι τούτῳ μάλιστα προσεῖχεν*. Satis hoc est, nec necesse habuit Orator addere: *ὅτι ἐδόκει τάχιστος εἶναι*.

Orat. XI 121: εἰ δὲ δέοι τινὰ δίκην γενέσθαι τοῦ εὐπρεποῦς χάριν, αὐτὸς ε ὑ ρ ε ῖ ν. Apertissime futurum requiritur et miror nondum fuisse repertum quod ante pedes est positum: ἐ ρ ε ῖ ν.

Orat. XI 126 Aiacem Telamonium orator appellat σεμνότατον καὶ π ρ ᾳ ό τ α τ ο ν τῶν συμμάχων. Confer § 152 ubi idem dicitur νοῦν ἔχειν esseque σωφρονέστατος, nec tamen habebis dicere unde Aiax meruerit ut πρᾷος diceretur. A facilitate correctionis fortasse probare poterimus: γ ε ρ α ρ ώ τ α τ ο ν, quod adiectivum vide quam recte copulari potuerit cum eo quod est σεμνότατον.

Orat. XI 140. Videt Hector Aeneam non ἀ ν ε χ ό μ ε ν ο ν, εἰ μὴ μέρος λάβοι τῆς ἀρχῆς· ταῦτα γὰρ ὑποσχέσθαι τὸν Πρίαμον αὐτῷ. Requiro: ἀ ν ε ξ ό μ ε ν ο ν.

Orat. XI 143 Diomedes exul fugit ad Aeneam in Italiam; deinde audimus τὸν δὲ ἀναλαβεῖν αὐτὸν ἔχοντα ὀλίγας ναῦς καὶ μέρος τι παραδοῦναι τῆς σ τ ρ α τ ι ᾶ ς, ἐπειδὴ πᾶσαν εἶχε τὴν χώραν. At illud στρατιᾶς merito omnibus displicuit: Reiskius Βρεττίας corrigere voluit, sed Geelius contradicit, quoniam Diomedes non Bruttiam occupavit, sed Apuliam; ipse autem maluit τῆς Ἰταλίας rescribere. Facilior correctio, uti opinor, erit: τῆς π α ρ α λ ί α ς, cum Π et ΣΤ frequenter confundi soleant, qua de re alibi dixi.

Orat. XI 145: οἱ μὲν φασιν ὑστέραν γενέσθαι τὴν περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίαν τῆς ἐν Πλαταιαῖς μάχης, οἱ δὲ τῶν ἔργων τελευταῖον τὸ ἐν Πλαταιαῖς. Hoc loco laudato scribit Cobetus *Collect. crit.* p. 65 „Vix credas quam sint recentiores Rhetores et Sophistae historiae ignari." Fuerint per me licet, sed ad rem comprobandam Dionis loco non utar, nam sequi malo Geelii iudicium p. 228, qui adnotavit: „Strenue mentitur Dio ipse." Si fuissent historiarum scriptores gestarum rerum tam turpiter ignari, ut ordinem interverterent celeberrimorum proeliorum, nec Dio omisisset eos nominatim excitare et Plutarchus verosimiliter iis testimonium denunciasset ut Herodoti malignitatem et inscitiam in clara luce collocaret.

Orat. XI 150: εἰ ᾔδειν ὅτι πείσω ταῦτα λέγων, ἴσως ἂν ἐβουλευσάμην εἰπεῖν. Nec Geelio emendatio successit et Arnimius satis habuit adnotare corruptam lectionem esse. Unice verum est: ἴσως ἂν ἐφεισάμην εἰπεῖν.

Orat. XII 7: ἔσεσθαι γὰρ φάρμακον ἀπ' αὐτῆς ἄφυκτον ὑφ' οὗ ἁλώσονται. Eleganter omittendum est, quod ex margine irrepsit: τὸν ἰξόν.

Orat. XII 13: μόνον δ' ἐπιδεικνύντα τὴν γλαῦκα πολὺ πλῆθος ἔχειν ὀρνέων. Immo ἑλεῖν legendum est.

Orat. XII 62: χαίτας τ' ὀνομάζων τοῦ θεοῦ, ἔτι δὲ ἀνθερεῶνα εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τῆς ποιήσεως. Quam languent ea quae praeterea adduntur: ὅτε φησὶν ἱκετεύειν τὴν Θέτιν ὑπὲρ τιμῆς τοῦ παιδός.

Orat. XII 79. Amstelodami octo sumus qui octies quotannis convenire solemus, ut studiorum nostrorum fructus in medium proferamus et de Graecis litteris disputemus. Qui domum praebet, idem curat ut sit qua de re utiliter disserere possimus. Negamus autem scriptas nobis esse leges et si quis postremis mensibus ad alia fortasse animum applicuerit, id minime improbamus, nam μεταβολὴ πάντων γλυκύ. Hoc maxime modo vespertinas horas iucunde admodum transigimus et, etiamsi de collegis nihil pronunciare ausim, equidem certe probe novi me numquam domum redire nisi doctiorem et fortasse etiam ad haec studia persequenda alacriorem. Appetente aestate discedunt Musae rusticatum et *Graeca societas* conticescit.

Postquam aequatis noctibus reditum est in Urbem, mense Octobri qui fuit ante triennium, sodales ad me convenerant ut intermissas confabulationes instauraremus. Iam caldam sumseramus et plane Socratice famula circumferebat minuta et rorantia pocula, cum omnes me intuebantur et nutu et vocibus invitabant ut expromerem quodnam argumentum feriarum tempore me maxime allexisset. Ibi tunc mihi ipsi diffidens flagitantibus amicis obsecutus sum et Nolite, inquam, Sodales, quid-

quam reconditi a me exspectare vel e solito meo penu depromtum. Equi senescentis instar, cui iamdudum demta frena, libere per literarum campum evagari soleo et nuper usus sum otio quod mihi concessum est, ut Champollionis vitam cognoscerem et viam qua tandem ingenti exantlato labore pervenerit ad hieroglyphorum intelligentiam non perfectam quidem, sed quae tunc temporis sufficere posse videbatur. Itaque iis qui me audiebant, commendavi doctum librum doctae mulieris Hartleben, quae vividis coloribus depinxit imaginem viri sine exemplo magni et multis nominibus memorabilis. Ne tamen omnino viderer oblitus esse Graecam esse societatem quae ad me audiendum convenisset, initium sumsi ab Horapolline et ostendi caecum ducem potissimum effecisse ut Aegyptologi tamdiu micarent in tenebris, donec tandem Champollion ausus fuisset sibi sapere et liber ab omni superstitione densas tenebras dispulisset. Quin et risi ineptum homuncionem qui docuisset quomodo Aegyptii tonitrus imaginem pingere soliti essent: *Φωνὴν δὲ μακρόθεν βουλόμενοι δηλῶσαι, ὃ καλεῖται παρ' Αἰγυπτίοις οὐαιέ, ἀέρος φωνὴν γράφουσι, τουτέστι βροντήν, ἧς οὐδὲν καταφθέγγει μεῖζον ἢ δυναμικώτερον.* Ibi tunc statim assurrexit Ianus Six, quem honoris causa nomino, et dixit nolle se Horapollini patrocinari, sed tamen credere etiam tonitru symbolice posse depingi; se certe aliquando ad hoc argumentum esse rediturum. Fidem solvit in SERTO, quod amici et veteres discipuli anno superiore in meum honorem seruerunt simulque luculenter ostenderunt non esse in his terris intermortua antiquitatis studia, cum nostra aetate ita ut haud scio an numquam antea floreant et multorum indefesso studio celebrentur. Itaque Sixius demonstratum ivit apud Orientales utique gentes tonitu et fulgur symbolicis imaginibus exprimi solere, deinde quamquam dubitabundus eo processit ut suspicaretur nota apud veteres triquetra *olim* eodem relata fuisse. Non est meum in obscura re quidquam pronunciare, quamquam Sixii acumen libentissime agnosco. Sed, redeundum enim est post tantas ambages ad Dionem, hic scribit Orat. XII 79: *βροντῆς εἴδωλον ἄφθογγον ἢ κεραυνοῦ εἴκασμα ἀλαμπὲς ἐκ τῶν τῇδε ἐπιγείων μεταλλευμάτων ποῖον ἄν τι καὶ γένοιτο;* Hic certe de triquetris illis eorumque prisca significatione nihil inaudivisse videtur. Quid opus est addere nihil apud Aegyptios,

quantum quidem novi, repertum fuisse quod faceret ad Horapollinis stuporem excusandum.

Orat. XIII 1: ὅτε Φεύγειν συνέβη με Φιλίας ἕνεκεν λεγομένης ἀνδρὸς οὐ πονηροῦ. Malo: γενομένης.

Orat. XIII 8: μέγιϛα ἀναθήματα πεπόμΦει τῶν πώποτες ἀναθέντων εἰς ΔελΦούς. Equidem scripsissem: ἀνατεθέντων.

Orat. XIII 16: ἀγνοεῖτε μηδὲν τῶν δεόντων πράττοντες. Hic locus ex (Platonis) Clitophonte descriptus est, sed recte ibi legitur οὐδέν. Dionis parum aut nihil interest ponatne μηδέν an οὐδέν. Cf. v. c. Orat. LXVI 18: μήτε γὰρ εἰδότες μήτε ἀκούοντες μήτε λαχόντες δικάζουσι. Orat. LXIX 6: οὐδὲν κωλύονται οἱ νομάδες μήτε οἰκίας ἔχοντες μήτε γῆν σπείροντες. Orat. LXXII 15, alibi.

Orat. XIII 19: οἳ ἂν ἱκανῶς κιθαρίσωσι Παλλάδα περσέπολιν δεινὰν ἢ τῷ ποδὶ βῶσι πρὸς λύραν. Alterum facile intellectu est: Παλλάδα περσέπολιν δεινάν initium est cantilenae, quam novimus ex Aristoph. Nub. 967; sed quid est τῷ ποδὶ βαίνειν? Certe Reiskii correctione εὐτάκτῳ ποδὶ non multum proficitur, nec magis placet ὅλῳ ποδὶ quod nuper Herwerdenus protulit *Mnem.* 1909 p. 312. Contuli equidem Lucianum de Saltatione § 11: καὶ θάτερον δὲ τῶν ᾀσμάτων — δύο γὰρ ᾄδεται — καὶ διδασκαλίαν ἔχει, ὡς χρὴ ὀρχεῖσθαι. Πόρρω γάρ, Φασιν, ὦ παῖδες, πόδα μετάβατε καὶ κωμάξατε βέλτιον, τουτέϛιν ἄμεινον ὀρχήσεσθε. De hoc loco in eam sententiam disputavi *Mnem.* 1901 p. 173: „Et sensu vacua verba sunt et credibile est Doricam dialectum latere, neque apparet cur explicetur adverbium βέλτιον, quod nemini obscurum esse potest. Est correctio facillima: πόρρω, ὦ παῖδες, πεδάβατε καὶ κωμαξεῖτε βέντιον, τουτέϛιν ἄμεινον ὀρχήσεσθε. De praepositione πεδά Ahrensius dixit p. 360 et de forma βέντιον p. 110." Nescio sane quid viri docti de ea correctione iudicaverint, sed ea certe si probabitur, difficile erit apud Dionem non corrigere: οἳ ἂν ἱκανῶς κιθαρίσωσι Παλλάδα περσέπολιν δεινὰν ἢ πεδαβῶσι πρὸς τὴν λύραν.

Orat. XIII 34: quo pluris erit virtus, eo minore in honore erunt omnes res quae ad luxuriam pertinent et *ἐλαττόνων αὐτῶν δεήσεσθε*. Corrigam *ἔλαττον*. De huius adverbii usu apud sequiores Cobetus dixit *Collect. crit.* p. 76.

Orat. XV 10: *οὓς γὰρ ἀποδεικνύουσιν ἥρωας, τούτοις φαίνονται ἐναγίζοντες ὡς ἥρωσι καὶ τὰ ἡρῷα ἐκείνοις ᾠκοδομημένα ἰδεῖν ἐστιν.* Languet additum *ὡς ἥρωσι*. Nota praeterea Orat. XLIV 3, ubi pro *ἱερόν* Valesius correxit *ἠρίον*, quod Arnimius neglexit adscribere.

Orat. XV 11: *οὐκέτι οἷόν τε τοὺς ἀπ' ἐκείνου δούλους ὀρθῶς νομίζεσθαι.* Immo: *ὀνομάζεσθαι*. Est horum verborum frequentissima confusio, cuius Arnimius quoque memor fuit Orat. XXX 35.

Orat. XV 18: filii familias *ἀκολουθοῦσι πολλοῖς τῶν πενήτων καὶ εἰς γυμνάσιον βαδίζουσι καὶ ἐπὶ δεῖπνον καὶ τρέφονται πάντες ὑπὸ τῶν πατέρων.* Paulo plura verba exscripsi quam meus mos est, quo melius appareret non de pauperum filiis hic sermonem fieri. Qui *ἐπὶ δεῖπνον βαδίζουσι*, ab amicis, ut credo, invitati, non sunt cives pauperes; sed vera lectio in aprico est, nempe *πολλοῖς τῶν πολιτῶν*. Exigua mutatio est et vide praeterea Orat. XXX 18, ubi in Urbinate codice *πενήτων* in *πενίτων* abiit. Obiter addo Athenis olim omnes cives paulo honestioris conditionis habuisse pedissequos quum in publicum prodirent: nihil hoc mirum, nam nostri cives in India non multo aliter. Contra erat videre pauperem civem

*ἀξυνακόλουθον, ξηρόν, αὐτολήκυθον,*

ut apud Antiphanem est. Eodem pertinent querelae Dionis, qui per totum imperium Romanum per quatuordecim annos errarat, *οὐ μόνον ἄοικος καὶ ἀνέστιος, ἀλλὰ μηδ' ἀκόλουθον ἕνα γοῦν ἐπαγόμενος*, unde effeceris eum Prusae in patria non unum sed plures habuisse pedissequos, cf. Orat. XL 2.

Orat. XV 22. Nemo facile credet Cyrum Astyagis fuisse *λυχνοποιόν*. Fuerit verior scriptura *αἰχμοφόρος*. Gyges

*αἰχμοφόρος* fuit et apud Herodotum vocabulum haud semel occurrit.

Orat. XV 27: *ὁρῶμεν ἐκείνους Μεσσηνίους δι' ὅσων ἐτῶν τὴν ἐλευθερίαν ἐκομίσαντο.* Dele illud *ἐκείνους*, ex dittographia natum.

Orat. XVI 2: *ὑπὸ τούτων πάντων ἀναγκάζεσθε μηδέποτε ἀφίςασθαι τῆς λύπης.* Praestat: *πάντως.*

Orat. XVI 2: *ἀεὶ λυπεῖσθαι διεγνωκότας δὴ ἔσεσθαί τινα ἀπαλλαγήν.* Lege: *ἀπεγνωκότας*, cf. Orat. XV 16, alibi.

Orat. XVII 2: *τοὺς κυβερνήτας ὁρῶμεν πολλάκις τὰ αὐτὰ προστάττοντας, καίτοι τὸ πρῶτον ἀκηκοότων οἷς ἂν κελεύωσιν.* Necessario supplendum: *ἀκηκοότων* (*τῶν*) *οἷς ἂν κ.*

Orat. XVII 3: *τὰ ὠφελοῦντα καὶ βλάπτοντα πρὸς τὸν βίον.* Supplendum: *καὶ* (*τὰ*) *βλάπτοντα.*

Orat. XVIII 15: *θαρρῦναι τοὺς σφόδρα καταπεπτωκότας χρήσιμον.* Malim: *κατεπτηχότας*, quod rectius construetur cum adverbio *σφόδρα*. Cf. Orat. LXVI 24: *τοὺς λόγους ἐπτηχὼς καὶ τρέμων* et LXXVIII 24, ubi Circes domus custoditur *ὑπὸ λεόντων δειλῶν καὶ κατεπτηχότων.*

Orat. XVIII 16. Xenophontis libri cum ad alias multas res lectoribus utiles sunt, tum ex iis discere poteris *μέγα φρονοῦσι καὶ ἐπηρμένοις ὁμιλῆσαι φρονίμως καὶ μήτε παθεῖν τι ὑπ' αὐτῶν δυσχερανάντων μήτε ἀπρεπῶς δουλῶσαι τὴν αὐτοῦ διάνοιαν καὶ τὸ ἐκείνοις κεχαρισμένον ἐκ παντὸς ποιῆσαι.* Haud una de causa multum praeferam: *ὥςε τὸ ἐκείνοις κεχαρισμένον ἐκ παντὸς ποιῆσαι.* Displicet in eadem paragrapho quod Arnimius supplevit: *ἐνίοτε δακρύω μεταξὺ* (*διὰ*) *τοσούτων ἐτῶν τοῖς λόγοις ἐντυγχάνων*, nam recte dicitur *μεταξὺ τοσούτων ἐτῶν*, h. e. *post tantum temporis spatium.* De hoc peculiari usu particulae *μεταξύ* = *post*

conferre poteris Wyttenbachium ad Plut. Moral. p. 177 C. Vide ipsum nostrum Dionem Orat. I 52: *μεταξὺ δὲ εἰς ὕλην τινὰ ἐμπεσών.* Orat. VII 129: *ἐπειδὰν τὸ πρῶτον ἴχνος ἐκλαβόντες κἀκείνῳ ἑπόμενοι μεταξὺ ἐπιτύχωσιν ἑτέρῳ φανερωτέρῳ.* Orat. XXXI 24: *μεταξὺ δὲ τῶν παρόντων εἷς ἐφθέγξατο.* Orat. XLII 2: *μεταξὺ δὲ πρῴην ἐνέτυχον ἐπιστολῇ τινί.* Orat. L 10: *διοικεῖν τὰ κοινά, μεταξὺ δὲ ἔργῳ ποιεῖν ἰδιώτην.* Eadem particula praeterea apud Dionem invenitur Orat. VI 35; VII 133; XXXII 22, 75, 79; XXXIII 32, 59; XXXV 1, 13, 24; XXXVI 6, 24 bis; L 10 et LII 6. Periit, ni fallor, Orat. XXXI 145: *τοῦ μὲν ἑτέρους βλάψοντος οὐκ ἀμελήσετε, ἐπειδὴ μετὰ ταῦτα ἔσται,* ubi praeferam: *μεταξὺ ταῦτα ἔσται.*

Orat. XX 5: *ἀλλ' ὅμως μιᾶς δραχμῆς ἀπολομένης ἀνάγκη αἰσθέσθαι καὶ δηχθῆναι ἀμηγέπῃ.* Inserenda negatio: *(οὐκ) ἀνάγκη·* vide modo quod sequitur, nam evidens oppositio est inter unius drachmae iacturam et plurium: *εἰ δὲ καὶ πλείους τις ἐκβάλοι, οὐ πολλοί εἰσιν οἱ ἐπὶ τῷ τοιούτῳ πρᾴως ἔχοντες.* Deinde paucis interpositis haec quoque adduntur: *ἡμέρας δὲ ἐξελθούσης καὶ ἀπολομένης καὶ δύο καὶ τριῶν οὐδείς ἐστιν ὃς ἐφρόντισεν.* Nimirum participium *ἀπολομένης* ex superioribus perperam iteratum fuit et ex textu eliminandum est. Illud quoque operae pretium est animadvertere: si Arnimius recte statuit hanc orationem ab Dione exule fuisse compositam, sequitur eum tunc temporis non fuisse pauperrimum, sicuti mulier fuit apud Lucam Evangelistam, quae quum decem tantummodo drachmas haberet et unam forte perdidisset, convocatis amicis et vicinis propemodum triumphans exclamavit: „Congratulamini mihi, quia inveni drachmam quam perdideram." Scilicet relegationem ex Italia et ex Bithynia non secuta fuerat bonorum publicatio nec sequar Philostratum ultra quam decet credulum, ubi exulem describit *φυτεύοντα καὶ σκάπτοντα καὶ ἐπαντλοῦντα βαλανείοις τε καὶ κήποις καὶ πολλὰ τοιαῦτα ὑπὲρ τροφῆς ἐργαζόμενον.* Ipse quoque miseram exulis conditionem exaggeravit Orat. XL 2, quo loco supra usus sum ad Orat. XV 18.

Orat. XX 8: *ἐφ' ἑτέρας καὶ ἑτέρας κλίνας κατακλίνεσθαι.* Cum Marciano codice *κλίνης* praefero.

Orat. XXI 3: *Ἑλλήνων δ' οὐδεὶς ἢ εἴ τις, ἐκ τῶν τριάκοντα.* Sub illo *ἐκ* latet numerale *εἷς* itaque legendum: *εἷς τις τῶν τριάκοντα.* Fortasse Arnimius hoc ipsum in mente habuit.

Orat. XXI 9 leguntur stultae fabellae de Neronis flagitiis, quae etiam hodie satis celebratae sunt. Veluti credere iubemur Imperatorem non tantum amasium suum exsecuisse eique muliebre nomen indidisse, sed etiam *προτεθῆναι μεγάλας τιμὰς καὶ χρήματα ἄπειρα τὸ πλῆθος, ὅστις αὐτὸν γυναῖκα ποιήσειεν* fuisseque qui tale quid susciperent, quemadmodum in palatio nescio quem aliquamdiu aluit *ὡς κτησόμενον.* Eunuchus autem ille praecipua causa fuit cur Nero periret, nam iratus imperatoris consilia ad coniuratos detulit, *καὶ οὕτως ἀπέστησαν ἀπ' αὐτοῦ καὶ ἠνάγκασαν ὅτῳ ποτὲ τρόπῳ ἀπολέσθαι αὐτόν*, quod intelligam postquam *ἀπολέσαι* rescripsero. Nec tamen novimus, sicuti Dio perhibet, quo genere mortis illud dedecus humani generis perierit: *οὐδέπω γὰρ καὶ νῦν τοῦτό γε δῆλόν ἐστιν.* Quid enim? *τῶν γε ἄλλων ἕνεκεν οὐδὲν ἐκώλυεν αὐτὸν βασιλεύειν τὸν ἅπαντα χρόνον, (ὃν) γε καὶ νῦν ἔτι πάντες ἐπιθυμοῦσι ζῆν, οἱ δὲ πλεῖστοι καὶ οἴονται.* Hoc omnium maximam admirationem facit flagitiis coopertum hominem tantum sui desiderium reliquisse. Sed olim satis exposui quid mihi de illis imperatoriis turpitudinibus videretur et hodie omnes de hoc genere dubitationes tuto committere potero Hartmanno nostro. Prorsus incredibilis est Dionis stupor, qui tamen Romae aliquamdiu cum principibus viris una fuerat. Nimirum ridiculum in modum hoc agebat, ut animus fere antiquus fieret; sed hoc saeculum erat. Hinc facit nescio quem philosophiae magistrum dicentem § 11: *ἴσως ἡγεῖ με ληρεῖν ὅτι οὐ περὶ Κύρου καὶ Ἀλκιβιάδου λέγω, ὥσπερ οἱ σοφοὶ ἔτι καὶ νῦν, ἀλλὰ Νέρωνος καὶ τοιούτων πραγμάτων νεωτέρων τε καὶ ἀδόξων μνημονεύω.*

Orat. XXIII 1: *πεποίηκε τὸν Δία λέγοντα αὐτόν·* satis hoc est perspicuum, neque opus est illud *αὐτόν* interpretari addito: *οὐκ ἄλλον τινὰ τῶν θεῶν.*

Orat. XXIV 2: *παλαῖσαι ἄλλοι ἄλλων ἱκανώτεροι καὶ πυκτεῦσαι καὶ δραμεῖν καὶ τἄλλα ἀγωνίσασθαι καὶ τοῦ σπόρου μὴ διαμαρ-*

τεῖν. Postremum hoc eodem referendum quo ea quae praecedunt et commendo: τοῦ σκοποῦ.

Orat. XXVIII 8: καὶ γὰρ ἐν τῷ πολέμῳ οἱ Φαυλότατοι τὰ ὅπλα ῥίπτουσιν, εὖ εἰδότες ὅτι γυμνοὶ μᾶλλον ἂν τιτρώσκοιντο. Ita edi solet ex correctione Iacobsii, nam in libris est οὐκ εἰδότες. Equidem omnino praeferam: (ὥσπερ) οὐκ εἰδότες.

Orat. XXIX 6: ἐθχύμάζετο — ἐν τοῖς ἁπάντων καλλίςοις, ἅμα τοῖς ἀθληταῖς ὤν. Imo ὁμοῦ, nam ἅμα de tempore usurpatur, ὁμοῦ de loco. Contra Orat. XXX 14: sunt θηρία μετὰ βίας ὁμοῦ καὶ πειθοῦς ἠναγκασμένα ἠρεμεῖν, praestat ἅμα.

Orat. XXIX 8: αὐτίκα γὰρ ἔπαινος ἀνδρὸς ἂν λέγοιτο, ἐπειδὰν τὴν ἀνδρείαν αὐτοῦ ἐπεξίωμεν. Malo: γένοιτο.

Orat. XXIX 18: τούτοις οὐ πάνυ ἡ σωφροσύνη ὑπῆρξεν. Articulus abundat et praestat οὐ πάνυ τι. Sic statim sequitur Orat. XXX 1: οὐ πάνυ τι αὐτοὺς ἐπιςάμενος. Plat. Phaed. 57 A: οὐδεὶς πάνυ τι ἐπιχωριάζει τὰ νῦν, et ubi non?

Orat XXX 2: αὖθις δὲ ἀκριβέςερον ἔγνωμεν. Reponam singularem ἔγνων, sicuti § 1 legitur ἐπυνθανόμην et § 3 ἀκούω.

Orat. XXX 2: εἴ τις ἐκεῖνον μᾶλλον ἐφίλει τοῦ τε πατρὸς καὶ ἀδελφοῦ. Requiritur sane: τἀδελφοῦ, sed omnino malo delere patris fratrisque disertam mentionem.

Orat. XXX 4: τῇ σιωπῇ καὶ τῷ βαδίσματι καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσί σε ἐμιμεῖτο. Ut adulescens silentio suo se pudice commendaverit, certe ea in re non imitabatur magistrum suum. Arnimius quoque hoc vidit, sed quod coniecit τῇ φωνῇ, admodum infeliciter procusum est. Verum est: τῇ ςολῇ. Est, ut Dio scribit, Orat. LXX 8: ςολὴ ἑτέρα μὲν φιλοσοφοῦντος, ἑτέρα δὲ τῶν ἰδιωτῶν.

Orat. XXX 36. Pocillator sapientibus vinum porrigit σπανίως τε καὶ σμικραῖς κύλιξι καὶ πάνυ ἀσφαλῶς κεκραμένον. Hanc

lectionem Geelius tuetur, quum paulo post pocillator dicatur curare *μή πῃ τῆς κράσεως ἁμαρτὼν σφήλῃ τὸν δαιτυμόνα*. Sane apposite et tamen non premam suspicionem praestare *ἀφελῶς*. Frequentissima est vocabulorum confusio.

Orat. XXX 37. Narrat Charidemus *πολλοὺς (κρατῆρας)* voluptatis stare in medio, *διαφέροντας τῇ γεύσει ὥσπερ οἴνων πολλῶν· εἶναι δ' αὐτοὺς ἀργυροῦς τε καὶ χρυσοῦς — τὸν δὲ τῆς Σωφροσύνης λεῖόν τε εἶναι καὶ οὐ μέγαν καὶ ὡς ἂν εἰκάσαι τις ὁρῶν χαλκοῦν*. Nonne inutiliter additum est participium *ὁρῶν*? Proferre iuvat incertam suspicionem: *ὀρειχάλκινον* vel fortasse *ὀρείχαλκον*, nam interdum hoc adiectivum nomen est. Fortasse Dio trium metallorum coniunctionem mutuatus est a Platone in Critia p. 116 B. Apud Dionem nomen exstat Orat. LXXX 8.

Orat. XXXI 3. Sunt Rhodii satis divites et *μυρίους ἔστιν εὑρεῖν, οἷς μᾶλλον ἀφελοῦσι τῶν ὄντων συνέφερε*. Sensit loci vitium Geelius, nec tamen ei successit correctio, nam cum Arnimio (*ἂν*) *ἀποβαλοῦσι* neutiquam probabilem scripturam dixerim. Scribam: *ἀφειδοῦσι* et verbum non addam.

Orat. XXXI 9: *εὐθὺς ἕστηκεν ὃν ἂν εἴπητε, μᾶλλον δὲ καὶ πρότερον ἢ ψηφίσασθαι*. De statuis sermo fit quae ab Rhodiis etiam immerentibus saepe temere ponuntur, sed nimium est contendere prius eas positas fuisse quam fuerint decretae. Mitigandum hoc utique est et supplebo: *πρότερον (σχεδόν)*.

Orat. XXXI 10: *τῶν οὐλῶν θιγγάνοντας*. In optimo Meermanniano codice *τῶν ὁδῶν* legitur, quod manu ducit ad Atticam formam *τῶν ὁλῶν*. Photius: *ὀλάς· οὐχὶ οὐλὰς λεκτέον*.

Orat. XXXI 15: *κἂν θυμιάσῃ μόνον κἂν προσάψηται μεθ' ἧς μέντοι προσήκει διανοίας*. Minime facio cum Hemsterhusio qui correxit: *κἂν (κανοῦ) προσάψηται*. Latet *προσεύξηται*, nihil aliud.

Orat. XXX 20: *τῶν κατὰ μέρος φιλοτίμων τυχόντες καὶ περὶ*

πλείονος τοῦ ζῆν ἡγουμένων τὴν ὕστερον εὐφημίαν. Correxit Cobetus: τὴν ὑστεροφημίαν, praeterea rectissime scripsit ἡγούμενοι· altera lectio ἡγουμένων typothetae vitium mihi videretur, nisi animadvertissem Arnimium ex uno quodam codice enotasse lectionem ἡγούμενοι, nec tamen minus in textum recepisset absurdum illud ἡγουμένων.

Orat. XXXI 29: ὅσῳ τὴν ὕβριν ἕκαστος μεῖζον ἡγεῖται κακὸν ἢ τὴν τιμὴν ἀγαθὸν νενόμικεν. Inseram ὅσῳ (γὰρ) τὴν ὕβριν· deinde malim καὶ τὴν τιμήν, non ἢ τὴν τιμήν. Sed hoc leve est.

Orat. XXXI 31. Itidem leve est: τὰ ὑπὸ τούτων διδόμενα οὓς ἴσασι τῶν πρότερον ἐπαινεθέντων ἀμελοῦντας, reponere: ὑπὸ τῶν. Recurrit, uti opinor, idem vitium longe frequentissimum § 73.

Orat. XXXI 33: τιμὴν δὲ κίβδηλον νομίζετε δέχεσθαι τοὺς νοῦν ἔχοντας; Corrigam: δέξεσθαι. Ceterum apud nos quoque fit quod Dio apud Rhodios tam vehementer vituperat, nam equestria insignia heredes reddere tenentur reginae, quae magis ad tempus commodasse videtur quam tribuisse ut nostra esse intelligeremus.

Orat. XXXI 59. Redimitur statua drachmis mille vel etiam quingentis. Marmoreum opus intelligo, nam aenea statua fuit, uti coniicio, aliquanto pluris, cf. Aesch. Ctes. § 104, de quo loco quaesivi *Mnem* 1905 p. 171. Quod miror, Boeckhius in *Oec. Civ. Ath.* I p. 150 horum locorum immemor fuit.

Orat. XXXI 103. Mercenarios milites orator ξένους appellat; non ipse addidit στρατιώτας intelligendos esse.

Orat. XXXI 112. Elei honorem victoriae Olympicae vulgari nolunt: ἀξιοῦσι τὰ ἑαυτῶν. Vix ea sana lectio est secundum Arnimium, quem nunc quidem sequi malo quam Herwerdenum qui *Mnem.* 1909 p. 314 illud ἀξιοῦσι tutatus est contra Wendlandum, cui διοικοῦσι placuit. Quid requiritur? Credo: αὔξουσι τὰ ἑαυτῶν. Cf § 142: τῶν νοσημάτων ὅσα ἐξ ἅπαντος αὔξεσθαι φύσιν ἔχει. § 157: πολλοὶ τὴν Ἑλλάδα ηὔξον. Orat. LXXVII 38: σωφροσύνην τιμῶν ἀεὶ καὶ αὔξων, cui § 39 participium opponitur

*ἐξελαύνων*. Orat. XXI 2: *ἀρετὴ ἐπαίνῳ αὔξεται*. In sola tertia oratione septies recurrit §§ 1, 40, 74, 77, 101, 123 et 127.

Orat. XXXI 132: *ὁ νόμος ἐξαιρέτους τινὰς ἐποίει τοὺς τὰ μέγιστα δοκοῦντας εὐεργετηκέναι τὴν πόλιν·* quod additur *τοὺς ἀφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος*, non ipse Dio addidit.

Orat. XXX 134: *εἷς ἀνὴρ τούτου κύριος*, itidem interpolatum est quod sequitur: *ὁ στρατηγῶν*, vide modo § 132.

Orat. XXXI 147: *ἔτι δὲ κἀκεῖνό ἐστιν*. Hic contra in fine excidit *εἰπεῖν*.

Orat. XXXI 162: *τὰ φανερώτατα ἤδη, τὸ μεθ' ἡσυχίας θεωρεῖν, ὁ ποππυσμός· πάντα ταῦτα σεμνὴν τὴν πόλιν ποιεῖ*. Quid est ille Rhodiorum *ποππυσμός*? Respondet Geelius: „modestum est approbationis signum, vel *σίττα*, sibilus quo oriens rumor comprimitur." Sed minime apparet quomodo *τὸ μεθ' ἡσυχίας θεωρεῖν* et talis sibilus componi possint. Esto hoc, verbum Latine nec verti posse nec debere, quae fortasse est Gellii sententia Noct. Att. IX 9: estne etiam noster vernaculus sermo tam mire inops ut *ποππύζειν* quid sit dicere nequeamus? Videamus. Inter multos locos quos HSt. recenset, est quoque Plin. Hist. Nat. XXXV 10. 36. ubi pictor memoratur qui fecit *ποππύζοντα* retinentem equum. Apud Plutarchum Mor. 593 B sunt *ἵπποι ποππυσμῷ αἰσθανόμενοι τὸ προσταττόμενον*. Non est dubia res: hoc nostri homines *fluiten* appellant. Sed maior etiam dubitatio oritur, possitne *ποππυσμὸς σεμνὴν τὴν πόλιν ποιεῖν·* nec magis mortales possunt *μεθ' ἡσυχίας ποππύζειν*. Illud autem fidem superat: in oratione XXXIII Tarsenses exagitantur qui semper et ubique *ῥέγχειν* soleant. Esto hoc indecorum, sed non est flagitium. Exspecto qui rem planam faciat.

Orat. XXXII 10: hic commendare iuvat pulcram Arnimii emendationem; in libris legitur: *πλῆθος οὐκ ὀλίγον καὶ καθάπερ ἄλλου τινὸς πράγματος καὶ τούτου φορὰ γέγονεν· οὐθὲν μέντοι γε καὶ ἀγεννὲς ἀνθρώπων οὐδὲν ἐπισταμένων*, sine sensu, sed Arnimius ex fumo lucem dedit corrigendo: *γέγονε· νόθον μέντοι γε.*, quod omnes veritatis numeros habet.

Orat. XXXII 13: *ἐνθάδε ἐν Μέμφει πλησίον ὑμῶν.* Deleatur proprium nomen inutiliter additum, cum praesertim ad Alexandrinos orator verba faciat.

Orat. XXXII 20: Cum alia orator tum haec quoque iacit: *οὐ ῥᾴδιον ἐνεγκεῖν τοσοῦδε πλήθους θόρυβον οὐδὲ μυριάσιν ἀνθρώπων ἀπείροις ἐναντίον βλέψαι χωρὶς ᾠδῆς καὶ κιθάρας· τοῦτο μὲν γὰρ ἀλεξιφάρμακόν ἐϛι πρὸς τὸν δῆμον ὑμῶν.* Nempe contemnit artem quam non didicerat: *ἐγὼ γοῦν,* inquit, *εἰ ἦν ᾠδικός, οὐκ ἂν δεῦρο εἰσῆλθον δίχα μέλους τινὸς ἢ ᾄσματος· νῦν δὲ τούτου μὲν ἀπορῶ τοῦ φαρμάκου.* Ad idem argumentum redit § 68: *πάντες δὴ ᾄδουσι καὶ ῥήτορες καὶ σοφιϛαί, καὶ πάντα περαίνεται δι' ᾠδῆς, ὥϛ', εἴ τις παρίοι δικαϛήριον, οὐκ ἂν γνοίη ῥᾳδίως πότερον ἔνδον πίνουσιν ἢ δικάζονται κἂν σοφιϛοῦ δὲ οἴκημα πλησίον ᾖ, οὐκ ἔϛαι γνῶναι τὴν διατριβήν.* Quam graviter hoc tulerit, itidem videmus in Oratione Tarsica priore, XXXIII 35: *εἴ τίς ἐϛι τοιοῦτος τόπος, ἐν ᾧ συνεχής ἐϛιν ἦχος εἴτε αὐλῶν εἴτε ᾠδῆς εἴτε κιθάρας, οἷον δή φασι τὴν τῶν Σειρήνων εἶναι σκόπελον ἀεὶ μελῳδούμενον, οὐκ ἂν δυναίμην ἐκεῖσε ἐλθὼν διάγειν.* Quid si Dio Amstelodami reviivisceret!

Orat. XXXII 40: *ὁρῶν γὰρ Βακτρίους καὶ Σκύθας καὶ Πέρσας καὶ Ἰνδῶν τινας, οἳ συνθεῶνται καὶ πάρεισιν ἑκάϛοτε ὑμῖν.* Haec dum lego, paulo probabilior mihi fit sententia virorum doctorum, qui propter lacerum papyraceum fragmentum nuper repertum sibi persuaserunt Alexandriae fabulas Indicas partim certe Indice compositas et repraesentatas fuisse. Spectatores socii navales fuerunt et, quod turpiculi et insipidi ioci satis declarant, homines de infima plebe.

Orat. XXXII. 41: *οἱ γὰρ ἄνθρωποι θύοντες μέν εἰσι μέτριοι καὶ βαδίζοντες καθ' αὑτούς,* sed in conventu minime *αἰσχύνονται λέγειν ἢ ποιεῖν ὅ τι ἂν αὐτοῖς ἐπέλθῃ. Θύοντες* absurda lectio est: quid latet? Equidem credo: *οἰκουροῦντες,* quae correctio non nimis violenta est.

Orat. XXXII 49: *ἑλοίμην γὰρ ἂν ἔγωγε λῃϛεύων ἀποθανεῖν (μᾶλλον) ἢ διὰ τοιαύτην αἰτίαν.* Necessarium mihi visum est quod inserui.

Orat. XXXII 58: *ταῦτα δὴ πάντα ἀνέστραπται νῦν καὶ μεθέστηκεν εἰς τοὐναντίον.* Si probabis Cobeti doctrinam *Mnem.* 1854 p. 386, audacter repones *ἀντέστραπται.*

Orat. XXXII 60: *κρεῖττον μιμεῖσθαι τὸν νῦν ἄρχοντα παιδείᾳ καὶ λόγῳ προσέχοντα.* Vides igitur Imperatorem Traianum aliquid tribuisse doctis studiis et Graeci sermonis non penitus fuisse imperitum, etiamsi ad doctrinae laudem minime adspirarit. Nempe Philostratus *de Vitis Sophistarum* p. 488 magna cum gravitate perhibet Imperatorem etiam ipso triumphi die et in ipso curru triumphali circa se habuisse Dionem, quem hominem, quum Graece nesciret, intelligere non posset. Noli credere Dionem utcumque Latine fortasse locutum, nam Traianus saepe ad eum conversus dictitabat: Quid dicas nescio, sed amo te tanquam memet ipsum, nam credere nobis licet Dionem certe Latine intellexisse, etiamsi ea lingua non commode posset uti. Sed quid eiusmodi ineptias redarguimus? Si Imperator Graece nescivisset, cur tandem sustinuisset philosophum per quattuor longas orationes disserentem audire, quae orationes ad hunc usque diem aetatem tulerunt? Verum malo lectores ablegare ad *Mnem.* 1873 p. 225, ubi Cobetus Philostratum lepidissime risit et ostendit Dionis nepotis testimonio Nerva iudice Imperatorem Graece ita didicisse, ut Homeri quoque carmina attingeret.

Orat. XXXII 62: *ἰδιώτας καὶ λίχνους ἀκροατὰς κινοῦσιν.* Num fortasse praestat *κηλοῦσιν*?

Orat. XXXII 80: *μόνον δ' ἐπὶ τέλει φησὶν Αἴαντα τὸν Λοκρὸν ὁρᾶν ἀπρεπέστερον καὶ λοιδορεῖσθαι Ἰδομενεῖ περὶ τῶν ἵππων τῶν Εὐμήλου.* Hic Geelius rescribere voluit *ὁρμᾶν* deleta coniunctione *καί* quae sequitur; Cobetus deinde *δρᾶν* commendavit, Arnimius *ὀργᾶν*. Nihil horum placet; contendo equidem veram lectionem esse *βοᾶν ἀπρεπέστερον καὶ λοιδορεῖσθαι.* Relege modo Iliad. Ψ 473—481.

Orat. XXXII 80 dicitur Aiax Locrus *τῆς ναυαγίας τοῖς πᾶσιν αἴτιος γενέσθαι.* Leniter hoc refingere possis ut fiat: *τοῖς ἥρωσιν.* Cf. Orat. LXIX 2: *τοὺς δὲ ἥρωας ἀποφαίνουσιν, οἷον Ἡρακλέα*

καὶ Διοσκούρους καὶ Θησέα καὶ Ἀχιλλέα καὶ πάντας τοὺς ἡμιθέους λεγομένους. Schol. ad Iliad. N 629: ἡ διπλῆ ὅτι σαφῶς πάντας τοὺς Ἕλληνας ἥρωας καλεῖ. Cf. Lehrs. *de Aristarcho* p. 101 Ed. Sec.

Orat. XXXII 91: καθόλου γὰρ πάντα (τὰ) ἁμαρτήματα εὕροι τις ἂν πανταχοῦ. Ita Arnimius ex Geelii corectione, nam in libris est εἴποι· equidem ἴδοι rescribere malim.

Orat. XXXII 94: τὸν δὲ Ἡρακλέα τοιοῦτον ὁρῶσι γελοῖον δοκεῖ, παραφερόμενον καὶ καθάπερ εἰώθασιν ἐν κρσκωτῷ. Nunc quidem, sicuti mihi blandior, felix hora mihi obvenit: legendum censeo: καθαπερεὶ Θαΐς.

Orat. XXXII 95: οὕτως γὰρ ἂν οὔτ' ἐπὶ τοῖς γεγονόσι μετανοήσει καὶ πλείονα ὑμᾶς ἀγαθὰ ἐργάσεται. Arnimius cum Pflugkio μετανοήσειε scripsit, sed longe malo: οὐ γὰρ δή.

Orat. XXXII 101: ἐπεδείκνυτο τἀκριβέςερα τῆς τέχνης. Legendum: τἀκριβέςατα.

Orat. XXXIII 2 Cydnus dicitur δεξιώτατος ἁπάντων ποταμῶν καὶ κάλλιςος. Malim fere rescribere: ἁπάντων (τῶν) ποταμῶν, sed hoc leve est. Quid autem censendum de adiectivo δεξιώτατος? Geelio p. 307 primum egregie displicuit, deinde tamen rediit ad vulgatam scripturam defendendam. Herwerdenus *Mnem.* 1894 p. 156 coniecit: ἀξιολογώτατος. Lenius credo, corrigere poteris λειότατος, coll. Orat. XXXVI 13: ἐν λείῳ καὶ πλατεῖ πεδίῳ et itidem § 57 λείαν καὶ μαλθακὴν οὐσίαν appellavit orator. Sed mire admodum Orat. XXXV 13 Maeander dicitur πολὺ πάντων τῶν ποταμῶν θειότατος καὶ σοφώτατος et corrigendum arbitror: λειότατος καὶ ἀψοφώτατος. Semel veritatis fons apud Indos recte dicitur θειότατος, sed non est hoc ad exemplum trahendum. Quod autem de eo fonte legitur Orat. XXXV 22 numquam γεύσασθαι τοὺς ἐμπιμπλαμένους, cum absurde dictum sit, Reiskius correxit: ἧς οὐδέποτε τοὺς γευσαμένους ἐμπίμπλασθαι, nec tamen facile credemus, sicuti Cobetus aliquando iocatus est, ex illo divino fonte homines hydropicos

fieri. Ridiculam tamen lectionem Arnimius in textum recepit, neque agnovit elegantiam emendationis, quam Cobetus suasit *Collect. crit.* p. 87, *ἧς οὐδέποτε ψεύσασθαι τοὺς ἐμπιμπλαμένους*. Est enim fons veritatis, *πηγὴ τῆς ἀληθείας*.

Orat. XXXIII 5: *τῇ ῥώμῃ καὶ τῇ ταχυτῆτι τῶν λόγων*, recte Iacobsius correxisse videtur *τῇ ῥύμῃ* eademque fortasse correctione opus erit Orat. XXXVI 53: *τόπον τε ὡς πλεῖστον καταλαβεῖν καὶ μείζονος χώρας δεηθῆναι τότε ὑπὸ ῥώμης καὶ μένους*, sed alii videant.

Orat. XXXIII 6: bonus medicus *φαγεῖν βουλόμενον ἢ πιεῖν ἐκώλυσε καὶ λαβὼν ἔτεμεν ἀφεστηκός τι τοῦ σώματος*. Longe malim: *ἀποσεσηπός*. Xen. Anabas. IV 5. 12 erant milites *ὑπὸ τοῦ ψύχους τοὺς δακτύλους τῶν ποδῶν ἀποσεσηπότες*.

Orat. XXXIII 12: *ὁ Ἀπόλλων ἀνεῖπε*. Nonne praestat *ἀνεῖλε*?

Orat. XXXIII 13. Describit Dio aliquem *αὐτὸν κολακεύοντα ἐν ἅπασιν οἷς ποιεῖ καὶ χαριζόμενον ἐν τροφαῖς, ἐν ἐσθῆσι καὶ περιιόντα ἀκόλαστον*. Unice commendo: *ἐσθήσει*.

Orat. XXXIII 60. Hic si Emperius recte agnovit versiculi frustulum: *πάντα βούληται ποιεῖν καὶ μηδὲν ὡς πέφυκε*, in fine excidit *δρᾶν*, ut septenarius trochaicus exeat.

Orat. XXXIII 64. Latet hic valde notabilis corruptela, quam ut agnoscamus, necessario plura describenda erunt. Tarsenses tondentur: hoc barbatus philosophus magna cum gravitate improbat: *σκώπτεται δὴ καὶ καταγελᾶται παρὰ τοῖς σοφοῖς καὶ νέοις ἡ τῆς φύσεως τέχνη καθάπερ ἀρχαία τις οὖσα καὶ σφόδρα εὐήθης, ἀχρεῖα καὶ περιττὰ προσθεῖσα τῷ σώματι*. Quid enim unguibus opus? quid capillis? fortasse etiam manibus et pedibus potueramus carere: *αἰδοῖα μόνον ὑμᾶς ἔδει ποιῆσαι καὶ γαστέρας καὶ τροφὴν παραθεῖναι καὶ τἄλλα ὧν ἐστιν ἀπολαύειν*. Deinde cum Arnimio paucula quaedam verba eiicere poterimus et orator in hunc modum perorat: *εἰ δ' ἦν δυνατὸν παρὰ τῶν γυναικῶν προσλαβεῖν ἕτερα, δῆλον ὅτι παντελῶς τότ' ἂν ἦμεν εὐδαίμονες, οὐ*

*καθάπερ νῦν ἐνδεεῖς ὄντες, ἀλλ' ὁλόκληροί τινες καὶ κατὰ Φύσιν ἀνδρόγυνοι.* Huic „Capucinatui" nihil deest et omnia aperta sunt et nimis etiam fortasse aperta; sed quid est *προσλαβεῖν* ΕΤΕΡΑ? Wilamowitzius Arnimio persuasit inserto articulo scribendum esse (*τὰ*) *ἕτερα.* Minime assentior: latet longe aliud: nimirum *προσλαβεῖν* ΥΣΤΕΡΑΝ. Tam ridiculum vitium effugisse doctorum virorum aciem! Lubet exscribere meretricium iocum quem inveni apud Athenaeum XIII p. 585 D: *Λεόντιον κατακειμένη μετ' ἐραστοῦ ἐπεισελθούσης εἰς τὸ συμπόσιον Γλυκέρας καὶ τοῦ ἐραστοῦ αὐτῆς ταύτῃ μᾶλλον προσέχοντος, κατάστυγνος ἦν. ὡς δ' ἐπιστρέψας ὁ γνώριμος αὐτὴν ἠρώτησε τί λυπεῖται, „Ἡ ὑστέρα με λυπεῖ" ἔφη.* Hinc derivatum adiectivum hodie frequenti usu teritur. — Haec postquam disputavi in *Graeca* nostra *Societate,* Conradus Kuiperus fuit, qui significavit se tamen reponere malle *μήτραν,* coll. Palaephato c. 2 et Aristotele Hist. Anim. III 1. 10, cui *μήτρα* est *ὁ καυλὸς καὶ τὸ στόμα τῆς ὑστέρας.* Utrum probas? Mihi fere perinde est.

Orat. XXXIV 18: *τὸ μὲν τρῶσαί τι καὶ διελεῖν ταχὺ γίγνεται καὶ πάνυ ῥᾳδίως.* Dixerim praestare *τρῆσαι.* Cf. Orat. XXXV 3: *τὰς γνάθους τρήσαντες.*

Orat. XXXIV 47: *μεῖζόν ἐστι τοῦ εἶναι παρ' ὑμῖν καὶ δικάζεσθαι.* Recepit Arnimius emendationem *τοῦ θύειν* et hoc quidem rectissime, sed non est ea Cobeti, verum Valckenaerii, cf. Cobet *Collect. crit.* p. 85 et iam antea *Mnem.* 1858 p. 450.

Orat. XXXIV 49: *τὰ (πρὸς) τῆς Σπάρτης ἐώρα.* Excidit, uti vides, praepositio.

Orat. XXXV 15. Sicubi conventus agitur, fervent omnia, *ὥστε τά τε ὤνια τοὺς ἔχοντας πλείστης ἀποδίδοσθαι τιμῆς καὶ μηδὲν ἀργὸν εἶναι τῆς πόλεως, μήτε τὰ ζεύγη μήτε τὰς οἰκίας μήτε τὰς γυναῖκας.* Dixeris hunc esse sermonem lenonis ad lenones ac praeterea iam audiveramus confluere solere ingentem multitudinem *δικαζομένων, δικαζόντων, ῥητόρων, ἡγεμόνων, ὑπηρετῶν, οἰκετῶν, μαστροπῶν, ὀρεοκόμων, καπήλων, ἑταιρῶν τε καὶ βαναύσων.* Contra desidero pergularum mentionem et rescribam: *μήτε τὰς οἰκίας μήτε τὰς πιθάκνας,* si quidem hoc similive modo Dio intellexit Aristoph. Eq. 792.

Orat. XXXVI 1: ὁπότε εἰσέπλευσα· quod additur μετὰ τὴν φυγήν ad orationis inscriptionem retrahendum est, sed de ea re Arnimius satisfaciet.

Orat. XXXVI 14: καὶ ὃς οὐ μάλα ἡδέως ἀποδεξάμενος. Coniicio: οὐ μὰ Δία ἡδέως ἀποδ. De iis quae proxime insequuntur, quae me quoque adverterant, facio cum Herwerdeno *Mnem.* 1898 p. 345.

Orat. XXXVI 27: ὡς δύνασαι ἐγγύτατα τείνων τῆς τοῦ Πλάτωνος ἐλευθερίας περὶ τὴν φράσιν. Quid latet? Num forte εὐχερείας? Ceterum minime ridiculus est adulescens Borysthenita, qui addiderit: οἷον δὴ καὶ ἄρτι ποιεῖν ἡμῖν ἔδοξας, sed ridiculus est Dio, qui hoc quoque in suam ipsius laudem adscripserit.

Orat. XXXVI 36: οἱ ἄνθρωποι Διὸς βασιλέως ἱδρύονται βωμούς. Nonne verior scriptura est ἵδρυνται?

Orat. XXXVI 49: πειρᾶται τῆς ἐναντίας τῇ πρότερον φθορᾷ. Ab codicibus aliquid commendationis habet φορᾷ ac praeterea dubito an non praestet φορᾶς.

Orat. XXXVII 3 Arionis historia traditur: καὶ τὸ μέλος ᾔσθοντο δελφῖνες, αἰσθανόμενοι δὲ περὶ ναῦν ἦσαν. Arnimius ut saepe alias hic quoque infelix coniector fuit, nam quod rescripsit περὶ τὴν ναῦν συνῇσαν, non credo id cuiquam placiturum esse. Scribe: αἰσθανόμενοι δὲ περιένευσαν. Vide aoristum νεῦσαι Orat. XIV 8, quamquam hoc, fateor, parum ad rem pertineat, nam etiamsi oratio Favorini non sit, quae Marresii est sententia, an Favorini ipsius, sicuti hodie plerique autumant, certe Dionis non est.

Orat. XXXVII 15: Ἀργὼ ἐνίκα καὶ μετὰ ταῦτα οὐκ ἔπλευσεν. Lege: οὐκέτι ἔπλευσεν.

Orat. XXXVII 42: ὁ δὲ δῆμος ὁ τῶν Ῥωμαίων τοῦτ' ἐκεῖνο τοὺς ἐξ ἐκείνου ὁρᾶν ᾤοντο. Nempe Mummius statuis duorum adulescentium Arcadum inscripserat nomina Nestoris et Priami;

sed quae est ea orationis scabrities? Arnimius, deletis vocabulis *τοῦτ' ἐκεῖνο*, rescribi iussit *αὐτοὺς ἐκείνους*. Malim: *τοὺς κλεινοὺς ἐκείνους δρᾶν ᾤοντο*, quae facilior ratio est.

Orat. XXXVII 45: *Πτίσσε, πτίσσε, ἔφη, τὸν Ἀναξάρχου θύλακον· Ἀνάξαρχον οὐ πτίσσεις*. Malo futurum: *οὐ πτίσεις*.

Orat. XXXVIII 4: *συμβουλεύων πάρειμι*. Corrige: *συμβουλεύσων*.

Orat. XXXVIII 16: bella saepe susceperunt *οἱ γῆν κτώμενοι μὴ ἔχοντες*. Mire dictum; nonne *μνώμενοι* praestat?

Orat. XXXVIII 22: *ὑπὲρ μὲν γῆς οὐδὲ μαχόμεθα*. De eo loco conferri iubeo Geelium p. 355, sed omnino malo: *οὐ διαμαχόμεθα*, coll. Orat. XLII 2 et LXXII 10.

Orat. XXXVIII 39. Haud satis scio an viri docti nondum satis attenderint ad id quod de Nicomedensibus orator affirmat: *μόνον οὐχὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν θεᾶσθε καὶ τοὺς τραγῳδοὺς καὶ τοὺς ἄλλους ὅσοι δοκοῦσιν ἡδονῆς ἕνεκεν καὶ τέρψεως εἰς τὰς σκηνὰς παριέναι*. Cf. praeterea Orat. LVII 11.

Orat. XXXVIII 45: *θαυμάζομεν τοὺς εἰς ἅπαν τὸν κοινὸν οἰκοῦντας οἶκον*. Notabile illud *εἰς ἅπαν* et conferendum id quod saepius occurrit *ἐξ ἅπαντος*.

Orat. XL 3: *οὗ γε οὐδέν ἐστι βαρύτερον οὐδὲ ὀφειλόμενον ἐπὶ πλείονι τόκῳ*. Recte hoc quidem, sed in fine perperam adhaeret *χάριτος*.

Orat. XL 19: *τὸ αὐτὸ πρᾶγμα ὃ γίγνεται ὀρθόν, πολὺ ἂν ἥδιον ἐπαινέσαιμι ἄλλου πράττοντος ἢ αὐτὸς εἰσηγούμενος*. Imo: *εἰ γίγνεται*.

Orat. XL 29. Ex Homero Orator laudat:

*αἵ τε χολωσάμεναι ἀγορῆς ἐς μέσσον ἰοῦσαι*
*νεικεῦσ' ἀλλήλῃσι, χόλος δέ τε καὶ τὰ κελεύει*

qui versiculi contracti sunt ex Iliad. Υ 253—255. Temerarium est sic obiter Homerum corrigere velle, sed quidni scribitur: χόλος δὲ τ ὰ καὶ τὰ κελεύει? sicuti apud Pindarum legitur Pyth. VII 22: Φαντί γε μὰν οὕτω κεν ἀνδρὶ παρμονίμαν θάλλοισαν εὐδαιμονίαν τὰ καὶ τὰ Φέρεσθαι.

Orat. XLIV 7. Hic nota apiarium non μελιττουργόν dici, sed generali nomine γεωργόν.

Orat. XLV 3: ὧν γὰρ νῦν ἐτύχομεν, τότε ἐξῆν τ α ῦ τ α ἔχειν. Legam π ά ν τ α.

Orat. XLV 8: δίκαιος πρὸς ὑμᾶς ὁμολογεῖν ὅτι μηδ' αὐτὸς μηδὲν ἔπραττον ἄδικον καὶ παράνομον μήτε τοὺς ἄλλους ἐ κ ώ λ υ ο ν, ἐξὸν ἑνὶ ῥήματι κωλῦσαι. Non possum non coniicere ἐ κ έ λ ε υ ο ν. Ceterum prorsus non assequor cur Arnimius corrigere voluerit: δίκαιός εἰμι πρὸς ὑμῶν ὁμολογεῖσθαι. Sed § 14 τὸν χρόνον τῆς ἐπιδημίας ὅτι μοι βραχὺς ἐ ϛ ι παντελῶς, in libro de Vita Dionis p. 344 recte correxit ἔ ϛ α ι.

Orat. XLVII 4: οὕτω σφόδρα ἐ π ι ε ι κ ῶ ς αὐτῷ χρῆσθαι τὸν πολίτην. De Eurystheo sermo fit, qui Herculi inexpugnabiles labores imposuit; sed ἐπιεικῶς iam Geelio merito displicuit itaque commendavit ἀπηνῶς vel simile adverbium. Incideram equidem in ἀ π ε ι κ ό τ ω ς, quod tamen vel raro vel numquam usurpatur sine negatione.

Orat. XLVII 5. Homerus maluit πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς προσαιτῶν λαμβάνειν καὶ ταῦτα ὡς μαινόμενος ἢ οἴκοι διάγειν. Non magis quam Arnimius equidem novi quo haec spectent; locum exscripsi ut digitum intenderem et alii pergerent quaerere. Ceterum in egregio libro de *Vita Dionis* p. 356 Arnimius solito mihi videtur fuisse infelicior.

Orat. XLVII 15: πόλεως δ' ὄφελος εὐπρεποῦς γιγνομένης, ἀέρα π λ ε ί ο ν α λαμβανούσης, εὐρυχωρίαν, τοῦ μὲν θέρους σκιάν, τοῦ δὲ χειμῶνος ἥλιον ὑπὸ ϛέγῃ. Hic quidem aliquid turbatum esse sentio, qua de re Geelius dixit p. 389, sed praeterea miror illud ἀέρα πλείονα et praeferam ἡ δ ί ο ν α. Similiter Orat. XXXVIII 50

Wilamowitzius non συνήθειαν πλείονα, sed ἡδίονα intelligere voluit. Itidem Cobetus *Mnem.* 1860 p. 308 pro πλείονα θυσίαν correxit ἡδίονα Epist. ad Hebr. XI 4.

Orat. XLVII 16: πολὺ γὰρ ἐλάττω τόπον ἐποίουν τοῦ παρ' ἡμῖν, ὧν ἡ πόλις ἓξ καὶ τριάκοντα ϛαδίων ἐϛὶ τὸ μῆκος. Nempe comparat Dio Prusaeensium oppidulum cum nobili urbe Antiochia, sed graviter corrupta verba Arnimius expedire non potuit. Fortasse satis est rescribere: οὐ γὰρ ἐλάττω τόπον et pro ἐποίουν erit qui malit ᾠκοδόμουν.

Orat. XLVII 24: novit orator Semiramin, ὅτι πρεσβυτέρα τὴν ἡλικίαν οὖσα καὶ μάχλος ἠνάγκαζε συγγίγνεσθαί τινας ἑαυτῇ. Audio; sed quid est quod sequitur? τῶν δὲ τυράννων οὐδένα ἀκήκοα ταῦτα ποιοῦντα, πρεσβύτην θρασύν. Reiskius ante πρεσβύτην supplevit: εἰ μὴ Τιβέριον. Secundum Geelium p. 392 Dio suam ipsius senectutem significavit scripsitque πρεσβύτην βραδύν, quae prorsus infelix suspiciuncula est. Wilamowitzius ut ad Tiberium referret satis habuit ἕνα pro οὐδένα corrigere idque Arnimius adeo in textum intulit. Nihil horum mihi satis probatur, nam neminem novi qui Tiberium θρασύν sustinuerit appellare, quem callidum veteratorem homines esse satis credebant.

Orat. XLVIII 3. Proconsul Varenus Prusam venit, sed ἄπεισι μετὰ τὴν τήμερον ἴσως ἡμέραν. Ipsam rem Arnimius p. 376 lucide exposuit, sed me adverbium ἴσως male habet, quasi proconsulis itineris stationes non ante accurate constitutae fuissent: facillimum fuerit reponere εὐθύς.

Orat. XLVIII 5: ἐάν ποτε γένηται διαφορά, οὐκ αἰσχύνεσθε; Immo: οὐκ αἰσχυνεῖσθε; Paulo post: εἰς ἐχθρῶν κεφαλὰς τὰ τοιαῦτα τρέποιτο, τουτέϛιν εἰς τοὺς καταράτους Γέτας, εἰς μηδένα δὲ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοεθνῶν. Attice utique scribendum fuerit μηδένας.

Orat. XLVIII 7: πόλιν ὁρᾶσθαι συμπαθῆ κάλλιϛον θεαμάτων, εὐδαιμονέϛατον δὲ ἁπάντων κτημάτων μία γνώμη περὶ πάντων φαινομένη. Praestat, nisi fallor, θέαμα et κτῆμα et similiter

corrige Orat. III 86 et XII 13. Notabile autem quod in eadem paragrapho sequitur: *τῶν ἀσυμφώνων χορῶν οὐδεὶς ἀκούει ῥᾳδίως ὅ τι λέγουσιν*. Verum ubi erat *συμφωνία*? Uti suspicor, tunc non tantum numeri sed etiam ipsissima cantici verba distincte ad aures perferebantur eorum qui aderant. Quam vellem nostri symphoniaci hoc legerent!

Orat. XLVIII 16: *μύρμηκας πάνυ ἡδέως ἰδεῖν ἐςιν, ὅπως παραχωροῦσιν ἀλλήλοις τῶν ὁδῶν* et Orat. XL 40: *μύρμηκες παραχωροῦσιν αὐτοῖς καὶ τῶν ὁδῶν ἐκτρέπονται*· hi loci collati satis ostendunt Cobetum rectissime correxisse Orat. XL 32: *οἱ μύρμηκες πάνυ πρᾴως ἐντυγχάνουσι καὶ παριᾶσι καὶ βοηθοῦσιν ἀλλήλοις* et quaerere lubet quidni Arnimius lenissimam mutationem amplecti voluerit et vulgatam lectionem *παρίασιν* servarit. Tantaene auctoritatis in codicibus accentus sunt?

Orat. XLVIII 17: *ἀλλά μοι περικαθήραντας τὴν πόλιν μὴ σκίλλῃ μηδὲ ὕδατι* (*δᾳδὶ* Baguetus), *πολὺ δὲ καθαρωτέρῳ χρήματι τῷ λόγῳ κοινῇ πράττειν τὰ λοιπά*. Arridet: *χρίματι*.

Orat. XLIX 10: *ἤτοι ἀνασεισθεὶς ὑφ' ἡδονῶν ἢ καταπλαγεὶς ὑπὸ φόβων*. Quidni scribitur *ἀναπεισθείς*?

Orat. L 5: *καὶ τοῦτο δὴ τὸ ῥηθὲν ὑπό τῶν παλαιῶν τινος ῥητόρων ὑπερβολήν τινα ἔχειν δοκοῦν κολακείας, ὅτι τὸν δῆμον εἰκότως ἂν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς περιφεροίμην, ἐγὼ δικαίως ἂν εἴποιμι πρὸς ὑμᾶς*. Hic si dixero malle me: *ἐν ταῖς ἀγκάλαις* reponere, erunt qui primo obtutu me criminentur quod nimis ridicule quidvis pro quovis audeam reponere: habeo tamen quibus meam coniecturam confirmem. Primum nota et trita est locutio *ἐν ταῖς ἀγκάλαις περιφέρειν*, veluti apud Dionem ipsum Orat. XXXII 58: *τὸ λέοντας φέρειν ἐν ταῖς ἀγκάλαις* et in eadem oratione § 78: *τόν τε ἀφρὸν ἐντίθεσθαι ταῖς ἀγκάλαις*. Ex Euripidis Hypsipyle frgmt. 60 nuper novus locus accessit, quem Herwerdenus ita edidit:

*τοὐμὸν τιθήνημ', ὃν ἐπ' ἐμαῖσιν ἀγκάλαις*
*πλὴν οὐ τεκοῦσα τἄλλά γ' ὡς ἐμὸν τέκνον*
*ςέργουσ' ἔφερβον, ὠφέλημ' ἐμοὶ μέγα.*

Est Murraei coniectura *ἔφερβον*, quam Herwerdenus in textum recepit, nam in papyro *ἔφερον* legitur, quod omnino praeferam et Wilamowitzium potissimum sequar, qui ad metrum sustentandum *ἐπωφέλημα* correxit. Forte nuper alios locos indicavi *Mnem.* 1909 p. 11 sq. et tractavi Plat. Rep. X p. 600 D, ubi pro *ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς περιφέρουσιν* commendavi *ἐπὶ ταῖς ἀγκάλαις*. Deinde ne hoc nimis temere factum videretur, provocavi ad Luciani Dial. Mort. IX 1, ubi pro *ἐπὶ τῆς ἀγκάλης* unus codex *κεφαλῆς* habet. Apud Xenophontem de Rep. Laced. III 5 legimus: *αἰδημονεςέρους δ' ἂν αὐτοὺς ἡγήσαιο καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τοῖς θαλάμοις παρθένων*. De hoc loco iuvat transscribere quod Cobetus habet *Mnem.* 1858 p. 151: „Haec quum e Xenophonte afferret Rhetor nescio quis, cuius libellus *περὶ ὕψους* circumfertur IV 4, deceptus sui codicis scriptura attulit: *αἰδημονεςέρους — καὶ αὐτῶν τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παρθένων*, deinde multis verbis Xenophontem duriter increpat, quam sit hoc absurdum demonstrat, et Timaeum addit frigidissimum istud inventum turpiter Xenophonti esse suffuratum. Sedare potuisset tantas hominis iras vera lectio: ΘΑΛΑΜΟΙΣ pro ΟΦΘΑΛΜΟΙΣ." Sed iam vides eodem plane modo confusa aliquando fuisse ΑΓΚΑΛΑΙΣ et ΚΕΦΑΛΑΙΣ et tuto Dionem corrigere licebit eo modo quem dixi. — Parvulum vitium etiamnunc restat: in ea locutione *περιφέρειν* uti aequum est dicitur, non *περιφέρεσθαι*. Nihili est quod Hemsterhusius corrigere voluit *περιφέροι νῦν*· sed si memineris in ea oratione Dionem filium suum populo commendare, mecum fortasse non recusabis corrigere: *τὸν δῆμον εἰκότως ἂν ἐν ταῖς ἀγκάλαις περιφέροιμεν*.

Orat. LI 1: *ὁ πρὸς τοιούτοις ἅμα ἀνθρώπους ἕτερα ὧν φρονεῖ ποιῶν*. Herwerdenus correxit *εἰπών*· equidem in *λογοποιῶν* incideram.

Orat. LI 3: *οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι τοὺς διδόντας αὐτοῖς ἢ δυναμένους διδόναι, τούτους ἐπαινοῦσιν*. Immo: *διανοουμένους*· sic demum iusta oritur oppositio: *ὑμεῖς δὲ καὶ τὴν προθυμίαν καὶ τὸ βούλεσθαι μέγα εἶναι νομίζετε*.

Orat. LI 5: *τίς οὐκ ἂν τοῦτον εὐδαιμονίσειεν ὑφ' ὑμῶν τοιού-*

των ὄντων κεκριμένον τῆς ὑμετέρας ἀρχῆς ἄξιον; Praeferam: τοσούτων.

Orat. LI 9: τίς οὐκ ἂν ἀνεθείη τῶν τοιούτων ὄντων; vide apud Arnimium quid interpretes hic moliti sint; mihi potissimum placet: ἀγασθείη.

Orat. LII 1: ἀλειψάμενος καὶ λουσάμενος. Sunt qui contendant, in hac qua laboramus febrili festinatione trepidantibus omnibus etiam optimos scriptores urgente typotheta multo negligentius scribere quam veteres facere soleant. Equidem litem non dirimam, sed hoc certe video una utique in re nos superare eos qui ante nos fuerunt: hodie, credo, nemo facile feret verborum ordinem absurde traiectum: ἀλειψάμενος καὶ λουσάμενος. Ita tamen veteres illi heroes haud raro. Hom. Iliad. B 548: θρέψε Διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα. Odyss. μ 134: τὰς μὲν ἄρα θρέψασα τεκοῦσά τε πότνια μήτηρ. Grammatici ὕστερον πρότερον vel πρωθύστερον appellabant: sic haud semel Eustathius, veluti ad Iliad. Z 118: Τὸ δὸς ἄνδρα ἑλεῖν καὶ εἰς ὁρμὴν ἔγχεος ἐλθεῖν, σχῆμά ἐστιν πρωθύστερον ἤτοι ὑστερολογία. — Ὅμηρος δὲ μιμούμενος ἄνδρα τεθορυβημένον ἀλληνάλλως ἔθετο, quamquam hoc postremum haud verissimum esse dixerim. Sed ut ut est, leve vitium, si quidem vitium dicere fas est, poeta utique Homerus multis aliis virtutibus redimit; in soluta Dionis oratione praeposterum ordinem magis miror, veluti Orat. LXXI 4: ἀμῆσαι καὶ ἀρόσαι, coll. Hom. Od. σ 366 sqq.

Orat. LIII 6: παρ' Ἰνδοῖς φασὶν ᾄδεσθαι τὴν Ὁμήρου ποίησιν, μεταλαβόντων αὐτὴν ἐς τὴν σφετέραν διάλεκτον. Quidni rescribimus μεταβαλόντων, quum praesertim ea lectio ab codicibus aliquid commendationis habeat.

Orat. LV 18. Apud Homerum Asius equos ᾤετο ὑπὲρ τὸ τεῖχος ἐλάσειν. Hoc quidem absurdum est; latet ὑπὲρ τὴν τάφρον. Interdum librarii quidvis pro quovis ponunt.

Orat. LVI 2. Fragmentum est Cratini, quod Arnimius ita edidit:

ποιμὴν καθέστηκ' αἰπολῶ καὶ βουκολῶ.

Quantum mihi comparuit, locus nondum emendatus fuit. Ediderat olim Meinekius:

ποιμὴν καθέστηκ' αἰπόλος καὶ βουκόλος.,

quae verba sunt sensu vacua. In Dionis libris αἰπόλῳ et αἰπωλῳ et βουκόλῳ et βουκόλος· hinc profectus Arnimius scribit se *ipsum* correxisse id quod supra dedi. Nescio quomodo Kockius locum ediderit, nam eius editio mihi dum haec scribo non ad manus est. Sed vidi Blaydesium in tanta coniecturarum tumultuaria multitudine tacere. Res tamen expedita est: Scribam:

A. ποιμὴν καθέστηκ'. B. αἰπολῶν ἢ βουκολῶν;

Nunc liquido apparet cur locum Dio laudaverit; praecedit enim: εἰσί τινες ἀνθρώπων ἄρχοντες; ὥσπερ ἕτεροι μὲν αἰγῶν, ἕτεροι δὲ ὑῶν, οἱ δέ τινες ἵππων, οἱ δὲ καὶ βοῶν, ξύμπαντες οὗτοι οἱ καλούμενοι κοινῇ ποιμένες; Apertissime pastoris nomine Cratinus coniunxit bubulcum et caprarium vel etiam opilionem.

Orat. LVII 3: τῶν μέγιστα δυναμένων. Miror quod Arnimius non recepit μέγιστον, quod praeterea in duobus bonis codicibus legitur.

Orat. LVIII 6: οἶμαι δέ σε μηδὲ τῶν νεκρῶν ἀφέξεσθαι ἀλλὰ καὶ τούτους κεντεῖν τε καὶ ἕλκειν. Hic Gasda proposuit κεντήσειν τε καὶ ἕλξειν, Arnimius autem post τούτους inseruit ἄν· equidem multo malim in fine supplere ἐθέλειν, quod vides cur exciderit.

Orat. LX 2: λέγω σοι ὅτι ὅλον τὸ ἀγνόημά ἐστι περὶ τὸν μῦθον τὸ ἐπιχειρεῖν τὸν Κένταυρον συγγενέσθαι τῇ Δηιανείρᾳ. Emenda: γέλοιον τὸ ἀγνόημα.

Orat. LX 3: ἔχει μέν τινα ἀπορίαν τὸ τοιοῦτο· ἀλλὰ μὴ τοῦτο κινοῦντες καθόλου τὸν μῦθον ἀναιρῶμεν. Est hic sane μὴ = *num* eoque utique sensu indicativum ἀναιροῦμεν adsciscit. Hinc in colloquio respondet alter οὐδαμῶς, non μηδαμῶς. Sic Orat. LV 22: μὴ οὖν ὑμῖν εἰκῇ δοκεῖ Ὅμηρος ὁτιοῦν λέγειν; Orat. LXVII 2: ἀλλὰ μὴ τὸν Ἡσίοδον φαῦλον ἡγοῦνται καὶ ὀλίγου ἄξιον; itemque alter interrogatus recte respondet: οὐδαμῶς.

Orat. LX 5: *εἰκὸς ἦν βουλομένην τὸν ἄνδρα ὑφ' ἑαυτῇ ἔχειν.* Quoniam non fit sermo de legitimo imperio, praestabit *ἐφ' ἑαυτῇ*. Orat. LXII 2: *ἐπ' αὐτοῖς ἐϛι τὸ δίκαιον*. Orat. LXXIV 22: *ἑαυτὸν ἐξηπάτησεν ἐπ' ἄλλῳ ποιησάμενος.* Et quis ignorat Lysiae locum: *οὕτω διεκείμην ὥϛε μήτε λυπεῖν αὐτὴν μήτε ἐᾶν λίαν ἐπ' ἐκείνῃ εἶναι ὅ τι ἂν ἐθέλῃ ποιεῖν.*

Orat. LXIII 4. Describitur equus *δριμὺς τὰς ὄψεις ὡς ἐκ πολέμου παρών, τὸν ἐκ τοῦ δρόμου θυμὸν ἐν ταῖς ὄψεσιν ἔχων.* Adnotat Arnimius: „offendit iterata oculorum mentio." Hoc si legere potuisset Homerus, extemplo, credo, correxisset: *ἐν τοῖς ἅψεσιν.* Sed licebitne vocabulum oratori reddere? Est sciendum secundum Arnimium leve opusculum Dioni non esse obtrudendum.

Orat. LXIV 15: *οὐκ ἀρκεῖ μοι βωμὸς θύειν οὐκ ἔχοντι, οὐκ ἀρκεῖ μοι φυτὰ τρέφειν με μὴ δυνάμενα.* Aut plurimum fallor, aut bis reponendum est id quod est *ἀρέσκει*. Cf. Orat. LXVI 26: *πολλάκις οὐδ' ἐν δείπνῳ δέκα ἀνθρώπων ὁ πλακοῦς ἤρεσε πᾶσιν.*

Orat. LXV 1: *χρῆσθαι τοῖς αὐτομάτοις ἀγαθοῖς.* Nonne praestat *αὐτομάτως*, sicuti legitur § 11: *τῶν αὐτομάτως περιγιγνομένων*?

Orat. LXVI 6: *ἔτι δὲ ἰδεῖν ἔϛιν ἑτέραν οἰκίαν συντριβεῖσαν πλουσιωτέραν ἐκείνης διὰ γλῶτταν καὶ νὴ Δία ἑτέραν κινδυνεύουσαν.* Arnimius haec ad Neronem et Domitianum pertinere suspicatur, nec dissentio; fieri tamen potest ut praestet Caligulam intelligere. Aliter Herwerdenus *Mnem.* 1909 p. 320.

Orat. LXVI 11. Supra me dicere memini Arnimium non ita multa contulisse ad Dionis corruptum textum emendandum, cum singularia eius merita in alio litterarum campo magis exsplendescant. Vide tamen eximiam Wilamowitzii correctionem eo loco quem supra indicavi: *τοὺς φιλόπαιδας καὶ σφόδρα οἶμαι μακαρίζειν αὐτοὺς τοῖς φιλοδόξοις παραβάλλοντας, ὅταν αὐτοὶ μὲν ὄρτυγας ζητῶσιν ἢ ἀλεκτρυόνα ἢ ἀηδόνιον, τοῖς δὲ ὁρῶσιν ἀνάγκην οὖσαν ἀμοιβαίαν πῶλον ζητεῖν ἢ τῶν Ὀλυμπίασι νενικηκότων τινὰ πέντε μισθοῦσθαι ταλάντων.* Contulit Wilamowitzius Plutarchum in Vita Arati c. 17: *ᾄδοντος Ἀμοιβέως ἐν τῷ θεάτρῳ* et rescripsit: *Ἀμοιβέα ἢ Πῶλον ζητεῖν.* Hoc est emendare.

Orat. LXVI 15. Hic operae pretium est videre, quam clementer olim moris fuerit tractare *τοὺς ἀτίμους*. Scilicet *τῷ ἐθελήσαντι τύπτειν ἔξεϛι καὶ κόλασις οὐκ ἐϛιν οὐδεμία τοῦ προπηλακίζοντος*, nec tamen facile quisquam invenerit *τοὺς ἀτίμους ὑπό τινος τοῦτο πάσχοντας· τὸ γὰρ νεμεσητὸν οἱ πολλοὶ καὶ τὸν Φθόνον εὐλαβοῦνται καὶ τὸ τελευταῖον ἐκ τῶν ἀσθενεϛέρων αὐτοῖς οὐδείς ἐϛι κίνδυνος.*

Orat. LXIX 1: *οὓς ἂν ἡγῶνται τοιούτους εἶναι ἢ γεγονέναι ἢ ἐγγύς*. Omnino dele alteram particulam *ἤ*.

Orat. LXIX 7: *ἄδικον δ' αὐτὸν ὄντα οὐ λυσιτελεῖ τῶν δικαίων παρ' ἄλλου τυγχάνειν οὐδ' ἄφρονα καὶ ἀγνοοῦντα ἃ δεῖ ποιεῖν καὶ ὧν ἀπέχεσθαι μετανοοῦντα ἐφ' ἑκάϛῳ πρὸς ἕτερον ἰέναι*. Hic nescio sane quid sub *μετανοοῦντα* delitescat, sed hoc sancte deierare ausim non esse corrigendum *μετὰ νοῦν*, quam coniecturam Arnimius in textum intulit, quod raro sibi persuadere solet ut faciat. Usus praepositionis *μετά* hoc sensu quem locus postulat, ab usu Atticorum prorsus alienus est. Ceterum vide *μετανοεῖν* Or. IV 18 et XLVII 9.

Orat. LXXI 7: *ψέγων πολὺ μᾶλλον ἢ εἰ ἠ τ ι ᾶ τ ο περὶ τὴν ναυπηγίαν*. Malim fere plusquamperfectum *ἠ τ ί α τ ο*.

Orat. LXXII 1: *γεωργοῦ ϛολὴν ἔχοντα ἢ ποιμένος ἐξωμίδα ἢ διφθέραν ἐνημμένον ἢ κ ο σ ύ μ β η ν ὑ π ο δ ε δ υ κ ό τ α*. Hic quam scripturam potissimum amplectar prorsus nescio. Quid tandem est *ὑποδεδυκότα*? Tum Emperius, tum Arnimius scribunt hanc omnium librorum esse scripturam praeterquam quod Marcianus liber habeat *ἀποδεδυκότα*, quo nihil proficitur. Nec magis quidquam valet quod Schneiderus docet apud HSt. IV p. 1875 D, legendum esse *ὑποδεδηκότα*, cum vulgata scriptura sit *ὑποδεδεκότα*, quae tamen quantum comperi sincerior forma est quam Schneiderianum *ὑποδεδηκότα*. Num forte verum est *ὑ π ε ν δ ε δ υ κ ό τ α* vel fortasse *ἐ π ε ν δ ε δ υ κ ό τ α*? Certius aliquid possem pronunciare si scirem quodnam vestimenti genus sit *κοσύμβη* vel *κοσσύμβη* vel *κόσσυμβος*, nam hae quoque formae nominis occurrunt. Hesychius et Suidas scribunt esse *ἀνάδεσμον* et *χι-*

τῶνα κροσσωτόν. Basilius autem ad Ies. Vatic. III 18, quem locum itidem Schneidero debeo, tradit vocabulum οὐ πάνυ τῇ Ἑλληνικῇ συνηθείᾳ καθωμιλῆσθαι, ὅθεν οὐδὲ ὁ νοῦς αὐτοῦ πρόδηλος, sed αἱ θυγατέρες Σιὼν ἐμιμοῦντο καθ' ὑπερβολὴν τρυφῆς ἐν τῇ περιβολῇ τῆς ἰδίας αὐτῶν ἐσθῆτος sacerdotalem vestem, quae κοσύμβους χιτώνων ἐκ βύσσου habebat, cf. Exodus XXVIII. 35. Nihil praeterea attinet adscribere Pollucis testimonium II 30: τὴν κοσύμβην οὐκ ἂν προσοίμην· οὐ γὰρ Ἀττικόν, ἀλλὰ μᾶλλον ὁ κρωβύλος, nam verosimiliter correctum fuit κορύμβην, cf. Phot. κρωβύλος· ἐκαλεῖτο δὲ τοῦτο ἐπ' ἀνδρῶν, κόρυμβος δ' ἐπὶ γυναικῶν. Ut in incerta re dixerim Dioni κοσύμβην esse vile et agreste vestimenti genus ac proinde ἐπενδεδυκότα fortasse poterit probari. Cf. Harpocr. in v.: ζειρά· ἔνδυμά τι ὃ ἐπενδύοντο μετὰ τοὺς χιτῶνας.

Orat. LXXII 4: πλείους γεγόνασι τῶν σκυτοτόμων καὶ τῶν κναφέων καὶ τῶν γελωτοποιῶν ἢ ἄλλην ὁποίαν βούλει τέχνην ἐργαζομένων. „Non artem exercent scurrae", verba sunt Geelii p. 431, neque apte sociantur cum sutoribus ac fullonibus, nec apparet quo tanta irrisio spectet." Poterimusne aliud fabrorum genus probabiliter restituere? Faciamus periculum. Apud Pollucem VII 198 memorantur γελγοπῶλαι et γελγόπωλις. Εἴρηται γὰρ ἡ γελγόπωλις ἐν Διονυσαλεξάνδρῳ Κρατίνου, ὥσπερ ἐν Ἀρτοπώλισιν Ἑρμίππου τὸ γελγοπωλεῖν. Γέλγη quantum video scruta sunt et Dio τῶν γελγοπωλῶν mentionem fecerat, vilia qui vendunt tunicato scruta popello.

Orat. LXXIV 2: ὑπὸ τῶν ὁμολογουμένων ἐχθρῶν. Praestat ὁμολογουμένως.

Orat. LXXIV 28: δῆλον ὡς τρεῖς ἂν εἶεν φιλίαι γεγονυῖαι ἐν τοσούτῳ χρόνῳ. Supplebo: γεγονυῖαι (βέβαιαι).

Orat. LXXVII 3: πότερον οὖν κεραμεῖ μὲν λυσιτελεῖ μηδένα ἄλλον εἶναι κεραμέα, μαγείρῳ δὲ τοῦτ' οὐ λυσιτελές, ὅπως ἐξῇ αὐτῷ ἀποδίδοσθαι ὁποῖ' ἂν ἔχῃ τὰ κρέα. Malim: ὅπως ἐξῆν αὐτῷ, qui usus indicativi satis notus est. Similiter sequenti paragrapho: βαφεῖ οὐ μόνον αὐτῷ ἄμεινον ἢ μεθ' ἑτέρων ἀντιτέχνων, ἵν' ὁποιαοῦν

ἀποδιδῶται τὰ βάμματα ταῖς γυναιξίν; ἀγαπήσουσι γὰρ ὠνούμεναι. Deleta coniunctione γάρ, quae in Palatino codice a manu secunda est, et praeterea mutata interpunctione, id quod est ἀγαπήσουσι pendebit ex coniunctione ἵνα, quo facto itidem amplecti poterimus indicativum ἀποδίδοται, qui legitur in Marciano codice.

Orat. LXXVII 4. Leno merces suas per urbem circumferet, ὁμοίως δ' εἰς Πυλαίαν καὶ τὰς ἄλλας πανηγύρεις πορευόμενος καὶ περιάγων. Quaesivi *Mnem.* 1900 p. 134 sqq. quam Πυλαίαν veteres olim appellitarint; hic autem Dionis locus, quem tunc ignorabam, plane eonfirmat id quod tunc instititi probare.

Orat. LXXVII 23: Φασὶ γὰρ αὐτὸν κελεῦσαι παραφυλάττειν τὸν παῖδα τοὺς ὁρῶντας εἰ ψέγοιεν ἢ ἐπαινοῖεν. Praestat: τί ψέγοιεν.

Orat. LXXVII 29: χαλεπαίνει καὶ ἀγανακτεῖ καὶ ὀργίζεται τοῖς ἀπολαύουσι. Concedo hoc commode posse intellegi et tamen malo: ὀργίζεται τοῖς ἀπελαύνουσι.

Orat. LXXVII 39: κηδόμενος ἀνθρώπων, οὐ βοῶν, οὐδ' ἵππων οὐδὲ καμήλων τε καὶ οἰκημάτων. Praefero βοσκημάτων, quod vocabulum apud Dionem saepe recurrit, veluti in vicinia § 16, alibi.

Orat. LXXVII 41: μέχρι ἂν γένηται (scil. τὸ σῶμα) μαλακώτερον καὶ σαθρότερον ὥσπερ κακὸν σκεῦος. Haud satis scio an non praestet σαπρότερον. Etiam de humano corpore σκεῦος interdum usurpatur.

Orat. LXXIX 2. Vehementer invehitur orator in luxuriam: εἰ γὰρ ἦν ὄφελος χαλκοῦ καλῶς κεκραμένου καὶ κρατήρων καὶ βωμῶν καὶ θυμιατηρίων περιττῶς εἰργασμένων, ἡ Κορινθίων πόλις ἂν εὐδαίμων ἦν καὶ πολὺν ᾤκεῖτ' ἂν χρόνον, σῴζουσα τοὺς ἑαυτῆς οἰκήτορας καὶ πολίτας. Etiam in pretiosis lapidibus nulla salus: εἰ δ' αὖ λίθων εὐχρόων καὶ ποικίλων, ἡ Τηίων ἢ Καρυςίων καί τινων Αἰγυπτίων καὶ Φρυγῶν, παρ' οἷς τὰ ὄρη ποικίλα, deinde quibusdam interpositis de quibus statim, ἀλλ' ὅμως οὐδενός εἰσι βελτίους οὐδ' εὐτυχέςεροι τῶν πάνυ ταπεινῶν. Ferri haec possunt, sed quae modo omisi adscribere, sensu vacua verba sunt: ἀκούω

*δ' ἔγωγε τῶν ὀ ρ ῶ ν τὰς πάνυ παλαιὰς τῆς αὐτῆς εἶναι π έ τ ρ α ς.* Videamus quid viri docti moliti sint. Arnimius omisit quod apud Emperium est pro *ὀρῶν* Casaubonum correxisse *οἰκιῶν*, Morellum *κιόνων*, Reiskium *σορῶν*. Cobetus dum Geelii plagulas corrigebat, lusit: *ἀκούω δ' ἔγωγε τῶν ὀρῶν τινα σπήλαια διαυγοῦς ἔχειν πέτρας*, sed Geelius non adstipulatus est. Denique Herwerdenus *Mnem.* 1898 p. 355 tentavit: *ἀκούω δ' ἔγωγε τῶν χωρῶν τὰς πάνυ παλαιὰς τοιαύτης εἶναι πέτρας.* Ecce novus Sardus venalis qui sese omnium postremus mihi obtulit: agnoscere mihi videor frustulum adnotationis quod ex margine sese in textum insinuavit: *ἀκούω δ' ἔγωγε τῶν ὀ ρ ο φ ῶ ν τὰς πάνυ παλαιὰς τῆς αὐτῆς εἶναι ἐ ρ γ α σ ί α ς.* Vide *ὀροφὴν* usurpatum, non *ὄροφον* Orat. LXXX 13 et XXX 28; *ἐργασία* autem nomen apud Dionem valde frequens est. Sed exspectandum num hic Sardus emturientem inventurus sit.

---

# DE SOPH. PHILOCT. VS. 388.

SCRIPSIT

J. VÜRTHEIM.

„*Ἡ τε τραγῳδία ὅλως σοφὸν δοκεῖ εἶναι καὶ ὁ Εὐριπίδης διαφέρων ἐν αὐτῇ*", Plato ironice observavit in Republica (VIII 568 A). Sescenti sunt loci, quos e tragoediis Euripideis laudare solent v. d., haec sententia ut probetur, qui vero tales locos Sophoclis ex operibus petitos conquirit, editiones frustra perlustrat. Loquuntur philologi de ratione quae inter Euripidem et philosophos, puta Anaxagoram, Prodicum, Protagoram, Heraclitum, intercedebat; respexit hic tragicus Socratem, quem unus e poetis spectatorem habebat quotiescumque novam doctamque tragoediam Athenis ederet. Sophoclesne, qui *εἷς ἦν τῶν θεοσεβεστάτων* (Schol. El. vs. 831), nunquam notissimum civem, quem cottidie inter iuniores versantem aspiciebat, quem impium vocari ab aequalibus audiebat, versu aliquo perstrinxit? Scimus Sophoclem quinque vel sex locis respexisse narrationes quibus Herodotus historiam suam ornarat: reverane *εὐκολία* eius impe-

diebat, ne philosophum iuventuti nocentem aperte aggrederetur? vel si Socratem iusto dilexerit amore, populum testem talis amoris facere cur dubitavit?

Legimus in Apologia (c. 7) verba nulli ignota: „*μετὰ τοὺς πολιτικοὺς ᾖα ἐπὶ τοὺς ποιητὰς τούς τε τῶν τραγῳδιῶν καὶ τοὺς διθυράμβων. ἀναλαμβάνων οὖν αὐτῶν τὰ ποιήματα κ.τ.ἑ. ἔγνων οὖν καὶ περὶ τῶν ποιητῶν ἐν ὀλίγῳ τοῦτο ὅτι οὐ σοφίᾳ ποιοῖεν ἃ ποιοῖεν, ἀλλὰ φύσει τινὶ καὶ ἐνθουσιάζοντες*". Adiitne Socrates Sophoclem, ut eum interrogaret? Non facile negarim; nam in quem poetam illius aetatis melius quadrant ultima verba quam in tragicum qui, si quis alius, ingenio suo oboediebat?

Sequuntur verba Platonica: „*καὶ ἅμα ᾐσθόμην αὐτῶν διὰ τὴν ποίησιν οἰομένων καὶ τἆλλα σοφωτάτων εἶναι ἀνθρώπων, ἃ οὐκ ἦσαν*". Vel hodierni homines mirantur Sophoclem praetorem fuisse in bello Samio; suaviter ridentes legimus ipsius Sophoclis verba (Athen. XIII, 604 D): „*Περικλέης ποιεῖν με ἔφη, στρατηγεῖν δ' οὐκ ἐπίστασθαι*". Memores sumus iudicii, quod tulit Io, servatum apud Athenaeum: „*τὰ μέντοι πολιτικὰ οὔτε σοφὸς οὔτε ῥεκτήριος ἦν*". Attamen Sophocles inter decem *προβούλους* se eligi passus est (anno 411$^{0}$), ut refert Aristoteles Rhet. III 18. Haud dubie Socrates Sophoclem adiit. Sed procul dubio poeta philosophum non amavit. In Antigone fabula vs. 1113 sq. poeta suam sibi opinionem profert verbis:

*δέδοικα γὰρ μὴ τοὺς καθεστῶτας νόμους*
*ἄριστον ᾖ σῴζοντα τὸν βίον τελεῖν.*

Respondet his versibus Phidippides Aristophaneus (Nub. 1399 sq.):

*ὡς ἡδὺ καινοῖς πράγμασιν καὶ δεξιοῖς ὁμιλεῖν*
*καὶ τῶν καθεστώτων νόμων ὑπερφρονεῖν δύνασθαι!*

Nempe talia didicit a magistro, qui ei est exemplo; vide verba vs. 1432: *οὐ ταὐτόν, ὦ 'τάν, ἐστίν, οὐδ' ἂν Σωκράτει δοκοίη.*

Sed qui *τοὺς καθεστῶτας νόμους* neglegit, *ἄτακτα ἐργάζεται*, talis vir *ἀκοσμεῖ*. Sunt autem non viri aetate provecti qui plerumque *ἀκοσμοῦσι*, sed iuniores mores maiorum subvertere conantur. Sic in fabula Sophoclea (Antig. 726 sqq.) Creon rogat:

*οἱ τηλικοίδε καὶ διδαξόμεσθα δὴ*
*φρονεῖν ὑπ' ἀνδρὸς τηλικοῦδε τὴν φύσιν;*

cui respondet filius novis studens rebus, ut Creon quidem opinatur: *μηδὲν τὸ μὴ δίκαιον· εἰ δ' ἐγὼ νέος,*

*οὐ τὸν χρόνον χρὴ μᾶλλον ἢ τοὔργον σκοπεῖν.*

tum Creon:

*ἔργον γάρ ἐστι τοὺς ἀκοσμοῦντας σέβειν;*

Opinione vulgari, qui exeunte saeculo quinto Athenis *iuvenes docebat ἀκοσμεῖν* i. e. evertere maiorum instituta, erat *Socrates*. Huius opinionis documentum exstant Nubes Aristophaneae. Acerrimus Socratis defensor hanc sententiam, qua vel boni cives erant imbuti, ut eradicaret, exstitit Plato. Describit in Apologia (c. 10) iuvenes quomodo magistrum mirati et imitati tentarent cives suos, unde exoreretur opinio *Socratem talis ἀκοσμίας esse unicum διδάσκαλον*:

„*ἐντεῦθεν οὖν οἱ ὑπ' αὐτῶν ἐξεταζόμενοι ἐμοὶ ὀργίζονται, ἀλλ' οὐχ αὑτοῖς, καὶ λέγουσιν ὡς Σωκράτης διαφθείρει τοὺς νέους.*"

Hanc sententiam Sophocles prolocutus est, cum anno 409 a. C. n. in Philocteta fabula exclamavit:

*αἰτιῶμαι .... τοὺς ἐν τέλει·*
*πόλις γάρ ἐστι πᾶσα τῶν ἡγουμένων*
*στρατός τε σύμπας· οἱ δ' ἀκοσμοῦντες βροτῶν*
*διδασκάλων λόγοισι γίγνονται κακοί.*

Dubitatne aliquis haec verba num totum spectarint populum Atheniensium? Hac autem de re nulla hucusque ulli editori fuit dubitatio. Annotat Radermacher, qui curavit decimam editionem Schneidewinianam: „die Demagogen sind die *διδάσκαλοι*", sed ut in fabula Sophoclea audimus de *uno viro* totius exercitus corruptore, Ulixe, sic in civitate respicitur non hominum aliqui ordo, sed *unus vir*, cui illo tempore imputabant omnia, Socrates *ὁ τῶν νεῶν διδάσκαλος ἀκοσμούντων.*

Neque huius rei oblitus est Plato; nam respondens tam comico quam tragico poetis hoc modo se defendit Socrates: „*ἐγὼ δὲ διδάσκαλος μὲν οὐδενὸς πώποτ' ἐγενόμην· εἴτε τις χρηστὸς γίγνεται εἴτε μή, οὐκ ἂν δικαίως τὴν αἰτίαν ὑπέχοιμι, ὧν μήτε ὑποσχόμην μηδενὶ μηδὲν πώποτε μάθημα μήτε ἐδίδαξα*" (Apol. 21).

Et iure se defendit; nam quae crimina anno 423 in scaena Aristophanea avidis auribus exceperant auditores, eadem quattuordecim annis post repetiverat tragicus ut anno 399 Meleti ore prolata denuo audirentur. Revera *ἐπιχειρητέον ἦν ἐξελέσθαι τὴν διαβολὴν ἣν οἱ Ἀθηναῖοι ἐν πολλῷ ἔσχον χρόνῳ.*

---

# NOTULAE CRITICAE AD SILIUM ITALICUM.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.

(*Continuantur e Vol. XXXVII pag.* 337).



V. 42 de Thrasymenni natura:

Namque sub angustas artato limite fauces
In fraudem ducebat iter, geminumque *receptis*
Exitium, hinc rupes, hinc undae claustra premebant.

Verborum constructio intricatior videtur quam quae interpretationem probabilem admittat. Vix quemquam existimare puto, voc. *claustra* pro verbi *premebant* obiecto esse habendum aut verba *geminumque receptis exitium* cum iis, quae antecedunt, bene copulari posse: ea ad sequentia esse referenda manifestum est. Suspicor igitur editores ita locum intellegere ut suppleant: *geminumque receptis exitium* (erat), (nam) *hinc rupes, hinc undae* (velut) *claustra* (receptos) *premebant.* At in promptu est emendatio: *receptos,* qua recepta haec oritur luculenta constructio: geminumque exitium, hinc rupes hinc undae claustra (h. e. includentes) receptos premebant.

66. Prodigia et alia ante proelium accidisse narrantur et hoc:

Signa etiam *affusa* certant dum vellere mole,
Taeter humo lacera nitentum erupit in ora
Exultans cruor, e. q. s.

Auctoritatem codicum mss. secutus Bauer *affusa* recensuit, sed *affusa mole* (militum sc.) loco parum idoneum esse opinor, nam fieri non potest ut unum vexillum m a g n u s hominum numerus

evellere conetur: paucis tantummodo uno tempore conitendi facultas est. Schraderi coni. *effossa* reiecta alii cum codice e deterioribus uno *effusa* legendum censuerunt, quam lectionem Summersium quoque iure recepisse tamquam unice veram, quia *effusa mole* proprie recteque de conantibus dicitur, persuasum habeo cl. IV. 448: Stabat Fortunae non cedere certus et acri
Mole retorquebat, crudescens caedibus, hastas.
V. 90: Tum signa sequentur Nulla vulsa manu.
V. 337: raptum cum sanguine caesi
Signiferi magna vexillum mole ferebat.

175. Flaminius multos deinceps milites exhortatur.
Tum Soracte satum, praestantem corpore et armis,
Aequanum *noscens*, patrio cui ritus in arvo, e. q. s.

Scribendum est: *agnoscens*, quod verbum Silio in tali re legitimum esse multi loci demonstrant. Cf. I. 164: Iam Tagus auratis agnoscebatur in armis, 512: Haud me dissimilem, Alcide, primoribus annis Agnosces, invicte, tuis, III. 76: ora parentis Agnosco, VI. 77: utque ora agnovit, 406: Agnoscisne diem? 579: Agnoscensque Marum, VII. 729: solemque pavent agnoscere visu, IX. 160: cui fatis genitorem agnoscere ademptum! 562: Agnovit iuvenem, X. 104: Agnovit nam luce virum.

190: Heu dolor, heu lacrimae, nec post tot saecula serae!
Horresco ut pendente malo, *ceu* ductor ad arma
Exciret Tyrius. latebrosis collibus Astur
Et Libys et torta Baliaris saevus habena
Erumpunt e. q. s.

Heinsius: *impendente* legere voluit, cui van Veen assentiens insuper *exiret* proposuit. At vero verbum *exciret* sollicitandum non esse loci in editione Drakenborchiana compositi satis comprobant neque voc. *pendente* tangendum esse mihi constat. Equidem alio vitio locum laborare credo, nam vehementer me offendit puerile illud additamentum *ceu — Tyrius*, quod vim verborum *horresco ut pendente malo* imminuit potius ac frangit quam auget, qua de causa sic locum restituere velim:

Horresco ut pendente malo. Cum ductor ad arma
Exciret Tyrius, latebrosis e. q. s.

Ita ad *exciret* obiectum e sequentibus facile suppletur, quod in exemplis ab Heinsio et Drakenborchio allatis ad verbum nusquam abesse sagaciter van Veen perspexit.

229: Abreptus pulchro caedum Lateranus amore,
Dum sequitur dextram, *in* medios penetraverat hostis.

Praepositionem *in*, e dittographia natam, ut inducamus suadet vs. 184 huius libri:

Non ego Marmaridum mediam penetrare phalangem
Cinyphiaeque globos dubitarim irrumpere turmae.

369. Hannibal vulnere fratris sollicitus est,
At Mago, exuvias secum *caesi*que volutans
Hostis mente necem, *fraternas* pectore curas
Pellebat dictis e. q. s.

Putide dictum esse *caesi-hostis-necem* quivis videt, unde Summers ad vs. 370 ascripsit: '*decus* ego, nisi 369 *saevique*.' Ceterum ad *hostis* epitheton minime requiritur, quoniam de Appio a Magone interempto multis verbis poëta egit, atque *decus* in *necem* abiisse vix verisimile est. Corrige quaeso: *saevaque*, nam quod Mago quamvis vulneratus spolia ac caedes meditatur iure saevitiae documentum dicitur.

Vs. 370 pro *fraternas* praetulerim: *fraterno*. Nunc enim *pectore* Magonis quivis intellegat post *mente* quod modo legit, cum e sequentibus, ubi Hannibalem alloquitur, appareat, poëtam huius pectus significasse.

434: Miscebat campum, membrorum in proelia portans
Celsius humano robur, *visa*que paventis
Mole gigantei vertebat corporis alas
Othrys Marmarides.

Loci structura et locus praecipue quem verbum *vertebat* obtinet, docet verba *mole gigantei corporis* ablativum instrumentalem esse ad verbum *vertebat* pertinentem, neque cum participio *visa* coniuncta pro ablativo absoluto haberi posse. Unde sequitur, poëtam non *visa*, sed *visu* scripsisse, quod ante me neminem animadvertisse miror. Cf. VII. 729: solemque pavent agnoscere visu, XIII. 449: subito turbatus Scipio visu.

451. De eodem gigante sermo est, qui primum sagitta vulneratur, deinde aversus iaculo, quod e pectore primum

Mucronem ostendit. *rapidus* convellere tentat
Qua nasci ferrum fulgenti cuspide cernit,
Donec abundanter defuso sanguine late
Procubuit moriens et telum vulnere pressit.

Pro *rapidus* Heinsius *rabidus* legendum esse monuit quod feritatem semiferi magis exprimeret. Vide tamen an non *trepidus* rei locoque magis consentaneum sit, quod per haplographiam litterae *t* post *ostendit* facile in *rapidus* potuit corrumpi.

490: Huc Hennaea cohors, Triquetris quam miserat oris
Rex, Arethusa, *tuus,* defendere nescia morti
Dedecus et mentem nimio *mutata* pavore,
Certatim sese tulit.

In uno cod. Col. *tuus,* in ceteris *tuum* legitur; malim: *tuis.* Quod autem pro *mutata* Blassium *turbata* proposuisse Bauer annotavit, iniuria eum proposuisse patebit ex iis, quae ad I. 336 a me exposita sunt.

645. Flaminius dum milites suos ad pugnam incitat,

Advolat ora ferus mentemque Ducarius. *acri*
Nomen erat gentile viro, fusisque catervis
Boiorum quondam patriis antiqua gerebat
Vulnera barbaricae mentis e. q. s.

Verba *acri nomen erat gentile viro* iustam explicationem non admittere videntur, unde ad cogitationem deductus sum num forte *acre* scribendum esset ita ut haberemus: Nomen gentile (Flaminii sc.) acre erat Ducario, cuius rei causam verbis *fusisque catervis* e. q. s. poëta edocet.

VI. 21 de Bruttio:

puer addere sese
Pubescente gena castris optarat et *acri*
Flaminio spectatus erat, cum Celtica victor
Obrueret bello divis melioribus *arma.*

Quandoquidem causa propter quam Bruttius Flaminio spectatus esset, aegre desideratur, pro *acri* corrigendum esse puto: *actis,*

cf. VI. 701, IX. 147, et pro *arma* scribendum: *arva*, cl. I. 70, II. 429, IX. 50 nec non XII. 343, ubi de Torquato: Sardoas patrio quatiebat milite terras.

31. Bruttius graviter vulneratus aquilam defodere conatur,
Sed subitis victus telis labentia membra
Prostravit super atque iniecta morte tegebat.

Hic locus magna coniecturarum copia sollicitatus, immo obrutus est, at tamen bene se habet, nam sententiam non satis perspectam esse arbitror. In codd. mss. *iniecta*, *intecta*, *illecta* sunt, sed illud in cod. Col.; inde Burmannus *efficta*, Lefebure *infecta* vel *inficta* temptarunt, Heinsius pro *morte* legere voluit *mole*, Bentleius *crate*. Nuper Postgate ingeniose excogitavit *ac mentita*, quod Summers recepit.

Quoniam interpretatione, non emendatione locum indigere opinor, iam eum explicabo. Bruttius occupatus cum esset in aquila defodienda, ab hostibus oppressus est. Quid deinde fecit ut signum utcumque absconderet? Labentia membra super vexillum prostravit, h. e. operam dedit ut ipse corruens in aquilam incideret, atque iniecta morte tegebat, h. e. vicino hostis caesi corpore ad se trahendo ac super vexillum insternendo tegere conatus est.

Editores non satis attendisse videntur tempora *prostravit* (perf.) et *tegebat* (imperf. de conatu) neque versum 34, unde Bruttium nondum mortuum fuisse patet sed luce reducta „vicini de strage cadaveris hasta" se erexisse, h. e. eius cadaveris quo aquilam insuper tegere conatus erat. 'Morte' igitur, quod de Bruttio omnes hucusque acceperunt, de alio quodam intellegendum est.

117. Serranum, Reguli filium,
*Cetera* acervantem questu lenire laborans
Effatur senior:

Multum in hoc loco viri docti haeserunt atque Marsi coniectura *acerbantem* olim fere recipi solebat. Summers, qui in apparatu critico *turbantem* proposuit ipse, verbo *acervantem* crucem affigendam curavit.

Ego non verbum in suspicionem vocandum esse censeo, sed corruptelam latere in primo versus vocabulo, poëtam scilicet

Vergiliani illius (Aen. IX. 480) memorem: Caelum dehinc questibus implet, scripsisse: *Aethera* acervantem questu. Animadverte quaeso Serranum modo exclamasse (vs. 113 sqq.):

testor, mea numina, manes
Dignam me poenae tum nobilitate paternae
Strage hostis quaesisse necem, ni tristia letum,
Ut quondam patri, nobis quoque fata negassent.

Cf. VI. 253, Verg. Aen. II. 338, V. 140.

186. Serpens horrendus ex antro suo prorepit

atque in nubila *primam*
Dispersit saniem et caelum foedavit hiatu.

Male legitur *primam* et emendandum est: *primum*. Serpens non primam saniem dispersit, alteram vero ad viros necandos adhibuit, sed primum saniem dispersit et sibila edidit, deinde (vs. 194 sqq.) spiris ingentibus virum corripuit ac devoravit.

213. Ipse Regulus iam serpentem petiturus est.

ruit ipse, citatum
Quadrupedem planta fodiens, scutataque raptim
Consequitur *iusso* manus et muralia portat e. q. s.

Hic quoque locus multifariam temptatus est. Burmannus vs. 212 *rapto* legendum esse contendit, sed plures vs. 213 sollicitarunt, e quibus Iuntinus *obsequitur iussu*, Blass *cursu*, Burmannus *passu* proposuerunt.

Malim: *iuxta*, quod et alibi legitur et II. 130, 435, III. 629, VI. 407, 663, XII. 224.

307: Iam Martem regere atque astus adiungere ferro
Et *duris facilem* per inhospita ducere vitam.
Haud isti, quem nunc penes est sollertia belli,
Cederet Hannibali.

Tradita scriptura *duris facilem* fortasse defendi potest I. 615:

Exiguo faciles et opum non indiga corda.

Ceterum maluerim *duram facilis*, h. e. facilis vitam duram ducere per inhospita, plena distinctione quae post *vitam* est scilicet non sublata, cl.

IV. 75: Iamque ducis nudus tanta inter inhospita vertex
Saevitia quatitur caeli, manante per ora
Perque genas oculo. facilis sprevisse medentis cet.
VII. 199: Nec facilis laeto certasse, Falerne, sapori.
VII. 221: clamoribus — turbari facilem mentem.
VIII. 59: mitis Battus lacrimasque dedisse/casibus humanis facilis.

313. Si dux ille Spartanus non intervenisset (ita Marus affirmat), Carthaginem deletam vidissem

aut certe non horrida fata
Flevissem ducis et, nulla quos morte nec igni
Exutos servans portabo in Tartara, *luctus*.

Multis multorum coniecturis, quas ad hunc locum Bauer enumerat, meam addere liceat; corrigendum enim credo: *vultus*, his fretus locis, ubi idem Marus de Regulo, vs. 384:

Servabam vultus ducis ac prodentia sensum
Lumina et obtutu perstabam intentus eodem.
Si qua fides, unum, puer, inter mille labores,
Unum etiam in patria saevaque in Agenoris urbe
Atque unum vidi poenae quoque tempore vultum.

Deinde vs. 419: cur decus hoc, o dure, negasti,
Tangere sacratos vultus?

Cf. etiam IX. 259: tum triste movebat
Augurium et similes defuncto in corpore vultus.

318: *Hic* inter *medios* memorandis Regulus ausis
Laxabat ferro campum.

Nicander *Hinc* — Marsus aliique *Hic iter in medios* — Heinsius *Hic Nomadum in medios* protulerunt. Suspicor: *Hos* inter *medius*, nota celebrique apud Silium anastrophe (cf. VI. 689, VIII. 21 e. a.), cl.

II. 108: Hic, medius iuvenum, Massylae gentis in agmen
Crebra Cydoneo fudebat spicula cornu.
V. 392: It medius ferroque ruens densissima latum
Pandit iter.

359: Tela simul *variam*que ferunt contra aspera ponti
Rerum ad tempus opem.

Heinsius pro *rerum* coniecit *durum*, Ernesti *serum*, at mihi non hoc vocabulum suspicionem movet, sed *variamque*, pro quo *variique* restituendum credo, aptissimum maris epitheton. Ad sensum cf. Verg. varium et mutabile semper femina.

390: propinqui
Implentur colles, strepit *altis* Albula ripis.

Corrige quaeso: *artis*, quod in libris mss. saepe librarii cum voce *altus* confuderunt, sicut Drakenborch in hoc libro vs. 194 *altae* pro *artae* scribi iussit. Loci nostri videlicet sensus est: strepit Albula cuius ripae magna hominum multitudine impletae sunt.

466: Tum palmas simul attollens ac lumina caelo:
Iustitiae rectique *dator*, qui cuncta gubernas, e. q. s.

Heinsius: *sator* — Ruperti: *pater* vel *stator* — van Veen: *auctor* proposuerunt. Si quid mutandum est, praefero: *altor*, cf. XIV. 208: altor equorum (Agragas), I. 218, III. 373, VIII. 361 (altrix).

558: Hic raptim ruit in muros: vox horrida fertur:
'Hostis adest', iaciuntque sudes et inania tela.
*Ast aliae* laceris canentes crinibus alta
Verrunt tecta deum, e. q. s.

Summers ante vs. 560 aliquid excidisse putat, cum verba *ast aliae* alterum *aliae* quo referantur non habeant. Ego vero non aliquid excidisse, sed genuinam lectionem ita depravatam esse credo ut *Ast aliae* per scribae errorem orta sint ex *At Latiae,* quod substantivum recurrit XVI. 286: Et Latios simul et vulgum Baetisque Tagique convocat. Cf. XII. 545: At matres Latiae.

587. Verba sunt Marciae, Reguli quondam uxoris:
nimium vivacis *dura* senectae
Supplicia expendi.

Pro *dura* emendare oportet: *dira*, cl. Verg. Aen. XI. 273: heu d i r a meorum s u p p l i c i a! Librariorum culpa passim has voces in Mss. turbari, ad XIV. 126 Drakenborch observavit.

706: Addes Ticini spumantis sanguine ripas
Et nostrum Trebiam et Thrasymenni litora Tusci
*Clausa* cadaveribus.

Pro *clausa* Heinsius *plausa* — Van Veen *densa* substituere voluit, sed nil mutandum est: litora Thrasymenni cadaveribus quasi ponte clausa i. e. iuncta dicuntur. Summersium igitur coniecturas illas iure dignas non habuisse quas infra paginam commemoraret demonstrant

I. 52: Teque vadi dubium coëuntibus, Aufide, ripis
Per clipeos galeasque virum caesosque per artus
Vix iter Hadriaci rumpentem ad litora ponti.
IV. 621: Concidit et clausit magna vada pressa ruina.
XI. 138: ut caede referta Clauserit Eridani victor vada.
Cf. etiam Verg. Aen. XI. 299: fit clauso gurgite murmur
Vicinaeque fremunt ripae crepitantibus undis.

714: Interea vos, ut dignum est, ista, ocius *ite*,
O iuvenes, quorum dextris mihi tanta geruntur,
In cineres monumenta date atque involvite flammis.

Livineius pro *ista* voluit *ite*, ego vero pro *ite* malim: *ista*: ista, ocius ista in cineres monumenta date, est frequens apud poëtas epicos iteratio.

VII. 223 Fabii verba sunt:
Stat pensata diu belli sententia; vincam
*Servare* invitos urgentisque ultima fata.
Immo: *Servari invitos*, collatis iis quae continuo sequuntur:
Nulli per Fabium e vobis cecidisse licebit etc.
atque etiam vs. 398:
Sed Fabio sit vos servasse triumphus,
nec non vs. 725:
Torpebant dextrae et sese meruisse negabant
Servari.

380: quin et vestigia *pulsi*
Et gressus premeret castris, ni sacra vocarent
Ad patrios veneranda deos.

Lectio *pulsi* bonane sit dubito, quoniam Hannibal a Fabio minime pulsus erat, sed indagine clausus dolo effugerat. Unde in mentem mihi venit *Poeni*, quo nomine poëta Hannibalem saepe significat, cf. vs. 376 et 497. Ita contrarium huic loco accidisse

videtur quod X. 14, ubi *Poenus* et *Penus* est in Mss., editores vero Heinsii emendationem *plenus* vel *fetus* recipere solent.

553. Fabius ad filium suum:

Iamque hoc, ne dubites, longaevi, nate, parentis
Accipe et *aeterno* fixum sub pectore serva:
Succensere nefas patriae e. q. s.

Displicet „aeterno sub pectore'', quod insulse satis et frigide dictum esse nemo negabit: adverbium *aeterno* haud facile quisquam agnoscet, cum praesertim Silius adverbio *aeternum* uti soleat, quod hoc quoque loco eum scripsisse suspicor. Cf. I. 90:

Ipsa sedet tandem a e t e r n u m coniuncta Sychaeo.

637: fulva cui plurima passim
Casside et aurato fulgebat gemma monili.
Qualis ubi Oceani renovatus Lucifer unda
640. Laudatur Veneri et certat maioribus astris.
Ostro ipse ac sonipes ostro totumque per agmen
Purpura Agenoreis saturata micabat aënis.

Comparatio, quae vs. 639 sq. continetur, viri magnifici descriptionem male interrumpit ita ut vs. 641 sq. nunc quidem moleste abundare videantur. Loco salutem attuleris, si vs. 639 sq. post vs. 642 mecum traieceris.

739 Minucius a Fabio servatus loquitur:

patiens cur arma dedisti
Quae solus rexisse vales? *hoc* munere lapsi
Aeternas multo cum sanguine vidimus umbras.

Scripsit poëta, ni fallor: *nos* munere lapsi.

VIII. 63. Anna, Didonis soror, biennium apud Battum degisse narratur neque diutius hoc uti potuisse refugio,

nam ferre per aequor
Exitium miserae iam Pygmaliona *docebat.*

Quis, rogo, docebat? Erunt fortasse qui respondeant, Battum eam certiorem fecisse. Cui opinioni quominus accedam sana mens obstat et ratio. Fere non dubito quin Silio reddendum

sit: *docebant*, atque intellegendi sint homines vel nuntii vel rumores. Cf. XII. 369: Cyrenen monstrasse ferunt nova litora matrem.

73. Aeneas in Italia Annae occurrit,

Qui terrae defixam oculos et multa *timentem*
Ac deinde allapsam genibus lacrimantis Iuli
Attollit mitique manu intra limina ducit.

Annae nulla causa timoris est, sed pallor tremorque eam occupavit, cum Aeneam atque Iulum in Italia necopinato conspiceret, ut vs. 115 „inter singultus labrisque trementibus" locuta esse dicitur. Quamobrem poetam scripsisse credo: *trementem.*

121. Anna casum Didonis quidque ipsa eo tempore senserit enarrat.

Namque asper somno diris me impleverat horror:
Terque suam Dido, ter cum clamore vocarat
Et laeta exultans ostenderat ora Sychaeus.

Est haec Baueri recensio, in qua *diris* scripsit pro eo, quod in Mss. ad unum omnibus exaratum est: *dirus.* Summers versui crucem appingere maluit, atque ipse proposuit: *somni medios* vel *aedes s. medias,* addens Annam non solam vocem audivisse.

Ex variis igitur doctorum coniecturis, quibus hunc locum temptarunt, ne unam quidem ab omni parte editoribus recentioribus satisfecisse apparet; coniecerunt autem Heinsius *nam somno aspersam,* Lachmann *super somno,* Ernesti *nam me — dirusque,* Gronov. *curis,* Ruperti *somno diffusam,* Bothe *aspro somno,* Luenemann *somno dirusque.*

Quidni legimus:

121 Namque asper somno (dirus me impleverat horror)
123 Et laeta exultans ostenderat ora Sychaeus
122 Terque suam Dido, ter cum clamore vocarat.

Ita ne uno quidem vocabulo mutato sola duorum versuum traiectione genuinam lectionem restituere mihi videor.

126. Illa (Dido sc.) cito passu pervecta ad litora *mutae*
Oscula, qua steteras, bis terque infixit harenae.

Dubito an conicere liceat: *nudae* (= solae, relictae a te), quod verbis *qua steteras* melius opponitur.

213. Iussu Iunonis Anna Hannibalem instimulat.

Omnis iam placata tibi *manet* ira deorum,
Omnis Agenoridis rediit favor.

Heinsius: *namque* ira deorum, Summers: omnis *enim* pl. t. *nunc* ira deorum proposuerunt, sed locum immerito suspectum habuerunt, quandoquidem verbum *manere* apud Silium prorsus idem valere quod *esse* non satis attenderunt. Cf. VI. 656: nam porticibus signata manebant, VIII. 175: pax nulla Aeneadas inter Tyriosque manebit, XII. 116, XIII. 288.

298. Fabii oratio ad Paulum ita incipit:

Si tibi cum Tyrio credis fore maxima bella
Ductore (invitus vocem hanc e pectore rumpam)
Frustraris, Paule. Ausonidum te proelia *dira*
Teque hostis castris gravior manat e. q. s.

Adiectivum *dira* cum per se ipsum hoc loco minus idoneum est, tum propter verba *hostis* (in) *castris gravior* ad vocabulum *proelia* quoque comparativum exspectaveris. Accedit quod Silius, qui nusquam non Livii vestigia premere solet, hic quoque ex propinquo eum secutus est. Apud Livium autem XXII. 39. 4 haec leguntur: „Erras enim, L. Paule, si tibi minus certaminis cum C. Terentio quam cum Hannibale futurum censes: nescio an infestior hic adversius quam ille hostis maneat, et cum illo in acie tantum, cum hoc omnibus locis ac temporibus sis certaturus."

Quibus consideratis poëtam scripsisse suspicor: *proelia plura*, quod insuper commendat alliteratio.

440: (Picus) quem carmine Circe
Exutum *formae* volitare per aethera iussit.

Pro *formae* Van Veen *forma* — Summers *formam* corrigi iubet. Hoc verum esse demonstrant VI. 100: exutus senium, 315: quos morte nec igni exutos servans portabo in Tartara luctus, 642: exuta spe (abl. abs.), VIII. 554: indutus thoraca. Forma activa verbi est I. 86, II. 368, III. 592, VII. 496, IX. 143.

448: Hos Aesis Sapisque *lavant* rapidasque sonanti
Vertice contorquens undas per saxa Metaurus,
Et *lavat* ingentem perfundens flumine sacro
Clitumnus taurum cet.

Heinsio verbum *lavant* in vs. 448 (non *lavat* in vs. 450, ut falso Summers memorat) mendosum videbatur, quia mox sequitur *lavat*, et Van Veen pro hoc verbo *luit* scribere voluit. At vero eandem vocem paucis interiectis saepenumero a Silio repetitam esse, ad I. 193—219 monui, quibus exemplis ex hoc libro addo vs. 495 sq.:

Hae *bellare* acies norant, at Marsica pubes
Et *bellare* manu et chelydris cantare soporem.

600: Quique gravi remo *limosis* segniter *undis*
Lenta paludosae proscindunt stagna Ravennae.

Locus quem adverbium *segniter* obtinet me inducit ut *limosas* — *undas* scribendum esse credam ita ut sit verbis *lenta p. stagna R.* praeposita appositio.

---

## PLUTARCHUS.

Quom. quis suos in virt. sentiat prof. 77 F.

Qui se ad philosophiam contulit eum primo tempore saepe consilii sui poenitet. Exemplo est Diogenes qui, cum modo philosophari coepisset, memor deliciarum quibus fruatur vulgus hominum *ἐνέπιπτεν εἰς λογισμοὺς τρέποντας αὐτὸν οὐκ ἀτρέμα καὶ θραύοντας.*

*Convertere* a proposito Diogenem illae cogitationes non poterant, sed mentem eius vulnerabant, dolore afficiebant, *torquebant* denique. Lege ergo *στρέφοντας.*

J. J. H.

---

# AD PLAUTI RUDENTIS

VERSUS 1169 SQ.

SCRIPSIT

J. W. BIERMA.



*PA. Post * in sicula argenteola et duae conexae maniculae et Sucula. — GR. Quin tu i dierecta cum sucula et cum porculis* [1]).

Hunc locum corruptum esse ex indicio haud uno apparet.

Prioris versus in initio librorum manuscriptorum satis magna est discrepantia; codices Palatino Heidelbergensis (C) et Vaticanus 4870 (D) lectionem supra allatam exhibent; *post in sicilicula* codice Palatino-Vaticano (B) praebetur; *post in situla* est lectio quam e libris suis veteribus, quos memorat, affert Lambinus; *post ẽ situla* est correcta, nisi fallor, lectio codicis Lipsiensis.

Iuxta codicum varietatem indicio est alicuius corruptelae vocula *et* post *maniculae* addita, quae, sive in fine prioris versus ponitur, quod Ussing et Leo fecere, sive sequentis in initio, quod praetulerunt Studemund, Fleckeisen, Schoell, utique tolerari non potest. His enim obloquitur Prisciani non contemnenda auctoritas, qui agens de deminutivo *sucula* (Inst. III 108 H) hunc versum diserte sic laudat:

*Sucula quin tu i dierecta cum sucula et cum porculis.*

Illi rationibus grammaticis quae cum constanti usu Plautino congruunt refutantur; nam ex omnibus comoediis Plautinis

1) Versus cito secundum editionem minorem Teubnerianam, quam curaverunt G. Goetz et Fr. Schoell.

praeter hunc locum ne unus quidem versus afferri potest, ubi *et* in versus fine positum sit.

Tertio loco sucula in numero crepundiorum memorata pro indicio est, aliquo modo labem accepisse hos versus.

Quod ut diligentius planiusque demonstrem, opus mihi est, ut de crepundiorum ratione ac natura nonnulla dicam. Crepundia Graecos Romanosque tenera aetate gestitavisse et ex comoedia [1]) et ex monumentis antiquis apparet. Ubi vero adoleverant, crepundia deponere solebant sed cum cura servare. Itaque etiam in comoediis ii, qui infantes expositi erant, crepundiorum ope a parentibus agnosci finguntur.

Haec autem cum ornandi, tum praecipue religionis causa liberis induebant, ne quid infesti sive ab hominibus sive a daemonibus iis noceret. Cui malo quod aetate provectiores non ita obnoxii amplius essent, crepundia deponere solebant, cum adolevissent [2]).

Cum hac religione congruit eorum crepundiorum natura, quae occurrunt in fabulis. Lunulam a fratre dono acceperat die natali Telestis in Epidico. Lunula autem et in monumentis antiquis [3]), praesertim amuletis variis, saepius invenitur et hodie etiam in multis terris vi magica praedita habetur.

Hoc de quo agimus loco Rudentis enumerantur ensiculus, securicula anceps, duae connexae maniculae, bulla — atque praeterea, si editoribus fides habenda est, sicilicula aut sicula aut ensicula et sucula.

In eo numero bullae natura certissima est, in qua conclusum gestabatur amuletum, ut dicit Macrobius Saturn. I, 6: *inclusis intra eam remediis quae crederent adversus invidiam valentissima.*

Eadem, nisi fallor, natura sunt tela, quae afferuntur, ensiculus, securicula, sicilicula aut sicula; quae quibus rationibus adducti parentes Palaestrae numero crepundiorum addiderint, satis luculenter ex monumentis antiquis apparet. In

1) Confer e. g. Cist. vs. 635 sq. et Rud. totam hanc scenam; etiam Menandri Disceptantium vs. 29, 84, 86, 92, 167 sqq.

2) Conf. O. Jahn. Ueber den Aberglauben des bösen Blicks bei den Alten (Ber. d. Kön. Sächs. Ges. d. Wiss. 1855) p. 39 sqq.

3) In statua, ut unum exemplum indicem, quae hodie conservatur in Museo Vaticano (Visconti, Mus. Pio-Clem. III, XXII, p. 110).

nonnullis enim amuletis recentioris aetatis oculus depingitur sicca transfossus, ut ita per imaginem mali oculi vis deleretur; similiter in tabula marmorea, cuius imaginem Iahn suae disputationi adiecit [1]), gladiator conspicitur fuscina oculum petens; in manu magica eodem loco depicta [2]) inter alias res, quibus ornata est ad vim averruncandi augendam, etiam sicca est vel culter sacrificus.

Non ita certum est, quid significent illae manus connexae. Suntne duae manus coniunctae, tamquam imago fidei, qua pater materque Palaestrae se obstrinxerint? An dicitur connexa manus, quae est ita compressa, ut digitus pollex inter medios ceteros insertus sit ad notabilem illum gestum averruncandi figurandum, cui fica nomen hodie in Italia inditur? [3]) Sic enim pollex cum ceteris digitis connectitur. Res pro certo statui vix potest, quia quo nomine antiqui proprie hunc gestum significaverint, omnino ignoratur et unus tantum scriptor, Ovidius, uno loco ad eum alludit.

Res autem fidem testans, sive mutuam inter parentes sive parentium cum parvula, plane crepundiorum cum natura congruat atque aptum sit inter ea crepundia, quae in Palaestrae vidulo inesse finguntur, sed non minus aptae ibi sint duae manus, quibus mala numina arceantur.

Sive sicula porro, sive sicilicula sive ensicula genuina lectio est, de ea valent quae supra diximus de tutelari talium telorum vi.

Restat sucula. Totus contextus nos adducit ut huic quoque aliquam vim tutelarem attribuamus. Suem autem sacram fuisse antiquitus in Italia atque ideo, quod ratio ipsa fert, vi quadam tutandi praeditam, fabula de Alba Longa condita docet, cuius formam antiquiorem Dionysius Halicarnassensis praebet [4]). Apud quem adhuc distincte agnoscitur sus ducis vice fungens in urbe condenda similiter atque nostra etiam aetate apud barbaras quasdam nationes animalia sacra, cum urbes condituri sunt, pro

1) L. l. Tab. III Praeterea Iahn de ea tabula citat Woburn Marbles, Tab. XIX Archaeologia XIX p. 70 sqq.
2) Ibidem Tab. IV, 2a.
3) L. l. pag. 80 sqq.
4) Ant. Rom. I, LVI.

ducibus sumuntur [1]). Suem habuisse vim tutelarem etiam colligi potest ex eo quod memorat Plinius, novas nuptas antequam domos suas intrarent, postes adipe suillo collinere solitas fuisse [2]).

Sed nulla vestigia, quod sciam, apparent, suem apud Graecos unquam sacram fuisse; nulla exstant amuleta formata suillo corpore vel aliquo eius membro. Saltem in iis, de quibus Iahn in sua dissertatione disputat monumentis, sus non commemoratur, quum alia animalia multa, velut piscis, anguis, leo, scorpio, testudo, cancer, gallus, cochlea ibi reperiantur.

Veri simile ideo est, sui tutelarem vim in Graecia homines numquam attribuisse, in Italia iam ante Plauti tempora attribuere desiisse.

Itaque, etsi plane absurdum dici non potest, suem hic inter crepundia nominari, tamen nescio quid miri in ea re inest, quod nos cogat tentare, si fortasse res aliter explicanda sit. Multos autem viros doctos similiter in hoc loco haesisse, ex variis explicationibus apparet, quas vocis s u c u l a e praebent.

Forcellinio hic alludi videbatur ad machinam tractoriam, cui nomen sucula dabatur. Sed si admirationem movet sus in numero crepundiorum nominata, stuporem moveret machina tractoria ibi reperta. Quid enim infanti trimae cum machina tractoria?

Visconti putavit „stellulam", poetam hic voluisse indicare. At vero sucula non quaevis est stellula, sed certum sidus. Sidera autem inter amuleta, de quibus Iahn memoravit, haud semel occurrunt, sed semper ita, ut aliae res iis ornatae sint. Sidus vero per se ipsum aliqua forma praeditum ibi non invenitur. Praeterea non veri simile est, hyadas quas Horatius (Carm. I, III, 14) epitheto „tristibus" ornat faustum sidus fuisse.

Potior videtur ea explicatio, quam aliunde mihi ignotam per litteras mecum communicavit v. cl. C. Robert: in voce s u c u l a latere pudendi muliebris indicium. Pudenda vero saepius virilia, rarius muliebria in amuletis, quae Iahn attulit, occurunt [3]). Sed

1) Conf. Caland. Het stichtingsverhaal van Thebe en Carthago in Serto Naberico pag. 71 sqq.

2) Plin. Hist. Nat. XVIII, 135.

3) Iahn l. l. pag. 79. Ohne alles Verhältnis seltener findet sich auch die weibliche Scham als Amulet gebraucht.

si Iahn recte putavit, ideo muliebre pudendum tam raro reperiri, quod naturali quodam pudore homines abs tali usu membri muliebris retinerentur, incredibile est, poetam finxisse Palaestram tam aperte coram sene nobili hanc rem nominantem [1]).

Sed gravius etiam hoc explicationi Roberti adversatur, quod porcum, similiter atque lingua Graeca *χοῖρον*, hanc significationem habuisse, apparet [2]), suculam ea praeditam fuisse, nusquam apparet. Quam cauti in talibus rebus esse debeamus, vernaculae linguae nostrae usus docet, saepissime pudendum muliebre nominans altero nomine, quod feli inditur (*poes*), altero nunquam (*kat*). Immo hic locus Rudentis ipse nescio an indicio sit, suculam non habuisse hanc significationem. Nam quod Gripus addit „cum porculis" optime sic explicari potest, ut in iis aliquid scurriliter dictum lateat. Iocus inde petitur, quod porculum dicit ambigua significatione, ut simul fetum suis simul pudenda muliebria audientibus proponat. Bis vero pudendum nominare incongruum esset; nam sucula quasi pons esse debet, ad vocem lubricam ferens.

Si autem vocula *et* in fine prioris versus tolerari nequit, sucula in numero crepundiorum num fuerit, dubitatur, duae hae res in unum ducunt; cogunt enim *suculam* Palaestrae demere et Gripo addere vel, ut aliter dicam, personae notam GR transponere in versus initium hunc in modum:

*GR. Súcula? Quin tu i dierecta cum sucula et cum porculis.*

Sucula a Palaestra non nominata est, sed Gripus simulat se eam nominantem audivisse, ut facultatem habeat ludendi ioco servili.

Hac explicatione accepta, praeterquam quod duae eae, de quibus disputavimus, difficultates tolluntur — inter crepundia sucula non nominatur et vocem *et* plane tollendam esse apparet — etiam verba Gripi vividiorem colorem accipiunt. Quae non leviter corroborari consentaneum est, si cum aliqua probabilitate demonstrari potest, unde illud *et* in textum irrepserit.

---

1) ib. Während man kein Bedenken trug den Phallus allenthalben anzubringen und dem Blick auszusetzen, hielt ein natürliches Gefühl von einer ähnlichen Anwendung der weiblichen Geschlechtstheile zurück.

2) Varro R. r. II, IV, 10.

In ea verbum *est* latere, suo loco motum et post praepositionem *in* inserendum olim putavi, quum in mea dissertatione academica hanc de his versibus coniecturam proposui [1]):

*post in⟨est⟩ sicula.*

Mutata autem est mea opinio ea re, quam F. Schoell sagaciter observavit; qui in Praefatione ed. mai. Truculenti haec dicit: „admodum mirum est, quam saepe in Palatinis in ipsis sermonum interstitiis aut *i* aut *l* aut *t* littera excurrat (sequuntur exempla) . . . . . . Haec exempla partim aliam explicationem excipiunt: attamen restant, quae vix aliter expedias, quam ut olim sumas sermonum interstitia per lineolam significata esse, quam pro *i*, *t*, *l* littera sumpserit librarius."

Quae si recte disputavit, veri simillimum mihi videtur in ipso hoc vocabulo *et* vestigium servatum esse, olim in archetypo totum versum 1170 Gripo datum fuisse; nam facile apparet, priorem eius voculae litteram ex errore librarii, postremam litteram vocabuli *maniculae* bis scribentis, esse natam. Eo modo CVLAE | abiit in CVLAEET, ut similime *noveras si* in vs. 164 Truculenti nata esse videntur ex NOVERAS | . Quum semel vocabulum *et* natum esset et personae nota evanuisset, vix poterat quin is, qui postea in recentiore libro personarum notas correxerit, novam notam post vocabulum *suculam* adderet.

Facile cognitu est, hanc correctionem interpretationemque versus 1170 modo sic constare, si in versu priore vox sit, cuius sonus a pronuntiata *sucula* non multum differat. Conspectus lectionum, quam in pagina 127 dedi, docet, nonnullorum codicum lectionem re vera talem vocem praebere; ea vero, quae inde in editionibus viri docti effecerunt, a voce eius soni satis longe absunt.

Schoell versum edidit hac forma [2]):

*Postid ensicula argenteola et duae conexae maniculae.*

Satis gravia sunt, quae adversus hanc lectionem nulli, quod scio, receptam afferri possunt. Nam illud *postid* nec libris manuscriptis praebetur nec alibi invenitur nisi addito *locorum*. Tum editor videtur Plautum facere halucinantem, qui et *ensiculum*

---

1) Quaestiones de Plautina Pseudolo. Groningae 1897 thesis XIV.
2) In ed. mai. quae apud Teubnerum prodiit.

et *ensiculam* in vidulo inesse finxerit, inter quae quid interfuerit ne coniectura quidem assequi potueris.

Leo,[1]) quem Ussing et Lindsay in suis editionibus secuti sunt, omnibus ceteris praelata lectione codicis B hanc versus formam finxit:

*Post sicilicula argenteola et duae conexae maniculae.*

Atque profecto lectio habet, quae eam commendent. Sicilis telum tam parum usitatum fuit, ut non absurda sit suspicio, grammaticum vel librarium aliquem sive consulto sive errore ignotum vulgatiore telo commutasse et pro *sicilicula siculam* scripsisse. Etiam lunarem propter formam sicilis cum specie atque genere crepundiorum convenit.

Sed et in C D ante *siculam* et in B ante *siciliculam* traditur *in*, ut ea vocula codicibus quam maxime confirmetur. Atqui si legeris *siciliculam* metrum illam voculam omnino respuit, sicut etiam in lectione, quam Leo praebet, est expuncta. Quod quam periculosum esset, Leonem non latuit, et conatus est invenire, quo suam rationem defenderet. Defendi autem posse putavit coniciendo, in archetypo variam lectionem *ensiculam* versui ascriptam fuisse. Quod si verum sit, lectionem in archetypo ascriptam servent codices C D, eius adhuc vestigium habeat codex B, ante genuinam lectionem voculam *in* servans.

At longe diversae naturae est discrepantia, quae inter utrumque rivulum Plautinae traditionis intercedit in hac quidem parte corporis Plautinarum fabularum. Si per aliquantulam modo partem alicuius fabulae lectiones, quas praebet B cum codicum C D lectionibus comparaveris, facile apparebit, ubi inter si differant, ibi B pleniores, C D breviores lectiones habere. Quam rem si paullo accuratius inspexeris, videbis veri simile esse, nonnulla additamenta, quae in archetypo textui ascripta fuerint, codice B servata, codicibus C D omissa esse. Quod ut demonstrem, nonnulla exempla afferam, ex Truculento collecta; quisquis plura voluerit, hunc numerum augere facile poterit.

VS. 20 [2]) B *stuic superet muliere* C *super& mulierẽ* D *superẽ mulierẽ*;

---

1) In ed., quae in lucem data est apud Weidmannum.

2) Numeri sunt ed. min. Teubnerianae; ubi A non citatur, deficit Ambrosianus.

113b A *huc bona mea adgessi* B *huc dona adecessi* C D *huc dona concessi* (quod idem valet atque *ecessi* codicis B);
116 A *qui revocat* B *qui revoca* C D *revocat*;
128 A *Astaphium amabo* B *astat eũ ambo* C D *astate ambo*;
138 A *ego expedibo* B *ego expediuo* C D *expedibo*;
148 B *copia lic* C D *copię* (genuina lectio est *copia hic*);
241 A *ab datis* B *adatis* C D *datis*;
287 A *cincinnos* B *cincinnos* C D *cinnos*;
294 A *rubrica creta* B *rubrice ceta* C D *rubriceta*;
295 A *hae male* B *haec ma* C *haec* (cum spatio) D *haec*;
333 B *quid iam me* C D *quid iam*.

Forsitan librarius, qui codicem scripsit, ex quo C D fluxerunt, hic illic lectionem sui exemplaris correxerit, cum lectio incorrecta in codicem B fluxerit: velut in versu 135, ubi B *Astaphi unous* [1]), C D *astaphi unus* exhibent; sed varietas lectionem diligentius examinata ad aliam explicationem recurrendum esse indicat. Quae, nisi fallor, haec est, commune codicum B C D archetypum multas correctiones habuisse, quae exstent in codice B, omissae sint in C D. Qua ratione omissae sint duobus maxime modis nobis fingere possumus: potest, ut codicum C D exemplar ex communi archetypo descriptum sit, nondum correctionibus instructo; potest etiam, ut codice B vel eo codice ex quo B fluxerit iam diu scripto codicum C D demum exemplar ex archetypo descriptum sit, quum interim illae correctiones, quas prior librarius adhuc legere potuisset, iam evanidae essent factae. Quod vero, ubi C lectionem breviorem quam B dat, hic illic in illo codice adhuc aliquid spatii iuxta illam lectionem breviorem relictum est, posteriori explicationi favere videtur.

Hac codicum ratione cognita si ad nostrum Rudentis locum redierimus et lectiones *in sicula* codicum C D et *in sicilicula* codicis B comparaverimus, videbimus eas similes esse praeter additamentum *ilic* (quod est *illic*) in *sic*[*ilic*]*ula* latens: in archetypo igitur codicis C hanc fuisse lectionem *in sic$^{ilic}$ula*.

Lectio *in sicula* igitur ut recta totius loci interpretatione ita omnibus codicibus confirmatur, ut in textu constituendo inde proficiscendum sit. Correctio satis in aperto est; saepissime enim

1) Genuina lectio in Ambrosiano est: *Astaphium novus.*

in Codicibus Palatinis litterae vel syllabae perperam, si semel legi dibent, iterantur vel si bis scribi debuerunt, semel scribuntur. Itaque hic facile ante SI ST excidere potuit, quo facto etiam promptum erat ut E omitteretur. Sic igitur prior versus corrigendus:

*in⟨est⟩ sicula*[1])

et duo versus olim hanc formam habuisse videntur:

PA. *Póst in⟨est⟩ sicula argenteola et duae conexae maniculae.*
GR. *Súcula? Quin tu i dierecta cum sucula et cum porculis.*

Quae si recte disputavi, restat, ut expediatur, quid sibi velit additamentum *illic*. Ut in versum addatur metrum non patitur. Alteram lectionem vocabuli *siculae* esse, ei vocabulo suprasriptam, quominus interpretemur, et sententia et metrum prohibet, sed nihil obstat, quominus verbi *inest* altera sit lectio, paullum suo loco mota. Aptissimus est versus

*Póst illic sicula argenteola et duae conexae maniculae*[2]).

Sic verba, quae dicit Gripus, orationem Palaestrae interpellant, ut haec sententiam suam versu 1171 demum, in quo verbum inest, consummet. Neque nisi fallor, utra potior sit lectio, diu dubitandum est; sed quae ante disputavi, ea si mihi conceduntur, etiam hic vox *illic* restituenda in suam sedem et totus locus sic legendus est:

PA. *Póst illic sicula argenteola et duae conexae maniculae —*
GR. *Súcula? Quin tu i dierecta cum sucula et cum porculis.*
PA. *Ét bulla aureast, pater quam dedit mi natali die.*

---

1) Conf. Trin. 1166

*Si id mea voluntate factumst, <est> quod mihi suscenseas.*

Most. 1008 sq.

*Ne istuc quidem edepol postulo. nisi quid magis*
*Es occupatus operam mihi da. Maxume*

ubi *es* deficit in Ambrosiano, conservatum in Palatinis.

2) Metrum argui non potest, nam loci, ubi *illic* aut pyrrhichius est, aut, quod Skutsch veri similiter contendit, per apocopen vim unius syllabae longae accipit (velut Rud. 79, 887, 1058) apud Plautum non rari sunt.

## AD HORATIUM.

In Mnemosynae fasciculo proximo superiore v. cl. Damsté egit de verbis Horatianis:

et quae rimosa bene deponuntur in aure.

Qui vs. cum me quoque olim male habuisset, non sine aliqua expectatione disputatiunculam eam legere coepi. Sed cecidi spe, cum non id quaesitum intellegerem quod ipse miratus essem, quomodo prodere secreti aliquid possit non os, sed auris. Nihil profeceram tunc collato Terentiano illo: *Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo*, ubi non auris dicitur rimosa, sed totus homo, quemadmodum etiam Georges, cum interpretatus est: „Ohren eines Schwätzers, der nichts bei sich behalten, verschweigen kann", pro auribus substituit ipsum auditorem, immo garrulum hominem, itaque non auribus vitiosis utentem, sed ore. Quocirca ego tunc memor dicti nostri: „*het eene oor in*, *het andere uit*", rimosam Horatium non dixisse putavi aurem proditricem, sed parum diligentem. Neque nunc hanc interpretationem abiciendam arbitror, immo solam probarem — neque enim bene obstabit, quod pro merito dictum accipere licebit — nisi mihi ipse iam persuasissem recte eam quoque dici proditionem, cum mutum aliquod receptaculum per rimas effluere patiatur quod ei creditum sit, poetam autem non neglegentes aures cogitasse constaret, sed proditrices, cum scriberet C. I. 27. 17/8:

Quidquid habes, age,<br>
Depone tutis auribus.

et Ep. I. 18. 69/70:

Percontatorem fugito, nam garrulus idem est<br>
Nec retinent patulae commissa fideliter aures.

ALB. POUTSMA.

# DE ADMETO MESSENIACO.

SCRIPSIT

K. KUIPER.



Admeti Pheraei personam a poetis mythographisque Peloponnesiacis translatam in Messeniam fuisse diu ante tempora Alexandrina, cum multis viris doctis tum mihi persuasum est. Cum itaque nuper in hoc Mnemosynes volumine origines hymni in Mercurium investigans contendebam, Ovidium non temere excogitasse sed ex antiquis sumsisse testimoniis quae habeat de Apollinis ministerio Messeniaco, non novum iter ingrediebar, sed conabar firmare aliorum argumenta, in eo fortasse paululum procedens quod cum Apollinis Spartiatae nomine Admetum consociabam. Breviter ut eiusmodi res hodie tractare liceat factum est incredibili sedulitate Ottonis Gruppii; raro enim continget tibi ut eruas testimonium indiciumve, quod non statim post in sagacissimi viri libro de Mythologia Graeca invenias memoratum. Quapropter mihi quoque brevitati consulendum esse videbatur et additis argumentis quae ex ipso hymno suppeditabant satis habui lectorem invitare, ut inspecto Gruppii libro simul iuspiceret quae de Admeto contulit J. Vürtheim in Mnemosynes volumine XXXI, aliorum is quoque investigationibus usus. Quem si non in omnibus quae de deo Carneo, sagaciter sane, coniecit equidem sequi poteram, libenter tamen testem adhibebam, quo audito probabilius redderem, Admetum deum Thessalum, cum Minyis suis, antiquissimis iam Graeciae temporibus in Peloponnesum venisse.

Propria est toti huic generi studiorum quae in perscrutandis

cultuum fabularumque originibus versantur, dissensio quaedam atque opinionum varietas. Neque igitur magnopere miratus sum cum animadvertebam, idem illud quod mihi ut maxime verisimile se commendaret, non satis exploratum immo temerarium aliis videri. Quin gaudebam potius, cum adversantibus opinioni meae amicis incitarer ut denuo quidquid de Minyarum in Messenia Laconicaque vestigiis sive ipse in scriniis habebam sive in Gruppii Widii Wilamowitzii libris indicatum noveram, promerem, atque diiudicarem numquid ad illustrandam causam nostram valeret. Quo facto cum certius etiam quam antea mihi visum sit Admeti personam ab antiquo Peloponnesiorum cultu non afuisse, utile videtur uberius paullo de re universa disserere. Rem tractabo incertam et fabularum caligine obscuratam; ne igitur quaestioni iam per se haud lucidae, maior offundatur et densior obscuritas, non id agam ut omnia dicam, notulis abstinebo, doctorum responsa non saepius quam necesse est referam. Qui de hac re consulendi erant, eorum libros consulere non neglexi, sed quantum debeam Gruppii luminibus, singulae paginae meae testantur.

Initium praebeant ea quae de Admeto Theraeo dicta sunt in Vürtheimii dissertatione. Is ut Admeti cum Apolline societatem probaret, ex Kaibelii libro attulit duos titulos Theraeos aetatis Romanae in quibus laudatur Admetus quidam Therae civis Theoclidae filius, Apollinis Carnei sacerdos διὰ βίου. Epigrammatis versibus, pessimis sane, is genus suum extollens gloriatur ex coniunctis Thessalorum Spartanorumque regum familiis se ortum, Oebalidas enim antiquitus cum Thessalo Pherete sociatos fuisse. Quoniam non est cur Therae huic civi diffidas, Theraei tituli verisimile reddunt, Admeti nomen a Minyiis olim in Peloponnesum advectum atque inde Theram a colonis esse deductum. Sic statuendum esse Vürtheimius censebat, cui assentior. Et id quidem eo gratius feci quo rariora sunt in hac re testimonia quibus ex animo confidas. Gravis enim incertusque labor ei incumbit qui Admetum Thessalum Alcestidemque quaerit in Peloponneso. Nulla prorsus ante aetatem Alexandrinam indicia regis Pheraei inveniri in Peloponneso, etiamnunc multi credunt. Inter quos memorandus mihi est Gulielmus Vollgraff, qui, ipse Ovidii stolido errori cuidam tribuens quod in Meta-

morphosesin fingitur Apollo per arva Messeniae Admeto serviens, perlectis eis quae de Admeti itinere proposui, significavit reiciendam sibi videri auctoritatem testimonii Theraei. Latine reddam quae de hac quaestione scripsit patrio sermone (*Vragen en mededeelingen op het gebied der geschiedenis, taal- en letterkunde Dl I. serie* 1 *N°*. 1. *p*. 6.), ut primum quaeram quatenus ea quae Vollgraffius observavit, apta videantur ad refutanda antiquorum scriptorum testimonia de originibus Minyarum Theram incolentium, deinde proponam quae mihi de Pharis, Messeniacis Admeti sedibus, ac de Minyarum fatis Peloponnesiacis, ut in re incerta, probabilia videantur.

„In titulis Theraeis" — ita Vollgraff — „sacerdotum interdum fit mentio e familia quadam sumtorum cultui Apollinis „addicta, quae familia genus ducebat tam ex Admeto Thessalo quam ex gente Spartiatarum. Effici quidem ex hac re „licebit fortasse, Admetum in Thera insula cultum, quin etiam „cum Apolline Carneo consociatum fuisse, sed nihil omnino est „quod cogat nos credere hanc inter Apollinem Carneum Admetumque societatem iam olim in Laconica initam indeque in „Theram translatam a colonis fuisse. *Multo simplicius verisimiliusque conicias ita rem factam fuisse*, ut primum ex Thessalia, „deinde ex Laconica sicuti ceterae Cyclades ita Thera incolas „receperit suos. Thessali Admetum, Lacones autem Carneum „invexerunt: in ipsa insula deus Spartanus cum deo Thessalo „primum est associatus."

Coniecturam coniecturae opponens collega aestumatissimus argumenta addere supersedit. Tantone ergo „simplicius verisimiliusque" est id quod ipse suspicatus est quam quod antiqui testantur scriptores? Thessalos Aegeum mare peragrantes ante dorica tempora in insulam quoque Theram devenisse hodie fere concedimus. Eos Admeti Pheraei cultum iam ducere secum potuisse nemo ergo negabit. Sed quandoquidem de Thessalorum antiquissimorum vita cultu diis ne Hilleri quidem sagacitas certa eruit testimonia, neque rudera sive Therae sive in ceteris Cycladibus inventa de Admeto talia docent qualia „in promptu esse" Vollgraff censet, omnino de tota re audiendi sunt testes antiqui.

Ipse Apollinis Carnei sacerdos ille de proavis suis sic carmine

profatur ut in utramque partem testimonium eius accipi posse iure perhibeas.

οὐ μόνον ηὐχόμην Λακεδαίμονος ἐκ βασιλήων,
ξυνὰ δὲ Θετταλίης ἐκ προγόνων γενόμην,

sic incipit eius Admeti epigramma apud Kaibelum Ep. Gr. p. 70. Et profecto ita loqui potest eodem iure is qui in insula sua primum Oebalidas cum Haemoniensibus societatem gentis iniisse credat atque is qui traditum acceperit, in Peloponneso proavos suos ex Thessalia oriundos cum Doribus convenisse; nec caute agemus si sagaciter nimia efficere conabimur ex pessimis poetae versibus. Idcirco abstineo a nomine Theoclida, licet Vürtheim haud sine improbabilitate monuisse videatur Theoclidem Admeti sacerdotis filium memoriam nomine servare Theoclis τοῦ Κρίου πατρός „apud quem ὁ Οἰκέτας Καρνεῖος Spartae refugium invenerat"; obiter monere sufficiat Theoclem ipsum suo nomine ad Theoclymenum, nomine filii Κρίου ad Argonautarum progeniem fortasse revocari posse. Sed video quam incerta haec omnia sint; ad certiora procedere multo praestat.

Constat enim, olim ut apud Spartanos ita apud Theraeos ipsos valuisse eam fere opinionem, quam refert Herodotus libro IV c. 145—149: Lacones adiunctis Minyis Thera duce advenisse in insulam, insulaeque „quae ad illud tempus Καλλίστη vocata esset" novos dedisse incolas nomenque novum Theram. Sic vulgo postea quoque Graeci rem receperunt; erudite ergo ut solet Callimachus (fr. 112)

Καλλίστη τὸ πάροιθε, τὸ δ' ὕστερον οὔνομα Θήρη.

In eiusmodi duplicibus locorum nominibus vix nobis persuademus hodie, tam accurate tempus indicari posse quo alterum nomen ab altero pulsum sit: Καλλίστη nostra quoque aetate salutatur sive tota insula sive pars insulae; sacrum profecto nomen, quod ad Hecates cultum pertinebat, sed quod in desuetudinem abiisse antiquitus videtur, cum insula Thera dicta est. Undenam? Cultum fortasse Dianae Venatricis quae Theris in monte Taygeto sacra habebatur (cf. Paus. III. 20. 5) coloni Spartani secum portabant, ita ut eiusdem numinis honorem utrumque nomen spectaret? An recte Gruppius Studniczkam secutus Lebadeae Κόρης θήραν huc traxit? An fortasse, quandoquidem hodie Nova Thera non Θήρα sed Aeolice Φήρα apud incolas sonat,

nominis quoque olim communitas fuit inter Aeolicas Pheras Doricamque Theram?

Quidquid id est, arcte fama Spartiatarum quam secutus est Herodotus cum Minyis consociavit colonos qui duce Thera in insulam profecti sunt. Novimus proavos Therae! Fuit enim *Αὐτησίωνος τοῦ Τισαμένου τοῦ Θερσάνδρου τοῦ Πολυνεικέος*. Ceterum non solum cum Doriensibus Lacedaemonis civibus — *λεὼν ἔχων ἀπὸ τῶν Φυλέων* — altum petiit, sed in sociis habuit quoque quosdam ex iis qui, Lemno pulsi a Pelasgis, supplices olim non procul ab urbe in Taygeto consederant, postea vero in civitatis societatem a Lacedaemoniis recepti cum nimium sibi arrogavissent, victi erant a civibus urbis et poenas ambitionis solvissent capite, nisi dolo uxorum quas ex Spartanis duxerant iterum in Taygetum aufugissent. Paucos ex iis secum duxit Theras Aegeïdes, *οἱ γὰρ πλεῦνες αὐτῶν ἐτράποντο ἐς τοὺς Παρωρεάτας καὶ Καύκωνας.*

Fabulis haec omnia propiora esse quam rerum historiae profecto nemo negabit, sed id tamen luce clarius est, Herodoti aetate firmiter hanc opinionem inhaesisse animis Graecorum, colonos eos qui ex Lacedaemone Theram pervenissent nepotes Minyarum gentium socios habuisse. Nobis autem, nisi propter fabulas admixtas ipsam rei historiam temere reicere tamquam ementitam malumus, hoc omnino tenendum est, coloniam Lacedaemoniorum saeculo VIII fere ineunte in Theram insulam pervenisse.

Quod tradit Herodotus, idem poetice, nec tamen obscure, Pindarus, cum de gleba Libyca, Argonautarum incuria in mare proiecta, ita canit (Pyth. IV 43) „*εἰ γὰρ οἴκοι νιν βάλε πὰρ χθόνιον Ἅιδα στόμα, Ταίναρον εἰς ἱερὰν Εὔφαμος ἐλθών, υἱὸς ἱππάρχου Ποσειδάωνος ἄναξ, τόν ποτ' Εὐρώπα Τιτυοῦ θυγάτηρ τίκτε Καφισοῦ παρ' ὄχθαις, τετράτων παίδων κ' ἐπιγινομένων αἷμά οἱ κείναν λάβε σὺν Δαναοῖς εὐρεῖαν ἄπειρον·*" sed opus non est plura perscribere, notissimum enim carmen est, quo Pindarus — sicuti Pyth. IV 258 et V 73, 88 — consentit cum Herodoto. Sufficiet monere, poetam Thebanum etiam suffragari eis qui Euphemo, heroi Boeoto, sedem in agro Laconico addicant; etenim *οἴκοι* Euphemus est in Taenaro, daemon autem ille qui in Libyae littore obviam ei venit *φάτο Εὐρύπυλος παῖς ἀφθίτου Ἐννοσίδα ἔμμεναι,*

cuius Eurypyli nomen εὐρυπυλὲς Ἄϊδος δῶ quod in Taenaro erat in mentem cuivis lectori revocans, saepius recurrere in Aeolidarum stirpibus vix est quod moneam.

Verisimile ergo mihi videtur, ut Cyrenae Euphamidas Battiadasque, ita Therae Aegeïdas hoc habuisse persuasum, Minyarum sacra cum Laconicis coniuncta iam in Peloponneso a proavis suis culta atque inde ab iis in Theram insulam portata fuisse. Suadent ut ita credamus Herodotus, Pindarus, Callimachus. Sed iurene ita credebant, an temere? Spartanorumne memoriam servant antiquae Theraeorum inscriptiones? Laconicone titulo ornatus Rhexanor ille ἀρκhαγέτας? Mihi quidem haec dubia non videntur. Nec tamen statim ex iis efficitur, fuisse unquam Admeti Alcestidisque cultum Peloponnesiacum. Etiamsi non de se Ovidius Phoebum per Messenia arva greges Admeti pascentem fecit, fieri tamen potest ut secutus sit Alexandrinum aliquem poetam, Callimachum, Rhianum, Nicandrum hoc temere fingentem. Intricata quaestio est obscuraque admodum. Fatendum enim est certa ex libris antiquis enuntiata hic non suppeditare. De Admeto atque uxore eius ita poetae antiqui loqui solent ut fere semper ratio poscat, plerumque saltem suadeat, ut de Thessalis Pheris, non de Messeniacis cogitasse eos credas. Nec hercle mirum id est. Unice fere viguit valuitque Eoearum narratio de Admeto. Hanc legebant, hanc imitabantur poetae; Thessala fama, quae cum Delphis Delphorumque vicinia sacram Apollinis historiam, Pythonis caedem, Aesculapii natalicia, Phoebi culpam placatam coniungebat, ceteras famas apud homines literatos obscuravit. Delitescebant fortasse — id quod in hymno homerico demonstrari posse mihi visum est — vestigia quaedam, sed obscura ea quidem. Quidquid enim Spartae, κύκλος ἀνίκα Καρνείου περινίσσεται ὥρας, *quotiens recurrit festus Carneorum dies*, in Alcestidis honorem cantaverunt ἄνδρες μουσοπόλοι, Peloponnesiacam, ut mihi videtur, historiam praecipue referentes, id obliteratum est.

Poeseos autem Peloponnesiacae si maximam partem nobis abstulit sors, non tamen prorsus deest spes investigantibus Admetum, si subsidium quaerimus ex iis indiciis quae sive cultus sacrorum locorum sive genealogia sacra tradit. Quibus accuratius perpensis fortasse non nimium mirabimur Ἄδμητον τὸν Φέρητος

deum Orcinum Pheris regnantem deposuisse nomen cum numen regnare pergeret.

Pherae, Thessalorum urbs, quam clarae olim fuerint cultu Orcino, novimus omnes. Seu Phereta dicimus regem seu Admetum, Haden agnoscimus. Nec deest uxor regina. Ipsa enim Pheretis uxor Clymene est, Admeti autem coniunx Alcestis, illa nomine, haec sorte memorabili signa Inferorum referens. Cum utraque convenit dea Brimo quam Theraei Corinthii Argivi magno honore reverentur. Cognita sunt haec omnia mythologis nostris. Sed continua sedulaque quaerendi cura opus est siquis dignoscere vult, quando et qua ratione divinam formam deposuerint et a poetis mortales dici coepti sint. Est tamen ubi, invitis ipsis poëtis, priscae dignitatis vestigia remanserint; accidit ut ambiguitas versuum signa evanida prodat diversae cuiusdam fortunae, mutatae genealogiae, externae originis. Sic qui Admeti originem familiamque quaerit, non prorsus nihili putabit, quod B 711 et Ψ 288 Eumelus dicitur Admeti filius, contra B 765 idem vocari videtur Pheretiades

*ἵπποι μὲν μέγ' ἄριστοι ἔσαν Φηρητιάδαο*
*τὰς Εὔμηλος ἔλαυνε·*

nam profecto producta syllaba prima nec Pheretem nec Pheras Thessalicas in memoriam vocat, et ipsum patronymicum obscurum. Num equi dicuntur esse Admeti? An papponymico usus poeta Pheretiaden dicit Eumelum, sicut Dardanida audit Priamus vel Aeacides Achilles? An proprie non filium indicaverat is quem sequitur poeta, sed Admetum optimo iure *εὔμηλον* vocaverat? Controversiam videtis. Cuius originem aliis causis, non diasceuastae stoliditati equidem tribuam. Saepe ni fallor eiusmodi confusio inde oritur quod in carminis contextum intulerunt poetae heroem aliquem aetate ac genere cum rebus homericis non aptissime convenientem. Illud ut ostendam alius quidam heros Pheraeus exemplum praebeat. Legimus E 541:

*ἔνθ' αὖτ' Αἰνείας Δαναῶν ἕλεν ἄνδρας ἀρίστους,*
*υἷε Διοκλῆος, Κρήθωνα τε 'Ορσίλοχόν τε,*
*τῶν ῥα πατὴρ μὲν ἔναιεν ἐυκτιμένῃ ἐνὶ Φηρῇ*
*ἀφνειὸς βιότοιο, γένος δ' ἦν ἐκ ποταμοῖο*
*'Αλφειοῦ, ὅς τ' εὐρὺ ῥέει Πυλίων διὰ γαίης.*

*ὃς τέκετ' Ὀρσίλοχον πολέεσσ' ἄνδρεσσι Ϝάνακτα,*
*Ὀρσίλοχος δ' ἄρ' ἔτικτε Διοκλῆα μεγάθυμον,*
*ἐκ δὲ Διοκλῆος διδυμάονε παῖδε γενέσθην,*
*Κρήθων Ὀρσίλοχός τε, μάχης εὖ Ϝειδότε πάσης.*
*τὼ μὲν ἄρ' ἡβήσαντε μελαινάων ἐπὶ νηῶν*
*Ϝίλιον εἰς εὔπωλον ἅμ' Ἀργείοισιν ἑπέσθην*
*τίμην Ἀτρείδησ' Ἀγαμέμνονι καὶ Μενελάῳ*
*ἀρνυμένω.*

Extremis quidem versibus Messeniacos bellatores, ut par est, Diomedeae poeta socios atque amicos Agamemnonis dicit, non subiectos ei facit, ut mire fecit is cui Πρεσβείαν debet Ilias nostra. Is enim largior paullo quam ceteri in Agamemnonis imperio proferendo (I. 292)

*Καρδαμύλην Ἐνόπην τε καὶ Ἱρην ποιήεσσαν*
*Φηράς τε ζαθέας ἠδ' Ἄνθειαν βαθύλειμον*
*καλήν τ' Αἴπειαν καὶ Πήδασον ἀμπελόεσσαν*

— quae omnia oppida sunt *ἐγγὺς ἁλὸς νέαται Πύλου ἠμαθόεντος* — Agamemnonem tamquam proprias sibi atque subiectas Achilli dono offerentem fingit. Diversis aetatibus, diversis Messeniae conditionibus debentur quae in utroque carmine inter se discrepantia exponuntur. Sed de hisce alias. Nostra interest observare, Diomedeae poetam, vel auctorem eius, cum heroem Messeniacum — an Arcadem? — adiungere rebus Achaeorum vellet, necesse habuisse, duas intercalare aetates ut priscum Alphei filium temporibus Troianis accommodaret. Tamen ne sic quidem res bene se habet. Proditur enim inventio artis nondum satis aptae iis quae leguntur in Odyssea. Nam Φ 15 Ulixes in aedibus Orsilochi — maioris — convenisse „*παιδνὸς ἐών*" cum Iphito narratur. Filium autem eius Orsilochi Telemachus γ 488 cum Antilocho visit:

*εἰς Φηρὰς δ' ἵκοντο Διοκλῆος ποτὶ δῶμα,*
*υἱέος Ὀρσιλόχοιο τὸν Ἀλφειὸς τέκε παῖδα.*

Videtis rem satis confusam. Avum Herculi coaevum puer Ulixes videt, nepotes aequales fere eius sunt ac socii in bello Troiano, Diocles autem qui adultos habuit filios in castris Graecorum, superstes est decem annis post Troiae excidium; nec tamen verbo memoratur, ut in tali re fieri solet, orbum filiis eum domi suae esse relictum!

Minime ut nescio quos versus expungamus haec nobis suadent. Sed ipsa diversitas eorum quae variis locis ab Homero traduntur documento fere sunt, Orsilochum Messeniacum fuisse sive deum sive heroa, quem adesse in carmine epico voluerint poetae vel interpolatores ne Messenia gloria debita careret.

Iam vero operae pretium est de Orsilochi origine ac patria audire ea quae tradit Pausanias IV. 31. 1. Patria Pherae sunt, a qua urbe lucum Apollinis Carnei haud procul abesse memoria teneamus fideli. Urbem conditam narrabant incolae a Pharite, quem ex Mercurio atque Phylodamea natum esse volebant. Pharis ille unde irrepserit, inutile est quaerere; satis verisimile est, tunc demum eum ortum esse cum tam Pheres quam Aphareus locum mutavisset. Sed in eius stirpe constituenda fideliter curam navatam esse, ut Minyarum memoria ne abesset, docent ea quae Pausanias narrat Homerica secutus. Meminimus Pheretem Admeti patrem ex Cretheo et Tyrone ortum esse. Crethei nomen in Crethone Orsilochi nepote recurrere videmus. Alia sunt quae de Orsilochi matre addit Pausanias: *Φάρει δὲ ἄρρενας μὲν οὐ φασὶ γενέσθαι, θυγατέρα δὲ Τηλεγόνην. τοὺς δὲ ἐφεξῆς ἐγενεαλόγησεν Ὅμηρος ἐν Ἰλιάδι διδύμους .... τὰ δὲ ἐς Τηλεγόνην παρεῖδεν· αὕτη γὰρ λόγῳ τῷ Μεσσηνίων ἐστὶν ἡ τεκοῦσα Ἀλφειῷ τὸν Ὀρτίλοχον.* Sed nimis vereor ne longe nos deducat nomen Telegonae, quae certe ad Minyarum historiam non pertinet; subsistere igitur praestat in Orsilocho, cuius nomen ut Messeniae ita Cretae fabulis inmixtum esse dicas, quandoquidem Ulixes, qui quamvis *ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα*, non prorsus de nihilo fingere solet Cretenses illas narrationes suas, Orsilochum Idomenei filium a se necatum esse dicit (Od. 13. 260).

Cuiusnammodi numen sub Orsilochi persona lateat suspicari licet, demonstrari vix poterit. Nec tamen sine causa Pheraeum hunc regem huc arcessivi. Reges enim Pheraeos sive Aphareum sive Orsilochum sive Pheretem Admetumve eos dicimus, non tantum stirpium sed fatorum quoque familiaritate coniûncti sunt. Admeti gregem in Messenia quaerentibus quam simili sorte greges alii se offerunt! Haud vanus erit labor qui consumatur in eorum gregum historias comparando.

Ulixi cum ad Orsilochum veniret, causa viae fuit *χρῆος, τό*

ῥά τοι πᾶς δῆμος ὄφειλε (Φ 18). Oves nempe ex Ithaca rapuisse Messenii insimulabantur

νηυσὶ πολυκλήϊσι τριηκόσι' ἠδὲ νομῆας.

Qualis haec fuerit rapina non magis nunc curo quam quaero num interpolatam hanc libri Φ partem iure dixerint viri docti. Non pendet ex ea quaestione propria significatio versuum qui subsequuntur, quibus obscure et raptim, ut facere solent poetae illi cum notas auditoribus fabulas in transitu tangunt, Iphiti greges memorantur. Nempe cum Ulixe in domo Orsilochi Pheris aderat Iphitus quoque (vs. 22)

Ἴφιτος αὖθ' ἵππους διζήμενος, αἵ ϝοι ὄλοντο
δώδεκα θήλειαι, ὑπὸ δ' ἡμίονοι ταλαϝεργοί.

Non multae sunt fabulae, quae tam plane ac prorsus ex Thessala patria in Messeniam transvectae sint, quam fabula de Euryto Iphitoque. Thessalam vel si mavis Boeoticam fabulae versionem ex Apollodoro referre satis est (II. 6. 2. 2): μετ' οὐ πολὺ δὲ κλαπεισῶν ἐξ Εὐβοίας ὑπὸ Αὐτολύκου βοῶν Εὔρυτος μὲν ἐνόμιζεν ὑφ' Ἡρακλέους γεγονέναι τοῦτο, Ἴφιτος δὲ ἀπιστῶν ἀφικνεῖται πρὸς Ἡρακλέα, καὶ συντυχὼν ἥκοντι ἐκ Φερῶν αὐτῷ σεσωκότι τὴν ἀποθανοῦσαν Ἄλκηστιν Ἀδμήτῳ, παρακαλεῖ συζητῆσαι τὰς βόας. Videtis in Odyssea Orsilochum non Admetum Pheris regnare, sed cetera quam sunt similia! — Nec hic substiterunt Mythographi. Oechaliam quoque Euryti urbem, ex Boeotia in Messeniam transposuisse eos testatur Strabo (p. 350 B) αὐτοῦ δέ που καὶ ἡ Οἰχαλία ἐστιν ἡ Εὐρύτου, ἡ νῦν Ἀνδανία πολίχνιον Ἀρκαδικόν, et praesertim operae pretium est Pausaniam audire querentem primum, in introitu Messeniacorum, frustra a se interrogatos de Messeniorum regum primordiis tam Eoearum poetas quam carmen Naupactium, deinde sedulo congerentem quidquid antiqua recentiorque incolarum ferebat fama. Amat enim Pausanias comparare poetarum doctorum fabulas cum eis quibus incolae fidem addicunt, qui labor in libris de Messenia haud infeliciter ei cessit. Exempli instar sint ea quae de Oechalia scripsit (IV. 2. 2) παρὰ τοῦτον (Perieren Aeoli filium) ἀφίκετο, ὡς οἱ Μεσσήνιοί φασι, Μελανεύς, τοξεύειν ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ διὰ τοῦτο Ἀπόλλωνος εἶναι νομιζόμενος· καί οἱ τῆς χώρας τὸ Καρνάσιον, τότε δὲ Οἰχαλίαν κληθεῖσαν, ἀπένειμεν ὁ Περιήρης ἐνοικῆσαι· γενέσθαι δὲ ὄνομα Οἰχαλίαν τῇ πόλει φασὶν ἀπὸ τοῦ Μελανέως

τῆς γυναικός. Θεσσαλοὶ δὲ καὶ Εὐβοεῖς, ἥκει γὰρ δὴ ἐς ἀμφισβήτησιν τῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι τὰ πλείω, λέγουσιν οἳ μὲν ὡς τὸ Εὐρύτιον — χωρίον δὲ ἔρημον ἐφ' ἡμῶν ἐστι τὸ Εὐρύτιον — πόλις τὸ ἀρχαῖον ἦν καὶ ἐκαλεῖτο Οἰχαλία, τῷ δὲ Εὐβοέων λόγῳ Κρεώφυλος ἐν Ἡρακλείᾳ πεποίηκεν ὁμολογοῦντα· Ἑκαταῖος δὲ ὁ Μιλήσιος ἐν Σκίῳ μοίρᾳ τῆς Ἐρετρικῆς ἔγραψεν εἶναι Οἰχαλίαν. ἀλλὰ γὰρ οἱ Μεσσήνιοι τά τε ἄλλα δοκοῦσί μοι μᾶλλον εἰκότα ἐκείνων λέγειν καὶ οὐχ ἥκιστα τῶν ὀστῶν ἕνεκα τοῦ Εὐρύτου.

Non saepe Pausanias tam diserte de variorum fontium auctoritate disserit. Apparet autem ex eius verbis fuisse olim qui Iphitum Oechaliamque Euryti urbem Messeniae vindicarent. Si vero cum hisce componis quae tradidit Apollodorus: „καὶ συντυχὼν ἥκοντι ἐκ Φερῶν αὐτῷ σεσωκότι τὴν ἀποθανοῦσαν Ἄλκηστιν, vides iter Iphiti Pheraeum locum certum habuisse in hac fabula. Nonne perspicuum est poetam libri Φ cum Pheras Messeniacas in ea fabulae versione quam imitaretur invenisset, regem autem Admetum in Thessala tantum urbe cognitum haberet, pro Admeto substituisse Orsilochum ex Diomedea et Telemachia cognitum?

Iam Iphitum Herculisque Oechaliense iter quod in libro Φ sequitur mitto. Sed unum addam. Sicuti Apollo Pheris seu Pharis peccati placationem ministerio τοῦ Ἀδμάτου assecutus est, ita, licet frustra, Hercules apud Nelea, in Pyli sede Orcina eandem quaesivit placationem. Rem memorabilem, cum animadvertimus etiam Hesiodum, Delphorum honoribus plerumque multo magis quam Peloponnesiacis addictum, in Messeniam hanc sacram historiam transtulisse (cf. Schol. Ven. A ad B 336 Ἡρακλῆς γὰρ ἐπιστρατεύσας τῇ Πύλῳ διὰ τὸ μὴ καθαρθῆναι αὐτὸν ὑπὸ Νηλέως τὸν Ἰφίτου φόνον κ.τ.έ. cf. Hesiod. fr. 14 Rz).

Raptim alias quasdam Messeniacas de ablatis gregibus historias nunc recenseamus. Autolycum verbo nominari satis fuit — licet furacissimus homo a Pherecyde Mercurii filius dictus sit (cf. schol. Od. 19. 432) et arte dolosa patrem aequaverit — nam Autolyci rapinas ceteri poetae cum Hesiodo in regionibus Parnasso vicinis perpetratas esse voluerunt. Cum Admeto tamen eum coniungit incerti cuiusdam historici auctoritas („Achaei" cf. F.H.G. IV. 286), quippe qui dicat Amyntorem, cuius galeam Autolycus rapuit πυκινὸν δόμον ἀντιτορήσας (K 267), Pheretis

fuisse filium. Et ad Peloponnesum vocat eum uxor Arcadica Neaera, filia Perei, sed tenue vinculum hoc est; nam Pausanias qui eas nuptias refert (8. 4. 1) addit *ταύτην γυναῖκα ἔσχεν Αὐτόλυκος οἰκῶν μὲν ἐν τῷ ὄρει τῷ Παρνάσσῳ λεγόμενος δὲ Ἑρμοῦ παῖς εἶναι, Δαιδαλιῶνος δὲ ὢν τῷ ἀληθεῖ λόγῳ.*

Sed in ea boum rapina, quam Iphiclus perpetrasse dicitur, sunt quae nos detineant, licet Melampodia Hesiodea Othryn spectet, Phylaceque patria Phylaci in Graecia septentrionali collocata sit, non modo ab Hesiodo qui dicitur, sed ab eo quoque poeta qui Aeolidarum catalogum inseruit Necyiae. Stirpem Aeolidarum ita ab hoc poeta relatam esse crediderim ut adornatam in Peloponneso eam accepisset. Ex Aeolo nata ferebatur Tyro (λ 235 sqq.), cuius cum Neptuno consuetudine — ample et exornate, ut par erat in gentis primitiis celebrandis — enarrata, addit Tyronem ex hoc deo gentilicio peperisse Peliam atque Nelea:

*τὼ κρατέρω θεράποντε Διὸς μεγάλοιο γενέσθην*
*ἀμφοτέρω· Πελίης μὲν ἐν εὐρυχόρῳ Ἰαολκῷ*
*ναῖε πολύρρηνος, ὁ δ' ἄρ' ἐν Πύλῳ ἠμαθόεντι·*

postea vero mortali marito eam addixerat mythologia, ut ceterae quoque Aeolidarum gentes ex ipsa Tyrone prognatae esse viderentur; idcirco ex Cretheo Tyro peperisse dicebatur (vs. 259)

*Αἴσονά τ' ἠδὲ Φέρητ' Ἀμυθάονά τ' ἱππιοχάρμην.*

Quinque haec nomina universam gentem amplectuntur, coniunguntarque ita vinculo arctissimo Aeolidae Peloponnesiaci cum proavis Thessalis; totam itaque familiam repraesentat Pindarus cum in Iasonis petitione describenda haec tantum refert, Pyth. IV 125:

*ἐγγὺς*
*μὲν Φέρης κράναν Ὑπερῇδα λιπών,*
*ἐκ δὲ Μεσσάνας Ἀμυθάν· ταχέως δ' Ἄ-*
*δματος ἷκεν καὶ Μέλαμπος.*

Tamen identidem mythologos Peloponnesiacos id studere videmus ut augeant corroborentque familiaritatis illius vincula; pertinet huc inter alia quod Amythaona, regionis Amythaoniae eponymum ex Pheretis filia Idomene Melampodem genuisse voluerunt.

Ceterum heroum horum stirpes non omnes in Necyiam recepit huius catalogi poeta, cui, ut notum est, heroïnae proprio

fato celebratae prae ceteris cordi sunt. Quo fit, ut paulisper a Minyis Thessalis deflectens primum memoret Thebanas, Antiopen, Alcumenam, Megaren, Iocasten. Res autem fert, ut ordo Thebanarum mulierum ad Aeolidas Ulixen spectantem reducat. Videt enim inter matronas Chlorin, natam ex Amphione Iasida, Orchomeniam reginam, quam duxit Neleus (285):

*ἡ δὲ Πύλου βασίλευε, τέκεν δέ ϝοι ἀγλαὰ τέκνα,*
*Νέστορά τε Χρόμιόν τε Περικλύμενόν τ' ἀγέρωχον·*
*τοῖσι δ' ἐπ' ἰϕθίμην Πηρὼ τέκε θαῦμα βροτοῖσι.*

Nonnulla in his versibus obscura: Chloridis origo, dignitasque; nam non vulgato usui convenit de regis uxore dicere „*ἐβασίλευε*", — item praedicatum *ἰϕθίμη* quo laudatur Nelei filia *Πηρὼ* seu *Πειρὼ* quae nomine flumen *Πεῖρον*, fontem *Πειρήνην* — quin fortasse *Πηρείην* B 766? — revocat, atque ergo a Peloponneso non seiungenda est. Cur enim *ἰϕθίμη* audit? An ea quoque Orcinam memoriam servat, sicuti pater Neleus fraterque Periclymenus? Sed omnes, quotquot sunt in Messenia heroes Aeolidae, Orco devovere fortasse videbor. Propero ad Peronis nuptias, quas in sequentibus narrat Necyiae poeta. Ipsa eius verba dabo (λ 288)

*τὴν πάντες μνώοντο περικτῖται· οὐδ' ἄρα Νηλεὺς*
*τῷ ἐδίδου, ὃς μὴ ϝέλικας βοῦς εὐρυμετώπους*
*ἐκ Φυλάκης ἐλάσειε βίης Ϝιϕικληείης*
*ἀργαλέας· τὰς δ' οἶος ὑπέσχετο μάντις ἀμύμων*
*ἐξελάειν· χαλεπὴ δὲ θεοῦ κατὰ μοῖρ' ἐπέδησε*
*δεσμοί τ' ἀργαλέοι καὶ βουκόλοι ἀγροιῶται.*
*ἀλλ' ὅτε δὴ μῆνές τε καὶ ἡμέραι ἐξετελεῦντο*
*ἂψ περιτελλομένου ϝέτεος, καὶ ἐπήλυθον ὧραι,*
*καὶ τότε δή μιν ἔλυσε βίη Ϝιϕικληείη,*
*θέσϕατα πάντ' εἰπόντα· Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.*

Melampodiam quandam neglegenter excerpsit qui haec panxit. Pleraque quae ambigue dicta sunt facile explices adhibitis ceteris quae feruntur de Melampode fabulis. Sed restat quod non ita enodatur: „*χαλεπὴ δὲ θεοῦ κατὰ μοῖρ' ἐπέδησε*", in quibus poeta, licet ipse Phylacen in septentrionali Graecia collocans, Messeniacam fabulam spectasse fortasse putandus est. Conferri poterunt quae *ο* 225 Telemacho narrat Theoclymenus, *ἔκγονος Μελάμποδος*

ὃς πρὶν μέν ποτ' ἔναιε Πύλῳ ἔνι, μητέρι μήλων,
ἀφνειὸς Πυλίοισι μέγ' ἔξοχα δώματα ναίων·
δὴ τότε γ' ἄλλων δῆμον ἀφίκετο πατρίδα φεύγων
Νηλέα τε μεγάθυμον, ἀγαυότατον ζωόντων,
ὅς ϝοι χρήματα πολλὰ τελεσφόρον εἰς ἐνιαυτὸν
εἶχε βίῃ· ὃ δὲ τέως μὲν ἐνὶ μεγάροις Φυλάκοιο
δεσμῷ ἐν ἀργαλέῳ δέδετο κρατέρ' ἄλγεα πάσχων
εἵνεκα Νηλῆος κούρης, ἄτης τε βαρείης,
τήν ϝοι ἐνὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ δασπλῆτις Ἐρινύς.
ἀλλ' ὃ μὲν ἔκφυγε κῆρα καὶ ἤλασε βοῦς ἐριμύκους
ἐς Πύλον ἐκ Φυλάκης καὶ ἐτίσατο ϝέργον ἀϝεικὲς
ἀντίθεον Νηλῆα, κασιγνήτῳ δὲ γυναῖκα
ἠγάγετο πρὸς δῶμα.

Licet nec lectoribus nec sibi fortasse poeta explicaverit, quidnam proprie commisisset Neleus ἔργον ἀεικές, id divinari quodammodo ex ipsis narrationis versibus poterimus: fingitur Neleus Melampodis absentis bona occupasse. Sed ex hac narratione explicari nequit ἄτη Melampodis; quae multo magis digna est ad quam attendamus. Perspicuum est hic quoque ut in fabula de Mercurio duos mythos duosque greges (eiusdem generis uterque est grex) confundi in unum. Greges Admeti Pharis Pylum duxit Mercurius — ex Orco in Orcum! Greges Phylaci ἐν τῇ Φυλακῇ sedes habent suas. Peccat, a furiis ad scelus perductus, qui ex Phylaci custodia — Orcus enim est — gregem educere audet. Haec ἄτη est qua peccat Melampus. Vix tamen poeta qui carmen ο composuit intimam hancce fabulae notionem perspicit. Deposita vetusta significatione mythi fabulae fiunt poeticaeve narrationes; coniunguntur, permiscentur greges Nelei cum Phylaci gregibus. Sed quidquid mutatur, recurrunt semper certae quaedam notae quibus originem communem produnt diversae illae narrationes. Ut Apollinis gregem canes custodire narrantur in hymno homerico, ita Iphicli gregi custos adest canis, οὗ οὔτε ἄνθρωπος οὔτε θηρίον πέλας ἐλθεῖν ἐδύνατο (Apollod. I. 96); ut annuo apud Admetum ministerio Apollo perfungitur, ita custodia annua retinetur ἐν τῇ Φυλακῇ Melampus; tandem, ut ad Alphei ripas duas boves mactat Mercurius, ita aves praepetes Phylacae (quod ab Alpheo prope esse mox videbimus) Melampus evocat καταθύσας ταύρους δύο. Quin ne a Dioscurorum quidem fabula

hoc sacrificium abest; quamquam ibi ad Messeniorum cum Lacedaemoniis certamina explicanda adeo tota sacrificii ratio mutata est, ut malim Apollodori narrationem de hac re (III. 115) lectoribus inspiciendam commendare.

Restant quaedam observanda de Tyronis Neleive grege. Ubinam terrarum Tyroni subreptae sunt boves? Audimus poetam λ 235:

ἔνθ ἤτοι πρώτην Τυρὼ ϝίδον εὐπατέρειαν,
ἣ φάτο Σαλμωνῆος ἀμύμονος ἔκγονος εἶναι,
φῆ δὲ Κρηθῆος γυνὴ ἔμμεναι Αἰολίδαο·
ἣ ποταμοῦ ἠράσσατ' Ἐνιπῆος θείοιο,
ὃς πολὺ κάλλιστος ποταμῶν ἐπὶ γαῖαν ἵησι.

Si quis contendit eum qui haec cecinit Salmonei sedes in Thessalia collocasse, equidem non adversabor. Attamen res parum certa est. Melampodis saltem patria in Pyli vicinia fuisse eidem poetae videbatur. Secundum Apollodorum autem (I. 96) Ἀμυθάων μὲν οὖν οἰκῶν Πύλον Εἰδομένην γαμεῖ τὴν Φέρητος, num ex Thessalicis Pheris accitam? Vix credo; sed Pheras Messeniacas cum patre habitantem. Quin ipsas quoque Tyronis cum Cretheo nuptias Peloponneso vindicarunt mythologi quidam. Salmoneus (Apollod. I. 89) τὸ μὲν πρῶτον περὶ Θεσσαλίαν κατῴκει, παραγενόμενος δὲ αὖθις εἰς Ἦλιν ἐκεῖ πόλιν ἔκτισε. In ea igitur Elidis parte in qua nullus non locus Minyarum antiquam servabat memoriam, ubi Peneus est, ubi in Alpheum influit Enipeus, ubi Ossa est atque Pelion, Salmonei quoque filia Tyro habitasse Neptunique qui Enipei imaginem induit, amorem passa esse credebatur, postea autem quam enixa esset Pelian atque Nelea, ibi quoque Cretheo nupsisse. Quorum mythologorum auctoritatem Sophoclem secutum esse in Tyrone sua, testatur fragmentum recens repertum (pap. Hibeh. I. p. 19) in quo Ἀλφειοῦ πόρου fit mentio.

Tyro autem cum grege postquam in Peloponnesum migravit, num secutus est Phylacus atque urbs Phylaca? Admodum verisimile est novae de rapina boum narrationi locum suppeditasse regionem Elidi Pyloque vicinam. Est enim Tegeae, in imperio regis antiquissimi Aphidante — cuius regis nomen non facile disiungas ab Aphidno Lacedaemoniorum numine Orcino — pagus τῶν Φυλακέων. Pausanias (VIII. 54) in ea regione Φυλάκην memorat, addit autem periegetes haec de Alpheo flumine: „Λα-

κεδαιμονίοις δὲ καὶ Τεγεάταις ὅρος τῆς γῆς ὁ ποταμός ἐστιν Ἀλφειός, τούτου τὸ ὕδωρ ἀνέρχεται μὲν ἐν Φυλάκῃ, κάτεισι δὲ οὐ πόρρω τῆς πηγῆς. Phylacus autem — cui uxor fuit Clymene — numen Orcinum si fuit, digna quae de Alphei fluminis itinere subterraneo hic narrantur sunt ad quae attendat quicunque boum raptarum occulta itinera investigat.

Restat una de raptu boum in Laconica Messeniaque peracto fabula. Sed de Leucippidis Apharidisque ac Dioscuris quae mythographi poetae historiarum scriptores varie excogitaverunt nimis sunt confusa quam ut obiter hic tractentur. Quod ad ipsum raptum attinet satis erit monere, fabulam originem cum fabulis de Admeti Phoebique gregibus communem habere. Phoebam atque Hilaïram teste Pausania III 16. 1 iam Cypriorum poeta Apollinis dixit. Quidnam, filias? Ita opinor is qui Cypria fecit. Sed qui tenet eundem Cypriorum poetam narrasse non virgines raptas esse a Dioscuris sed boves (ἐν τούτῳ δὲ Κάστωρ μετὰ Πολυδεύκους τὰς Ἴδα καὶ Λυγκέως βοῦς ὑφαιρούμενοι ἐφωράθησαν fr. Ep. ed. Kink. p. 18), non dubitet hic quoque gregem Apollineum agnoscere. Leucippum enim Apollinem esse, vix quisquam hodie negat.

Minime nova atque inaudita sunt quae hic profero. Ut vero appareat Admeti si non nomen attamen numen Pharis Messeniacis identidem recurrere, Aphareus quoque spectandus est. Quis ille? Respondebo verbis Wilamowitzii, qui in libro de Isyllo fabulas Leucippidarum, Aesculapiique fata venuste atque ingeniose enarrans sic monet: „Aphareus ist in den Sagen die uns vorliegen der Vertreter von ganz Messeniën und wird sammt seinen Söhnen nicht fest an einem Orte angesiedelt. Aber ganz vergessen war der Zusammenhang mit Pharai nicht: Steph. Byz. Φαραὶ πόλις Μεσσήνης ὅθεν ἦσαν οἱ Ἀφαρητιάδαι." Rexne ergo fuit an deus? Ut Admeti Leucippi Nelei ita Apharei naturam divinam obscuravit genealogia. Stirpi Aeolidarum adiunctus, Perieris regis filius dictus est, additusque fratribus Leucippo Tyndareo Icario. Devicta Messenia Spartiatae Oebalidas dixerunt Tyndareum atque Icarium. Aphareum quoque sibi vindicarunt, Perieren enim ex Cynorta Amyclae filio, non ex Aeolo natum esse docuerunt. Sed locus ubi in Laconica sepultus esse ferebatur cultu deum prodit. Aphidna est ubi Apharidas

cum Dioscuris manum conseruisse fama est, τύμβῳ σχεδὸν πατρῴῳ ἔνθεν ἁρπάξαντες ἄγαλμ' Ἀΐδα ξεστὸν πέτρον ἔμβαλον στέρνῳ Πολυδευκέος (*Pind. Nem.* X. 66). De quibus rectissime scripsit Samuel Wide in libro utilissimo (*Lac. Kulte* p. 329): „In Wirklichkeit, scheint es mir, laufen die beiden Angaben" (sc. Aphidnae atque in sepulchro Apharei pugnam factam esse) „auf dasselbe hinaus; denn Aphidna ist die Stadt oder Burg des Ἀφείδας (Ἄφιδνος is audit in Attica cf. Phot. Reitzenst. p. 91. i. v. ἀμήτορος) „des Schonungslosen" — Beiname des Unterweltgottes — und das Grab des Aphareus hat dieselbe Bedeutung, was vielleicht auch daraus hervorgeht, dass bei Pindaros (l.l.) die Aphariden das ἄγαλμα Ἀΐδα vom Grabe des Vaters auf den Polydeukes schleudern."

Aphareum Pharorum eponymum eundem esse deum atque Admetum persuasissimum mihi habeo. Tamen, quamvis multis genealogiarum vinculis omnes Minyarum heroes deosque incolae Messeniae Laconicaeque et Elidis sibi devinxerint, *fabulas* de Admeto Alcestidisque fatis item transportatas esse in Peloponnesum ne iis quidem quae dixi extra controversiam positum est. Sed nimium postulare mihi videtur qui clara diei luce crepusculum mythologiae illustrari poscit. Lucri duco quidquid in re obscura indicium quamvis parvum ad verum explorandum praebet. Addam itaque pauca quaedam quae ad rem facere mihi videntur. Wilamowitz in Isyllo Aesculapii cultum memoriamque Messeniacam ad fontes varios accurate reducens monet, in Leucippidarum catalogo caedem Cyclopum memorari, ergo Aesculapii interfecti resuscitatique in eodem poemate mentionem factam fuisse (l.l. p. 79). Quoniam autem Aesculapium mythologi Messeniaci non ex Coronide verum ex Arsinoe Leucippi natum esse gloriabantur („sive Hesiodus ita cecinit sive τῶν τις ἐμπεποιηκότων ἐς τὰ Ἡσιόδου τὰ ἔπη συνθέντα ἐς τὴν Μεσσηνίων χάριν" ut est apud Pausaniam II. 26. 7) omnino necesse est eos putasse Aesculapium permansisse in Messenia, ibique filios Machaonem atque Podalirium habuisse (cf. quoque Paus. IV. 31. 6 et 12). Quis igitur credat, si Leucippidarum catalogus Cyclopum caedem Aesculapiique Messeniaci fata in Messenia collocavit, non ibidem Apollinis apud Admetum Pheraeum ministerium cum ea caede arctissime coniunctum collocatum fuisse? Nam si deest

Admeti nomen, substitit Alcestidis. Quid ad fabulam ipsam valeat obscura ea Hesychii nota „'Αρσίππη ἡ Ἄλκηστις", id nunc quidem non quaero, licet non neglegam Minyarum nomen genealogiae Messeniacae iterum adscitum; Alcestis enim ex Pelia nata est, eadem vero cum Arsippe audit, non Peliae, sed Leucippi filia dicta esse videtur, nam nomen gerit ex Leucippi Arsinoesque nominibus compositum. Utrum antiquius veriusve sit, difficile est diiudicatu. Longe dispersa per Graeciam sunt nomina quae cum Alcestide cohaereant. Salmoneus, Alcestidis proavus, uxorem Alcidicen habuit, Stesichorus Phylaci filiam cognovit Alcimeden, Alcis vates est Messeniacus apud Pausaniam (IV. 9. 3), ipsum autem fatum Alcestidis iteratur fere in Alcidis Thebanae historia quae legitur apud Pausaniam IX. 17. 1.

Filium Eumelum num cognitum habuit Messenia? In promptu est hoc negare. Sane cum δ 798 Eumelus dicitur *Pheris habitare*, non ita facile convincam, ipsum poetam qui hoc narret Pheras spectasse Messeniacas. Tamen versus ipsos inspiciens fortasse mecum dubites:

795 ἔνθ' αὖτ' ἄλλ' ἐνόησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη·
ϝείδωλον ποίησε, δέμας δ' ἐϝέϝικτο γυναικί,
Ἰφθίμῃ κούρῃ μεγαλήτορος Ἰκαρίοιο,
τὴν Εὔμηλος ὄπυιε Φερῆσ' ἔνι ϝοικία ναίων.

Qui Eumelo Iphthimam primus addidit uxorem filiam Icarii, regis ex Periere Messeniaco nati, nonne uxoris nomine Pheris Messeniacis devinxit Eumelum, ita ut patrem uxor novo nomine Arsippe stirpi associaverat regum Messeniorum? Et nonne eandem viam investigandi monstrat ipse loci contextus? Simulacrum cur mittit Minerva Iphthimam, non ita facere solita per Odysseam? Plane hoc expedire vix quisquam poterit; rationem tamen inventi dispiciet qui hoc spectat: simulacrum Iphthimae ad Penelopen mitti a dea dum comitatur Telemachum in itinere Lacedaemonio.

Suspiciones augere nolo. Si vera aut saltem verisimilia sunt quae exposui, unum restat quod adiciam. Raro quod Admeti nomen memoratum est ne nimis miremur! Cum eo ipso id cohaeret quod πολυώνυμος est Hades. Uno tamen loco fortasse memoratur nec agnoscitur. Pausanias X. 25. 5 Cnidiorum Leschen describens haec habet: πλησίον δὲ τοῦ Ἑλένου Μέγης

*ἐστί, τέτρωται δὲ τὸν βραχίονα ὁ Μέγης, καθὰ δὴ καὶ Λέσχεως ὁ Αἰσχυλίνου Πυρραῖος ἐν Ἰλίου περσίδι ἐποίησε· τρωθῆναι δὲ ὑπὸ τὴν μάχην τοῦτον ἣν ἐν τῇ νυκτὶ ἐμαχέσαντο οἱ Τρῶες ὑπὸ Ἀδμήτου φησὶ τοῦ Αὐγείου.* Admetus ille si idem est quem paullo post (c. 27. 1) confossum a Philocteta memorat periegetes, alienus est a nostra historia, nisi ad Caucones eum pertinere, incerta coniectura, suspicari licebit. Verum si diversi duo sunt Admeti, prior ille infestissimo casu consanguineum suum Megetem vulnerasse putandus est, nam Meges filius est Phylei, qui itidem ex Augea natus erat. Admetus autem Augei Elei si fuit filius, duplici vinculo cum Admeto Pheraeo coniunctus erat. Neptunus utrique avus; Neleus vero qui Admeti fuit avunculus pronepotem habuit Admetum alterum, cuius pater ex Hyrmine Nelei filia natus erat.

Sed ab intricatis genealogiae artibus Messeniacis iam abstinere praestat.

---

## AD TACITI GERMANIAE C. VII.

*Reges ex nobilitate, duces ex virtute sumunt. Nec regibus infinita aut libera potestas; et duces exemplo potius quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agunt, admiratione praesunt.*

Donec me docuerit aliquis quae inter ablativos istos *exemplo, imperio, admiratione* intercedat ratio, semper credam Tacitum scripsisse *exempli* et *imperii.* Egregiam leni hac mutatione nanciscimur sententiam: „illi in bello duces non ideo *auctoritate valent* (hoc *praesunt* significat) quod milites ipsum *imperium venerentur* (imperii admiratione) sed quod *strenue pugnando oculos in se convertunt* (exempli admiratione).

J. J. H.

# AD EPICTETUM.

SCRIPSIT

A. I. KRONENBERG.



Epicteti dissertationes ad fidem cod. Bodleiani rec. H. Schenkl, Lips. MDCCCXCIV; editio minor ibidem MDCCCXCVIII.

Diss. I 1. 31. *ὄρεξιν ἔκκλισιν ἀκώλυτα ἀπερίπτωτα παρεσκευακέναι.* Scribe *ἀκώλυτον ἀπερίπτωτον,* cum hoc ad *ἔκκλισιν* solam, illud ad solam *ὄρεξιν* referendum sit.

I 2. 2. *πληγαὶ οὐκ εἰσὶν ἀφόρητοι τῇ φύσει. — Τίνα τρόπον; — Ὅρα πῶς· Λακεδαιμόνιοι μαστιγοῦνται μαθόντες ὅτι εὔλογόν ἐστι. τὸ [δ'] ἀπάγξασθαι οὐκ ἔστιν ἀφόρητον· ὅταν γοῦν πάθῃ τις ὅτι εὔλογον, ἀπελθὼν ἀπήγξατο.* Schweighaeuser recte delevit *δ'* quod non agnoscit cod. Upton., porro *παθόντες* corrigendum est.

I 2. 7. *τῷ κατὰ τὸ πρόσωπον ἑαυτοῦ.* Schweighaeuser in commentario iure non repetivit *τὸ,* cf. ind. Schenkelii.

I 6. 14. *διὰ τοῦτο ἐκείνοις (τοῖς ἀλόγοις θηρίοις) μὲν ἀρκεῖ τὸ ἐσθίειν — καὶ τἆλλ' ὅσα ἐπιτελεῖ τῶν αὐτῶν ἕκαστον.* Non opus est cum apographis *τῶν* delere vel Schenkelium sequi *τῶν ἀλόγων* scribentem, dummodo restituas *τῶν αὐτῶν.*

I 7. 20. *δεῖ οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν λημμάτων ἱστορῆσαι καὶ τὴν τοιαύτην μεταβολήν τε καὶ μετάπτωσιν αὐτῶν, καθ' ἣν ἐν αὐτῇ τῇ ἐρωτήσει ἢ τῇ ἀποκρίσει ἢ τῷ συλλελογίσθαι ἤ τινι ἄλλῳ

τοιούτῳ λαμβάνοντα τὰς μεταπτώσεις ἀφορμὴν παρέχει τοῖς ἀνοήτοις τοῦ ταράσσεσθαι μὴ βλέπουσι τὸ ἀκόλουθον. Corais coniectura λαμβάνων quid lucremur non perspicitur: quid enim est κατὰ μετάπτωσιν λαμβάνειν τὰς μεταπτώσεις? at si seclusis verbis [τὰς μεταπτώσεις] legerimus λαμβανόμενα (sc. τὰ λήμματα), logicis certe restituerimus quod logicorum est. Cf. Muson. Ruf. I p. 2. 12 Hense: λαβεῖν λῆμμα, Sext. Emp. Pyrrh. hypot. II 136 p. 87. 27 Bekk.: λήμματα μὲν εἶναι λέγεται τὰ πρὸς κατασκευὴν τοῦ συμπεράσματος συμφώνως λαμβανόμενα ἀξιώματα, et p. 420, 27 et 29, p. 421, 3 et 6.

I 8. 13. εἰ δὲ καλὸς ἦν Πλάτων καὶ ἰσχυρός, ἔδει κἀμὲ καθήμενον ἐκπονεῖν, ἵνα καλὸς γένωμαι ἢ ἵνα ἰσχυρός; Non „sedentem" sed „cotidie", καθ' ἡμέραν.

I 10. 13. ἐπεί τοι καὶ ἡμεῖς οἱ γέροντες, ὅταν παίζοντας ὁρῶμεν νέους, συμπροθυμούμεθα καὶ αὐτοὶ συμπαίζειν. πολὺ δὲ πλέον, εἰ ἑώρων διεγηγερμένους καὶ συμπροθυμουμένους, προεθυμούμην ἂν συσπουδάζειν καὶ αὐτός. Recte Schweigh. ⟨συμ⟩προεθυμούμην supplevit, non recte [συμ]προθυμουμένους scripsit, cum debuerit σπουδάζοντας: hoc enim et hoc solum ratio postulat. Fieri potest ut vera lectio propter verbum quod antecedit συμπαίζειν in συμπαίζοντας abierit, tum quasi per emendationem in id quod nunc legitur.

I 22. 17. νῦν ἐγὼ οὐχ ὁρῶ τί ἐστι τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν ⟨καὶ⟩ οὐ μαίνομαι; Copulam addidi coll. II 23. 22: εἶτα τούτου τι κρεῖσσον ἔχειν ὁμολογεῖς καὶ οὐ μαίνῃ;

I 26. 3. πρῶτον ἐπὶ τῆς θεωρίας γυμνάζουσιν ἡμᾶς οἱ φιλόσοφοι ὅπου ῥᾷον, — (4) γελοῖος οὖν ὁ λέγων πρῶτον βούλεσθαι ἐπ' ἐκείνων· οὐ γὰρ ῥᾴδιον ἄρχεσθαι ἀπὸ τῶν χαλεπωτέρων. Immo ῥᾷον.

I 28. 20. Ζήτει καὶ εὑρήσεις ὅτι ἄλλῳ διαφέρει (ἄνθρωπος πελαργοῦ). ὅρα μὴ τῷ παρακολουθεῖν οἷς ποιεῖ, ὅρα μὴ τῷ κοινωνικῷ, μὴ τῷ πιστῷ, τῷ αἰδήμονι, τῷ ἀσφαλεῖ, τῷ συνετῷ [;]. (21) ποῦ οὖν τὸ μέγα ἐν ἀνθρώποις [κακὸν καὶ ἀγαθόν]; ὅπου ἡ διαφορά. Delenda delevi; praeterea ἐν ἀνθρώπῳ praetulerim.

I 30. 6. *τί οὕτω μεγάλα καὶ πολλὰ παρασκευαζόμεθα πρὸς τὸ μηδέν;* Corrigendum esse *παρεσκευαζόμεθα* sequentia evincunt (*τούτων ἕνεκα τοὺς πολλοὺς λόγους ἤκουον;*)

II 4. 3. *ὡς τίνι σοι χρῶμαι, ἄνθρωπε; ὡς γείτονι, ὡς Φίλῳ; ποίῳ τίνι;* Scribatur *ποίῳ τινί;* ut voluisse videtur Schenkl, cf. ind. s. v. *ποῖος*.

II 6. 27. '*θέλεις ἀναγνῶ σοι παιᾶνας;*' '*τί μοι πράγματα παρέχεις; οὐκ οἶδας τὰ ἔχοντά με κακά; ἐν τούτοις γάρ μοι ἐστὶν* ...' Dubitavit Schweigh., utrum verteret „nam in his malis sunt meae res" (*ἐστὶν* sc. *τὰ πράγματα*) an „in his igitur malis mihine licet te paeanas praelegentem audire?" Hoc probo et scribo *ἔστιν;*

II 8. 24. ⟨'⟩ '*Αλλ' ἐροῦσι* '*πόθεν ἡμῖν οὗτος ὀΦρῦν ἐνήνοχεν καὶ σεμνοπροσωπεῖ;*' ⟨'⟩ ⟨'⟩ *Οὔπω κατ' ἀξίαν* e. q. s. usque ad finem *ταῦτα ὄψεσθε.* ⟨'⟩ Virgulas addidi, interpretans 'At' inquies 'dicent homines '*πόθεν σεμνοπροσωπεῖ;*'' Fac respondeas: '*Οὔπω* e. q. s.'

II 10. 11. *ἀεὶ γὰρ ἕκαστον τῶν τοιούτων ὀνομάτων εἰς ἐπιλογισμὸν ἐρχόμενον, ὑπογράΦει τὰ οἰκεῖα ἔργα.* Malim *ἐρχομένῳ* coll. III 21. 15: *εἰς Φαντασίαν ἐρχόμεθα.*

II 13. 5. *κιθαρῳδὸν μὲν οὖν οὐ δύναμαι εἰπεῖν μὴ εἶναι, ὅταν ἴδω τινὰ Φοβούμενον, ἄλλο δέ τι δύναμαι εἰπεῖν καὶ οὐδὲ ἕν, ἀλλὰ πολλά.* Restitue *ἄλλο δ' ἔτι.*

II 17. 37. '*ἀΦιλόστοργος γέρων· ἐξερχομένου μου οὐκ ἔκλαυσεν οὐδ' εἶπεν „εἰς οἵαν περίστασιν ἀπέρχομαι· τέκνον, ἂν σωθῇς, ἅψω λύχνους*"'. (38) *ταῦτ' ἔστι τὰ τοῦ Φιλοστόργου;* (interrogandi signum add. Elter) *μέγα σοι ἀγαθὸν ἔσται σωθέντι. τοιούτῳ καὶ λύχνον ⟨ἅπτειν⟩ ἄξιον· ἀθάνατον γὰρ εἶναί σε δεῖ καὶ ἄνοσον.* Wolf *ἀπέρχῃ*, Coraes *ἀπέρχῃ μοι* scripserunt; num forte *ἀπέρχῃ· οἴμοι τέκνον·?* Ceterum reiecta manus correctricis coniectura ⟨*ἅπτειν*⟩ sic scribo: *μέγα σοι ἀγαθὸν ἔσται σωθέντι τοιούτῳ* (cf. III 1. 34: *τοιοῦτον* = *τοιοῦτον ὄντα*) *καὶ λύχνου* (vel *λύχνων*) *ἄξιον.*

III 1. 6. *Τί οὖν ποιεῖ ἄνθρωπον καλόν* ⟨;⟩ *ἢ ὅπερ τῷ γένει καὶ κύνα καὶ ἵππον; Τοῦτο, ἔφη.* Interrogandi signum addidit Richards, *ἦ* (quod apud Epictetum non invenitur) pro *ἢ* male substituit, cf. I 2. 30: *ἢ δῆλον,* I 7. 16: *ἢ μή ποτε.* Ceterum supplendum videtur ⟨*ἐν*⟩ *τῷ γένει,* vide 2: *ἕκαστα τούτων ἐν τῷ αὐτῷ* (*αὐτῶν* Schweigh.) *γένει.*

III 2. 10. *ἐξέστηκας, ὠχρίακας, εὐθὺς κέκραγας 'ἐγὼ αὐτῷ δείξω τίς εἰμι, ὅτι μέγας φιλόσοφος'. βλέπεται ἐξ αὐτῶν τούτων* (sc. *ἐξ ὧν ἐξέστηκας, ὠχρίακας, κέκραγας*). Verba *ὅτι μέγας φιλόσοφος,* ut quae turbent ordinem, deleverim.

III 3. 15. Recte sed non sufficienter supplevit Schenkl: *ὁ θάνατός ἐστιν ἀπροαίρετον* ⟨*ἢ προαιρετικόν; ἀπροαίρετον*⟩, debuit enim: *ὁ θάνατος* ⟨*τί*⟩ *ἐστιν* ⟨;⟩, ut solet Epictetus.

III 5. 1. *Νοσῶ, φησίν, ἐνθάδε καὶ βούλομαι ἀπιέναι εἰς οἶκον.* — (2) *Ἐν οἴκῳ γὰρ ἄνοσος ἦς* [*σύ*]; *οὐ σκοπεῖς* e. q. s. Corruptam dittographiam removi. Noli cum Uptono exspectare *ἔσῃ*; nam *ἄνοσος* = „morbo non obnoxius", ut II 8. 28: *ἀθάνατος ἀγήρως ἄνοσος,* 17. 38: *ἀθάνατον γὰρ εἶναί σε δεῖ καὶ ἄνοσον.* De forma secundae personae cf. III 24. 5: *συνῇς,* IV 1. 132: *ἦς.*

III 5. 9. *μὴ οὐ προσῆλθόν σοί ποτε φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, ἕτοιμος εἴ τι ἐπιτάσσεις, εἴ τι σημαίνεις;* Lege *ἐπέτασσες* et *ἐσήμαινες;*

III 9. 14. '— *ἕως τὸ πλοῖον μισθούμεθα, δυνάμεθα καὶ Ἐπίκτητον ἰδεῖν· ἴδωμεν τί ποτε λέγει'. εἶτ' ἐξελθὼν 'οὐδὲν ἦν ὁ Ἐπίκτητος, ἐσολοίκιζεν, ἐβαρβάριζεν'. τίνος γὰρ ἄλλου κριταὶ εἰσέρχεσθε;* Praefero *εἰσήρχεσθε;*

III 9. 18. *πάτρων, οὐ πάτρων, τί μοι μέλει;* [*σοί μέλει.*] Verba inepta seclusi.

III 9. 18. *ταῦτα ἔχω ἀντὶ τῶν ἀργυρωμάτων, ἀντὶ τῶν χρυσωμάτων, σὺ χρυσᾶ* ⟨*τὰ*⟩ *σκεύη, ὀστράκινον τὸν λόγον* e. q. s. Quod necessarium erat addidi, cf., si opus est, notam marg. cod. Upton.: *συνυπακουστέον· ἐγὼ ὀστράκινα τὰ σκεύη, χρυσοῦν τὸν λόγον.*

III 10. 16. *οὐ γάρ ἐστιν ἔργον τοῦ φιλοσόφου ταῦτα ⟨τὰ⟩ ἐκτὸς τηρεῖν* e. q. s. Recte manus correctrix articulum restituit, quod tamen non perierat, sed latebat in [*ταῦ*]*τα*. Vitii originem agnosco in verbis quae antecedunt: *ταῦτα ἐκπληρώσῃ*.

III 14. 14. *μήποτ' ἐστὶν αἰδώς, πίστις, δικαιοσύνη; τούτοις δείκνυε κρείττονα σεαυτόν, ἵν' ὡς ἄνθρωπος ᾖ* (*ᾖς* corr. Richards) *κρείττων*. Lege ⟨*ἐν*⟩ *τούτοις*, coll. ind. s. v. *κρείσσων*.

III 16. 3. *δεῖ τοῖς ἰδιώταις συγκαθίεσθαι εἰς τὰς τοιαύτας συμπεριφορὰς μεμνημένους ὅτι* e. q. s. Non *μεμνημένους* a 1ª manu scriptum esse, sed *μεμνημένων* monet editor in ed. min.; corrigatur igitur *μεμνημένον*.

IV 16. 5. *οἵαν εἶχεν δύναμιν Σωκράτης, ὥστ' ἐν πάσῃ συμπεριφορᾷ ἄγειν ἐπὶ τὸ αὐτοῦ τοὺς συνόντας*; Lego *ἐπὶ τὰ αὐτοῦ* (= 1: *μεταθεῖναι ἐπὶ τὰ αὐτοῦ*), sicut olim correxi III 10. 12: *τὰ τοῦ περιπατοῦντος* (= quod sequitur *τὰ τοῦ πυρέσσοντος* = 15: *τὰ αὐτοῦ*).

III 16. 16. *εἰ γὰρ μήπω οὕτως ἔχητε*, e. q. s. Recte Schweigh.: *ἔχετε*, sicut et apographa recte I 29. 27: *ἔχετε*, IV 10. 6: *θέλεις*, et manus correctrix II 18. 11: *ἐξαλείψει*. Emendetur etiam II 19. 22: *Στωικὸν δὲ δείξατέ μοι, εἴ τινα ἔχετε*.

III 20. 5. *μικρά σοι δοκεῖ ὁ Μενοικεὺς ὠφεληθῆναι, ὅτ' ἀπέθνῃσκε;* — *Τοιαῦτά τις εἰπὼν ὠφεληθείη* [*ἢ* del. apogr.] *οἷα ἐκεῖνος ὠφελήθη*. Locum, de quo vel interpretando vel emendando dissentiunt viri docti, sic refingendum esse puto ut per pronomen, quod est *τις*, locutor ipse designetur (cf. ex. gr. II 18. 15: *ὤφελόν* (*ὄφελόν* cum *S* Blass) *τις μετὰ ταύτης ἐκοιμήθη*): *Τοιαῦτά τις μήποτ' ὠφεληθείη* e. q. s.

III 20. 13. *'τὸν θάνατον τί ποιήσεις;' τί γὰρ ἄλλο ἢ ἵνα σε κοσμήσῃ, ἢ ἵνα δείξῃς ἔργῳ δι' αὐτοῦ τί ἐστιν ἄνθρωπος τῷ βουλεύματι τῆς φύσεως παρακολουθῶν; 'τὴν νόσον τί ποιήσεις;'* (14) *δείξω αὐτῆς τὴν φύσιν, διαπρέψω ἐν αὐτῇ, εὐσταθήσω* e.q.s. Supple ⟨*δι'*⟩ *αὐτῆς*.

III 21. 12. *τηλικούτου δ' ἔργου ἁψόμενός τις ἄνευ θεῶν ἀσφαλῶς ἅψεται καὶ οἱ τούτῳ προσιόντες εὐτυχῶς προσελεύσονται;* Pro *τούτῳ* expectes *οὕτω* vel *οὕτως*.

III 22. 5. (Loquitur deus *ὁ ἕκαστα διατάσσων οἰκοδεσπότης*) '*σὺ ἥλιος εἶ· — ὕπαγε, περιέρχου' καὶ οὕτω διακίνει ἀπὸ τῶν μεγίστων ἐπὶ τὰ μικρότερα· 'σὺ μοσχάριον εἶ·* e. q. s.' Erat cum conicerem *διοικεῖ* pro *διακίνει* (Classical Review XX 2); *δευτέραις φροντίσι* debeo *διαβαίνει*. Cf. I 18. 18: *ἔδει μελετᾶν ἐπὶ τῶν μικρῶν καὶ ἀπ' ἐκείνων διαβαίνειν ἐπὶ τὰ μείζω.*

III 23. 3. *ἕκαστον γὰρ τῶν γινομένων ὑφ' ἡμῶν ἂν μὲν ἐπὶ μηδὲν ἀναφέρωμεν, εἰκῇ ποιήσομεν· ἐὰν δ' ἐφ' ὃ μὴ δεῖ, διεσφαλμένως. λοιπὸν ἡ μέν τίς ἐστι κοινὴ ἀναφορά, ἡ δ' ἰδία. πρῶτον ἵν' ὡς ἄνθρωπος. ἐν τούτῳ τί περιέχεται; μὴ ὡς πρόβατον, εἰ ἐπιεικῶς· μὴ βλαπτικῶς, ὡς θηρίον. ἡ δ' ἰδία* e. q. s. Coll. II 9. 4 et 5: *ὅταν εἰκῇ —, ποῦ ἀπεκλίναμεν; ἐπὶ τὰ πρόβατα. — ὅταν βλαβερῶς —; ἐπὶ τά θηρία* verba sicuti tradita sunt in *S*: *εἰ βλαπτικῶς καὶ ἐπιεικῶς* Elter refinxit: *εἰκῇ· μὴ βλαπτικῶς*. Egregie quidem, sunt tamen quae displiceant. Nam dum *εἰκῇ*, quod in membris disiectis *εἰ* et *καὶ* latere verisimile est, ex *ἐπιεικῶς* elicit, id verbum pessumdedit quod servatum malumus; accedit quod post rogationem *ἐν τούτῳ τί περιέχεται;* non continuo negationem exspectes (*μὴ ὡς πρόβατον*), sed tale quid quod priora illa *ἵν' ὡς ἄνθρωπος* illustret, declaret: in hunc fere modum: *ἐν τούτῳ τί περιέχεται; ⟨ἵν'⟩ ἐπιεικῶς· μὴ ὡς πρόβατον, εἰκῇ, ⟨μὴ⟩ βλαπτικῶς, ὡς θηρίον.*

III 23. 6. *σκέψαι πρῶτον μὴ εἰκῇ αὐτὸ ποιεῖν.* Scribo *ποιεῖς*, dum confero II 10. 25: *βλέπε μὴ τοιοῦτ' ἐστιν.*

III 23. 17. '*οὗτος ὁ ἄνθρωπος πάνυ τεχνικώτατα γράφει, Δίωνος πολὺ κάλλιον.' ὅλον ἄλλο ἐστί.* (18) *μή τι λέγει 'ὁ ἄνθρωπος αἰδήμων ἐστὶν οὗτος, πιστός ἐστιν [οὗτος], ἀτάραχός ἐστιν';* Non cum apographis deleverim *οὗτος*, sed sic potius legerim: '*⟨οὗτος:⟩ ὁ ἄνθρωπος αἰδήμων ἐστίν, οὗτος πιστός ἐστιν, οὗτος ἀτάραχός ἐστιν';* At in iis quae sequuntur: *εἰ δὲ καὶ ἔλεγεν, εἶπον ἂν αὐτῷ· ἐπειδὴ οὗτος πιστός ἐστιν, οὗτος ὁ πιστὸς τί ἐστι;* alterum *οὗτος* abicio potius quam corrigo *αὐτὸς ὁ πιστὸς*, quod fecit Elter.

III 23. 29. *εἴωθε λέγειν ὁ Ῥοῦφος 'εἰ εὐσχολεῖτε ἐπαινέσαι με, ἐγὼ δ' οὐδὲν λέγω'.* Adservans δ' literam quam delevit Coraes, Hense in editione sua Rufiana dedit: *ἐγῷδ' οὐδὲν λέγων.* Conferatur tamen IV 8. 25: *'εἴ μέ τις', φησί* (sc. *Σωκράτης*), *'βλάψαι δύναται, ἐγὼ οὐδὲν ποιῶ· εἰ ἄλλον περιμένω, ἵνα με ὠφελήσῃ, ἐγὼ οὐδέν εἰμι'.*

III 24. 52. *οὕτως σοι μικρὸν καὶ οὐδενὸς ἄξιον εἶναι φαίνεται τὸ εἶναι καλὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ εὐδαίμονα;* Quantocius restituamus *αἰδήμονα.*

III 26. 27. *Φοβεῖταί τις ἀνὴρ ἀγαθός, μὴ λείπωσιν αὐτῷ τροφαί; τῶς τυφλοῖς οὐ λείπουσι, τοῖς χωλοῖς οὐ λείπουσι· λείψουσιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ; καὶ στρατιώτῃ μὲν ἀγαθῷ οὐ λείπει ὁ μισθοδοτῶν οὐδ' ἐργάτῃ οὐδὲ σκυτεῖ· τῷ δ' ἀγαθῷ λείψει;* Restitue *λείψουσι δ' ἀνδρί*, cf. etiam I 23. 7. Uptoni emendationem *στρατιώτῃ μὲν* [*ἀγαθῷ*] neglexit editor.

IV 1. 8. *ὁ πατὴρ ἐλεύθερος, ἡ μήτηρ ἐλευθέρα, οὗ ὠνὴν οὐδεὶς ἔχει.* Schenkl mavult ⟨*οὗ*⟩ *ὁ πατήρ*, Salmasius *ὧν ὠνὴν* coniecit. Praestare mihi videtur *ἐμοῦ ὠνὴν*, cf. I 13. 5: *Ἀλλ' ὠνην αὐτῶν ἔχω, ἐκεῖνοι δ' ἐμοῦ οὐκ ἔχουσιν.*

IV 1. 82. *τίς ἀφελέσθαι αὐτὰ δύναται, τίς* ⟨*σ'*⟩ *ἐμποδίσαι; οὐ μᾶλλον ἢ τὸν θεόν.* Obiectum addidi, quod necessarium videbatur propter id quod sequitur; cf. 90: *τίς ἔτι με κωλῦσαι δύναται —; οὐ μᾶλλον ἢ τὸν Δία.*

IV 1. 92. *οὕτω καὶ ἐν τῷ κόσμῳ ποιεῖ ὁ φρόνιμος.* Verba quae sequuntur hominis cum animo suo deliberantis ita distinguo: *'Πολλὰ λῃστήρια, τύραννοι, χειμῶνες, ἀπορίαι, ἀποβολαὶ τῶν φιλτάτων.* (93) *ποῦ τις καταφύγῃ; πῶς ἀλῄστευτος παρέλθῃ; ποίαν συνοδίαν περιμείνας ἀσφαλῶς διέλθῃ; τίνι προσκατατάξας ἑαυτόν;* (94) *τῷ δεῖνι, τῷ πλουσίῳ, τῷ ὑπατικῷ. καὶ τί μοι ὄφελος; αὐτὸς ἐκδύεται, οἰμώζει, πενθεῖ· τί δ', ἂν ὁ συνοδοιπόρος αὐτὸς ἐπ' ἐμὲ στραφεὶς λῃστής μου γένηται;* (95) *τί ποιήσω; φίλος ἔσομαι Καίσαρος· ἐκείνου με ὄντα ἑταῖρον οὐδεὶς ἀδικήσει. πρῶτον μὲν ἵνα γένωμαι λαμπρός, πόσα με δεῖ τλῆναι καὶ παθεῖν,*

ποσάκις καὶ ὑπὸ πόσων λῃστευθῆναι· εἶτα ἐὰν γένωμαι, καὶ οὗτος θνητός ἐστιν· [96] ἂν δ' αὐτὸς ἔκ τινος περιστάσεως ἐχθρός μου γένηται; ⟨96⟩ ἀναχωρῆσαι πού ποτε κρεῖσσον εἰς ἐρημίαν (cf. IV 11. 16: ἄπελθ' εἰς ἐρημίαν πού ποτε). ἄγε, ἐκεῖ πυρετὸς οὐκ ἔρχεται; (97) τί οὖν γένηται; οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἀσφαλῆ σύνοδον, πιστόν, ἰσχυρόν, ἀνεπιβούλευτον;'

IV 1. 133. Λόγος δ' ἀγεννὴς καὶ ἄπιστος καὶ φίλου προδοσία καὶ κολακεία τυράννου τί⟨ν'⟩ ὑμῖν ἐφαίνετο; — Κακά. Numerum pluralem restitui, cf. etiam II 19. 18 et I 30. 2, ubi aliquando τί⟨ν'⟩ ἔλεγες correxi.

IV 1. 144. Καὶ τί ταῦτα πρὸς ἐλευθερίαν; — Οὐκ ἄλλα μὲν οὖν ἢ ταῦτ', ἄν τε θέλητε ὑμεῖς οἱ πλούσιοι ἄν τε μή. — Καὶ τί σοι μαρτυρεῖ ταῦτα; — Τί γὰρ ἄλλο ἢ αὐτοὶ ὑμεῖς οἱ τὸν κύριον τὸν μέγαν ἔχοντες; Exspectes ὑμεῖς οἱ δοῦλοι. Certe divitum mentio prorsus hic aliena est.

IV 3. 10. Distinguo: διὰ τοῦτο οὐδὲν δύναμαι παραβῆναι τῶν ἐντολῶν· 'τήρει τὸ ἀγαθὸν τὸ ἑαυτοῦ ἐν παντί, — εἰ δὲ μή, δυστυχήσεις, ἀτυχήσεις, κωλυθήσῃ, ἐμποδισθήσῃ'. οὗτοί εἰσιν οἱ ἐκεῖθεν ἀπεσταλμένοι νόμοι, ταῦτα τὰ διατάγματα· e. q. s. Plura huiusmodi data sunt in Classical Quarterly III 3 (ad I 1. 16).

IV 4. 16. εἰ δὲ τὰ περὶ ὁρμῆς τούτου ἕνεκα ἀναγιγνώσκοιμεν, οὐχ ἵνα ἴδωμεν, τί λέγεται περὶ ὁρμῆς, ἀλλ' ἵν' εὖ ὁρμῶμεν· τὰ περὶ ὀρέξεως δὲ καὶ ἐκκλίσεως, ἵνα μήποτ' ὀρεγόμενοι ἀποτυγχάνωμεν μήτ' ἐκκλίνοντες περιπίπτωμεν· τὰ περὶ καθήκοντος δ', ἵνα μεμνημένοι τῶν σχέσεων μηδὲν ἀλογίστως μηδὲ παρ' αὐτὰ ποιῶμεν, οὐκ ἂν ἠγανακτοῦμεν πρὸς τὰ ἀναγνώσματα ἐμποδιζόμενοι e. q. s. Vidit Coraes aut μήτ' ὀρεγόμενοι aut μηδ' ἐκκλίνοντες esse scribendum — quorum utrum praestet e sequentibus μηδὲν — μηδὲ efficias —, viderunt Upton et Reiske post παρ' αὐτὰ litteram ς excidisse, sed neminem offenderunt verba ἵνα εὖ ὁρμῶμεν, quamquam et a manu correctrice εὖ intrusum est neque facile quisquam unquam sic est locutus; Epicteti certe erat ἵν' ὁρμῶμεν ⟨κατὰ φύσιν⟩ (I 19. 25) vel ⟨εὐστόχως⟩ (IV 6. 26) vel ⟨ἀναμαρτήτως⟩ (cf. ind. s. v. ὁρμή).

IV 4. 33. *Οὐ πολλάκις ἤκουσας, ὅτι ⟨τὴν⟩ ὄρεξιν ἆραί σε δεῖ παντελῶς, τὴν ἔκκλισιν ἐπὶ μόνα τρέψαι τὰ προαιρετικά* —; Articulum supplevi (I 4. 1).

IV 4. 47. *ταῦτα ἐκ σοῦ αὐτοῦ γίνεταί σοι καὶ ἀπὸ τῶν θεῶν. ἐκεῖνο μέμνησο, τίς ὁ διδούς ἐστι καὶ τίσι καὶ διὰ τίνα.* Corrigatur *ἐκείνου* et *καὶ* ⟨*ἐπὶ*⟩ (vel *κἀπὶ*) *τίσι*, cf. IV 1. 153: *ᾔδει, πόθεν ἔχει καὶ παρὰ τίνος καὶ ἐπὶ τίσιν λαβών.*

IV 5. 22. *τί σοι μέλει; οὔ τινι γὰρ ἄλλῳ τεχνίτῃ τῶν ἀτέχνων.* Quia *οὔ τις* pro *οὐδείς* abhorret ab Epicteti sermone, conieceram aliquando [*οὐ*] *τίνι γὰρ* —; nunc praestare mihi videtur *οὐ γὰρ ἄλλῳ τινὶ τ. τ. ἀ.*, cf. II 13. 15: *οὐδὲ γὰρ ἄλλος τις τεχνίτης τῷ ἀτέχνῳ.*

IV 5. 31. *οὔτε πατὴρ υἱοῖς* (corr. *υἱῷ*) *φίλος οὔτ' ἀδελφὸς ἀδελφῷ.*

IV 5. 35. *πανταχοῦ θαρροῦντα ὡς περὶ* [*τῶν*] *ἀλλοτρίων, ὡς περὶ οὐδενὸς ἀξίων.* Delevi articulum.

IV 6. 6. *ἐκεῖνο μόνον σοι δέδοται, σαυτὸν πεῖσαι, καὶ οὔπω πέπεικας· εἶτά μοι νῦν ἐπιχειρεῖς πείθειν τοὺς ἄλλους;* (7) *καὶ τίς σοι τοσούτῳ χρόνῳ σύνεστιν ὡς σὺ σαυτῷ; τίς δὲ οὕτω πιθανός ἐστί σοι πρὸς τὸ πεῖσαι ὡς σὺ σαυτῷ; τίς δ' εὐνούστερον καὶ οἰκειότερον ἔχων ἢ σὺ σαυτῷ; πῶς οὖν οὔπω πέπεικας σαυτὸν μαθεῖν;* In his quod videam duo sunt vitia: nam primum quidem corrigendum est *τοσούτῳ χρόνῳ σύνεστιν ὅσῳ σὺ σαυτῷ*; tum post *οὔπω πέπεικας σαυτὸν* (sc. *τίνα ἐστὶν ἀγαθὰ καὶ κακά*) verbum *μαθεῖν* intrusit aliquis e sequentibus (8) petitum: *τοῦτ' ἔστι περὶ ὃ ἐσπούδακας, ἢ* (sic scribe pro *καὶ*) *μανθάνειν ὥστε ἄλυπος εἶναι καὶ ἀτάραχος* —; cf. etiam 10: *Ἔτι οὖν δακνόμενος ἐπὶ τούτῳ καὶ ταρασσόμενος οἴει πεπεῖσθαι περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν;*

IV 8. 32. *ἵνα μηδαμοῦ μηδὲν παραγυμνώσῃ πρὸς τοὺς πολλούς, δι' οὗ τὴν μαρτυρίαν τὴν αὑτοῦ — αὐτὸς ἄκυρον ποιήσῃ,* non infrequenti errore pro *ποιήσει.*

IV 10. 11. *ἐπεὶ γὰρ δεῖ πάντως ἀποθανεῖν, ἀνάγκη τί ποτε ποιοῦντα εὑρεθῆναι, ἢ γεωργοῦντα ἢ σκάπτοντα ἢ ἐμπορευόμενον ἢ ὑπατεύοντα ἢ ἀπεπτοῦντα ἢ διαρροιζόμενον.* (12) *τί οὖν θέλεις ποιῶν εὑρεθῆναι ὑπὸ τοῦ θανάτου; ἐγὼ μὲν τὸ ἐμὸν μέρος ἔργον τί ποτε ἀνθρωπικόν —.* (13) *εἰ δὲ μὴ δύναμαι τὰ τηλικαῦτα ποιῶν εὑρεθῆναι, ἐκεῖνό γε* e. q. s. Verba *ὑπὸ τοῦ θανάτου* transponenda videntur post *εὑρεθῆναι* quod prius legitur.

IV 11. 31. *ὁ ὗς καὶ τὰ σαπρὰ χηνίδια καὶ σκώληκες καὶ ἀράχναι.* Corrigere si non licebit, licebit suspicari *ἀράχνια* propter 32: *σκώληξ μᾶλλον ἢ ἀράχνιον.*

IV 11. 35. *ἰδοὺ πρεσβύτης ἄξιος τοῦ ἐρᾶν καὶ ἀντερᾶσθαι, ᾧ τις υἱὸν αὑτου παραδῷ μαθησόμενον, ᾧ θυγατέρες* (-*ρας* Elter, sed debuit -*ρα*), *ᾧ νέοι προσελεύσονται* e. q. s. In *S* a prima manu est *παραδοθησόμενον*, in quo latere potest *παραδώσει μαθησόμενον.*

IV 13. 5. *παρακεκάθικέ σοι στρατιώτης ἐν σχήματι ἰδιωτικῷ καὶ ἀρξάμενος κακῶς λέγειν τὸν Καίσαρα, εἶτα σὺ ὥσπερ ἐνέχυρον παρ' αὐτοῦ λαβὼν τῆς πίστεως τὸ αὐτὸν τῆς λοιδορίας κατῆρχθαι λέγεις καὶ αὐτὸς ὅσα φρονεῖς, εἶτα δεθεὶς ἀπάγῃ.* „Abundare videtur *καὶ* (ante *ἀρξάμενος*), nisi potius est *ἀνακολουθία* sermonis facile ferenda" adnotat Schweigh.. Corrige *καταρξάμενος.*

IV 13. 6. *οὐ γὰρ* (sic Schenkl pro *αὐτὰρ*) *ὡς ἐμοὶ ἐκεῖνος ἀσφαλῶς πεπίστευκεν τὰ ἑαυτοῦ, οὕτως κἀγὼ τῷ ἐπιτυχόντι*[;]. „cuilibet" vertit Schweigh., recte dum corrigas *τῷ* [*ἐπι*]*τυχόντι.*. Cf. ind. s. v. *τυγχάνω.*

Fragm. I Schenkl (= Schw. 175). *Τίς οὖν ἡ δύναμις αὐτοῦ* (sc. *τοῦ ἐν Δελφοῖς παραγγέλματος*)*; εἰ χορευτῇ τις παρήγγελλε τὸ γνῶναι ἑαυτόν, οὐκ ἂν ἐν τῇ προστάξει προσεῖχε τῷ ἐπιστραφῆναι καὶ τῶν συγχορευτῶν καὶ τῆς πρὸς αὐτοὺς συμφωνίας;* Inter viros doctos qui his mederi studuerunt solus nominetur Halm, qui quamquam emendandi viam indicasse magis quam institisse videtur, solus tamen quid vellet Epictetus intellexit. Is enim adservata editionis Trincavellanae lectione *τὸ ἐπιστραφῆναι* scripsit *οὐκ ἂν ἐν τῇ προστάξει προσῆν τὸ ἐπιστραφῆναι.* Sed

rationes palaeographicae suadent *περιείχετο τὸ ἐπιστραφῆναι*, cf. ind. s. v. *περιέχομαι.*

Fragm. II (= Schw. 135). *Ὁ τοῖς παροῦσι καὶ δεδομένοις ὑπὸ τῆς τύχης δυσχεραίνων ἰδιώτης ἐν βίῳ, ὁ δὲ ταῦτα γενναίως φέρων καὶ εὐλογίστως τὰ ἀπ' αὐτῶν ⟨ποιῶν⟩ ἀνὴρ ἀγαθὸς ἄξιος νομίζεσθαι.* Inserendum esse *ποιῶν* vereor ut cuiquam probet Schenkl; rectius Hense *εὐλογίστως* [*τὰ*] *ἀπαντῶν*, si tam Epicteteum esset *ἀπαντῶ τοῖς πράγμασι* quam est *τὰ πράγματα ἀπαντᾷ μοι.* Coll. fragm. XX (= Schw. 18) *ὑπομένουσιν* — *φέρουσιν*, suspicor *καὶ εὐλογίστως τὰ ἀπ' αὐτῶν ⟨ὑπομένων⟩.*

Fragm. XIX (= Schw. 16). *ἄλλος λέγει 'ἐγὼ ὑπατικός εἰμι'· ἄλλος 'ἐγὼ ἐπίτροπος'· ἄλλος 'ἐγὼ οὔλας τρίχας ⟨ἔχω⟩'.* Verbum quod addidit Gesner transponatur *'ἐγὼ ⟨ἔχω⟩ ὁ. τ.'*, cf. III 14. 12: *'ἐγὼ ἔχω πολλὰς κριθὰς καὶ χόρτον'.*

Ench. c. 16. *πρόσεχε μή σε ἡ φαντασία συναρπάσῃ ὡς ἐν κακοῖς ὄντος αὐτοῦ* [*τοῖς ἐκτός*]. Ultima verba, quae non nisi verba sunt, delevi.

---

## AD OVIDIUM

P. IV, 12, 1—3.

Quo minus in nostris ponaris, amice libellis
  nominis efficitur conditione tui,
*Namque* ego non alium prius hoc dignarer honore.

Pro *namque* Kornius recepit secundae manus lectionem *ast*, credo quia intelligebat Latinum *namque* ... *non* non valere idem quod Graecum *οὐ γὰρ ἄν* (Belg. *want anders*). Sed ne *ast* quidem eam vim habet. Nulla coniunctio in hunc locum quadrat nisi *aut*.

Cf. III, 2, 21 („amici non perfidia sed nimio timore moti me deseruerunt")

*Aut* meus excusat caros ita candor amicos.

J. J. H.

---

# ANNOTATIONES CRITICAE AD PLUTARCHI OPERA.

SCRIPSIT

J. J. HARTMAN.



Dum sudant prela magnum, quem de philosophi Chaeronensis vita studiisque composui, librum [1]) popularibus sub anni finem exhibitura, denuo tam *Vitas* quam *Moralia* otiose percurro, in iis praesertim subsistens locis ad quos olim dubitationis aliquod appinxi signum. Hic modo me in scirpo nodum quaesivisse intelligo (quod quis mirabitur haud raro evenisse artificiose structas docti scriptoris sententias cum pulvisculo excutienti?), modo corruptorum verborum aptam lenemque medicinam invenisse mihi videor, sed saepius iterum haereo et cur haeream melius iam quam antea perspicio. Haud ergo operam chartamque me perditurum spero, si novarum illarum curarum fructus cum doctis philologis communicavero, iisque aut mea qualiacunque emendandi conamina perpendenda tradidero aut quid male me habeat demonstravero. Nam etiam post luculentum Naberi laborem sat multa in Plutarcho aut corrupta aut obscura supersunt. Quodsi hic illic in locum incidero, de quo iam antea suspicionem aliquam proposui, illam paucissimis hic verbis repetam, simul Mnemosynae indicans volumen paginamque, ubi coniecturae meae leguntur argumenta.

---

1) Titulo instructum Belgico: *De avondzon des Heidendoms; het leven en werken van den wijze van Chaeronea.*

## I.

### Ad Vitas.

*Theseus* c. VI οἱ δὲ λανθάνοντες ἐκείνου π α ρ ι ό ν τ ο ς ἔπτησσον καὶ ἀ ν ε δ ύ ο ν τ ο. Legendum esse παρόντος et ὑπεδύοντο demonstravi. Mnem. 1893 p. 336. Sub finem eiusdem capitis haec leguntur:

τότε δὲ παντάπασιν ἦν Φανερὸς πεπονθὼς (sc. Theseus) ὅπερ ὕστερον χρόνοις πολλοῖς Θεμιστοκλῆς [ἔπαθε καὶ] εἶπεν, ὡς καθεύδειν αὐτὸν οὐκ ἐῴη τὸ Μιλτιάδου τρόπαιον.

Dele ineptum emblema quo sententiae decursus perturbatur.

C. VIII ἐν δ' Ἰσθμῷ Σίνιν τὸν πιτυοκάμπτην ᾧ τρόπῳ πολλοὺς ἀνῄρει τούτῳ διέΦθειρεν α ὐ τ ό ς.

Utique cum Schaefero eiusque auctoribus legendum αὐτόν: quo supplicio alios afficere solebat Sinis eo *ipsum* pessumdedit Theseus.

C. XII Theseus, ut a patre agnosceretur,

κρεῶν παρακειμένων σπασάμενος τὴν μάχαιραν, ὡς ταῦτα τέμνων, ἐδείκνυεν ἐκείνῳ.

Hic Cobetus pro τέμνων reposuit τεμῶν, sed intactum reliquit ταῦτα, pro quo ego ταύτῃ requiro: ὡς ταύτῃ τεμῶν, i. e. tamquam si ingenti illo gladio carnes esset secaturus. (Cf. Mnem. 1901 p. 104).

C. XIV ἐπεὶ δὲ (Hecale) ηὔξατο ὑπὲρ αὐτοῦ (sc. τοῦ Θησέως) τῷ Διὶ βαδίζοντος ἐπὶ τὴν μάχην, εἰ σῶς παραγένοιτο θύσειν κτἑ. Ante θύσειν victimae nomen excidisse videtur.

C. XVI Citatis Philochoro et Aristotele, qui docuerunt pueros puellasque, quos decimo quoque anno Athenienses Cretam mitterent, ibi in custodia tantummodo retineri solitos, non necari, sic pergit:

ἔοικε γὰρ ὄντως χαλεπὸν εἶναι Φώνην ἐχούσῃ πόλει καὶ μοῦσαν ἀπεχθάνεσθαι. Καὶ γὰρ ὁ Μίνως ἀεὶ διετέλει κακῶς ἀκούων καὶ λοιδορούμενος.

„Praesertim" sic Plutarchus pergit „poetae tragici eum in

infamiam adduxerunt." Haec omnia tum demum apte decurrent, si pro *ἔοικε γάρ* scriptum erit *ἔοικε δέ*. Sic enim disputat Plutarchus: „sed *quamquam* ea res ita se habet (i. e. quamquam non sine veri specie haec affirmant graves auctores) tamen praevaluerunt crimina et maledicta poetarum tragicorum: tam molesta res est incurrere in odium civitatis quae poetico pollet ingenio."

C. XXIII „Thesei navem per multa saecula conservarunt Athenienses pro antiquis lignis identidem nova inserentes"

*ὥστε καὶ τοῖς φιλοσόφοις εἰς τὸν αὐξανόμενον λόγον ἀμφιδοξούμενον παράδειγμα τὸ πλοῖον εἶναι.*

Pro *ἀμφιδοξούμενον* requiritur *ἀμφιδοξοῦσιν* (aut fortasse *ἀμφιδοξουμένοις*): „philosophis hanc quaestionem in utramque partem tractantibus navis illa exemplo esse solet." Cf. quod sequitur *τῶν μὲν ὡς τὸ αὐτὸ τῶν δὲ ὡς οὐ τὸ αὐτὸ διαμένοι λεγόντων.* Verbum *αὐξανόμενον* suam terminationem praebuit verbo insequenti. Proclivis hic scribentium error. Neque usquam saepius quam in Plutarchi Vitis istud corruptelarum genus deprehenditur.

*Romulus* c. II „Narrant Romulum infantem cum fratre Remo (Romo) in Italiam vectum esse"

*ἐν δὲ τῷ ποταμῷ πλημμύραντι τῶν ἄλλων σκαφῶν διαφθαρέντων, ἐν ᾧ δὲ ἦσαν οἱ παῖδες εἰς μαλακὴν ἀποκλινθέντος ὄχθην ἀτρέμα, σωθέντας ἀπροσδοκήτως, ὀνομασθῆναι Ῥώμην.*

Arena sine calce! Alia lectio est *ὀνομασθῆναι τὸν τόπον Ῥώμην* in qua veram latere opinor: *ὀνομασθῆναι* enim solito vitio natum esse ex *ὀνομάσαι*: Romulus et Remus locum, quo praeter opinionem salvi evaserant, (postea ad gratum testandum animum, de suo nomine) Romam appellavere.

C. XI Pomoerium quo modo fiat narraturus sic incipit Plutarchus:

*εἶτα ὥσπερ κύκλον κέντρῳ περιέγραψαν τὴν πόλιν.*

Ecquis hoc intelligit? Sed scribe *τῇ πόλει*, omnia erunt luce clariora: pomoerium est geometrarum *circulus*, cui urbs *centri* est instar. Sic voce *κέντρον* Plutarchus utitur Numa IX: *συννεύει δ' εἰς ἓν ἐκ τῆς περιφερείας κέντρον.* Propter elegantem

structuram τὸ πωμήριον ὥσπερ κέντρῳ τῇ πόλει περιέγραψαν cf. Lyc. 24: οἷον ἐν στρατοπέδῳ τῇ πόλει.

C. XIV „De numero raptarum Sabinarum alii alia tradiderunt". Sequitur:

*ὃ μέγιστον ἦν ἀπολόγημα τῷ Ῥωμύλῳ· γυναῖκα γὰρ οὐ λαβεῖν ἀλλ' ἢ μίαν, Ἑρσιλίαν, διαλαθοῦσαν αὐτούς, ἅτε δὴ μὴ μεθ' ὕβρεως μηδ' ἀδικίας ἐλθόντας ἐπὶ τὴν ἁρπαγήν, ἀλλὰ συμμῖξαι καὶ συναγαγεῖν εἰς ταὐτὸ τὰ γένη ταῖς μεγίσταις ἀνάγκαις διανοηθέντας.*

Neque quid haec sibi velint video neque quomodo cohaereant cum disputatione de virginum numero. Praesertim in isto διαλαθοῦσαν haereo.

C. XV „Etiamnunc hic servatur mos ut nuptae non ipsae cubiuclum intrent sed alienis manibus sublatae inferantur"

*διὰ τὸ καὶ τότε* (Sabinas) *κομισθῆναι βιασθείσας μὴ εἰσελθεῖν.*

Sana haec esse quis credat? Equidem μὴ εἰσελθεῖν reddendum censeo magistello qui olim in margine appinxerit.

C. XVI Tropaei origo sic narratur; devicto Acrone Romulus ut votum solveret

*ἐπὶ στρατοπέδου δρῦν ἔτεμεν ὑπερμεγέθη καὶ διεμόρφωσεν ὥσπερ τρόπαιον καὶ τῶν ὅπλων τοῦ Ἄκρωνος ἕκαστον ἐν τάξει περιήρμοσε καὶ κατήρτησεν.*

Quantocius istud ὥσπερ τρόπαιον eiiciendum puto. Totius enim loci hoc est consilium ut describatur tropaeum quomodo natum sit. Et *additis demum armis* ex arbore fit tropaeum. διαμορφοῦν nihil aliud est quam: arborem ita accidere ut folia et parvi rami removeantur (Belg. *fatsoeneeren*). Idem vitium tollendum in vita Marcelli c. 8: πρέμνον ἀσκήσας [ὥσπερ τρόπαιον].

C. XVIII Cives suos fugientes videns Romulus

*ἀνατείνας εἰς οὐρανὸν τὰς χεῖρας εὔξατο τῷ Διῒ στῆσαι τὸ στράτευμα καὶ τὰ Ῥωμαίων πράγματα πεσόντα μὴ περιϊδεῖν ἀλλ' ὀρθῶσαι.*

Ipsene Plutarchus istud ἀλλ' ὀρθῶσαι addidit? Mihi incredibile videtur ab eodem, qui e thesauro sermonis Attici protraxerit, corruptum esse hunc orationis flasculum.

C. XIX Cum starent parati ad novum proelium Romani et Sabini, accurrebant uxores raptae et cum gemitu lamentationibusque utrosque placare conabantur:

*ἐπεκλάσθησαν οὖν ἀμφότεροι καὶ διέσχον αὐταῖς ἐν μέσῳ καταστῆναι τῆς παρατάξεως.*

Ut possent mulieres inter exercitus consistere, nimirum *διασχεῖν* debebant illi, sed prave illud compositum hic ponitur: durissima enim structura est infinitivus a *discedendi* verbo pendens. Scripsit, ut opinor, Plutarchus: *παρέσχον* (cf. mox *παρεῖχον ὁρᾶν* et Publ. c. 22 *τὸ μὴ ἀπολέσθαι παρέσχε*), sed librarius verbum posuit quod ipsa narratio intempestive ei subiiciebat.

C. XXII Romulus civibus suis permisit uxorem repudiare

*ἐπὶ φαρμακείᾳ τέκνων ἢ κλειδῶν ὑποβολῇ καὶ μοιχευθεῖσαν.*

Molestas illas *claves* felicissime removit Naberus (Mnem. 1899, 166) coniiciendo in *κλειδῶν* latere *παίδων*, in *ἐπὶ φαρμακείᾳ τέκνων* quid lateat se ignorare fatetur. Facile tamen persanari posse mihi videtur locus. Si enim semel Naberianum inventum probamus (et mihi quidem admodum placet illud), non iusto audaciorem hanc coniecturam censeo: Plutarchum scripsisse:

*ἐπὶ φαρμακείᾳ καὶ τέκνων ὑποβολῇ καὶ μοιχευθεῖσαν*

et adscriptam postea esse variam lectionem *ἢ παίδων*, illam autem non solum esse corruptam sed etiam in textum receptam novi vitii causam factam esse. Veneficium, liberi suppositi, adulterium, hae sunt divortii causae legitimae. Vox autem q. e. *φαρμακείᾳ* nullum sibi genitivum adiectum requirit, sponte enim hic quivis *τῶν ἀνδρῶν* supplet.

C. XXIII Romulus, Tatii mortem non ultus, videbatur quidem Sabinis haud aegre ferre quod iam solus regnare posset, neque tamen ea suspicio turbas movit seditionesve sed Sabinorum

*οἱ μὲν εὐνοίᾳ τῇ πρὸς αὐτόν, οἱ δὲ φόβῳ τῆς δυνάμεως οἱ δὲ ὡς θεῷ χρώμενοι εἰς πᾶσαν εὔνοιαν θαυμάζοντες διετέλουν.*

Isto *εἰς πᾶσαν εὔνοιαν* quid faciam nescio, sed corruptum locum esse iudicio sunt hiatus et inepta repetitio *εὐνοίᾳ* ... *εὔνοιαν*.

C. XXIV Tatii familiares quidam Laurentinorum legatos oc-

ciderant; Laurentini Tatium, cum auctores iniuriae punire nollet interfecerant. Paulo post et Laurenti et Romae dira evenerunt prodigia. Tum vero

*παντάπασιν ἐδόκει τῶν ἐπὶ Τατίῳ συγκεχυμένων δικαίων ἐπί τε τοῖς πρέσβεσι φονευθεῖσι μήνιμα δαιμόνιον ἀμφοτέρας ἐλαύνειν τὰς πόλεις.*

Quid Plutarchus scripserit non definio sed haec a sciolo esse corrupta mihi constat.

C. XXVI „Lictores ab *alligandi* verbo dicuntur". Plane obscura sunt quae sequuntur:

*αἵ τε ῥάβδοι βάκυλα καλοῦνται διὰ τὸ χρῆσθαι τότε βακτηρίαις.*

C. XXVII Patriciis potestatis erat nihil; honoris, non consilii, causa in curiam a rege convocabantur,

*εἶτα σιγῇ προστάττοντος ἠκροῶντο, καὶ τῷ πρότερον τὸ π ε π ρ α γ μ έ ν ο ν ἐκείνου πυθέσθαι τῶν πολλῶν πλέον ἔχοντες ἀπηλλάττοντο.*

L. *τὸ προστεταγμένον.* Hoc solum erat patriciorum privilegium quod ante plebeios quid rex imperaret cognoscebant. Nam si de *rebus* a rege *gestis* hic sermo esset, utique plurali numero opus esset.

C. XXVIII Enumeratis quibusdam hominibus, qui dicuntur subito e conspectu hominum esse ablati, haec addit Plutarchus:

*καὶ ὅλως πολλὰ τοιαῦτα μυθολογοῦσι παρὰ τὸ εἰκὸς ἐκθειάζοντες τὰ θνητὰ τῆς φύσεως ἅμα τοῖς θείοις.*

Recte Bryanus *θείοις* pro *θεοῖς*, sed praeterea post illud *θείοις* desideratur *ἀπανθρωπουμένοις* vel *ἐξανθρωπουμένοις*. Nam *ἐκθειάζειν τὰ θεῖα* nihili est, et hoc sibi vult Plutarchus: hic est communis hominum error quod quae sint mortalia (nempe *corpora*) et quae divina (nempe *animi*) non tenent: ergo saepe humanae naturae quod mortale est divinum faciunt, quod divinum mortale. Cum formula a me reposita *ἅμα τοῖς θείοις ἐξανθρωπουμένοις* cf. quod legitur *de Iside et Osiride* c. 23 (p. 360 in., B. II, 493, 18): *ἐξανθρωπίζοντας τὰ θεῖα.*

C. XXIX In hoc capite pro *ἐκ τῶν ὁμοίων* legendum esse *ἐξ*

*αἰτιῶν ὁμοίων*, pro *χρήσασθαι* aut *ἐγχρίμψασθαι* aut *χρίμψασθαι*, denique *ἀθύρουσι* pro *ἀγείρουσι* demonstravi Mnem. 1892 p. 306.

*Comparatio Thesei et Romuli* c. V Scriptor quidam ut Theseum nefariae incuriae liberet crimine

*πλάττει τὸν Αἰγέα τῆς νεὼς προσφερομένης ὑπὸ σπουδῆς ἀνατρέχοντα πρὸς τὴν ἀκρόπολιν θέας ἕνεκα καὶ σφαλλόμενον καταπεσεῖν, ὥσπερ ὀπαδῶν ἔρημον, ἢ τῆς ἐπὶ θάλατταν ὁδοῦ σπεύδοντι μὴ παρούσης τινὸς θεραπείας.*

Sententia perspicua sed verba scribae incuria corrupta et perturbata.

C. VI Pro *εὐνοίας* legendum esse *εὐνομίας* demonstravi Mnem. 1901 p. 362.

*Lycurgus* c. II *γενομένων δὲ τῶν ὁρκίων ὁμολογιῶν.*

Stephanus ante *ὁμολογιῶν* inserendum *καί* putabat, Sintenisius coniecit *ὁρκίων τῶν ὁμολογιῶν*. Verisimilius videtur totum istud *ὁμολογιῶν* sciolo deberi.

C. III Lycurgus *πρὶν τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ φανερὰν ἔσεσθαι κύουσαν ἐβασίλευεν.*

Futuri illius *ἔσεσθαι* me fugit ratio.

C. IV Lycurgus Homeri carmina e Creta Spartam secum ferre decrevit

*κατιδὼν ἐν αὐτοῖς τῆς πρὸς ἡδονὴν καὶ ἀκρασίαν διατριβῆς τὸ πολιτικὸν καὶ παιδευτικὸν οὐκ ἐλάττονος ἄξιον σπουδῆς ἀναμεμιγμένον.*

Iure Reiskius *ταῖς ... διατριβαῖς*, sed praeterea vel *ὄν* post *ἄξιον* vel *ὡς* ante *οὐκ* inserendum videtur.

ib. Olim Graecorum plerique partes tantummodo Homeri habebant

*σποράδην τῆς ποιήσεως ... διαφερομένης. γνωρίμην δὲ αὐτὴν καὶ μάλιστα πρῶτος ἐποίησε Λυκοῦργος.*

Quoniam absurdum est: „Lycurgus *vel maxime primus* hoc fecit", auctor sum ut leni transpositione legamus *πρῶτος καὶ*

*μάλιστα*. Nemo ante Lycurgum Homeri carmina integra nota fecit, neque post eum cuiquam melius hoc consilium cessit.

C. V Absentem Lycurgum etiam ipse rex Charillus matrisque eius cognati desiderabant; sperabant enim

*ἐκείνου παρόντος ἧττον ὑβρίζουσι χρῆσθαι τοῖς πολλοῖς.*

Immo *χρήσεσθαι*.

ib. Numerus 28

*τοῖς αὑτοῦ μέρεσιν ἴσος ὢν μετὰ τὴν ἑξάδα τέλειός ἐστι.*

Ante *μετά* inseratur *πρῶτος*. De ceteris v. Naberum Mnem. 1899 p. 168.

C. VI Iubet deus Delphicus regem Spartanorum populo in certas diviso partes lectoque senatu *οὕτως εἰσφέρειν τε καὶ ἀφίστασθαι.*

Ultimum vocabulum quid significet non video; *εἰσφέρειν* haud dubie est „legem ferre".

ib. In illo oraculo Pythico

*ἀρχαγέται οἱ βασιλεῖς λέγονται, τὸ δὲ ἀπελλάζειν ἐκκλησιάζειν.*

Hactenus omnia sunt quam sincerissima et quam maxime perspicua. Sed additur *ὅτι τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν αἰτίαν τῆς πολιτείας εἰς τὸν Πύθιον ἀνῆψε*, ubi, siquid video, manifesto deprehenditur sciolus in margine annotationes scribens; excerptum enim hoc est ex iis quae inde ab initio huius capitis narrata sunt.

Paulo post pro *τῶν συμπορευομένων* legendum esse *τῶν συμπολιτευομένων* demonstravi Mnem. 1901 p. 246.

ib. Postquam narravit quomodo secundum oraculum Pythicum rempublicam ordinarit Lycurgus, et quid post eum Theopompus et Polydorus reges addiderint ad compescendam nimiam populi in legibus, quas rex et senatus ferebant, immutandis licentiam, sic totam rem Plutarchus concludit:

*ἔπεισαν δὲ καὶ αὐτοὶ τὴν πόλιν, ὡς τοῦ θεοῦ ταῦτα προστάσσοντος, ὥς που Τύρταιος ἐπιμέμνηται διὰ τούτων* (sequuntur versus Tyrtaei).

In quibus *καὶ αὐτοί* designat reges Theopompum et Polydorum, qui suam quoque *παρένθεσιν* Delphis allatam finxerunt. Tyrtaeo ergo auctore oraculum Delphicum iussit:

*ἄρχειν μὲν βουλῆς θεοτιμήτους βασιλῆας,*
*οἷσι μέλει Σπάρτας ἱμερόεσσα πόλις,*
*πρεσβύτας τε γέροντας, ἔπειτα δὲ δημότας ἄνδρας,*
*εὐθείαις ῥήτραις ἀνταπαμειβομένους.*

Iubetur hic populus, quod rex et senatus tulit, immutatum probare (vel reiicere), sed quomodo id e poetae verbis efficiam et utrum *εὐθείαις ῥήτραις* dativus sit an instrumentalis, dubius haereo.

C. VII Messenii et Argivi pristinum reipublicae suae statum conturbarunt

*ὕβρει μὲν τῶν βασιλέων, οὐκ εὐπειθείᾳ δὲ τῶν ὄχλων.*

Potestne *οὐκ εὐπείθεια* dici pro *ἀπείθεια*? Non opinor, et si iam utcunque potest, quid attinet insoliti aliquid, immo miri et inauditi, proferre quod a solito usitatoque neque sensu neque colore vel minimum differat? Scripserat Plutarchus *ἀπειθείᾳ* quod cum in *εὐπειθείᾳ* abiiset — frequentissimum hoc vitium — imperitus quidam medicus sic locum sanavit.

C. IX *τὸ γὰρ σιδηροῦν (νόμισμα) ἀγώγιμον οὐκ ἦν πρὸς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας.*

Ecquid *ἐξαγώγιμον*? In iis quae continuo sequuntur

*οὐδ' εἶχε τιμὴν καταγελώμενον*

pro *καταγελώμενον* Naberus (Mnem. 1899 p. 169) legit *καταγόμενον*, fortasse recte: „cum ad alias gentes importabatur non inveniebat pretium". Sed habet lectio tradita quod mihi quidem minime displiceat: videre mihi videor Athenienses Corinthiosve miros edentes risus cum Spartanorum conspicerent ponderosos nummos scilicet.

C. 11 Pro *ἐν τῷ κατανοεῖν* legendum esse *ἅμα τῷ κατανοεῖν* et ex iis quee praecedunt particulam *ἅμα* eximendam demonstravi Mnem. 1902 p. 156.

C. 12 Domi cenare licebat

*ὁπότε θύσας τις ἢ κυνηγῶν ὀψίσειε.*

Si quis a venatu sero rediisset in tempore ad cenam publicam adesse non poterat; huic ergo venia dabatur. Sed sacrificium non est res tam longi temporis. Lege ergo *θύσεις* pro *θύσας*: qui rem divinam fecerat ei licebat domi hostiae carnibus vesci.

ib. Virgula post *ἀγγεῖον* posita pro *ἐπὶ τῆς κεφαλῆς* legendum esse *ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς* demonstravi Mnem. 1902 p. 67.

Sub finem capitis legimus senes Spartanos carnem reliquisse iunioribus

*αὐτοὺς δὲ τοῦ ζωμοῦ καταχεομένους ἑστιᾶσθαι.*

Pro *καταχεομένους* Naberus ingeniose *κατευωχουμένους*. Sed nonne medium illud *καταχεῖσθαι* significare potest: „panem *suum* iusculo respergere"?

C. XIV pro *τόκους* legendum esse *πόνους* demonstravi Mnem. 1901 p. 303.

C. XIV *ἡ δὲ γύμνωσις τῶν παρθένων οὐδὲν αἰσχρὸν εἶχεν ... ἀλλ' ἐθισμὸν ἀφελῆ καὶ ζῆλον εὐεξίας ἐνειργάζετο.*

Vocabulum *ἐθισμόν* ut sanum sit metuo.

ib. Nobile Gorgus responsum narraturus sic incipit scriptor: *εἰπούσης γάρ τινος ὥς ἔοικε ξένης πρὸς αὐτήν ...*

Quid sibi istud *ὡς ἔοικε* vult? Nam peregrinam fuisse quae sic loqueretur: *μόναι τῶν ἀνδρῶν ἄρχετε ὑμεῖς αἱ Λάκαιναι* res ipsa clamat. Agnoscimus, ut opinor, hic senem placida in narrando utentem loquacitate ideoque formulam sibi dilectam etiam ubi minime opus est infercientem. Cf. Solon c. 18 s. f.: *ἐρωτηθεὶς γάρ, ὡς ἔοικεν, ἥτις οἰκεῖται κάλλιστα τῶν πόλεων, „ἐκείνη" εἶπεν κτέ.*

C. XV *ὁ δὲ νύμφιος οὐ μεθύων οὐδὲ θρυπτόμενος, ἀλλὰ νήφων, ὥσπερ ἀεί, δεδειπνηκὼς ἐν τοῖς φιδιτίοις κτέ.*

Sicine scripsit Plutarchus an aliquanto elegantius: *ἀλλ' ὥσπερ ἀεὶ δεδειπνηκὼς κτέ.*? Ipso nuptiarum die sponsus ita ut semper coena publica utebatur, unde sobrius ad nuptam veniebat.

ib. ὥσπερ ἐν χώρᾳ καλλικάρπῳ φυτεύοντα [καὶ ποιούμενον] παῖδας ἀγαθοὺς ἀγαθῶν ὁμαίμους καὶ συγγενεῖς ἐσομένους.
Quid velim vides.

C. XX Peregrino quodam se philolaconem esse gloriante Theopompus:
καλὸν ἦν τοι, ὦ ξένε, φιλοπολίταν καλεῖσθαι.
ait. Legendum κάλλιον.

C. XX Tanta erat in Laconum apophthegmasi sapientia ut iure quidam dixerit
ὅτι μᾶλλόν ἐστι τὸ φιλοσοφεῖν ἢ τὸ φιλογυμναστεῖν λακωνίζειν.
Corrupta haec videntur: amorem enim gymnastices haud facile aliquis Spartanis abiudicaverit. Quod tamen nunc fit. Suspicor Plutarchum scripsisse:
ὅτι οὐ μᾶλλόν ἐστι τοῦ φιλοσοφεῖν τὸ φιλογυμναστεῖν λακωνίζειν
quorum verborum haec est sententia paulo exquisitius enuntiata: non solum amor gymnastices sed etiam amor sapientiae Spartana virtus est.

C. XXI In versu Terpandri pro εὐρυάγυια legendum esse εὐθυάγυια demonstravi Mnem. 1902 p. 168. Lepida mihi etiamnunc haec emendatio videtur.

ib. Ante proelium rex rem divinam Musis facit
ἀναμιμνήσκων, ὡς ἔοικε, τῆς παιδείας καὶ τῶν κρίσεων, ἵνα ὦσι πρόχειροι παρὰ τὰ δεῖνα καὶ λόγου τινὸς ἀξίας παρέχωσι τὰς πράξεις τῶν μαχομένων.
In κρίσεων quid lateat frustra quaeritur etiam. Cetera sana videntur: huc spectat illud sacrificium ut *carmina* (eiusmodi enim vox hic requiritur) olim cantata in ipso periculo militibus in mentem veniant et nova pariant virtutis documenta posthac commemoranda et carminibus laudanda.

C. XXIII Lycurgum Hippias dicit fuisse
πολεμικώτατον καὶ πολλῶν ἔμπειρον στρατειῶν.
Nam recte aliquis πολλῶν ἔμπειρος στρατειῶν dicitur?

C. XXIV καὶ γὰρ ἕν τι τοῦτο τῶν καλῶν ἦν καὶ μακαρίων ἃ παρέσκευακε τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις ὁ Λυκοῦργος, ἀφθονία σχολῆς, οἷς τέχνης μὲν ἅψασθαι βαναύσου τὸ παράπαν οὐκ ἐφίετο ...

Quoniam sententia relativa hic ratio redditur eorum quae praecedunt, post οἷς particula γε requiritur; deinde sententia sic est continuanda: οἷς γε τέχνης μὲν ἅψασθαι ... οὐκ ἐφίετο, χρηματισμοῦ δὲ ... οὐδ᾽ ὁτιοῦν ἔδει.

C. XXV Minores triginta annis in forum venale non veniebant sed per cognatos et amatores

ἐποιοῦντο τὰς ἀναγκαίας οἰκονομίας.

Ultimam vocem sanam esse vix credo.

ib. ὁ μὲν γὰρ Παιδάρητος οὐκ ἐγκριθεὶς εἰς τοὺς τριακοσίους ἀπῄει μάλα φαιδρὸς [ὥσπερ χαίρων] ὅτι βελτίονας αὐτοῦ τριακοσίους ἡ πόλις ἔχει.

Dele inficetum emblema.

C. XXVII pro ἱερῶν legendum esse ἠρίων et paulo post deleto ἰόντας pro ἄγεσθαι reponendum ἄγασθαι demonstravi Mnem. 1902 p. 386 et 1901 p. 246.

C. XXVIII Ἀριστοτέλης δὲ μάλιστά φησι καὶ τοὺς ἐφόρους, ὅταν εἰς τὴν ἀρχὴν καταστῶσι, πρῶτον τοῖς εἵλωσι καταγγέλλειν πόλεμον.

Vox μάλιστα quam hic vim habeat non video.

*Numa* c. I Quid esset agendum ut Pythagoras Spartanus et Pythagoras Samius recte et ordine inter se opponerentur exposui Mnem. 1902 p. 386. Sub finem capitis haec legimus:

τοὺς μὲν οὖν χρόνους ἐξακριβῶσαι χαλεπόν ἐστι, καὶ μάλιστα τοὺς ἐκ τῶν Ὀλυμπιονικῶν ἀναγομένους.

Immo καταγομένους, cf. capitis initium: εἰς τοῦτον κατάγεσθαι τῶν στεμμάτων ἀκριβῶς δοκούντων. Vox statim sequens ἀναγραφήν librarium induxit in errorem.

c. II πέμπτῃ δὲ ἱσταμένου μηνὸς ἣν νῦν ἡμέραν Νόνας Καπρατίνας καλοῦσι κτἑ.

Ipsius mensis nomen (Ἰουλίου) excidit; cf. Rom. 27.

C. III Patricii in suspicionem inciderunt tamquam *μεθιστάντες εἰς ὀλιγαρχίαν τὰ πράγματα καὶ διαπαιδαγωγοῦντες ἐν σΦίσιν αὐτοῖς τὴν πολιτείαν, βασιλεύεσθαι δὲ οὐκ ἐθέλοιεν.*
Verbum *διαπαιδαγωγοῦντες* sanum esse non credo et pro *ἐθέλοιεν* requiro *ἐθέλοντες*.

ib. Pro *ἅμα τοῖς ἀνακηρυχθεῖσι Σαβίνοις* reponendum esse *ἅμα τῷ Σαβῖνον ἀνακηρυχθῆναι* demonstravi Mnem. 1902 p. 209 (ubi falso hunc locum tamquam e capite *secundo* excerptum attuli).

ib. *αὐτὸς δὲ ἑαυτῷ σχολάζοντι χρώμενος οὐδὲν πρὸς ἡδυπαθείας καὶ πορισμοὺς. ἀλλὰ θεραπείαν θεῶν.*
Pro *οὐδὲν* cui nullus hic locus legatur *οὐ*.

c. IV *οὐ μὴν ἀλλὰ Φιλίαν γε πρὸς ἄνθρωπον εἶναι θεῷ καὶ τὸν ἐπὶ ταύτης λεγόμενον ἔρωτα καὶ Φυόμενον εἰς ἐπιμέλειαν ἤθους καὶ ἀρετῆς πρέπον ἂν εἴη.*
Haud dubie corrupta sunt *ἔρωτα καὶ Φυόμενον*, sed quid lateat non video.

ib. Qui possit *λόγος διασώζειν τεκμήρια* non intelligo.

ib. *ἢ τούτοις* (sc. regibus, legum auctoribus) *μὲν εἰκός ἐστι* [*καὶ*] *σπουδάζοντας θεοὺς ὁμιλεῖν ἐπὶ διδασκαλίᾳ καὶ παραινέσει τῶν βελτίστων, ποιηταῖς δὲ καὶ λυρικοῖς μινυρίζουσιν, εἴπερ ἄρα, χρῆσθαι παίζοντας;*
Inclusae voci *καί* nullus hic locus.

C. V *τὰ δ' ἐπαινούμενα τοῦ τρόπου* (verba sunt Numae regnum accipere recusantis) *βασιλεύειν πόρρω μέλλοντος ἀνδρὸς, ἡσυχία τε πολλή.*
Vitiosa haec; Plutarchum scripsisse opinor: *τὰ δ' ἐπαινούμενα τοῦ τρόπου τοῦ βασιλεύειν εἶναι πόρρω μέλλοντος ἀνδρός*: „quae meae virtutes laudantur eae omnes viri sunt qui semper a regno remotus sit futurus.

ib. *γέλως ἂν εἴη τἀμὰ θεραπεύοντος θεοὺς καὶ δίκην τιμᾶν,*

*βίαν δὲ καὶ πόλεμον ἐχθραίνειν διδάσκοντος πόλιν στρατηλάτου μᾶλλον ἢ βασιλέως δεομένην.*

Haud dubie recipienda lectio *θεραπεύειν τοὺς θεούς.*

C. VI „accipe regnum" Numae pater filium monet „si non tua causa"

*ἀλλ' ὑπηρεσίαν γε θεοῦ τὸ βασιλεύειν ἡγούμενος, ὅς [γε] ἀνίστησι καὶ οὐκ ἐᾷ κεῖσθαι καὶ ἀργεῖν τὴν ἐν σοὶ τοσαύτην δικαιοσύνην.*

Alterum *γε* otiose e praecedentibus repetitum.

C. VIII *τῶν θρασυτάτων καὶ μαχιμωτάτων ἐκεῖ πανταχόθεν ὠσαμένων.*

Immo *ἐκεῖσε.*

ib. *χωρὶς δὲ τούτων ἑτέροις ἔξωθεν ἐπαγωνίζονται τεκμηρίοις οἱ τὸν ἄνδρα τῷ ἀνδρὶ* (Numam Pythagorae) *συνοικειοῦντες.*

Corruptum videtur *ἐπαγωνίζονται*, sed quid sit legendum nescio.

C. IX pro *δυνατῶν* legendum esse *ἀδυνάτων* demonstravi Mnem. 1901 p. 161.

ib. *οἱ δὲ πλεῖστοι μάλιστα καὶ τὸ γελώμενον τῶν ὀνομάτων δοκιμάζουσιν, ὡς οὐδὲν ἀλλ' ἢ γεφυροποιοὺς τοὺς ἄνδρας* (pontifices) *ἐπικληθέντας κτέ.*

Haec ne cohaerent quidem. Scripsisse Plutarchum puto: *οἱ δὲ μάλιστα τὸ γελώμενον* deletis *πλεῖστοι* et *καί.*

ib. Pons Sublicius dicitur ex oraculo sine ferro *συγγεγομφῶσθαι διὰ τῶν ξύλων.*

Immo *διὰ μόνων ξύλων.*

C. X *καλεῖται δὲ χῶμα διαλέκτῳ τῇ Λατίνων.*

Addendum *κόλλις.* Praecedit enim mentio portae Collinae et aggeris qui prope illam fuerit. Hoc ergo dicit Plutarchus: „Collina ea porta appellatur propter *collem* quod est *χῶμα*".

C. XII Fetiales Plutarchus dicit nomen habere ab ea re

quam faciant: vetare enim eos bellum fieri antequam omnis spes satisfactionis sit adempta. Ergone a *vetandi* verbo nomen deducit? Eiusdem illud sit qui *oves* et *ova*, *emere* et *vendere* inter se confundit.

ib. *παρὰ τούτων* (a Fetialibus) *ἔδει τὴν ἀρχὴν τοῦ πολέμου δεξάμενον ὡς δίκαιον τὸν ἄρχοντα, τότε σκοπεῖν περὶ τοῦ συμφέροντος.*

Pro *δίκαιον* Coraes rectissime *δικαίου* scribi iussit; sed praeterea pro *ἀρχήν*, quod scriptum suspicor ab eo, quem in errorem induceret sequens *τὸν ἄρχοντα*, quod ei iam ante oculos et in auribus esset, aliud quid requiri opinor: fere *ἐξουσίαν*. Primum fetiales *permittere* bellum tamquam iustum piumque debebant, tum magistratuum erat quaerere conduceretne reipublicae.

C. XIII. Cum ancile illud de caelo lapsum proposuisset Numa aliaque undecim ei similia fieri iussisset, narrant:

*τοὺς μὲν ἄλλους ἀπειπεῖν, Βετούριον δὲ Μαμούριον ... οὕτως ἐφικέσθαι τῆς ἐμφερείας [καὶ κατασκευάσασθαι πάσας ὁμοίας] ὥστε μηδ' αὐτὸν ἔτι Νομᾶν διαγιγνώσκειν.*

Viros doctos, qui sibi aliisque persuadere conantur nihil unquam in veteres textus invitis auctoribus irrepsisse, vel unus hic locus meliora docere potest.

ib. Postquam narravit varias etymologias quibus Iuba demonstrare conatus est *ancilium* nomen Graecum esse, ipse haec addit:

*δύναιτο δ' ἂν τῆς ἀνέκαθεν φορᾶς πρῶτον ἐπώνυμον γεγονέναι καὶ τῆς ἀκέσεως τῶν νοσούντων καὶ τῆς τῶν αὐχμῶν λύσεως ἔτι δὲ τῆς τῶν δεινῶν ἀνασχέσεως ... εἴ γε δεῖ πρὸς τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον ἐξάγειν τοὔνομα.*

Lepide hac enumeratione absurdas ridet Iubae etymologias, et *enumerationem* institui luce clarius ex adverbio *πρῶτον* elucet, sed non credo Plutarchum de a tam tardis lectum iri hominibus exspectasse quibus hoc adiumento opus esset.

C. XVI *τὴν γεωργίαν ὁ Νομᾶς εἰρήνης φίλτρον ἐμμίξας τοῖς πολίταις.*

Praestat *μίξας*: poculum miscebat civibus.

C. XVIII Aegyptii, quia pro annis menses numerant *πλῆθος ἀμήχανον ἐτῶν ἐπὶ ταῖς γενεαλογίαις διαφέρουσιν.*
Aut praepositionis *ἐπί* me fugit ratio aut *ἐν* legendum.

C. XIX *τινὲς δὲ οὐ διὰ τὴν Ἀφροδίτην τὸν Ἀπρίλλιον φασὶν, ἀλλ' ὥσπερ ἔχει τοὔνομα ψιλὸν, Ἀπρίλλιον κεκλῆσθαι τὸν μῆνα, τῆς ἐαρινῆς ὥρας ἀκμαζούσης ἀνοίγοντα καὶ ἀνακαλύπτοντα τοὺς βλαστοὺς τῶν φυτῶν.*
Verba confusa et corrupta videntur; quid scriptor velit satis est perspicuum: nomen est *Aprilis* non *Afrilis*, ergo nihil cum Aphrodite commune hic mensis habet, sed potius ita est dictus quia *aperit* nova plantarum germina.

C. XX *πόθος εἰσερρύη πάντας εὐνομίας καὶ εἰρήνης καὶ γῆν φυτεύειν.*
L. *καὶ τοῦ γ. φ.*

Paulo post pro *λέγουσι* legendum esse *λεγούσας* demonstravi Mnem. 1901 p. 161.

Sub finem capitis legimus: cives qui regem habent qualis Numa erat sine poenae metu sponte
*συμμετασχηματίζονται πρὸς τὸν ἐν φιλίᾳ καὶ ὁμονοίᾳ τῇ πρὸς αὐτοὺς μετὰ δικαιοσύνης καὶ μετριότητος ἀμύμονα καὶ μακάριον βίον.*
Pro *ἀμύμονα* quid sit legendum apparet e vita Galbae c. X in fine: *εἰς βίον ἀ κ ύ μ ο ν α καὶ γῆρας εἰρήνης καὶ ἡσυχίας μεστόν.* Sed tum demum plane erit restitutum quod dedit Plutarchus, si pro *αὐτούς* scripserimus *αὑτούς* (= *ἀλλήλους*).

C. XXII *πάντων* (sc. legum a se scriptarum) *ἕξιν τε καὶ γνώμην ἐνεργασάμενος αὐτοῖς* (sacerdotibus).
De voce *ἕξιν* dubito.
Sequitur hoc: Numa leges a se scriptas simul cum corpore suo sepeliri iussit
*ὡς οὐ καλῶς ἐν ἀψύχοις γράμμασι φρουρουμένων τῶν ἀπορρήτων.*
Sanum, certe aptum, sensum hinc non extundo. Requiritur haec sententia: „ratus ea quae profanis oculis non essent committenda (*τὰ ἀπόρρητα*) *non male* eodem servari loco quo mortua corpora. Lege ergo:

*ὡς οὐ κακῶς ἐν ἀψύχοις σώμασι Φρ. τ. ἀ.*
Mortui ne evulgent arcana non est metuendum.

Quid deinde factum sit paulo post sic narratur:
*ὄμβρων δὲ μεγάλων ἐπιπεσόντων καὶ χώματος περιρραγέντος ἐξέωσε τὰς σοροὺς τὸ ῥεῦμα.*
Oportebat saltem *τοῦ χώματος*, sed ipsa vox *χώματος* ut sana sit vereor.

In fine capitis legimus:
*Ὀστίλιος δὲ Τύλλος, ὃς μετὰ Νομᾶν ἐβασίλευε, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἐκείνου καλῶν ... ἐπιχλευάσας ... πρὸς πόλεμον ἔτρεψε τοὺς πολίτας, οὐδ' αὐτὸς μὲν οὖν ἐνέμεινε τοῖς νεανιεύμασι τούτοις κτέ.*
Particulae *μὲν οὖν* declarant voce *πολίτας* sententiam finiri; deleatur ergo *καί*, quod post *ἐβασίλευσε* legitur.

Comp. Lyc. et Num. 1 Inter ea quae Lycurgo et Numae communia sunt est etiam
*τὸ μίαν ἀρχὴν παρὰ τῶν θεῶν ἀμφοτέρους λαβεῖν τῆς νομοθεσίας.*
Cur hic *μίαν* legatur et non *τήν* non video.

ib. (Numa) *καὶ τοὺς ὡμολογημένους δούλους ἔγευσε τιμῆς ἐλευθέρας.*
Nonne *ἐλευθερίας*?

ib. Sunt qui „libertatem Decembrem" dicant esse
*ὑπόμνημα τῆς Κρονικῆς ἐκείνης ἰσομοιρίας, ὡς μηδενὸς δούλου μηδὲ δεσπότου, πάντων δὲ συγγενῶν καὶ ὁμοτίμων νομιζομένων.*
Nonne hic (post *μηδενός*) *τότε* deest?

C. II *καὶ μὴν τῆς τε διατάξεως καὶ τῆς διαιρέσεως τῶν πολιτευμάτων ὀχλικὴ μὲν ἀκράτως ἡ τοῦ Νομᾶ κτέ.*
Pro *τῆς διατάξεως* et *τῆς διαιρέσεως* *pluralis* requiri numerus videtur; pro *πολιτευμάτων* quin *πολιτῶν* legendum sit non dubito. Agitur enim de *civium* secundum artes divisione.

In fine capitis hoc legimus: „Non erat cur Numa festinaret".
*κινεῖν τὴν πρώτην (τῆς γῆς) νέμησιν, ὡς εἰκός ἐστι, κατὰ χώραν μένουσαν.*

Verissimum, hercle, hoc est, id quod non moveatur suo loco manere; sed quis talia scribit, idque *ὡς εἰκός ἐστιν* addito? Quid Plutarchus scripserit latet.

C. III Uter rectius fecerit, Lycurgus, qui civibus suis liberorum procreandorum causa socium matrimonii assumere, an Numa, qui uxorem a se dimittere et alii tradere permiserit, disputatur verbis (*τίς οὖν ἡ διάκρισις ... ἐξομολογουμένη τῆς κοινωνίας*) ipsa nocte obscurioribus Plutarchoque plane indignis.

C. IV Ceteris legum auctoribus venia danda quod puerorum educationem neglexerunt, sed viro sapienti, qui in se recepisset regnum populi novi et quamlibet legem facile probantis

*περὶ τί πρῶτον ἦν σπουδάσαι προσῆκον ἢ παίδων ἐκτροφήν;*

Nonne *πρότερον*?

ib. Agitur de hominibus qui *τὸ βέλτιον* non, ut oportet, reponunt

*ἐν σωτηρίᾳ καὶ πραότητι καὶ τῇ μετὰ δικαιοσύνης αὐταρκείᾳ.*

Vix sana esse potest *σωτηρίᾳ*, errore eam ex *σωφροσύνῃ* natam suspicor.

*Solon* I Fuerant Pisistratus Solonque amore iuncti, unde et postea, orta inter eos dissensione de republica

*παρέμεινεν ἐκεῖνα τὰ δίκαια ταῖς ψυχαῖς.*

Pro *δίκαια*, cui voci nullus hic locus, quid sit reponendum quaero.

C. II Eo tempore

*καθ' Ἡσίοδον ἔργον οὐδὲν ἦν ὄνειδος, οὐδὲ τέχνη διαφορὰν ἔφερε.*

Neque *διαφοράν* neque altera lectio *διαφθοράν* huius est loci; requiritur synonymum substantivi q. e. *ὄνειδος*, ut et e proxime sequentibus *ἐμπορία δὲ καὶ δόξαν εἶχεν* apparet. Ecquid *διαβολήν*?

ib. Et alios sapientes aiunt mercaturam fecisse

*καὶ Πλάτωνι τῆς ἀποδημίας ἐφόδιον ἐλαίου τινὸς ἐν Αἰγύπτῳ διάθεσιν γενέσθαι.*

Vox *ἐφόδιον* recta esse non potest: requiritur aliquid quod

*causam* vel *praetextum* significet. Pronomen *τινός* hiatus vitandi causa additum videtur.

C. IV *ταῦτα μὲν οὖν ὑπὸ πλειόνων τεθρύληται, πλὴν ὅτι ... οἱ μὲν ... οἱ δὲ ...*

Sana haec esse non credo.

C. V Anacharsidi leges deridenti utpote adversus potentes homines nihil valentes Solon respondet etiam eas *συνθήκας* ab hominibus servari quas rumpere neutri expediat:

*καὶ τοὺς νόμους αὐτὸς οὕτως ἁρμόζεται τοῖς πολίταις, ὥστε πᾶσι τοῦ παρανομεῖν βέλτιον ἐπιδεῖξαι τὸ δικαιοπραγεῖν.*

Pro *ἁρμόζεται* aliud verbum exspecto eiusque infinitivum.

C. VII De Thalete, qui uxorem ducere noluit ne sibi unquam filius esset lugendus, et tamen filium adoptavit, sic disputatur:

*ἐχούσης γάρ τι τῆς ψυχῆς ἀγαπητικὸν ἐν ἑαυτῇ καὶ πεφυκυίας, ὥσπερ αἰσθάνεσθαι καὶ διανοεῖσθαι καὶ μνημονεύειν, οὕτω καὶ φιλεῖν, ἐνδύεταί τι τούτῳ καὶ προσφύεται τῶν ἐκτὸς οἷς οἰκεῖον οὐδέν ἐστι, καὶ καθάπερ οἶκον καὶ χώραν γνησίων ἔρημον διαδόχων τὸ φιλόστοργον ἀλλότριοι ἢ νόθοι θεράποντες εἰσοικισάμενοι καὶ καταλαβόντες ἅμα τῷ φιλεῖν τὸ φροντίζειν καὶ δεδιέναι περὶ αὐτῶν ἐνεποίησαν.*

Fuit cum labyrinthi instar mihi locus hic videretur, et est haud dubie admodum contortus impeditusque. Sed dativum *τούτῳ* refer ad *ἀγαπητικόν* (a qua voce seiunctus est interposita periodo *καὶ πεφυκυίας ... φιλεῖν*) et *τὸ φιλόστοργον* accipe tamquam novum nomen eiusdem rei quae antea *ἀγαπητικόν* dicta est, sat bene, quamquam est via satis salebrosa, omnia decurrunt, nisi quod istud *θεράποντες* vel, quae est altera lectio, *θεραπεύοντες* quid sibi velit frustra quaeris etiam. Si absit et simul, ne hiatus existat, *εἰσοικισάμενοι καί*, nihil requiras: liberi alieni vel e concubina nati occupant amoris sedem, et omnem caritatem curamque in se convertunt. Sed unde irrepserit istud dehonestamentum frustra quaero. Hoc certum est de spuriis liberis hic fieri mentionem debere, vide modo quod sequitur *ἐπὶ παισὶν οἰκοτρίβων ἢ θρέμμασι παλλακῶν.*

Sic enim Plutarchus pergit:

*ὥστ' ἴδοις ἂν ἀνθρώπους στερροτέρᾳ τῇ Φύσει περὶ γάμου καὶ γενέσεως παίδων διαλεγομένους* (sed morte servulorum vel spuriorum vehementer afflictos).

Pro *Φύσει* exspectes fere *Φωνῇ*.

Immodicas eiusmodi perturbationes sic noster reprehendit:

*δεῖ δὲ μήτε πενίᾳ πρὸς χρημάτων πεπαῦσθαι στέρησιν μήτ' ἀπχιδίᾳ πρὸς τέκνων θάνατον, ἀλλὰ τῷ λογισμῷ πρὸς πάντα.*

Sintenisio *πεπαῦσθαι* sanum videbatur — profecto miros interdum sol aspicit mortales! Unice verum est *τεταράχθαι*: qui pecuniam amittit eum non oportet paupertatis neque qui liberos orbitatis perturbari cogitatione, sed in omnibus rebus oportet sana mente ... quid? Perturbarine? Non opinor: post *πάντα* excidit *χρῆσθαι*.

C. VIII *τῶν νέων ὁρῶν πολλοὺς δεομένους ἀρχῆς ἐπὶ τὸν πόλεμον, αὐτοὺς δὲ μὴ θαρροῦντας ἄρξασθαι διὰ τὸν νόμον κτέ.*

Corrupta haec esse ex inepta repetitione apparet, et nihili est *ἀρχὴ ἐπὶ τὸν πόλεμον*. Quid sit reponendum nescio. An forte *ὁρμῆς*?

ib. Megarenses Pericles nuntio misso allexit ad Coliadem tamquam ibi mulieres ludentes inventuros. Quorum cum navem appropinquantem vidisset, mulieribus remotis eo adduxit adolescentes imbertes, muliebribus vestibus indutos quae pugiones abscondebant, iussitque eos in litore ludere

*μέχρις ἂν ἀποβῶσιν οἱ πολέμιοι καὶ γένηται τὸ πλοῖον ὑποχείριον.*

Ultima non intelligo, perturbant narrationem.

C. IX Describuntur *τὰ δρώμενα* quibus servabatur memoria doli quo olim ab Atheniensibus Salamis capta est:

*ναῦς γάρ τις Ἀττικὴ προσέπλει σιωπῇ τὸ πρῶτον, εἶτα κραυγῇ καὶ ἀλαλαγμῷ προσΦερομένων εἷς ἀνὴρ ἔνοπλος ἐξαλλόμενος μετὰ βοῆς ἔθει πρὸς ἄκρον τὸ Σκιράδιον ἐκ γῆς προσΦερομένοις.*

Dativus iste unde pendeat non video; vitio natum vocabulum ex inepta apparet repetitione.

C. X In certamine Atheniensium et Megarensium de Salamine vulgo aiunt

*Σόλωνι συναγωνίσασθαι τὴν Ὁμήρου δόξαν· ἐμβαλόντα γὰρ αὐτὸν ἔπος* (sequitur decantata illa narratiuncula).

Hic *τὴν Ὁμήρου δόξαν* nunc Homeri auctoritatem significare opinor. In sequentibus pro *τῶν* legendum esse *τόν* et Megarenses iniuria occupasse Salaminiorum locum demonstravi Mnem. 1902 p. 261.

C. XIV *Λέγεται δὲ καὶ φωνή τις αὐτοῦ περιφερομένη πρότερον εἰπόντος, ὡς τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ, καὶ τοῖς κτηματικοῖς ἀρέσκειν καὶ τοῖς ἀκτήμοσι, τῶν μὲν ἀξίᾳ, τῶν δὲ μέτρῳ τὸ ἴσον ἕξειν προσδοκώντων.*

Hic olim (Mnem. 1901 p. 147) multa sum molitus ... quia structuram sententiae non intelligebam. Facile hoc cuivis Plutarchum legenti evenire potest. Infinitivus *ἀρέσκειν* cum *λέγεται* est iungendus, estque — quod admodum rarum et quod me in errorem induxerat — infinitivus *praeteriti*: illa sententia, quam olim pronuntiaverat Pericles, tunc circumferebatur et tam divitibus *placebat* quam pauperibus. Verum illa sententia num integra ad nos pervenit? Equidem neque divitibus neque pauperibus satis perspicuum fuisse istud *τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ* arbitror. Cur vero utrisque tantopere placuerit illa prorsus me latet. An hoc satis erat quod, quocunque tandem modo, *τὸ ἴσον* laudaverat Pericles? Tenuis hercle laus quod *non parit bellum!*

C. XV Repudiata tyrannide tamen non nimia lenitate captabat plebis nobiliumque favorem:

*ἀλλ᾽ ᾗ μὲν ἄριστον ἦν οὐκ ἐπήγαγεν ἰατρείαν οὐδὲ καινοτομίαν*

veritus ne, republica tota perturbata, componendae par non esset.

Ad *ἄριστον* Sintenisius annotat: „vulgata rectissime habet". Vellem simul docuisset quomodo esset accipienda. Nos, donec hoc demonstratum fuerit, Wyttenbachium sequemur egregie emendantem: *ἀρεστόν*.

C. XVI Non potuit Solon idem efficere quod Lycurgus: hic enim regno suo fisus quod voluit facile impetravit, at Solon

*ἐνδεέστερον τῆς ὑπαρχούσης δυνάμεως οὐδὲν ἔπραξεν ὁρμώμενος ἐκ μόνου τοῦ βούλεσθαι καὶ πιστεύειν αὐτῷ τοὺς πολίτας.*

Absurda haec; pro ἐνδεέστερον prorsus contrarium requiritur: nunquam Solon excessit terminos potestatis sibi a populo datae.

C. XVII Dracontis leges unam tantum poenam habebant, mortem
ὥστε καὶ τοὺς ἀργίας ἁλόντας [ἀποθνήσκειν] καὶ τοὺς λάχανα κλέψαντας ἢ ὀπώραν ὁμοίως κολάζεσθαι τοῖς ἀνδροφόνοις.
Ecquis vindicare Plutarcho inclusum verbum vult?

C. XVIII (Solon) ἔλαβε τὰ τιμήματα τῶν πολιτῶν.
Pro ἔλαβε requiritur verbum significans *diversos* civium census Solonem instituisse.

C. XIX Areopagum Dracontis tempore nondum fuisse argumento hoc est quod Draco Areopagitas nusquam nominat
ἀλλὰ τοῖς 'Εφέταις ἀεὶ διαλέγεσθαι περὶ τῶν φονικῶν.
Quid hic διαλέγεσθαι significat?

Sub finem capitis haec legimus:
ταῦτα μὲν οὖν καὶ αὐτὸς ἐπισκόπει.
Quem hic Plutarchus alloquitur?

C. XXI Vetuit Solon certis locis vel vivo alicui maledicere
ἢ τρεῖς δραχμὰς τῷ ἰδιώτῃ, δύο δ' ἄλλας ἀποτίνειν εἰς τὸ δημόσιον ἔταξε.
Parum aptum ἰδιώτῃ. Requiritur: „ei, cui maledictum est".

ib. εἰς ταὐτὸ τὴν ἀπάτην τῇ ἀνάγκῃ καὶ τῷ πόνῳ τὴν ἡδονὴν θέμενος.
Pro τῷ πόνῳ legendum suspicor τῇ νόσῳ. Dona enim irrita sunt quae quis dat νόσων ἕνεκα ... ἢ γυναικὶ πειθόμενος.

C. XXII ἐκεῖνο δ' ἤδη σφοδρότερον τὸ μηδὲ τοῖς ἐξ ἑταίρας γενομένοις ἐπάναγκες εἶναι τοὺς πατέρας τρέφειν.
Sincerum esse σφοδρότερον vix credo: sequitur enim demonstratio aequissimum illud fuisse.

C. XXIII *ὅλως δὲ πλείστην ἔχειν ἀτοπίαν οἱ περὶ τῶν γυναικῶν νόμοι τῷ Σόλωνι δοκοῦσι.*

Ecquid excidit *κείμενοι* unde dativus *τῷ Σόλωνι* pendebat? Continuo sequitur:

*μοιχὸν μὲν γὰρ ἀνελεῖν τῷ λαβόντι ἔδωκεν· ἐὰν δὲ ἁρπάσῃ τις ἐλευθέραν γυναῖκα καὶ βιάσηται ἑκατὸν δραχμὰς ἔταξε· κἂν προαγωγεύῃ, δραχμὰς εἴκοσι.*

Hactenus omnia sunt perspicua. Sed sequitur:

*πλὴν ὅσαι πεφασμένως πωλοῦνται.*

Iam haec mira: qui enim istas *προαγωγεύειν* aliquis dici potest? Additur deinde haec explicatio: *λέγων δὴ τὰς ἑταίρας,* quamquam non necessaria, recta tamen. Sed praeterea ipsa explicatio alia eaque insulsissima explicatur: *αὗται γὰρ ἐμφανῶς φοιτῶσι πρὸς τοὺς διδόντας.* Sequitur:

*ἔτι δὲ οὔτε θυγατέρας πωλεῖν οὔτε ἀδελφὰς δίδωσι, πλὴν ἂν μὴ λάβῃ παρθένον ἀνδρὶ συγγεγενημένην*

unde sanus extundi sensus nequit; si *μή* deleveris, habebis aliquid quod inepte quidem enuntiatum sit sed tamen ferri possit: „si eam deprehendat *ante nuptias* (*παρθένον*) cum viro rem habuisse".

Sed totus hic locus moleste me habet. Non enim video quae sit in hisce omnibus *ἀτοπία.*

C. XXIV E legibus Solonis eorum quae in Attica ginerentur nihil vendere licebat praeter oleum; cetera exportari severissima lege vetuit ita ut etiam iuberetur magistratus exsecrari eum qui secus fecisset. Ecquid certum est his a Plutarcho addi non potuisse quae sequuntur: *οὐκ ἂν οὖν τις ἡγήσαιτο παντελῶς ἀπιθάνους τοὺς λέγοντας, ὅτι καὶ σύκων ἐξαγωγὴ τὸ παλαιὸν ἀπείρητο καὶ τὸ φαίνειν ἐνδεικνύμενον τοὺς ἐξάγοντας κληθῆναι συκοφαντεῖν*? Quae partim inepte abundant: nam si praeter oleum *nihil* exportari licebat, ii qui dicunt fica exportari non licuisse, non solum nihil dicunt quod *plane incredibile* sit, sed etiam affirmant quod ne insanus quidem negare possit. Partim nihil faciunt ad rem propositam. Quid enim sibi velit vox *sycophanta* nemo, ut opinor, hic quaerit.

C. XXVII *συνιδὼν δὲ τοῦ μηνὸς τὴν ἀνωμαλίαν καὶ τὴν κίνησιν*

*τῆς σελήνης οὔτε δυομένῳ τῷ ἡλίῳ οὔτ' ἀνίσχοντι συμφερομένην, ἀλλὰ πολλάκις τῆς αὐτῆς ἡμέρας καὶ καταλαμβάνουσαν καὶ παρερχομένην τὸν ἥλιον κτἑ.*

Nescio an omisso *καὶ τὴν κίνησιν* Plutarchus scripserit *συμφερομένης ... καταλαμβανούσης ... παρερχομένης.* Verbis *τῆς αὐτῆς ἡμέρας* significari videtur illud non vesperi sed medio die fieri.

ib. *τὰς δ' ἀπ' εἰκάδος (ἡμέρας) οὐ προστιθεὶς ἀλλ' ἀφαιρῶν καὶ ἀναλύων ... ἠρίθμησεν.*

Sanum esse *ἀναλύων* vix credo.

ib. Cum permulti essent qui a Solone peterent ut leges ipsis interpretaretur earumque consilium explicaret

*ὁρῶν ὅτι ταῦτα καὶ τὸ πράττειν ἄτοπον καὶ τὸ μὴ πράττειν ἀνεπίφθονον κτἑ.*

Recte haec disposuit Reiskius, sed pro *ἄτοπον* aliquid requiro quod *infinitum* significet. Ecquid *ἄπειρον*?

C. XXVII Soloni, cum Sardes venisset, idem accidit quod evenire solet homini mediterraneo cum primum ad mare iter facit:

*ἐκεῖνός τε γὰρ ὁρῶν ἄλλον ἐξ ἄλλου ποταμὸν ᾤετο τὴν θάλασσαν εἶναι κτἑ.*

Immo *οἴεται*: de re enim fieri solita agitur.

ib. Vidit Croesum Solon

*πᾶν ὅσον ἐν λίθοις, ἐν βαφαῖς ἐσθῆτος, ἐν τέχναις χρυσοῦ περὶ κόσμον ἐκπρεπὲς ἔχειν ἢ περιττὸν ἢ ζηλωτὸν ἐδόκει περικείμενον.*

Quid isto *περὶ κόσμον* faciam non video; si absit nil desideretur sed hiatus existat.

ib. Responsum quod Solon Croeso nota illa roganti dedit *εὐθαρσές* erat, sed in eius verbis:

*Ἕλλησι πρός τε τἆλλα μετρίως ἔχειν ὁ θεὸς ἔδωκε καὶ σοφίας τινὸς εὐθαρσοῦς, ὡς ἔοικε, καὶ δημοτικῆς οὐ βασιλικῆς οὐδὲ λαμπρᾶς ὑπὸ μετριότητος ἡμῖν μέτεστι*

nullum esse adiectivo *εὐθαρσοῦς* locum proque eo *ἀθαρσοῦς*

esse legendum Cobeti acumen non fugit: sapientia Graecorum popularis est, regii nil habet splendoris fastusve, caret confidentia, plena est metus, omnibus rebus, etiam praesenti felicitati diffidit. Paulo post haec leguntur Solonis verba:

*ᾧ δ' εἰς τέλος ὁ δαίμων ἔθετο τὴν εὐπραξίαν, τοῦτον εὐδαίμονα νομίζομεν.*

Sincerum esse *ἔθετο* vix credo.

C. XXVIII Rogabat Croesum Cyrus quis Solon ille esset

*ὃν τύχαις ἀπόροις μόνον ἀνακαλεῖται.*

Post *ὃν* inseratur *ἐν*.

„Arcessivi eum" Croesus respondet

*ὡς δή μοι θεατὴς γένοιτο καὶ μάρτυς ἀπίοι τῆς εὐδαιμονίας.*

Immo *γενόμενος*.

„Iussitque me ille *μὴ θρασυνόμενον ἀβεβαίοις ὑπονοίαις ὑβρίζειν.*

De *ὑπονοίαις* dubito.

C. XXIX Obscura mihi est vox Solonis qua comoediae festivitatem reprehendit:

*ταχὺ μέντοι τὴν παιδιὰν ταύτην ἐπαινοῦντες οὕτω καὶ τιμῶντες εὑρήσομεν ἐν τοῖς συμβολαίοις.*

Sed si sequimur codices, qui *οὕτω* omittunt, mox clara lux affulget. Legendum enim censeo:

*ταχὺ μέντοι τ ο ὺ ς τὴν παιδιὰν ταύτην ἐπαινοῦντ α ς καὶ τιμῶντ α ς εὑρήσομεν ἐν τοῖς συμβολαίοις.*

„Levitas ista" ait „mox a scena ad forum venale transibit".

C. XXX „Male Homerici Ulyssis partes agis" Solonis haec sunt verba ad Pisistratum:

*ταῦτα γὰρ ποιεῖς τοὺς πολίτας παρακρουόμενος οἷς ἐκεῖνος τοὺς πολεμίους ἐξήπατησεν [αἰκισάμενος ἑαυτόν].*

Ecquis inclusa Pisistrato vindicat?

Sub finem capitis in Solonis elegia pro *μῆνιν* legendum esse *μέμψιν* demonstravi Mnem. 1903 p. 364.

C. XXXI Solonem summa adversus Pisistratum utentem audacia rogitabant amici

*τίνι πιστεύων οὕτως ἀπονοεῖται;*

Quo sensu dictum est *ἀπονοεῖται*? Ecquid „audacter agit"?

ib. Laudatur lex Pisistrati: publice ali eum qui claudus mancusve e bello rediit. Tum haec adduntur:

*τοῦτο δέ φησιν Ἡρακλείδης καὶ πρότερον ἐπὶ Θερσίππῳ πηρωθέντι τοῦ Σόλωνος ψηφισαμένου μιμήσασθαι τὸν Πεισίστρατον.*

Apud Plutarchum *ψηφίζεσθαι* saepe significat „legem ferre". Ut e multis locis paucos afferam, legimus:

Publ. VII (in fine) *ἐψηφίσατο* (Valerius consul) *ἀπελεύθερον ἐκεῖνον* (Vindicium) *γενέσθαι.*

Pericl. XXIV *ψηφίζεται* (Pericles) *τὸν εἰς Σάμον πλοῦν.*

Arist. XXVII *αὐτὸς μέντοι ὁ Δημήτριος νομοθετῶν ἐψηφίσατο δραχμὴν ἑκατέρᾳ τάξαι τῶν γυναικῶν.*

ib. Cur *τὸν Ἀτλαντικὸν λόγον* Plutarchus dicat *προσήκοντα τοῖς Ἀθηναίοις* prorsus me latet.

C. XXXII Plato *τὸν Ἀτλαντικὸν λόγον* splendide inchoavit sed non absolvit. Hoc sic dicitur:

*πρόθυρα μὲν μεγάλα καὶ περιβόλους καὶ αὐλὰς τῇ ἀρχῇ περιέθηκε.*

Corrupta videntur vocabula *τῇ ἀρχῇ* utpote quibus pulchra metaphora misere pessumdetur.

*Publicola* c. II *ἀγανακτῶν οὖν ὁ Οὐαλλέριος εἰ μὴ πιστεύεται πάντα πράττειν ὑπὲρ τῆς πατρίδος κτέ.*

Quoniam hic agitur de rebus quas Valerius *postea acturus* putatur, utique legendum est *πράξειν*. Item paulo post, ubi dicuntur legati a Tarquinio missi ea afferre *οἷς μάλιστα τοὺς πολλοὺς ᾤοντο διαφθείρειν,* requiritur *διαφθερεῖν.*

C. III Collatinus eiectis regibus bona vult reddere, ergo proditorem eum vocat Brutus

*πολέμου καὶ τυραννίδος ἀφορμὰς χαριζόμενον οἷς δεινὸν ἦν ὄντως ἐφόδια φυγῆς ψηφίσασθαι.*

Corrupta haec censeo: exsulibus dare unde vivant ne Bruto quidem *δεινόν* videri potuit, et, si tamen hoc Brutum dixisse

statuimus, quid sibi adverbium ὄντως velit non video. Vera huius vocabuli vis elucet e c. X: καὶ γὰρ ὄντως ὁ Οὐαλλέριος κτέ.

C. IV οἶκος, in quem conveniunt proditores ad iusiurandum de Tarquiniis restituendis dandum, erat ὑπέρημος καὶ σκοτώδης.

Prius adiectivum suspectum est.

Iam antea ibi erat Vindicius servus, qui

προσιοῦσιν αὐτοῖς μετὰ σπουδῆς ὀφθῆναι φοβηθεὶς ὑπέστη.

Quare hoc servus metuerit non video; pro μετὰ σπουδῆς exspecto aliquid quod *iustam* contineat *timoris causam.*

Coniuratione cognita servus

ὥρμησέ πως πρὸς τὸν Οὐαλλέριον.

Alienum a proposito πως videtur, nam postea legimus hunc *idoneas ob causas* electum a servo quem instantis periculi redderet certiorem.

C. V Valerius servum illum non a se demisit sed inclusit εἰς τὸ οἴκημα.

L. εἴς τι οἴκημα.

C. VI Quoniam ipsius Bruti filii inter coniuratos erant deprehensi, quidam

βουλόμενοι τῷ Βρούτῳ χαρίζεσθαι φ υ γ ῆ ς ἐ μ έ μ ν η ν τ ο.

Significantne haec: „exsilio multandos eos esse dixerunt"?

Brutum narrant δεινὸν ἐνορᾶν κολαζομένοις τοῖς παισίν.

Sincerane haec?

C. VII Ut index, servus suus, ipsis reddatur postulant coniurati. Morem iis gerere Collatinus paratus est, iamque est dimissurus contionem. Hic Publicola

οὔτε τὸν ἄνθρωπον οἷός τε ἦν ἀφεῖναι τῷ περὶ αὐτὸν ὄχλῳ καταμεμιγμένον οὔτε τὸν δῆμον εἶα προέμενον τοὺς προδότας ἀπελθεῖν.

Obscura haec; praesertim in ἀφεῖναι haereo.

Indignum esse clamat Publicola

καταχαρίζεσθαι ταῖς γυναιξὶ τοὺς προδότας τῆς πατρίδος.

Quid sibi *mulieres* hic velint non video; de mulieribus pro coniuratis pugnantibus in praecedentibus legitur nihil.

Suspectus erat populo Collatinus

*ἤχθοντο δὲ αὐτοῦ καὶ τῷ δευτέρῳ τῶν ὀνομάτων.*

Immo *τῷ προτέρῳ*. Scioli videtur quod additur: *ἀφοσιούμενοι τὸν Ταρκύνιον.*

Publicola consul factus *τὸν Οὐινδίκιον ἐψηφίσατο πρῶτον ἀπελεύθερον ἐν Ῥώμῃ γενέσθαι πολίτην.*

Plane supervacua est vox ultima; sequitur enim *καὶ φέρειν ψῆφον ᾗ βούλοιτο φρατρίᾳ προσνεμηθέντα.*

C. IX Pugna Romanorum Tuscorumque, quae vehemens fuerat, procella dirimitur, dubitabat ergo Publicola, nescius quem illa exitum habuisset; at videns milites

*τοῖς μὲν αὐτῶν νεκροῖς ἀθυμοῦντας ἐπαιρομένους δὲ τοῖς τῶν πολεμίων . . .*

Haec perspicua, at quae statim sequuntur:

*οὕτως ἄκριτος ἦν καὶ παράλληλος ὑπὸ πλήθους ὁ φόνος*

duas res inter se contrarias continent: „tanta erat caesorum multitudo ut numerus iniri non posset (*ἄκριτος*)" audio. Sed quomodo simul sciri poterat ex utroque exercitu fere totidem (*παράλληλος*) cecidisse? Postea demum, media nocte, id voce divina Romanis declaratum esse ipse Plutarchus in sequentibus tradit. Expungendum ergo *καὶ παράλληλος.*

Vox autem illa divina nuntiabat

*ὡς ἑνὶ πλείους ἐν τῇ μάχῃ τεθνήκασι Τυρρηνῶν ἢ Ῥωμαίων.*

Legendum censeo *Τυρρηνοὶ Ῥωμαίων.* Illud *Τυρρηνοί* est in codice B[a].

Sub finem capitis de oratione, quam in funere Bruti habuit Publicola, et alia et haec legimus:

*λέγεται δὲ καὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιταφίων ἐκεῖνος (ὁ λόγος) γενέσθαι πρεσβύτερος, εἴ γε μὴ καὶ τοῦτο Σόλωνός ἐστιν, ὡς Ἀναξιμένης ὁ ῥήτωρ ἱστόρηκεν.*

Sanum sensum hinc non extundo, suspicorque Anaximenem temporis ratione spreta dixisse Publicolam hanc orationem ante Solonis tempus habuisse et hoc argumento sic usum esse Plutarchum: *εἴ γε καὶ τοῦ Σόλωνός ἐστι* (sc. *πρεσβύτερος*) *κτέ.*

C. X Domum suam de Velia despicientem in Forum Publicola, quia magnificentior erat quam quae liberi populi magistratum deceret per noctis silentium solo aequandam curavit

*ὥστε μεθ' ἡμέραν τοὺς Ῥωμαίους, ὁρῶντας καὶ συνισταμένους τοῦ μὲν ἀνδρὸς ἀγαπᾶν καὶ θαυμάζειν τὴν μεγαλοφροσύνην, ἄχθεσθαι δὲ τῆς οἰκίας καὶ ποθεῖν τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος, ὥσπερ ἀνθρώπου, διὰ φθόνου οὐ δικαίως καταλελυμένης.*

Impedita et ingrata structura verborum *ἄχθεσθαι ... καταλελυμένης*. Pristinae elegantiae nitorem recuperabis delendo additamento *καὶ ποθεῖν ... τὸ κάλλος*. Indignabantur Romani quod domus illa, tamquam si homo esset, invidiae cecidisset victima.

C. XI *Τρίτος δὲ μετὰ τούτους (νόμος) ὃς ἐβοήθησε τοῖς πένησιν, ᾧ τὰ τέλη τῶν πολιτῶν ἀφεῖλε.*

Incredibile hoc: ecquid *τεχνιτῶν* legendum? Sequitur enim: *καὶ προθυμότερον ἅπτεσθαι τῶν ἐργασιῶν ἐποίησεν ἅπαντας.*

C. XII Pro *ἐν τῷ μετρίῳ* legendum esse *ἐν τῷ μὴ μετρίῳ* demonstravi Mnem. 1901 p. 196.

C. XIII In quadrigarum certamine, quod Veiis habebatur, victores equi subita re perturbati Romam curcurrerunt

*ἔχοντες τὸν ἡνίοχον, ὡς οὐδὲν ἦν ἔργον αὐτοῦ κατατείνοντος οὐδὲ παρηγοροῦντος [ἀλλ' ἥρπαστο] δόντα τῇ ῥύμῃ καὶ φερόμενον.*

Eiectis demum quae inclusa sunt e vocabulorum farragine nascitur sententia eleganter structa: secum aurigam traxerunt, qui, cum retinendo et alloquendo nihil proficeret, equorum concessit ardori.

C. XIV *ὁ δ' Ὡράτιος οὐδὲν διαταραχθεὶς ἀλλ' ἢ τοσοῦτον μόνον εἰπὼν κτέ.*

Aut *διαταραχθείς* aut *ἢ* delendum videtur.

C. XV Cum Catuli templum in bello Vitelliano arsisset

*τρίτον τῇ πρὸς τἆλλα καὶ τοῦτο χρησάμενος εὐποτμίᾳ Οὐεσπασιανὸς ἐξ ἀρχῆς ἄχρι τέλους ἀναγαγὼν ἐπεῖδε γενόμενον καὶ φθειρόμενον μετ' ὀλίγον οὐκ ἐπεῖδε.*

Verbum *ἀναγαγών* vix concoquo; si deleveris, egregiam hanc habebis sententiam: „qua in ceteris rebus omnibus Vespasianus usus est felicitate, illa hic quoque ei contigit: oculatus fuit testis inde ab operis initio usque ad aedem perfectam, et ante tertium Capitolii incendium excessit e vita."

ib. Ante *τοῦ καλοῦ διάκενοι* inserendum esse *πέρα* demonstravi Mnem. 1901 p. 387 (ubi falso pro XI numerum XV observationi meae praemisi).

C. XVI Quae de *Coclitis* nomine leguntur nescio quomodo confusa sunt. Narravit, ut opinor, Plutarchus aut *Cyclopem* eum dictum propter oculum amissum eamque vocem prava pronuntiatione esse corruptam, aut *co-oculum*, *διὰ σιμότητα τῆς ῥινὸς ἐνδεδυκυίας ὥστε μὴ εἶναι τὸ διορίζον τὰ ὄμματα καὶ τὰς ὀφρῦς συγκεχύσθαι*. Fortasse sic verba eius in pristinum sunt redigendi statum:

*ὁ δ' Ὡράτιος τὸν* (an *τήν*)? *Κόκλιον ἐπωνυμίαν ἔσχεν ἐν πολέμῳ τῶν ὀμμάτων θάτερον ἐκκοπείς· Κύκλωπα γὰρ βουλόμενοι καλεῖν αὐτὸν οἱ πολλοὶ τῆς γλώττης ὀλισθαινούσης ἐκράτησαν ὑπὸ πλήθους κόκλιον καλεῖσθαι· ὡς δ' ἔνιοι λέγουσι διὰ σιμότητα τῆς ῥινὸς ἐνδεδυκυίας κτέ.*

C. XVII Publicola

*Πορσίνᾳ μὲν ἀτρεμῶν καὶ φυλάττων τὴν πόλιν ᾤετο δεῖν ἀντέχειν· τοῖς δὲ Τυρσηνοῖς ἐπεξῆλθε κτέ.*

Estne credibile Porsennam et Etruscos a Plutarcho *inter se oppositos esse*? Non opinor, sed locus noster emendandus videtur secundum id quod proxime praecedit: *Τυρρηνῶν ἕτερος στρατὸς εἰς τὴν χώραν εἰσέβαλε.*

C. XVIII Publicola

*οὐχ οὕτω πολέμιον ὄντα τὸν Πορσίναν βαρὺν ἡγούμενος ὡς ἄξιον πολλοῦ τῇ πόλει φίλον γενέσθαι καὶ σύμμαχον, οὐκ ἔφευγεν ἐπ' αὐτοῦ δίκῃ κριθῆναι πρὸς Ταρκύνιον, ἀλλ' ἐθάρρει καὶ προὐκαλεῖτο πολλάκις ὡς ἐξελέγξων κάκιστον ἄνδρα καὶ δικαίως ἀφαιρεθέντα τὴν ἀρχήν.*

Primum pro *γενέσθαι* legendum est *γενόμενον* ut haec constet structura: Porsennam non tam metuendum putabat *dum hostis esset* quam magni faciendum *si amicus esset factus*; tum eximendum importunum emblema *ἐθάρρει*, quoniam hoc voluit Plutarchus: „*non solum* Porsennam iudicem non reformidavit *sed etiam* ad illum arbitrum vocavit Tarquinium.” Denique ante *ἄνδρα* inserendum *ὄντα*.

„Cum autem" sic Plutarchus pergit „hanc conditionem aspera oratione respuisset Tarquinius"

*δυσχεράνας καὶ καταγνοὺς ὁ Πορσίνας . . . κατελύσατο τὸν πόλεμον.*

Corruptum videtur *καταγνούς*, proque eo requiri verbum quo significetur Porsennam supplicem illum *missum fecisse* et omne eius in regnum restituendi consilium *abiecisse*. Ecquid *ἀπογνούς*?

C. XIX Romani foedere cum Porsenna facto virgines nobiles ei dant obsides, quarum tamen nonnullae, forte facinus ausae, Romam refugiunt. Has, indigne earum perfidiam ferens, ad Porsennam cum custodibus remittit Publicola. Qua re cognita Tarquinii milites, insidiis *ἐν τῷ πέραν* (sic egregie Naberus pro *περᾶν*) positis, custodes illos aggrediuntur. Quibus repugnantibus Publicolae filia Valeria per mediam aciem aufugit

*καὶ τρεῖς τινὲς οἰκέται συνδιεκπεσόντες ἔσωζον αὐτήν.*

Non opus Valeriae, fortissimae virgini, servis auxilium ferentibus, quare legendum censeo *ἔσωζον αὑτούς* i. e. et hostes et dominos effugerunt.

Adductis ad se viginibus Porsenna cognoscere cupivit quae earum ceteris tantae dedisset audaciae exemplum

*ἀκούσας δὲ τὸ ὄνομα τῆς Κλοιλίας προσέβλεψεν ἵλεῳ καὶ Φαιδρῷ τῷ προσώπῳ.*

Eximendum *τῆς Κλοιλίας*: ipsum enim Cloeliae nomen nihil habebat quod magno opere regem moveret; in *ἀκούσας δὲ τὸ ὄνομα* nihil inest nisi hoc: „cognito virginum solio suo adstantium quae princeps esset".

ib. *ἀνάκειται δὲ τὴν ἱερὰν ὁδὸν πορευομένοις εἰς Παλάτιον ἀνδριάς.*

Deest aliquid: addendum est ab utra parte ea steterit statua. Paulo post legitur: Porsenna

*τὰ ὅπλα τοὺς Τυρρηνοὺς ἀναλαβεῖν κελεύσας, ἄλλο δὲ οὐδὲν ἀλλ' ἐκλιπεῖν τὸν χάρακα σίτου τε πολλοῦ καὶ χρημάτων γέμοντα παντοδαπῶν παρέδωκε τοῖς Ῥωμαίοις.*

Naberus pro *ἐκλιπεῖν* scribi iussit *ἐκλιπών*, recte fortasse, dummodo simul coniunctio *ἀλλά* expungatur.

C. XXI Attus Clausus Sabinos cives suos a bello cum Romanis retinere cupiens in invidiam incurrit; sibi metuere incipit,

ergoque cum amicis et clientibus suis, quorum ingens erat numerus, seditionem facit: belli mora haec fuit.

*ταῦτ' οὖν ὁ Ποπλικόλας οὐ μόνον εἰδέναι ποιούμενος ἔργον ἀλλὰ καὶ κινεῖν καὶ συνεξορμᾶν τὴν στάσιν, εἶχεν ἄνδρας ἐπιτηδείους, οἳ τῷ Κλαύσῳ διελέγοντο παρ' αὐτοῦ τοιαῦτα·* (sequuntur verba quibus Clausum Publicola invitat ut cum sua factione Romam habitatum migret).

Hic *εἰδέναι* mire languet, ferri tamen utcunque potest. Sed *εἶχεν* a Plutarcho scriptum esse incredibile est. Requiritur fere *ἔπεμψεν*.

Tum Clausus *τοὺς φίλους συμπαρακαλῶν ἐκείνων τε πολλοὺς ὁμοίως συναναπειθόντων πεντακισχιλίους οἴκους ἀναστήσας μετὰ παιδίων καὶ γυναικῶν ὅπερ ἦν ἐν Σαβίνοις ἀθόρυβον μάλιστα καὶ βίου πρᾴου καὶ καθεστῶτος οἰκεῖον εἰς Ῥώμην ἦγε.*

Primum a participio *συμπαρακαλῶν* removenda est praepositio *σύν*, cui postea demum (in *συναναπειθόντων*) locus est, deinde ut sententiae structura sincera fiat post *ἐκείνων* deleatur particula *τε*. Postremo quid adiectivo *οἰκεῖον* faciamus videndum. Equidem illud sensu *studiosi* vel *amantis* poni posse non credo: hoc enim qui significare vult et Graece scit alio nomine utitur, ut Aristophanes in noto illo *οὐ συκοφάντης οὐδ' ἐραστὴς πραγμάτων*. Sed et simplici *genitivo qualitatis* eleganter alicuius de republica sententia indicatur; cogita modo de Aristophaneo illo: *οὔκ, ἀλλὰ θατέρου τρόπου*. Suspicor ergo in *οἰκεῖον* latere *οἰκεῖν*, sive ipse Plutarchus sive aliquis grammaticus addidit.

C. XXII Pro *τοὺς πολεμίους*, legendum esse *οἱ πολέμιοι*, ita ut *ἐμβάλωσιν* „intransitivum" esset, demonstravi Mnem. 1902 p. 306.

C. XXIII Omnia quae bona putantur Publicolae contigerant *ὅσον ἐφικτόν ἐστιν ἀνθρώποις*.

Immo *ἀνθρώπῳ*.

Ad sepulturam eius singuli cives *τεταρτημόριον* conferebant.

Exciditne vox Graeca qua Latinum *as* significetur, an *τεταρτημόριον* Plutarchus pro Latino *quadrante* posuit?

*ἐτάφη δὲ καὶ οὗτος τῶν πολιτῶν ψηφισαμένων ἐντὸς ἄστεος παρὰ τὴν καλουμένην Οὐελίαν ὥστε καὶ γένει παντὶ τῆς ταφῆς μετεῖναι.*

*Et ille*: quis ergo praeterea? Fortasse οὗτος delendum ut haec oriatur sententia: *hoc quoque* decrevit populus, sepeliri eum intra pomoerium, *idque ita* ut tota gens eius ibi sepulcrum haberet.

Nemo tamen nunc illo iure utitur, sed si quis ex ea gente est mortuus, corpus eius eo fertur atque ibi deponitur; tum aliquis facem capit ardentem et

ὅσον ὑπήνεγκεν, εἶτα ἀναιρεῖται.

Immo ὅσον μόνον ὑπήνεγκεν: tantummodo (dicis causa) supponit.

*Solonis et Publicolae comparatio* c. II Ideo quaestorem et aerarium Publicola instituit ne consuli, si bonus esset, pecuniae publicae cura adimeret tempus, quod gravioribus rebus esset insumendum, neve, si malus, τοῦ ἀδικεῖν haberet facultatem

μᾶλλον καὶ τῶν πράξεων καὶ τῶν χρημάτων κύριος γενόμενος.

Non dubito quin pro μᾶλλον, quod nihili est, legendum ἅμα sit: is demum plenam habet furandi et rapiendi facultatem qui *simul* summum gerit magistratum et pecuniam publicam domi suae servat. Idem et Naberi perspexit sagacitas.

C. III Soloni

οὐδὲ μέλλοντα κωλῦσαι προαισθομένῳ Πεισίστρατον ὑπῆρξεν

at Publicola

βασιλείαν ἰσχύουσαν ἐκ πολλῶν χρόνων .... κατέλυσεν

(videndum an non post οὐδέ inserendum sit τυραννεῖν vel βασιλεύειν)

ἀρετὴν μὲν ἴσην καὶ προαίρεσιν ὁμοίαν παρασχόμενος, τύχῃ δὲ καὶ δυνάμει τελεσιουργῷ πρὸς τὴν ἀρετὴν χρησάμενος

Inepte et ita ut sanus non existat sensus bis ἀρετήν ponitur, credoque Plutarchum tantummodo προσχρησάμενος (praeterea usus) dedisse, τὴν ἀρετήν sciolo deberi.

C. IV οὕτω δὲ καὶ τοῖς δεχομένοις πράγμασιν ἀγῶνα καὶ θυμὸν καὶ ἀντίταξιν ἐρρωμένως καὶ ἀτενῶς ἀπαντήσας, ἔτι βέλτιον ἐχρήσατο τοῖς ὁμιλίας ἀπολέμου καὶ πειθοῦς ὑπεικούσης δεομένοις.

Si recte haec intelligo, δέχεσθαι hic fere „requirendi” sive „postulandi” vim habet. Sed καί, quod ante τοῖς δεχομένοις legitur, utique expungendum.

Quod deinde Porsennam φοβερὼν ἄνδρα vocat quisque probabit, ut recte eundem ἄμαχον vocarit vereor. Requiritur fere φιλόμαχον.

*Themistocles* c. I Themistocles erat νόθος πρὸς μητρός, ὥς λέγουσιν .... sequitur distichon poetae qui non nominatur.

Post λέγουσιν excidisse aliquid arbitror, neque solum οἱ στίχοι οἵδε aliave vocabula in hanc sententiam desiderantur, sed praeterea addendum erat *in monumento sepulcrali* eos versiculos legi.

Sequitur: at Phanias Themistoclis matrem non in Thracia sed in Caria natam nomenque ei Euterpen fuisse affirmat.

Νεάνθης δὲ καὶ πόλιν αὐτῇ τῆς Καρίας προστίθησι.

Nihili est αὐτῇ et quantocius expungendum. Haec enim est sententia: praeter ea quae Phanias tradit Neanthes etiam *urbem* nominat in qua nata illa sit.

Quae paulo post de Hercule leguntur: ἐπεὶ κἀκεῖνος ... θνητὴν οὖσαν nescio an ex Aristophanis Avibus huc translata sint. Iocus enim hic est festivissimo comico dignus, sed historicus serio ista docens risum movet.

C. III Pro μάλιστα δέ legendum esse μάλιστα δι' demonstravi Mnem. 1901 p. 387. Laudatur Aristides tamquam

πολιτευόμενος οὐ πρὸς χάριν οὐδὲ πρὸς δόξαν ἀλλ' ἀπὸ τοῦ βελτίστου μετ' ἀσφαλείας καὶ δικαιοσύνης.

Naberus pro ἀσφαλείας coniiciens ἀφελείας introducere aliquid videtur quod alienum sit ab hoc loco; sed nihil aptius ipso illo ἀσφαλείας ubi iuveni, qui cuncta movendi studio ardet, opponitur vir cautus et circumspectus, qui nihil metuit magis quam ne perturbetur respublica.

C. IV pro φιλοσοφώτερον legendum esse φιλοσοφωτέρων demonstravi Mnem. 1904 p. 128.

Paulo post ipsum Plutarchum scripsisse τὴν Ἀθηναίων πόλιν αὖθις ἀνέστησαν αἱ τριήρεις αὗται hoc sensu: urbem deletam *restituerunt* vix credo.

C. V Ab Epicle citharista Hermionensi Themistocles impetravit ut domi suae meditaretur

Φιλοτιμούμενος πολλοὺς τὴν οἰκίαν ζητεῖν καὶ Φοιτᾶν παρ' αὐτῷ.

Haud dubie corrupta haec sed emendationem non praesto. Unum video παρ' αὐτῷ e proxime praecedentibus repetitum.

C. VII τὴν πόλιν ἔπεισεν ἐκλιπόντας ὡς προσωτάτω τῆς Ἑλλάδος ἀπαντᾶν τῷ βαρβάρῳ κατὰ θάλατταν.

Immo ἔπειθεν, non enim perficere illud potuit.

Sequitur:

„sed cum re infecta ex Thessalia rediissent Athenienses — a Regis enim partibus stabant Thessali — μᾶλλον ἤδη τῷ Θεμιστοκλεῖ προσεῖχον οἱ Ἀθηναῖοι [περὶ τῆς θαλάσσης]".

Tolle ineptum emblema, quod prorsus supervacuum est et vitiosam efficit structuram. Nam, nisi etiam λέγοντι addamus, nulla sit praepositionis περί ratio. Paulo post quid sit τὸν πεζὸν στρατὸν ταῖς ναυσὶ προσπεριβαλέσθαι non video. In interpretatione Didotiana est „terrestres copias navibus circumiiceret", quod haud dubie falsum est. Hanc potius sententiam esse suspicor: „eodem munimento et terrestres copias et classem circumdare".

Sub finem capitis μεθ' ἡμέραν sensu τοῦ *postridie* positum est, utrum Plutarchi an librarii errore nescio.

C. IX Nuntio de terrestrium copiarum clade accepto

εἴσω τῆς Ἑλλάδος ἀνεκομίζοντο τῶν Ἀθηναίων ἐπὶ πᾶσι τεταγμένων καὶ δι' ἀρετὴν μέγα τοῖς πεπραγμένοις Φρονούντων.

Aliquanto elegantius scripsisse Plutarchum opinor: τεταγμένων δι' ἀρετὴν καὶ μέγα τ. π. Φ.

Paulo post Themistocles lapidibus incidisse narratur verba quibus Iones ad defectionem pertraheret

ἢ κατάρσεις ἀναγκαίας καὶ καταΦυγὰς ἑώρα τοῖς πολεμίοις.

E glossemate istud καὶ καταΦυγάς natum censeo.

Monuit ergo hisce inscriptionibus Iones ut aut ad Graecos deficerent, aut si id facere non possent

κακοῦν τὸ βαρβαρικὸν καὶ συνταράττειν, ταῦτα δὲ ἤλπιζεν ἢ μεταστήσειν τοὺς Ἴωνας ἢ ταράξειν ὑπόπτους τοῖς βαρβάροις γενομένους.

Verbum ταράξειν in vitio cubare vel praecedens συνταράττειν docet. Quid narraverit Plutarchus ex Herodoto, quem sequitur, efficere possumus. Sed quibus verbis usus sit incertum est.

Requiritur aliquid quod idem significet atque Herodoteum *ἀπόσχῃ*, aut unum verbum quod sensum habeat *τοῦ ἀνωφελεῖς ποιήσειν*.

Consilium urbis relinquendae et in solis navibus salutis spei reponendae

*οἱ πολλοὶ χαλεπῶς ἤκουον, ὡς μήτε νίκης δεόμενοι μήτε σωτηρίαν ἐπιστάμενοι θεῶν τε ἱερὰ καὶ πατέρων ἠρία προιεμένων.*

Indignabundi est exclamare *οὐ δέομαι νίκης*, si victoria ei nimio constare videtur. Sed quomodo eiusmodi exclamationem cum cetera conciliem sententia non video. Suspicor Plutarchum scripsisse: *ὡς μήτε νίκην μήτε σωτηρίαν ἐπιστάμενοι κτἑ.* ut Athenienses rogaverint: „quae esse potest victoria et quae salus eorum qui et templa deorum et sepulcra maiorum omiserunt?"

C. X Athenienses ut ad suum pertraheret consilium, Themistocles sacri serpentis prodigio usus est, qui illis diebus non comparebat:

*καὶ τὰς καθ' ἡμέραν αὐτῷ προτιθεμένας ἀπαρχὰς εὑρίσκοντες ἀψαύστους οἱ ἱερεῖς ἐξήγγελλον εἰς τοὺς πολλούς κτἑ.*

Post *καί* inserendum est *γάρ*. Enarratur enim quomodo ea res, quam in suum usum Themistocles convertit, facta sit.

ib. *Κλείδημος δὲ καὶ τοῦτο Θεμιστοκλέους ποιεῖται στρατήγημα.*

Quomodo *στρατήγημα* dici potuerit quod revera *εὐτύχημα* esset non video.

ib. *ἱστορεῖται κύων Ξανθίππου .... ἐναλέσθαι τῇ θαλάττῃ καὶ τῇ τριήρει παρανηχόμενος ἐμπεσεῖν εἰς τὴν Σαλαμῖνα.*

Delectat me canis ille fulguris instar aliquo incidens, sed Plutarchi narrationem cum cognoscere cupio, *ἐκπεσεῖν* lego. Cf. c. 18 *τῶν νεκρῶν τοὺς ἐκπεσόντας.*

C. XI Eurybiadi Salamine relicta Isthmum petere volenti obstat Themistocles; iratus ille baculo ei minatur, cui Themistocles „feri sed audi me." Quam lenitatem miratus Eurybiades cum verba facere ei permisisset

*ὁ Θεμιστοκλῆς ἀνῆγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸν λόγον.*

Sensu cassa haec esse sentio, quo modo emendem non video.

C. XII ἐπεὶ .... αὐτός τε βασιλεὺς μετὰ τοῦ πεζοῦ καταβὰς ἐπὶ τὴν θάλατταν ἄθρους ὤφθη τῶν δυνάμεων ἐμοῦ γενομένων κτὲ.

Isto ἄθρους quid faciamus?

C. XII Nuntio consilioque a Themistocle per Sicinnum accepto Rex

ἥσθη καὶ τέλος εὐθὺς ἐξέφερε πρὸς τοὺς ἡγεμόνας τῶν νεῶν, τὰς μὲν ἄλλας πληροῦν καθ' ἡσυχίαν κτὲ.

Haec non intelligo; non enim τέλος pro πρόσταγμα dictum credo. Credidisse videtur interpres Didotianus, qui dat *statim edixit.*

id. Panaetius Graecis nuntiat naves eorum a Graecis inclusas

ὥστε καὶ θυμῷ τοὺς Ἕλληνας κινῆσαι μετ' ἀνάγκης πρὸς τὸν κίνδυνον.

Vir sanum θυμῷ esse potest.

C. XIII τὸν θεὸν ἅμα κοινῇ κατεκαλοῦντο φωνῇ κτὲ.

Ecquid παρεκαλοῦντο?

C. XVI Verba Aristidis ad Themistoclem simulantem se naves missurum ad pontem interrumpendum haec sunt:

νῦν μὲν τρυφῶντι τῷ βαρβάρῳ πεπολεμήκαμεν, ἂν δὲ κατακλείσωμεν εἰς τὴν Ἑλλάδα καὶ καταστήσωμεν εἰς ἀνάγκην ὑπὸ δέους ἄνδρα τηλικούτων δυνάμεων κύριον .... ἐπανορθώσεται τὰ παρειμένα κτὲ.

Vocabulis ὑπὸ δέους lubenter caream: omnia enim in καταστῆσαι εἰς ἀνάγκην insunt.

C. XVIII εἰ δεῖ τεκμαίρεσθαι διὰ τῶν ἀπομνημονευομένων.

Ecquid ἐκ?

ib. ἔλεγε δὲ τοὺς Ἀθηναίους οὐ τιμᾶν αὐτὸν οὐδὲ θαυμάζειν ἀλλ' ὥσπερ πλατάνῳ χειμαζομένους μὲν ὑποτρέχειν [καὶ κινδυνεύοντας] εὐδίας δὲ περὶ αὐτοὺς γενομένης τίλλειν καὶ κολούειν.

Sciolo dehonestamentum istud pulchrae imaginis reddamus!

C. XIX Iubet Themistocles Spartanos Athenas mittere qui explorent verumne sit quod de moenibus nuntiatur, sic munientes tempus lucraturos ratus, simulque

*βουλόμενος ἀντ' αὐτοῦ τοὺς πεμπομένους ὑπάρχειν τοῖς Ἀθηναίοις.*

Aegre hic vocabulo *obsides* careo. Facile post *πεμπομένους* excidere *ὁμήρους* potuit.

C. XXII Commemoratur locus

*οὗ νῦν τὰ σώματα τῶν θανατουμένων οἱ δήμιοι προβάλλουσι καὶ τὰ ἱμάτια καὶ τοὺς βρόχους τῶν [ἀπαγχομένων καὶ] καθαιρεθέντων. ἐκφέρουσιν.*

Ecquid levitatis tenetur crimine qui inclusa delet?

C. XXIII Interfecto Pausania repertisque epistolis quas ad eum miserat Themistocles

*κατεβόων μὲν αὐτοῦ Λακεδαιμόνιοι κατηγόρουν δὲ οἱ φθονοῦντες τῶν πολιτῶν, οὐ παρόντος ἀλλὰ διὰ γραμμάτων ἀπολογουμένου μάλιστα ταῖς προτέραις κατηγορίαις. Διαβαλλόμενος γὰρ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν πρὸς τοὺς πολίτας ἔγραφεν, ὡς .... οὐκ ἄν ποτε βαρβάροις καὶ πολεμίοις αὑτὸν ἀποδόσθαι μετὰ τῆς Ἑλλάδος.*

Isto *προτέραις* quid faciam nescio, contrarium rectius hic poneretur. Particulam *ὡς*, qua elegans sententiae structura perturbatur, a Plutarcho additam non credo.

C. XXIV Admetus Molossorum rex, Themistoclis, gratia etiamtum et imperio apud Athenienses pollentis, factus erat inimicus. Tunc autem Themistocles, damnatus et patriam fugiens

*μᾶλλον φοβηθεὶς συγγενῆ καὶ πρόσφατον φθόνον ὀργῆς παλαίας καὶ βασιλικῆς ταύτῃ φέρων ὑπέθηκεν ἑαυτόν.*

In voce *συγγενῆ* haereo; exspectem adiectivum quod *τῷ βασιλικῆς* opponatur ita ut *πρόσφατον τῷ παλαίας* (ecquid *δυσγενῆ* vel *ἀγεννῆ*?) In *φέρων* inesse videtur vis adverbii quod *continuo, confestim* significet.

ib. Consilium istud in foco domestico considendi cum regis filiolo quidam ipsum Admetum Themistocli dedisse dicunt

*ὡς ἀφοσιώσαιτο πρὸς τοὺς διώκοντας τὴν ἀνάγκην.*

Veram verbi *ἀφοσιοῦσθαι* vim Plutarcho non ignotam fuisse apparet e Cam. XVIII (iusserunt Fetiales *τὸ τῶν πεπραγμένων ἄγος τὴν σύγκλητον εἰς ἕνα τὸν αἴτιον τρέψασαν ὑπὲρ τῶν ἄλλων ἀφοσιώσασθαι*). Cf. et Pericl. X *τὴν προβολὴν ἀφοσιούμενος.* Quapropter eum hic *προφασίσαιτο* dedisse suspicor.

C. XXV *Θουκυδίδης δέ φησι καὶ πλεῦσαι αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἑτέραν καταβάντα θάλασσαν ἀπὸ* Πύδνης, *οὐδενὸς εἰδότος ὅστις εἴη τῶν πλεόντων.*

Plura hic sunt quae male me habent. Primum moleste *καὶ* abundat; tum excidisse videtur *πεζῇ* vel *κατὰ γῆν*, quod cum *καταβάντα* iungatur (cf. Thuc. I, 137); denique, quoniam non de omnibus hic sermo est mortalibus qui tum navigabant, sed de illis solis qui in eadem cum Themistocle erant navi (Thuc. *ἦν γὰρ ἀγνὼς τοῖς ἐν τῇ νηΐ*), pro *πλεόντων* iure meo *συμπλεόντων* repono.

ib. Navis domino et gubernatori Themistocles minitabatur se eos apud Athenienses accusaturum

*ὡς οὐκ ἀγνοοῦντες ἀλλὰ χρήμασι πεισθέντες ἐξ ἀρχῆς ἀναλάβοιεν αὐτόν.*

Haud dubie corruptum est *ἐξ ἀρχῆς* (cf. Thuc.), sed quid sit legendum non invenio.

ib. *τῶν δὲ χρημάτων αὐτῷ πολλὰ μὲν ἐκκλαπέντα διὰ τῶν φίλων εἰς* Ἀσίαν *ἔπλει· τῶν δὲ φανερῶν γενομένων καὶ συναχθέντων εἰς τὸ δημόσιον Θεόπομπος μὲν ἑκατὸν τάλαντα, Θεόφραστος δὲ ὀγδοήκοντα φησὶ γενέσθαι τὸ πλῆθος.*

Turbatum hic aliquid arbitror, non a Theopompo vel Theophrasto et ne a Plutarcho quidem, sed ab eo qui nesciret *φανερὰ οὐσία* quid esset. Expungendum ergo censeo *γενομένων ... δημόσιον.* Praedia Themistoclis ab amicis eius interverti non poterant, publice ergo venibant pretiumque eorum redigebatur in aerarium.

C. XXVI Solebant Persarum mulieres

*ὑπὸ σκηνὰς κύκλῳ περιπεφραγμένας ἐπὶ τῶν ἁρμαμαξῶν ὀχεῖσθαι.*

Nonne *ὑπὸ σκηναῖς ... περιπεφραγμέναις*?

C. XXVII *τοῖς δὲ χρονικοῖς δοκεῖ μᾶλλον ὁ Θουκυδίδης συμφέρεσθαι καίπερ οὐδ' αὐτοῖς ἀτρέμα συντασσομένοις.*

Corrupta videntur ultima (*ἀ. σ.*).

ib. „Nobis" Artabanus Persa ait „mos est τιμᾶν βασιλέα καὶ προσκυνεῖν εἰκόνα θεοῦ τοῦ τὰ πάντα σώζοντος."

Nonne ὄντα addendum est?

C. XXVIII Themistoclis narratione et precibus auditis Rex Persarum

κατευξάμενος ἀεὶ τοῖς πολεμίοις τοιαύτας Φρένας διδόναι τὸν Ἀριμάνιον [ὅπως ἐλαύνωσι τοὺς ἀρίστους ἐξ ἑαυτῶν] θῦσαι τοῖς θεοῖς λέγεται.

Inclusa deleantur, quoniam et soloece adduntur (oportebat enim ὥστε ἐλαύνειν) et dicti vim infringunt.

C. XXIX Persae ad Demaratum dictum:

αὕτη μὲν ἡ κίταρις οὐκ ἔχει ἐγκέΦαλον ὃν ἐπικαλύψει

ne tum quidem intelligo cum Naberum secutus ἄλλον insero. Nam qua ratione nunc sequentia σὺ δ' οὐκ ἔσει Ζεὺς ἂν λάβῃς κεραυνόν annectuntur?

C. XXXI τοὺς ὑΦῃρημένους τὸ ὕδωρ [καὶ παροχετεύσαντας].

Non fero istam verbositatem et temporum discrepantiam.

ib. παρεῖχεν ἑαυτὸν εὐλαβέστερον ἤδη καὶ τὸν Φθόνον τῶν βαρβάρων δεδοικώς.

Quoniam *causa* affertur cur circumspectior factus sit Themistocles, *καί* delendum est.

ib. Ipse sibi mortem conscivit Themistocles et alias ob causas et maxime

αἰδοῖ τῆς τε δόξης τῶν πράξεων ἑαυτοῦ καὶ τῶν τροπαίων ἐκείνων ἄριστα βουλευσάμενος ἐπιθεῖναι τῷ βίῳ τὴν τελευτὴν πρέπουσαν.

Vocabula ἄριστα βουλευσάμενος vix intelligo; perturbata videtur tota sententia.

*Camillus* I Causa cur Camillus nunquam consul fuerit est reipublicae qui illo tempore erat status

ἐκ διαΦορᾶς τοῦ δήμου πρὸς τὴν σύγκλητον ὑπάτους μὲν ἐρίσαντος μὴ ἀποδεικνύναι, χιλιάρχους δὲ χειροτονοῦντος ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν.

Mire dictum *ἐρίζειν* cum infinitivo. Ceterum e verbis citatis apparet in sequentibus recte legi

*τὸ γὰρ ἓξ ἄνδρας, ἀλλὰ μὴ δύο, τοῖς πράγμασιν ἐφιστάναι παρεμυθεῖτο τοὺς βαρυνομένους τὴν ὀλιγαρχίαν*

neque *ἐφιστάναι* in *ἐφεστάναι* esse mutandum.

C. II Quae hic de Veientanis narrantur parum sunt perspicua (*ἦν δὲ πρόσχημα ... πολεμοῦσα Ῥωμαίοις*). Equidem certe non intelligo quomodo eorum divitiae, luxus, vita delicata causa esse potuerint cur saepe Romanos vincerent in gloriae *potentiaeque* certamine.

ib. Dicuntur Romani olim soliti esse

*οὐ πολὺν χρόνον ἅμα ὥρᾳ θέρους στρατεύειν, οἴκοι δὲ διαχειμάζειν.*

Immo *πρὸς οὐ πολὺν χρόνον.*

C. V Romani deam Matrem Matutam venerantes

*δρῶσι περὶ τὴν θυσίαν ἃ ταῖς Διονύσου τροφοῖς καὶ τοῖς διὰ τὴν παλλακὴν πάθεσι τῆς Ἰνοῦς προσέοικε.*

Varia lectio *τροφαῖς* cur spernatur non video. Equidem certe non intelligo quomodo sacrificia *nutricibus* possint esse similia.

ib in fine capitis:

*ταῦτ' εἰπών, καθάπερ ἐστὶ Ῥωμαίοις ἔθος ἐπευξαμένοις καὶ προσκυνήσασιν ἐπὶ δεξιὰ ἐξελίττειν, ἐσφάλη περιστρεφόμενος.*

Distingue: *ταῦτ' εἰπών, καθάπερ ἐστὶ Ῥωμαίοις ἔθος ἐπευξαμένοις καὶ προσκυνήσασιν, ἐπὶ δεξιὰ ἐξελίττων ἐσφάλη περιστρεφόμενος.*

C. VI E tam parvis initiis tanta fieri Roma non potuit

*δίχα θεοῦ πολλαῖς καὶ μεγάλαις ἐπιφανείαις ἑκάστοτε συμπαρόντος.*

Propter praepositionem *σύν* pro *ἐπιφανείαις* vocabulum exspectes *casus eventusve* significans. Et possunt *ἐπιφάνειαι* esse *certae, magnae* esse non possunt. Annotavit aliquis *ἐπιφάνεια* quod est legitimum vocabulum quo significatur deum se adspiciendum dedisse mortalibus, eaque annotatio e textu expulit veram lectionem, quae aut fuit *συμφοραῖς* aut certe eam vim habebat.

C. VII Legem promulgatam de parte civium Veios transferenda probat

*δῆμος ἤδη πολὺς γεγονὼς καὶ χρηματισάμενος.*

Pro ultimo vocabulo alii alia proposuerunt. Ego latere in eo suspicor verbum quo *auguste habitasse* plebem significetur.

ib. *προφάσεις ἐνέβαλλε* (Camillus) *τῷ δήμῳ καὶ ἀσχολίας δι' ὧν ἀεὶ τὸν νόμον ἐξέκρουεν.*

Verba *τῷ δήμῳ* abesse malim.

C. VIII De legatis Delphos missis ad auream crateram reddendam:

*ἦν δ' ἄρα καὶ χειμὼν καὶ γαλήνη θαλάσσης ἀργαλέον, ὡς ἐκείνοις συνέτυχε τότε παρ' οὐδὲν ἐλθόντας ἀπολέσθαι διαφυγεῖν αὖθις ἀπροσδοκήτως τὸν κίνδυνον.*

Lacera sententia, sic fere sarcienda:

*ἦν δ' ἄρα καὶ χειμὼν καὶ γαλήνη θαλάσσης ἀργαλέον· ἐκείνῳ* (sc. *χειμῶνι*) *γὰρ συνέτυχε τότε παρ' οὐδὲν ἐλθόντας ἀπολέσθαι διαφυγεῖν αὐτοὺς ἀπροσδοκήτως τὸν ταύτης* (sc. *γαλήνης*) *κίνδυνον.*

In navem enim, quae vix tempestatem effugerat, cum vento languente non procederet, tamquam in piratarum navem impetum fecerunt naves Romanae; ex hoc periculo servavit legatos, iam de salute sua disperantes, nauarchi virtus et prudentia.

C. X Ludimagister ille Faliscorum ad Camillum adductus

*ἔλεγε παιδευτὴς μὲν εἶναι καὶ διδάσκαλος, τὴν δὲ πρὸς ἐκεῖνον χάριν ἀντὶ τούτων ἑλόμενος τῶν δικαίων ἥκειν αὐτῷ τὴν πόλιν ἐν τοῖς παισὶ κομίζων.*

Rectene *τῶν δικαίων* habet?

ib. Camillus ludimagistro et alia respondet et

*τὸ νικᾶν οὐχ οὕτω διωκτέον, ὥστε μὴ φεύγειν τὰς ἐκ κακῶν καὶ ἀσεβῶν ἔργων χάριτας.*

Aut *χάριτες* hic sunt *lucra* et *emolumenta*, aut vocabulum in hanc sententiam requiritur.

ib. (Camillus) *χρήματα λαβὼν παρὰ τῶν Φαληρίων καὶ φιλίαν πρὸς ἅπαντας Φαλίσκους θέμενος ἀνεχώρησε.*

Suspectum mihi hic est vocabulum *χρήματα*. Quid enim minus quam *δωροδοκεῖν* Camillum decet?

C. XIII Quindecim milia assium idem est ac mille et quingenti nummi argentei

*ἀσσάριον γὰρ ἦν τὸ ἀργύριον καὶ τὸ δεκάχαλκον οὕτως ἐκαλεῖτο δηνάριον.*

Verba corrupta, quae ne Scaliger quidem emendasse videtur.

ib. Camillo in exilium pulso omne calamitatum genus Romanis evenit

*εἴτε τῆς τύχης οὕτω συνελθούσης εἴτε καὶ κτέ.*

De *συνελθούσης* dubito.

C. XVI Galli statim

*ἐκράτουν τῆς χώρας ὅσην τὸ παλαιὸν οἱ Τύρρηνοι κατεῖχον ἀπὸ τῶν Ἄλπεων ἐπ' ἀμφοτέρας καθήκουσαν τὰς θαλάσσας ὡς καὶ τοὔνομα μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ.*

Abiiciendum *τῷ λόγῳ* videtur. Hoc enim dicit: „*nomen maris* (praestaret *marium nomina*) testatur Etruscos ab altero ad alterum mare pertinuisse" et sequitur: „alterum enim *Adria* dicitur propter urbem Etruscam *Adriam*, alterum plane *Tuscum* vocatur."

C. XVII Cum Fabius legatus Gallum quendam occidisset, statim Brennus ceteris omnibus rebus omissis Romam exercitum duxit

*οὐ βουλόμενος δὲ δόξαι τὴν ἀδικίαν αὐτοῖς ὥσπερ ἀσμένοις γεγονέναι καὶ δεομένοις προφάσεως ἔπεμψεν ἐξαιτῶν κτέ.*

Languet *αὐτοῖς* sed minus etiam ferendum *ὥσπερ*.

C. XX *τὴν μὲν γὰρ ἄλλην πόλιν προέμενοι τὸ Καπιτώλιον ἐφράξαντο βέλεσι καὶ διατειχίσμασι.*

Ineptum videtur *βέλεσι*, sed quid reponam nescio.

(*Continuabuntur*).

---

# SCRIBA

## (AD HOR. SAT. I 5, 66—67).

SCRIPSIT

I. VAN WAGENINGEN.



In itinere Brundusino enarrando Horatius certamini verborum interfuisse se tradit, quo Sarmentus scurra et Messius Cicirrus Oscus inter se altercarentur. Qua in cavillatione Messius Sarmento et alia obicit et hoc (vs. 66):

*scriba quod esset,*
*nilo deterius dominae ius esse,*

quae verba nondum satis explicata esse mihi videntur, nam in iis, ut in ceteris Messii dictis, aliquem iocum subesse necesse est, qui adhuc interpretes fugit. Vulgo autem vel sic locum interpretantur (Heinze): „Messius gibt weiter zu verstehen, Sarmentus sei nicht einmal *libertus*, sondern *fugitivus*, und seine Herrin könnte ihn noch alle Tage aus der Kanzlei wieder zurückholen", vel ita rem enucleare student (Krueger): „natürlich nur eine Fiktion des Messius, denn als scriba konnte er nicht mehr Sklave sein", sed sive hoc sive illo modo versus intellegas, manet haec difficultas, quam supra tetigi, ut ne vestigium quidem ambiguitatis vel dicacitatis, quemadmodum in ceteris Messii conviciis (vs. 65, 69), in hoc latere videatur. Quare nobis alia interpretatio circumspicienda est.

De Sarmento autem exstat doctum scholion ad Iuv. V 3, iam a Kiesslingio aliisque allatum, sed prius id ipsum enodare nobis opus est, quam locum Horatianum perspicere possimus. Verba scholiastae haec sunt: „Sarmentus, natione Tuscus e

domo M. Favonii, incertum libertus an servus, plurimis formae et urbanitatis praemiis eo fiduciae venit, ut pro equite Romano ageret decuriamque quaestoriam compararet. Quare per ludos, quibus primum in quattuordecim ordinibus sedit, haec a populo in eum dicta sunt:

áliud scriptum habét Sarmentus, áliud populus vóluerat,
dígna dignis, síc Sarmentus hábeat crassas cómpedes.
rústici, ne níhil agatis: áliquis sarmentum álliget.

Tum ut causam usurpatae dignitatis dixit, precibus et gratia summoto accusatore dimissus est, cum apud iudices nihil aliud docere temptaret, quam concessam sibi libertatem a Maecenate, ad quem sectio bonorum Favonii pertinuerat."

Ex his igitur verbis apparet Sarmentum servum fuisse M. Favonii, deinde cum Favonius proscriptus eiusque bona venumdata essent, Maecenatis esse factum, a quo manumissus est. Nam si iam Favonii libertus fuisset, quod scholiasta fieri potuisse putat, neque sectione bonorum Maecenati obtingere potuit, neque apud iudices libertatem sibi ab illo concessam dixisset. Tum scholiasta nos docet eum magna pecunia conquisita pro equite Romano se gessisse, fortasse quod iam censum equestrem attigerat, et scriptum quaestorium sibi comparasse [1]. Ergo Sarmentus scriba erat vel „scriptum faciebat" sive „habebat", ut aiunt, sed quid in versibus supra laudatis sibi vult illud: „aliud scriptum habet Sarmentus, aliud populus voluerat"? Quod ut explicemus, primum attendendum est ad versus sequentes, ubi Sarmentus dignus esse dicitur, qui a rusticis crassis compedibus vinciatur et alligetur, quemadmodum illi sarmentorum fasces alligare soleant. Itaque spectatores non solum in nomen Sarmenti iocantur, sed etiam eum quondam servum fugitivum fuisse, quem compedibus fugere prohiberi oporteret, significant. Atque eiusdem delicti Sarmentus apud Horatium paulo post (vs. 68) accusatur a Cicirro per ludibrium rogante:

*denique cur umquam fugisset, cui satis una*
*farris libra foret, gracili sic tamque pusillo.*

Sed fugitivi etiam alio supplicio atque vinculis afficiebantur,

1) Ut ipse Horatius fecit, cf. vit. Hor. Reiff. p. 44, 8: „victisque partibus venia impetrata scriptum quaestorium comparavit."

quippe quorum fronti littera F inureretur [1]). Quae actio inurendi non modo verbo composito inscribendi, sed etiam simplici scribendi indicari solebat, ut effici potest ex Quint. inst. VII 4, 14: „ea (excusatio) est aut ignorantiae, ut si quis fugitivo stigmata scripserit eoque ingenuo iudicato neget se liberum esse nescisse" cet., quae verba partim saltem ex vetere aliqua lege sumpta esse videntur. Itaque ut ad populi versus redeamus, illud „scriptum habere" non modo poterat significare „scriptum facere" (sc. quaestorium) sive „scribam esse", sed etiam „litteram (F) inscriptam habere" sive „litteratum esse", ut Plautus fugitivum notatum appellavit (Cas. 401). Hoc si tenemus, iocus demum perspicuus fit. Populus enim parum curans genera vocabulorum (nam dixit „scriptum" n. pro „scriptus" m., ut in sermone vulgari fieri solet [2]), trochaeis illis:

*aliud scriptum habet Sarmentus, aliud populus voluerat*

designat Sarmentum potius a se dignum iudicari, qui stigmatias quam qui scriba sit.

Quae autem contumelia Sarmento quondam in theatro illata esset, Horatius eiusque aequales haud ignorabant, quapropter poeta rem lectoribus notam breviter perstringere poterat. Idcirco Cicirrum hoc convicium obscurum adversario ingerentem facit:

*scriba quod esset,*
*nilo deterius dominae ius esse,*

h. e. quod tu dicis [3]) te esse scribam sive te habere scriptum (quaestorium), iam omnes sciunt, quale „istud scriptum" sit: sc. te esse fugitivum atque „inscriptum" [4]) et ius dominae (Favoniae, uxoris etiam tum vivae Favonii) nilo deterius in te esse factum.

Hac ratione si Cicirri dictum explanatur, haud absurdum est et egregie adiungitur ioco antecedenti et consequenti.

---

1) Cf. Marquardt Prl. p. 184, 4.

2) Cf. Rönsch, Itala und Vulgata, p. 270—272; Grandgent, Vulgar Latin, § 347.

3) Apud Hor. h. l. „quod" significat „wat betreft dat" et coniunctivus adhibitus est propter orationem obliquam.

4) ‚Inscripti' appellantur a Plin. n. h. 18, 21 et Mart. 8, 75, 9, quin Iuvenalis etiam dicere ausus est „inscripta ergastula" (14, 24).

# AD MENANDREA.

SCRIPSIT

H. VAN HERWERDEN.



MENANDREA ex papyris et membranis vetustissimis edidit ALFREDUS KOERTE, editio maior. Accedunt duae tabulae phototypicae, MCMX. Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri.

Dici vix potest quantum Alfredi Koertii industria et sagacitas profuerint Menandri reliquiis, imprimis nova collatione codicis Cairani novis nunc aucti fragmentis, qua factum est ut hodie multo probabilius quam antehac tentari potuerint et possint multarum lacunarum supplementa, quamquam necessario plerumque incerta sunt et manebunt, donec felici casu insperata aliunde lux affulserit. Contenti plerumque esse debemus suggerendo, quid hic illic poeta scribere potuerit, in re incerta quid ubique revera scripserit.

Diligenter perscrutatus librum egregium, quem gratus debeo viri praeclari munificentiae, lubet communicare cum eruditis quae pauca sane nec permagni momenti videor mihi observasse.

## AD ΗΡΩΑ.

Audiens Davum misere lamentantem conservus eius Geta suspicatur eum commisisse furtum, itaque ne, si detegatur, poenas det domino, ei suadet, ut sibi tradat pecuniam ablatam, reddendam ipsi, sicubi in tuto se iam esse cognoverit.

Iam vs. 10 sqq. sequuntur haecce:

ὡς σ]υνάχθομαί γέ σοι,
.................Ρ.: (Dav.) σύ, μὰ Δί', οὐκ οἶδ' ὅ τι
ληρεῖς· ἑτέρῳ γε συμπ]έπλεγμαι πράγματι.

et suum Plangonis amorem cum Geta (Davus) communicat.

Propterea quod iam constat paenultimam lacunae litteram fuisse Ρ, consentaneum est ut falsa sint omnia quae hucusque proposuere viri docti supplementa, nec tamen dubito quin ipse Koerte mox intellecturus sit non magis ferri posse quod coniecit Getam dicere (deleto pronomine σύ):

ὡς συνάχθομαί γέ σοι
[ληφθέντ' ἐπ' αὐτοφώ]ρ[ῳ.

Manifesto enim furi in flagranti deprenso nihil iam profuisset pecuniae, quae ei proponitur, celatio, ut mittam me non facere cum iis qui iota dativi a poeta attico elidi posse putant.

Hoc vero optime Koerte observavit, quidquid antecesserit, numquam constituros esse numeros, nisi deleatur σύ. Quod pronomen aut interpolatum videtur aut errore repetitum e supra posito verbo συνάχθομαι.

Quid quidem re vera Menander dederit perdifficile dictu est, sed sententia saltem et litterarum deficientium numerus permittunt coniecturam:

ὡς σ]υνάχθομαί γέ σοι,
εἰ προσδοκᾷς λυπηρά.] (Dav.) μὰ Δί' οὐκ οἶδ' ὅ τι
ληρεῖς κτέ.

---

## Ad ΕΠΙΤΡΕΠΟΝΤΑΣ.

Vss. 103 sqq. ἴσως ἐσθ' οὑτοσί (puerulus)
γεγὼς ὑπὲρ ἡμᾶς, καὶ τραφεὶς ἐν ἐργάταις
ὑπερόψεται ταῦτ', εἰς δὲ τὴν αὑτοῦ φύσιν
ἐμβὰς ἐλεύθερόν τε τολμήσει ποεῖν
ἐν ἀγῶσι. τεθέασαι τραγῳδούς, οἶδ' ὅτι,
καὶ ταῦτα κατέχεις πάντα. Νηλέα τινά
Πελέαν τ' ἐκείνους εὗρε πρεσβύτης ἀνὴρ
αἰπόλος κτέ.

Rectissime v. Leeuwen vs. 106 ἐλευθέρ⟨ι⟩ον mihi videtur reposuisse, quia nemo mihi eripiet ἐλεύθερος — ἐλευθέριος prorsus respondere latinis *liber* et *liberalis*, quorum posterius h. l. sen-

tentia postulat. De frequentissima utriusque vocabuli confusione in libris manuscriptis passim egit Cobetus, et parum me movet editoris obiectio scholiastam ad Hom. β 10 haec verba citantem item testari ἐλεύθερον. — Reliqua in hoc loco sana omnia videntur. Fuit enim qui vs. 109 κἀνταῦθα, scil. in tragoediis, pro καὶ ταῦτα requireret, et ita sane Menander scribere potuit, sed vulgata lectio prorsus eandem praebet sententiam. Verte: *et quia spectasti, tenes haec omnia*. Ad tragoedias etiam provocatur in *Samia* vs. 244 sqq. Nec magis haerendum vs. 110 in pronomine ἐκείνους, quod pertinet ad Neleum et Peleum, dum pronomen indefinitum noto usu significat *aliquis, qualis*. Nempe vertendum: *Quospiam, verbi causa Neleum et Peleum illos, invenit caprarius*. Nisi forte putas poetam addendo ἐκείνους imitari sermonem quotidianum, ut sit: *Quospiam, Neleum puta et Peleum, illos invenit caprarius*. Ita pronomen abundans repeteret verba antecedentia. Iudicent alii.

Vs. 144 sq. Davus δεινή γ' ἡ κρίσις,
ἢ μηθὲν ἀγαθόν μοι γένοιτο.

Ne quis forte coniciat εἰ pro ἤ, moneo passim ἢ poni pro εἰ δὲ μή. Plerumque huiusmodi asseverationes ordiuntur ab adverbio οὕτω(ς), ut Ἐπιτρ. 530; Περικ. 210, 213; fab. inc. II 23.

Vs. 171. γλύμμα ταῦρος ἢ τράγος,
οὐκ ἂν διαγνοίην.

Parum distincta talia γλύμματα fuisse arguit etiam Περικειρομένης locus 338 sqq.

Pat. οὐ παρ' αὐτὸν οὑτοσὶ
τράγος τις, ἢ βοῦς, ἢ τοιουτὶ θηρίον,
ἕστηκεν; Glyc. ἔλαφος, φίλτατ', ἐστιν, οὐ τράγος.
Pat. κέρα] γ' ἔχει, τοῦτ' οἶδα.

ubi cum Wilamowitzio requiro κέρατ'.

Vs. 226. Syriscus ad Onesimum:
ἀπόδος, ὠγαθέ,
τὸν δακτύλιον, ἢ δεῖξον ᾧ μέλλεις ποτ', ἢ
κρινώμεθ'· ἐλθεῖν δεῖ μέ ποι. On. τοιουτονί
ἐστιν τὸ πρᾶγμ', ἄνθρωπε· κτέ.

Verba ἐλθεῖν δεῖ μέ ποι explicantur sequentibus 245 εἰς πόλιν

*γὰρ ἔρχομαι νυνί*, sed hic tam obscura et abrupta est oratio, ut vereor ne aut sint corrupta, v. c. ex *ἔλθ' οἷ δεῖ μετ' ἐμοῦ*, sc. *ut inveniamus arbitrum*, aut, quod probabilius, ante haec verba elapsa sint verba nonnulla, quorum fuerit sensus, *sed agas celeriter*, *quia mihi festinandum est.*

Vs. 234. Syr.

*Ταυροπολίοις ἀπώλεσεν τοῦτόν* (anulum) *ποτε*
*παννυχίδος οὔσης καὶ γυναικῶν.*

Nonne fuit olim *τῶν γυναικῶν*? Cf. vs. 257 *εἰς τὰς γυναῖκας παννυχιζούσας μόνος ἐνέπεσεν*, ubi non amplius, ut antehac, requiro *μόνας*.

Vs. 243. Syr. *οὐκ ἔνεστιν οὐδὲ εἷς*
*παρ' ἐμοὶ μερισμός*. Ones. *οὐδὲ δέομαι ταῦτα δή.*
Syr. *ἥξω διαδραμών, εἰς πόλιν γὰρ ἔρχομαι*
*νυνί, κτέ.*

Quamvis haud ignorem participiis neutris magnam permitti in constructione libertatem, ut *ταῦτα* pro genetivo usurpari potuerit, multo tamen malim Onesimum nihil aliud respondere quam *οὐδὲ δέομαι*, scil. *μερισμοῦ*. Deficientibus autem in codice punctis duplicibus, quibus indicari solet personarum mutatio, videndum num forte ultima verba sint distinguenda in hunc modum:

Ones. *οὐδὲ δέομαι*. Syr. *ταῦτα δή·*
*ἥξω κτέ.*

Quod si ita est, Onesimo neganti se desiderare partitionem Syriscus respondet: *sic vero* (*esto*).

Vs. 210.

Habrot. *παισὶν γὰρ ἔψαλλον κόραις*
*αὐτή θ' [ὁμοῦ] συνέπαιζον, οὐδ' ἐγὼ τότε*
*οὔπω γὰρ ἄνδρ' ᾔδειν τί ἐστι.*

Manifesto Habrotonum vult dicere, se eo tempore nondum consuevisse cum viris, itaque post *τότε* ponenda sunt puncta, quibus significetur *aposiopesis* verbi *concumbendi*, verecunde ut saepius in comoedia et tragoedia omissi. Sic demum recte sequitur *οὔπω γὰρ κτέ.*

Vs. 303. Habr. *ἐὰν δ' οἰκεῖον ᾖ*
*αὐτῷ* (Charisio) *τὸ πρᾶγμ', εὐθὺς* ⟨*τόθ'*⟩ *ἥξει φερόμενος*

*ἐπὶ τὸν ἔλεγχον καὶ μεθύων γε νῦν ἐρεῖ*
*πρότερος ἅπαντα καὶ προπετῶς· ἃ δ' ἂν λέγῃ*
*προσομολογήσω τοῦ διαμαρτεῖν μηδὲ ἓν*
*προτέρα λέγουσα.*

Ultima verba sic scripta non intellego, sed optima intellegam, si pro *τοῦ* rescriptum erit *κοὐ* et *πρότερον* pro *προτέρα*, i. e. *neque antea* (ante Tauropolia) *me quidquam peccasse autumans.* Quippe Charisio meretrix vult persuadere, se virginem adhuc ab illo in pervigilio vitiatam esse. — Se re vera eo tempore puram fuisse etiam supra vs. 211 sq. affirmavit.

Vs. 354. Ones.
ЄΠЄΤΧΟ . CI . C *να[ῦ]ν ἀπολείπειν τὴ[ν σαθράν,*
*καὶ νῦν χαριέντως ἐκνενευκέναι δοκῶ.*

Perviolenta sunt omnia quae hucusque proposuerunt viri docti vs. prioris remedia. Quin multo lenius pro litteris partim corruptis aut male lectis substituimus formam aliquam verbi h. l. aptissimi *ἐπείγεσθαι*, sive fuit *ἐπείγομαι*, sive *ἐπείξομαι*, sive *ἐπεικτέον*, inserta post haec vocula *δέ*; possis etiam *ἐπεικτέον μοι.*

Vs. 357. Ones. *ἂν δέ τις λάβῃ μ' ἔτι*
*περιεργασάμενον ἢ λαλήσαντ' ἐκτεμεῖν*
*δίδωμ' ἐμαυτοῦ τοὺς ὀδόντας.*

Iniuria a quibusdam sollicitatam ultimam vocem arbitror, nequaquam obscuram recordantibus illud homericum *ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων.*

Vs. 384. Coquus *ποικίλον*
*ἄριστον ἀριστ[ῶσι]ν. ὦ τρισάθλιος*
*ἐγὼ κατὰ πολλά· νῦν μὲν οὖν οὐκ οἶδ' ὅπως*
Δ . . CKЄΔΑΝ . . . . . ΤΚΝΟC, *ἀλλ' ἐὰν πάλιν*
*π . . . . . . . . . . . . μαγείρου . . . τύχη*

Ariolari lubet:
*δ[ιε]σκέδαντ' [εἰς το]ὐκτός, ἀλλ' ἐὰν πάλιν*
*π[αρῶσιν ἔνδον], τοῦ μαγείρου τίς τύχη . .;*

ut haec sit sententia: *Nunc quidem* (finito prandio) *convivae comissatum dispersi sunt foras, sed si rursus sunt intus, quae coqui sors erit* (male habiti a temulentis)?

Vs. 431. Habr. [τὸ παιδίον]
ἔξειμ' ἔχουσα· κλαυμυρίζεται τάλαν,
πάλαι γὰρ οὐκ οἶδ' ὅ τι κακὸν πέπονθ' ἐγώ.
Sophr. τίς ἂν θεῶν τάλαιναν ἐλεήσειέ με.
Habr. ὦ φίλτατοι [θεοί] ...... εἰμὶ σ[φόδ]ρα.
και . σρ .......... ησε ....· πορεύσομαι
ἐπ' [αὐτ'. ὀλίγ]ον πρόσμεινον ἐμέ, καλῶς σ' ἐγὼ κτέ.

Ad vs. 435 editor haud temere dubitavit de suppleto σφόδρα, quod in codice est ЄΙΜΙϹ..ΡΑ. Non magis certum est supplementum θεοί, quoniam dubium est utrum ΦΙΛΤΑΤΟΙ unum vocabulum contineat an legendum sit φίλτατ' οἱ... Videndum autem an rectius suspicer Habrotonum hic et in sqq. alloqui puerum vagientem, quem nunc deponat matrem eius quaesitura. Nempe conicio:

ὦ φίλτατ', οἶ[δ' ὃ κλαυμυρίζ]ει, μη[τέ]ρα ....

suspicatus pro incertis litteris IC in codice esse H. Spero autem fore ut alii haec probanti contingat probabiliter explere versum sequentem.

---

## Ad Samiam.

Vs. 17. κατέβαιν' ἀφ' ὑπερῴου τις γυνή
ἄνωθεν εἰς τοὔμπροσθε τοῦ ταμιειδίου
οἴκημα· τυγχάνει γὰρ ἱστεών τις ὤν,
ὥσθ' ἥ τ' ἀνάβασίς ἐστι διὰ τούτου τό τε
ταμιεῖον ἡμῖν.

Fateor me ultima verba non satis intellegere. Num forte post ἡμῖν duo hemistichia interciderunt?

Vs. 49. Vide ne Menander hic et Περικ. 88 more suo pro οὐδέν dederit οὐθέν. Vid. Koertii indicem s. v. οὐδείς.

Vs. 144. Demeas ἐκ τοῦ μέσου
ἄναγε σεαυτόν.

Multo probabilius mihi videtur Demeam haec dicere Chrysidi, quam ex aedibus pellit, quam coquo. Hoc enim arguere arbitror vs. 154, ubi ad Chrysidem repetit: οὔκουν ἀκούεις; ἄπιθι. Quare

corrigo *σεαυτήν*. Verba coqui vicina in errorem induxerunt librarium.

Vs. 173.

*Dem.* κατάξω τὴν κεφαλήν, ἄνθρωπέ, σου,
ἄν μοι διαλέγῃ. *Chrys.* καὶ δικαίως, ἀλλ' ἰδού.

Codex mutatae personae indicium (:) habet ante verba καὶ δικαίως, quapropter Koerte non obtemperavit Leoni haec verba tribuenti Demeae. Vide tamen ne ita pro semicolo ponendum sit signum interrogandi, ut Chrysis quaerat *num etiam iure?*

Vs. 177. Miror doctum editorem fidem habuisse opinioni diphthongum $\overline{αι}$ vocis ἑταίρα corripi potuisse propter fragmentum 727 K. Byzantinus poeta tale quid potuit committere, non Menander.

Vs. 264.

ἀλλὰ ταῦτ' εὔχου γενέσθαι συμφέροντα, θυμία
. . . . . . . . . . . KϾCHNMO . . . . οὑμὸς υἱὸς αὐτίκα.

Adnotat editor: de hoc versu mutilo et corrupto despero, omnibus quae viri docti excogitarunt litterae servatae obstant etc.

Mihi venit in mentem:

λήψεται γυναῖ]κα ⟨τὴν⟩ σὴν μό[σχον] οὑμὸς αὐτίκα.

inserto articulo et deleto υἱός.

Praeter tragicorum locos cf. Iacobii comicae dictionis Indicem s. vv. μοσχίον et μόσχος.

Vs. 309. ἠπείλησέ μοι
στίζειν.

Imo *στίξειν*, quod fortasse est in codice, nam ut incerta puncto notata est littera ζ.

Vs. 311. ἔστι δὲ
πᾶν τα[ἰσχρὸ]ν οὐκ ἀστεῖον.

Sic ex Leeuwenii coniectura dedit Koerte ipse proponens *παντάτοπον*. At, quod sciam, omnia vocabula sic composita sunt valde novicia. Quare si ἄτοπον lateat, scripserim potius *πάντ'* (i. e. κατὰ πάντ') *ἄτοπον*.

## AD ΠΕΡΙΚΕΙΡΟΜΕΝΗΝ.

Vs. 50. *εὐμενεῖς τε γενόμενοι*
*ἡμῖν θεαταὶ καὶ τὰ λοιπὰ σῴζετε.*
Notabilis breviloquentia pro *σῴζετε τὴν εὐμένειαν.*

Vs. 89.
*βούλομαι δὲ προστάτην σε πραγμάτων ἐμῶν λ[αβεῖν*
*καὶ διοικητήν, στρατηγόν, Δᾶε . . . . εν . . . .*
Conicio: *Δᾶε, [τῶν ξ]έν[ων, Ἰώ. . . . . .*
Suppleri in fine *ἐμῶν* vetat lacunae brevitas. Duarum litterarum iambum facientium sunt solae interiectiones. Dolendum novam lacunam haec verba excipere, ita ut ignoremus, an apta sit interiectio.

Vs. 97. Davus.
*τὸ γαστρίζεσθαι ἀρέσκειν ἐς [τρὶς ἐμὲ καθ᾽ ἡμέραν*
*Φήμ᾽ ἐφ᾽ οἷς εἴρηκα τούτοις.* Mosch. *μὰ [Δία . . . . οὐκ*
*ᾔσθας, ἀλλὰ τυροπώλει καὶ τὸ λοιπόν . . . . . . . . .*
Manifesto, ut in vs. 97 a fine octo tantum notata sunt puncta, ita in vs. 801 undecim puncta, tot enim notantur, minime sufficiunt ad lacunam explendam. Suadent autem sententia et numeri, ut sic fere legamus:
Mosch. *μὰ [Δία, παῖ, σύγ᾽ οὐκ ἄνους*
*ᾔσθας, κτέ.* (sive *ἄφρων*).

Vs. 121. Mosch.
ΕΙΜΕΝΑΙϹΤ . . Ε . . . . . ΠΕΙΝΚ . . . ΝΙΩΜΕΝΔΗΛΑΔΗ
*παρακαλῶ [δ᾽ Ἔρωτα] μάρτυν, τὴν δὲ μητέρα*
*εἰσιόντ᾽ εὐθὺς φιλῆσαι δεῖ μ᾽, ἀναιτήσασθ᾽ ὅλως,*
*εἰς τὸ κολακεύειν τρέπεσθαι ζῆν τε πρὸς ταύτην ἁπλῶς.*
Scribendum propono:
*εἰ μὲν αἰσχυνεῖτ᾽ ἔτ᾽ εἰπεῖν* (Glycera), *κατανιῶμεν δηλαδή·*
coll. Hesychio *κατήφησας· κατηνίασας*, vel potius (nam verbum *κατανιᾶν* suspectum et litterae ΝΙ incertae): *καταμελῶμεν δηλαδή.* Ita haec erit sententia: *si Glycera pudore virginali adhuc silebit, id prorsus neglegamus, sed mater statim intranti mihi osculanda* etc., ut est in proverbio franco-gallico:

*pour avoir la fille, il faut cajoler la mère.* De verbis ζῆν πρὸς ταύτην cf. Inc. fab. II vs. 39.

Vs. 147. τυχὸν ἴσως οὐ βούλεται
.....άσαι σ' ἐξ ἐπιδρομῆς ταῦθ' ὡς ἔτυχεν.
Coniecturis accedat mea [δοκιμ]άσαι.

Vs. 381 sq.
Pataecus. ἡγησάμην δὴ πτωχὸν ὄντα παιδία
τρέφειν ἀβούλου παντελῶς ἀνδρὸς τρόπον,
.............. ΑΒΕϹΤΑΤΩΝΠΑΝΤΩΝΤΕ...
Conieci: πλουτοῦντα δ' εὐσ]εβέστατον πάντων λέ[γω].

Vs. 384.
τόπου .... παρελ.β ε μηνυθήσεται.
Num forte:
τό που [δέον] παρέλεγχε· μηνυθήσεται.
*qaod forte opus est inquire: indicabitur.*
Verbo παρελέγχειν = ἐλέγχειν utitur Galenus.

Vs. 394. Mosch.
οὐκέτι καθέξω τὰς ...... ΕΙΔΕϹ... ΟϹ
Expectes Moschionem, qui Pataecum et Glyceram de crepundiis confabulantes hucusque longius remotus observasse videtur, dicere: οὐκέτι καθέξω στὰς [ἄπωθεν] ..., sed ita reliqua iusto longiora non addicunt. Quaerant alii.

---

## Ad Citharistam.

Vs. 35.
ζηλοῖς λαβών τε τὴν .... ἐλήλυθας
θυγατέρα δεῦρο πλουσίαν θ' [ἡγ]ἡ[ι] μόνη[ν
ταύτην, σεαυτὸν δ' οὐχί; (B.) πάντ' ἐγὼ μόνης
ταύτης λογίζομαί τ' ἐμαυτοῦ τὴν ἐμήν.
Primum vs. sic expleverim:
.... λαβών τε τήν [γε σὴν] ἐλήλυθας
et quartum conieci sic corrigendum esse:
ταύτης λογίζομ' ἅττ' ἐμαυτῷ 'κτησάμην.

Vs. 42.

B. τί δή τὸ λυποῦν σ' ἐστι; τ[ί γὰρ οὐ]κ ἤγαγες
ἐνταῦθα τὴν γυναῖκα καὶ .........;

A fine periisse suspicor τὰ χρήματα.

Vs. 46.

A. λογίζομαι πᾶν, μή τι κατὰ θάλατταν ἧι
ἀτύχημα γεγονὸς ἢ περὶ [πέτρ]ας.

Alterum versum sic explevit Koerte. An fuit [λῃστ]άς?

Vs. 69.

ἤδη δοκεῖ.....ος ............

Antecedentia suadent

ἤδη δοκεῖ [μοι πρ]οσ.... v. c. προσμολεῖν, aut προσμένειν.

Vs. 73. Mosch. χαῖρε [πάππα φίλτατε
Γ. καὶ σύ γε ....................
Mos. οὐκ ἔλεγον αὐθὶς ...............
ἀλλ' ἀνδρεϊστέον.................
Γ. τίνα λόγον αἰεῖ προσ ..............
Mos. πολλὰ περὶ πολλῶν ...............
γῆμαι με βούλει καὶ .............
φρονήσεως γὰρ τοῦτ[ο δεῖ πολλῆς πάνυ.
Γ. ὦ Μοσχίων ἄλλην μ' ..............

Colloquium filii cum patre non male procederet sic fere expletum:

Γ. καὶ σύ γε. ............. Mosch. τί
οὐκ ἔλεγον εὐθύς [ἅ γε, πάτερ, μ' ἐχρῆν πάλαι;
ἀλλ' ἀνδρεϊστέον [τε κἀποδεικτέον.
Γ. τίνα λόγον αἰεὶ, πρὸς [θεῶν, κρύπτεις σύ με;
Mos. πολλὰ περὶ πολλῶν [διαλέγεσθαί σοι θέλω.
γῆμαί με βούλει καὶ [σύ γ' αὐτὸς εὖ φρονῶν.
Γ. φρονήσεως γὰρ τοῦτ[ο δεῖ πολλῆς πάνυ.
81 ὦ Μοσχίων, ἄλλην (ἀλλ' ἣν?) μ ........
ἕτοιμος, εἰ μὴ προστίθ[ῃς, οἵα γυνή,
ἣν δεῖ λαβεῖν· αὐτὸς δὲ [παραινῶ σοι γαμεῖν
ἐλευθέραν, τοῦτο πολὺ [πρῶτόν ἐστι καὶ
85 μόνον κατὰ λόγον· εἰ δ' [ἄμεμπτος παντελῶς

πρὸς τὸ γένος ἐστίν, ἀλλ' [οὐ παραμελητέον
εἰ παρθένον δὴ πρότερον [οὖσαν εἰσάγει. κτέ.

In his Koertio debentur supplementa versuum 80 et 85.

Vs. 92.

τὰ δ' ἄλλ' ἄκουσον, συστρ[όφως ἐρῶ· μολὼν
εἰς τὴν Ἔφεσον ἔπεσον. . . . . . . . . . . . .
τῆς Ἀρτέμιδος ἦν τῆς Ἐ[φεσίας γὰρ τότε
δειπνοφορία τις κτέ.

Suppleverim:

εἰς τὴν Ἔφεσον ἐπεσόν [ποτ' εἰς ἔρωτ' ἐγώ.
τῆς Ἀρτέμιδος ἦν τῆς ἐ[κεῖ τιμωμένης
δειπνοφορία τις.

Posterius supplementum, quod iam olim suasi in Mnemosyne, latuisse videtur editorem.

---

## Ad ΚΟΛΑΚΑ.

Vs. 20. . . . . . . . . . . δέσποι]ν' Ἀθηνᾶ, σῷζέ με.

Fortasse: οἴμοι τάλαν, δέσποι]ν'.

Vs. 28.

ἀλλ' ὅδ' ὁ] διμοιρίτης φέρων αὐτός ποτε
ἐπορεύετ'] . . . . . . . . ον, πήραν, κράνος, κτέ.

Fort. ἐπορεύεθ' ἱδρῶν σχυνί]ον, κτέ.

Vs. 35.

δι' οὗ τὰ πάντ' ἀπόλωλε, τρόφιμε, πράγματα
ἄρδην· λέγω σ[οι . . . .]ν· ὅσας ἀναστάτους
πόλεις ἑόρακας, τοῦτ' ἀπολώλεκεν μόνον
ταύτας, κτέ.

Suppleverim: λέγω σ[οι, τάλα]ν.

---

## Ad Perinthiam.

Vs. 4. Davus. ἀφείητ' ἄν, Γέτα,
σύνδουλον ὄντα καὶ δ ι α σ ώ σ α ν τ' εὖ πάνυ.

Propter additum καί requiro διασώσαιτ', quod fortasse habet mscr., nam littera N puncto notata est.

Vs. 20. Laches. κἄετε
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . ὡς ἀφίκετο
Fort. [τὸν τρισκατάρατον τοῦτον]. Pyrrh. ὡς ἀφίκετο

---

## Ad incertam Comoediam II.

Vs. 13. ἀλλ' εἰς διατροφὴν ἀνδρὶ καὶ πρὸς ἡ μ έ ρ[α ν,
πᾶς τις] λελόγισται δύ' ὀβολοὺς τῆς ἡμέρας,
ἱκανό]ν τ ι τῶι πεινῶντι . . . . . . . . ποτε.

Sic editur, sed in primo versu traditur ΗΜΕΡΩΝ, nec quidquam lucramur refingendo ἡμέραν, quia vox sensu cassa procul dubio depravata est vicinia substantivi infra scripti ἡμέρας. Postulare autem videtur aliam notionem oppositum τῷ πεινῶντι in vs. tertio, ubi mscr. exhibere dicitur ΠΕΙΝΩΝΤΙΤΗ.... CΠΟΤΕ in qua scriptura τη valere puto δή, ut passim in papyris aegyptiis T pro Δ poni constat.

Totum locum sic fere supplendum et emendandum esse suspicor:

ἀλλ' εἰς διατροφὴν ἀνδρὶ καὶ πρὸς ἡ δ ο ν ή ν
πᾶς τις λελόγισται δύ' ὀβολοὺς τῆς ἡμέρας·
ἱκανὸν τ ί τῶι πεινῶντι [δ ὴ δ ο κ ε ῖ ς] ποτε;

hac quidem sententia:

*Sed ad victum viro, et quidem ita, ut ei volupe sit, nemo non supputavit duos obolos. Quid vero tandem non putas sufficere famelico,* quippe qui parciore victu contentus esse debeat?

De victu diobelico cf. Ar. Vesp. 1189, Ran. 141, Theopompi fr. 55. — Ne autem quis in novae comoediae poeta requirat vs. 14 δύ' ὀβολώ, vid. Iacobii indicem dictionis comicae s. v. ὀβολός.

In primo versu, nisi nimia videretur corruptela, cogitari etiam posset de substituendo κἀκορεστέρῳ.

---

# DE TELO QUODAM.

SCRIPSIT

P. H. DAMSTÉ.



Apud multas gentes, quae etiamnunc in orbe terrarum ferae sunt incultaeque, telum missile in usu versatur, quod ad investigandum iam puer curiosus eram: telum volo quod apud Australiae aborigines nomine „boomerang" significatur. Quid quod non conquievi ante quam telum mihi parassem atque in eo iaculando factus essem exercitatior.

Quoniam autem in patria nostra raro cernitur et civibus meis fortasse non omnibus innotuit, paucis verbis id definiam.

Factum est e duro ligno totum forma fere falcata, longitudine pedes tres et dimidium non superante; a quinque usque ad septem centimetros latum neque uno crassius est; fines sive teretes sunt sive acuti; laterum alterum convexum, planum alterum, acies vero toto circuitu acuta.

Huius autem teli motus admirabilitatem magnam facit, quippe quod manu perita emissum atque aliquantum spatii emensum subito iter retro vertens ad iaculatorem redeat. Quae mira vis praecipue a ligni superficie pendere videtur, quae leviter undosa variisque infracta est angulis, unde fit ut partes aliae alio aëris pondere premantur ita ut ex angulis hi cursum teli reddant continuum — illi fluitandi facultatem ei impertiantur. Anguli id agunt ut legem gravitatis quam dicimus tollant quo telum cursum suum continuet etiamsi vis a iaculatore impensa iamdudum consumpta sit.

De teli forma ac natura haec quidem nunc satis sunto. Addo

id apud gentes fere omnes incultas barbarasque occurrere, quae in Australia, in Africa, in America degunt, sed formae ita inter se discrepant ut in Australia tantum non falcata sit, in Abyssinia obtuso angulo infracta.

Antiquissimis temporibus antequam aeris ferrique usus increbruit atque usque ad gentes remotissimas penetravit, hoc telum per totum terrarum orbem notum usitatumque fuisse credo: fuit certe Aegyptiis veteribus, quandoquidem in Museo Britannico unum nunc asservatur cuius forma Australiaci similior est. Legere me memini, centurionem Britannicum ante aliquot annos, cum ad eius exemplum missile sibi faciendum curasset atque aliquamdiu se exercuisset, per centum passus id mittere potuisse, hoc est multo longius quam fustem vulgarem eiusdem magnitudinis ac ponderis iacere valuisset. Quid quod et illud effecit ut missile ad se rediret! Postquam enim passus septuaginta emensum est, subito per idem intervallum reversum intra septem passus ab ipso iaculatore in terram decidit. Quin vetus Aegyptium etiam multo melius ibat quam multa tela Australiaca nostri temporis! Missile igitur, quod supra descripsi, ante Graecorum Romanorumque tempora apud Aegyptios in usu fuisse constat: apud multas alias quoque gentes in Europa, Africa, Asia item fuisse demonstrare conabor.

Puta Romanum aliquem, sive in Africa sive in Europae partibus remotioribus cum stipendia faceret, barbarum conspexisse ligneum telum iacientem, quod sive illato vulnere seu frustra emissum ad ipsum reverteretur qui emiserat: quid cogitaret? Nempe telum a iaculatore fune religatum teneri atque post iactum retrahi. Atque sane ea fabula a multis commentatoribus narratur, sed semper et ubique de barbarorum telis, de Romanorum numquam, nam audita tradunt omnes, non quod ipsi viderunt. Unde porro res in lexica nostra atque in commentarios sedulo recepta est ac propagata, quamquam nihil potest excogitari absurdius. Probe scio, cetarios pro documento a talibus afferri, quibus iaculum funiculo religatum est, sed obliviscuntur, huius consilium prorsus diversum esse, nam piscator si balaenae harpagonem inflixerit, haud facile eum extrahet neque tale quid conabitur: hamus ipse vetaret! Neque ut telum idem retractum eundemque funem recollectum iterum emitteret

iactum fecit, sed ne cetus cum ipso telo aufugeret ex oculis: iam eum quasi retinaculo tenet, iam denuo ei appropinquare poterit atque sive primo ictu et sanguine multo effuso imbecillum captare sive novis, si opus erit, telis ac vulneribus interficere. Cetariorum igitur iaculum hamatum ac funiculo longissimo munitum non tamquam argumentum afferre licet, veteres umquam lanceas hastasve habuisse quas funiculo religatas post iactum retraherent. Neque umquam habuerunt: vetat ipsa sana ratio.

Quemvis provoco ut scopum modico intervallo positum hasta petat funiculum annexum gerente inque volatu explicante ac secum ducente: funis nimirum, cuius pondus crescit prout prorsus volat telum, cursum huius retardabit, inhibebit, in terram deducet. Fac tamen, funiculi onus impedimento non esse quominus hostem aliquantulum distantem figat: rogo quanti eiusmodi telum in bello aestimandum sit, cum non solum funiculum emissum cum ipso telo retrahi oporteat sed etiam diligenter convolvi antequam ad novum iactum instrumentum adhiberi possit?

Quousque tandem nugas istas atque hariolationes concoquemus, quas commentatores umbratici per tot saecula venditarunt?

Atqui vel saeculo septimo ineunte fama tenebat teli quod sine vinculo ad missorem redire posset, cf. Isid. orig. XVIII. 7. 7:

„Clava, qualis fuit Herculis, dicta, quod clavis sit ferreis invicem religata, et est cubito semis facta in longitudine. Haec et cateia, quam Horatius caiam dicit. Est enim genus Gallici teli ex materia quam maxime lenta, quae iacta quidem non longe propter gravitatem evolat, sed quo pervenit, vi nimia perfringit, quod si ab artifice mittatur, rursum venit ad eum, qui misit. Huius meminit Virgilius dicens:

Teutonico ritu soliti torquere cateias.

Unde et eos Hispani et Galli teutonos vocant."

Iamque igitur missile, quod etiamnunc apud Australiae aborigines frequentatur, apud Aegyptios veteres in usu fuisse telum in Museo Britannico et multa vasa docent, apud Celtas in Europa Isidorus testatur, cui forsitan addere liceat Gellium, qui IX. 11. 5 Gallum commemorat manu telum reciprocantem.

Iam vero locos apud poëtas percenseamus ubi sermo est de

telis, quae ab interpretatoribus tam inepte explicantur, nam ut iam nunc id quod censeo eloquar, vocabulis *cateia*, *aclis*, *tragula* idem teli genus, quod supra a me descriptum est, significari opinor.

De CATEIA igitur primum videamus quid auctores et lexica nos edoceant. Von Domaszewski (Pauly-Wissowa s. v.) locos omnes enumerat: „Cateia nach Serv. Aen. VII. 741 eine mit Nägeln beschlagene Wurfkeule von einer Elle Länge, die mit einem Riemen geschleudert in die Hand des Werfenden zurückkehrt, vgl. Gell. X. 25. 2 (mit dem *rumpiae* zusammengestellt). Isid. orig. XVIII. 7. 7. Nach dem Vorbilde Vergils Aen. VII. 741 bei Val. Flacc. VI. 82, Sil. It. III. 277 erwähnt."

Versus autem Vergilianus, quem Von Domaszewski affert, est ille quem Isidorus l.l. citavit neque de teli genere quicquam docet, sed Servius sic locum non illustrat, sed obscurat potius: „tela Gallica unde et Teutonicum ritum dixit." Deinde verba nonnulla de longitudine corrupta leguntur, extrema autem de usu sunt haec: „quam (cateiam sc.) in hostem iaculantes, lineis, quibus eum adnexuerant, reciprocam faciebant."

Haec ad verbum fere ita verterunt Darenberg et Saglio: „On la ramenait ensuite à soi à l'aide de la courroie qui y était attachée," neque aliter Antonius Rich in lexico, quod v. d. Carl Mueller germanice vertit, exposuit: „cateia ein Geschoss dessen sich die Germanen, Gallier, Hirpiner u. a. im Kriege bedienten. Es war dies ein Speer von beträchtlicher Länge mit dünnem Schaft, an dem eine lange Schnur befestigt war, wie an einer Harpune, so dass der, welcher ihn abgeschleudert hatte, ihn wieder zurückziehen konnte."

Verba vero Domaszewskii non recte Servii explicationem reddere iam liquet. Versu, quem e Valerii Flacci Argonauticis affert, non multum adiuvamur:

et puer e primo torquens temone cateias,

sed utilior locus est tertius, Sil. It. III. 277:

pandā manus est armata cateiā,

ubi sermo est de viro e gente Libyca. Hic enim rogo, ad quod teli genus epitheton *pandus* minus umquam pertineat quam ad hastam vel clavam. An primaria eiusmodi missilium condicio non est, ut tota sint quam directissima ita ut ne minima qui-

dem pars in iis panda h. e. incurvata sit? E contraria parte, de quo telo idem adiectivum melius iustiusque usurpatur quam de illo, quod in huius disputatiunculae initio exposui? Silium igitur teli natura minime latebat atque iusto nomine id significavit.

Quae autem in lexicis de eo inepte docentur, unius Servii interpretamento niti apparet.

Quid mirum si teli, tam late olim usitati ut apud gentes permultas in Europa et in Africa adhiberetur, varia exstiterunt genera, quae suo quodque nomine designabantur?

Vocabulo enim quod est ACLIS idem vel paene idem missile denotari arbitror, in quod nomen nunc iam inquirendum est.

Droysen (Pauly-Wissowa s. v.): „a c l y s eine nur bei röm. Dichtern (Verg. Aen. VII. 730, Sil. It. III. 362, VIII. 550, Val. Flacc. VI. 99) erwähnte leichte Wurflanze, an deren Schaft ein Riemen befestigt war, und deren der Krieger mehrere führte. Servius (Aen. VII. 730) weiss nichts Sicheres über diese Waffe an zu geben; ob der Name barbarisch ist oder mit dem griechischen *ἀγκυλίς* zusammenhängt, muss unentschieden bleiben." In Richii lexico haec legimus: „a c l i s, a c l y s (*ἀγκυλίς*, Oppian. *Cyn.* I. 155) eine Waffe, welche die Osker und einige fremde Völker, jedoch nicht die Griechen und Römer anwandten (Virg. *Aen.* VII. 730, Sil. It. III. 363). Es scheint eine Art Wurfspiess mit Widerhaken gewesen zu sein, denn die *aclis* bestand aus einer dicken und kurzen Stange, die mit Spitzen versehen und an einem Seile befestigt war, so dass man sie, wenn man geworfen hatte, wieder an sich ziehen konnte (Serv. *zu* Virg. l. c.). Aber Servius kannte diese Waffe nur durch die Tradition, sie war schon lange vor seiner Zeit ausser Gebrauch gekommen."

Incredibilem hominum dexteritatem admiramini! Lanceam h a m a t a m post iactum r e t r a h e b a n t a d s e!

Has quoque nugas ex eodem Servio emanare videbimus, si locos citatos percensuerimus. Apud Verg. Aen. VII. 730 haec sunt de Oscis:

t e r e t e s sunt a c l i d e s illis
tela, sed haec lento mos est aptare flagello.

In hisce rursus adiectivum *teres* agnosco telo quod volo quam maxime idoneum et verba optime explicari possunt, si *flagellum*

laqueum fuisse intellegis, quo manus inserta telum melius dirigeret, neque aliter in Georgii lexico explicatur, quamquam minus recte telum voce „Wurfspiesse" vocatur.

Iam vero Servium audiamus, qui ad locum haec observat: „Legitur, quod sint clavae cubito semis factae, eminentibus hinc et hinc acuminibus, quae ita in hostem iaciuntur religatae loro vel lino, ut peractis vulneribus possint ad dominos redire."

Sequuntur loci e Sil. It., quorum alter est III. 363 de Celtibero:

aclide vel tenui pugnax instare veruto,

alter VIII. 550 de Campanis:

leviora domo de more parentum
gestabant tela, ambustas sine cuspide cornos;
aclidis usus erat factaeque ad rura bipennis.

Loci sensus hic est, Scipionem Campanos, quibus praeerat, pilis ac thorace armasse, cum domo non nisi tela prisca, ambustas sudes et talia, attulissent. Unde verbis *facta ad rura bipennis* securem lapideam significari suspicor, voce vero *aclis* non hastam, quae, si Servio fides habenda esset, artificio etiam callidiore fabricata esset quam pilum Romanorum militum, sed missile ligneum quale supra descripsi.

Apud Val. Flacc. VI. 99 de gente in Caucasi montis radicibus degente sermo est:

nec procul albentes gemina ferit aclide parmas.

Denique de nomine hoc monitum velim.

Ubicumque voc. *aclis* apud poëtas commemoratur, genti ascribitur cui Graecorum artes litteraeque plus minusve innotuerant, certe qualecumque cum Graecis intercesserat commercium. De vocabuli autem origine Walde in egregio suo Lexico Etymologico haec disserit:

a c l y s „ein kurzer, vermittelst eines Riemens geschleuderter Speer". Wohl fremden Ursprungs; doch ist Entlehnung aus gr. *ἀγκυλίς, -ίδος* „Jagdspiess" (Saalfeld; Thes.) nicht sicher.

Equidem, cum non hastam directam sed missile incurvatum voce *aclis* denotari iudicem, de vocabuli radice nullus dubito, cf. *ἄγκυλος*, curvus, aduncus, *τὰ ἄγκυλα*, arcus, sed non graecum *ἀγκυλίς*, sed *ἀγκαλίς* = ulna propter teli formam ulnae simillimam voce *aclis* a Latinis reddi arbitror.

Postquam igitur teli nomina Celticum et Graecum indicasse conatus sum, ad tertium pervenio quod nescio an in ipso Latio ortum sit: vocabulum dico quod est TRAGULA.

Variae de hoc telo virorum doctorum sententiae sunt.

Rich: „tragula eine Art Geschoss, welches mit der Maschine geschleudert wurde, über dessen besondern Charakter uns jedoch nichts Näheres bekannt ist."

De tragulariis nimirum cogitavit, qui a Vegetio (II. 15) aetate Valentiniani memorantur!

Georges: „ein Wurfspiess der Gallier und Hispanier, mit einem Schwungriemen versehen, vermittelst dessen er wieder zurückgezogen werden konnte."

Walde: „Wurfspiess der Gallier und Spanier" (mit einem Schwungriemen versehen, an dem er wieder zurückgezogen werden konnte? wohl Volksetymologie): wohl kelt. Wort.

Iam vero inspicias Sil. It. III. 318, ubi de Choaspe, Garamantum duce:

cui tragula semper
fulmineam armabat, celebratum missile, dextram.

Coniecturis Heinsii (*libratum*), Schraderi (*sceleratum* vel *celeratum* vel *terebratum*), Lefeburii (*librandum*) reiectis Drakenborch interpretatur: telum celebre, satis notum, propter ingentia, quae inferebat, vulnera.

Equidem *celebratum missile* intellego: telum missile, quod non semel tantum emitti potest, sed, utpote identidem ad iaculatorem rediens, semper dextram eius armatam tenet: *celebratum* igitur h. l. notionem illam habet, quae apud Georgium est: oft angewendet, häufig, qui iure locum nostrum tamquam huius significationis exemplum addit, sed iniuria et perperam ascripsit versionem: in Menge abgeschossene Pfeile!

Accedit quod de Garamantibus ab Herod. IV. 174 haec traduntur:

*οἳ πάντα ἄνθρωπον φεύγουσι καὶ παντὸς ὁμιλίην, καὶ οὔτε ὅπλον κεκτέαται ἀρήιον οὐδὲν οὔτε ἀμύνεσθαι ἐπιστέαται.*

Nonne consentaneum est, homines qui non armis neque telis aheneis ferreisve sed uno ligno missili armati essent, Graecis visos esse iam nulla tela bellica possidere neque arma ulla quibus se defenderent?

Denique sententiam meam confirmare videtur locutio *tragulam inicere in aliquem* pro: dolum struere, quae apud Plautum legitur:

Epid. 690: tragulam in te inicere adornat, nescioquam fabricam facit.

Pseud. 407: et volui inicere tragulam in nostrum senem.

Cas. 297: ego pol istam iam aliquovorsum tragulam decidero.

An ex hoc vocabuli usu statuere non licet, tragulam telum missile fuisse natura subdola et insidiosa, quod si mitteretur, vix caveri poterat propter motus improvisos neque directos, quales ceterorum telorum esse solent?

Quibus omnibus consideratis ut argumentationis meae summam breviter complectar, haec statuo:

1. Mentio missilium funibus religatorum quibus post iactum retraherentur quantocius e lexicis nostris tollenda est, propterea quod usus atque ratio vetant ea umquam consistere potuisse neque testimoniis locupletibus (unius Servii sc.) mentio illa nititur.

2. Vocabula *cateia*, *aclis*, *tragula*, quibus tela illa ficta et commenticia in lexicis significantur, nomina varia eiusdem teli (boomerang) fuerunt, quae diversissime explicata sunt postquam usu aeris ferrique increbrescente telum in desuetudinem atque oblivionem abiit. Similiter capulus (lasso) ex Europae partibus evanuit, cf. Isid. Orig. XX. 16. 5.

3. Ex nominibus istis *cateia* Celticum esse Waldio credo (gall., wohl zu ir. *cath* „Kampf" u. s. w.), *aclis* Graecum *ἀγκκλίς* reddere suspicor, *tragula* vero ad indogerm. * *trāgh-* pertinere, cl. ir. *tráges* „quod refluit", cymr. *treio* „refluere ut mare."

De cateia scribenti mihi Fergusonii commentationem silentio praeterire non licet, quam cum uno auctoris nomine, non libri, designatam offendissem in libello quodam menstruo et diu multumque in patria mea frustra quaesivissem, E. H. Renkema v. d. in Museo Britannico tandem comiter indagavit repperitque in Actis Academiae Regiae Hibernicae (Vol. XIX, Dublini 1843 p. 22—47). Dissertatio, inscripta „On the antiquity of the Kiliee or Boomerang" by Samuel Ferguson Esq., M. R. I. A., recitata est d. XXII m. Ian. et d. XII m. Febr. anni 1838. Divisa est in capita decem; septem capitibus coniecturae etymologicae, mythologicae, ethnographicae, quae nunc quidem audaciores videantur, propositae leguntur: tribus ceteris de cateia et aclide ita

egit ut tantum locorum traditorum, quos pari honore omnes duxisse videtur, rationem haberet; in epilogo se unam cateiae naturam argumentis firmissimis demonstrasse ipse profitetur. De tragula ne verbum quidem.

Quae cum ita essent, mihi dubitandum non esse arbitratus sum rem totam meo Marte disquisitam exponere, quamquam de cateia, uti par est, viro nobilissimo primas libenter defero.

---

## C. I. L. I[1] 1116 X 5807.

L. Betilienus L. f. Vaarus | haec quae infera scripta | sont de senatu sententia | facienda coirauit: semitas || in oppido omnis, porticum qua | in arcem eitur, campum ubei | ludunt, horologium, macelum, | basilicam calecandam, scedes, | [l]acum balinearium, lacum ad || [p]ortam, aquam in opidum adou . | arduom pedes CCCXↆ, fornicesq. | fecit, fistulas soledas fecit. | ob hasce res censorem fecere bis, senatus filio stipendia mereta || ese iousit, populusque statuam | donavit Censorino.

In scholis epigraphicis cum nuper hunc titulum tractarem, H. Wagenvoort, litt. class. in Universitate Ultraiectina candidatus, de scriptura *adou.*, quam Mommsen et Ritschl ex *adque* corruptam iudicarunt (= et ad arduom, h. e. in arcem), sententiam novam atque mea quidem opinione haud spernendam protulit. Sagaciter perspexit, litteras quae nunc in lapide leguntur non per errorem exaratas esse sed priores videri verbi *adou*(*cendam*) h. e. adducendam.

Forma *iousit*, quae mox sequitur, in titulo nostro *ou* pro *u* et consonantes simplices pro duplicibus frequentari testatur. Porro eius sententia primum eo commendatur, quod praepositio *in* (in opid*um*) cum accusativo iuncta est, deinde quod, cum tota nominum superiorum series a verbo *facienda coiravit* pendeat, verbum *fecit* ad nomina sequentia iteratur (fornicesq. *fecit*, fistulas soledas *fecit*), quo constructionis mutatio indicari videtur. Verbum autem *fecit* repetitum ita bene intellegitur, si legimus: L. Betilienus cet. — facienda curavit: semitas, porticum cet. — aquam in oppidum adducendam (sc. curavit), fornicesque fecit cet.

P. H. D.

# OBSERVATIUNCULAE DE IURE ROMANO.

SCRIPSIT

J. C. NABER S. A. FIL.

(*Continuantur ex Vol. XXXVII pag.* 431).



## CII.

### QUIBUS MODIS IN IUS PIGNORIS SUCCEDATUR.

Variis modis in pignus succeditur. Veluti iure hereditario, quo casu, si plures heredes existunt, quaeri potest, utrum commune pignus habeant, sicuti creditores rei servandae causa missi, quod universitatis est vel *numer(i)* [1]), non singulorum [2]), an vero singulis hereditaria hypotheca sit obligata sive in solidum sive pro partibus hereditariis. Commune pignus esse praecipit Ulpianus [3]), quem prorsus Dernburg [4]) non intellexit [5]), dum putat ex mente Ulpiani singulos heredes in suam quemque partem succedere. Hoc si voluisset Ulpianus, singulis permisisset partem vendere suam, quibus non solvatur; nunc haeret in eo, quid faciendum sit ceteris, postquam uni pro parte sit solutum.

1) Cf. Gai. III § 79.

2) Hoc eo demonstratur, quod creditoribus rei servandae causa missis non datur sicut ex damni infecti vel legatorum servandorum causa missis (l. 7 § 8, § 9 D. 10. 3) communi dividundi actio. Itaque, quum ex edicto locantur vel veneunt praediorum fructus, non singuli locant vel vendunt, sed *quis eorum debeat locare vel vendere quaeritur* (l. 8 § 4 D. 42. 5).

3) L. 11 § 4 D. 13. 7.

4) *Pfandrecht* II p. 40/1.

5) Fons erroris: quod putat aut in solidum succedere debere singulos aut in partes, nec observavit tertium esse genus.

Et videntur ei etiamnunc *totum fundum vendere (posse)*. Addit tamen, ne damno debitor afficiatur, huic inprimis offerendum esse, *quod coheredi eorum solvit*; itaque debitor, quatenus uni solverit, propter auctoritatem Ulpiani hoc consequetur, ut in ea quantitate potior sit [1]), obligationis vinculo integro: alioquin ratio faceret, ut creditores potiores essent obligationis vinculo minuto, quum de summa decesserit, quod probatur Paulo in pignore praetorio [2]). Idem hic hereditarium pignus non, ut Ulpianus, commune, sed singulorum esse putat, itaque *si pignori* [3]) *res data defuncto sit*, eam *in familiae erciscundae iudicium venire* iubet [4]); singuli succedantne in solidum an pro partibus hereditariis, non exprimit, neque ad eam rem quidquam facit iudicium divisorium; licet enim in solidum succedant, fient concursu partes [5]) et erit locus divisorio iudicio. Apertius rescribit Valerianus [6]): *pignus*, quum succedant duo pluresve, *in solidum unicuique teneri*, quod eo pertinet, ut cum extraneis singuli hypothecariam actionem ita habeant, acsi soli sint. Alias pignus transit, si *alii ius pignoris* creditor *cesserit* [7]), quod fieri potest etiam genere mandati [8]); sed sufficit simplex emptio, ut accipias *utilem Servianam* [9]), modo quis ius emerit, non rem; nam, qui rem emerit, licet a creditore emerit, tamen *suo nomine* Servianam non habebit [10]). Iuris emptio *transferendi pignoris causa* [11]), rei emptio *adquirendi dominii* [12]) gratia contrahitur. Et fit iuris emptio

---

1) Erit hoc quoque pignus in re sua, quae fuit materies capitis harum observ. IX.

2) L. 12 pr. (i. f.) D. 42. 5.

3) Fuisse potest *fiduciae*. Cf. Oertmann, *die* Fiducia (1890) p. 43/4.

4) L. 29 D. 10. 2. Ergo, nisi fuit *fiducia*, apparet in familiae erciscundae iudicium rem pignori datam defuncto venire sicut in hereditatis petitionem, quamvis nec sit hereditaria (l. 19 pr. D. 5. 3) *n(ec) (u)lla .... alia res quam hereditaria*, id est, *in bonis* quae *testatoris fuerit*, ... (*in hoc iudicium*) *deducatur* (Gai. II § 220, 222). Atqui in alio quoque iuris articulo pignori accepta *bonorum* appellatione comprehensa videbuntur (l. 5 § 6 (cf. § 7) D. 36. 4.).

5) Cf. l. 15 § 18 D. 39. 2. — Contrarium dicere videtur Windscheid (1891) § 240⁴ (= Dernburg, *Pfandrecht* II p. 409).

6) c. 1 C. 8. 31 (32).

7) L. 19 § 9 D. 49. 15.

8) c. 21 C. 8. 40 (41): *(s)i mandata super hac re fuerit persecutio.*

9) Hanc enim Papinianus ei denegat (l. 1 pr. D. 20. 6), qui *citra emptionem* solverit.

10) L. 66 pr. D. 21. 2.

11) L. 2 D. 20. 5. — In creditore secundo accedit *servandi pignoris sui causa* (l. 6 D. 20. 5). Sed subest utique *pignoris causa* (cf. c. 3 C. 4. 22).

12) L. 6 D. 20. 5.

interdum sponte [1]), interdum *necessitate iuris* [2]), id est, vel actione ad id cogente vel exceptione [3]). Est enim cum creditore actio, ut ius suum pignoris cedat, qui nomen vendiderit [4]), licet ex abundanti, quia, ubi nomen venit, pignora tacito iure transeunt [5]), nisi forte *postea* accepta sint, nam in his procuratoris vice creditor functus est [6]). Similiter, si *in eum contractum, qui ex* [7]) *defuncto fuerit interpositus, heres, antequam* ex senatus consulto *restitueret hereditatem, pignus acceperit,* hic ex fideicommisso tenetur fideicommissario, *ut ei cedat pro pignoris commodo actionem* [8]). Sed non est eadem actio cum eo, *qui iure suo pignus distra(xer)it*; licet apud Paulum hodie scriptum inveniatur [9]), hunc *ius suum cedere debe(re)*. Distrahere enim *iure suo* rem pigneratam is videtur, qui transferendi dominii causa [10]) tamquam creditor pignus vendit [11]) nec praestat auctoritatem [12]), proinde non *ius suum cedere* sed rem (*nummo uno* [13]) *mancipare vel in iure*) *cedere* [14]) *debet, et,*

---

1) Ut in l. 19 § 9 D. 49. 15.

2) L. 2 D. 20. 5 (Crediderim post *facultas erit* quaedam excidisse). Cf. l. 11 D. 12. 3; Gai. II § 154 (i. f.).

3) Eo modo explicant Accursius Cuiaciusque, aliter Bachofen, *Pfdr.* p. 533 (quem refellit quam laudavimus c. 21 C. 8. 40 [41]).

4) L. 6 D. 18. 4.

5) Cf. infra. Putat quidem Windscheid (1891) § 332[a], olim nomine vendito pignora sicuti ceteras accessiones separatim transferenda fuisse, non item ceteras accessiones Mühlenbruch, *Cession* (1836) § 37 VI 2 (p. 419-421). Cum Bernhardo facit Eisele, *Ztschr. der Sav.-St.* XXVII p. 60-63.

6) Cf. c. 3 (2) C. 4. 27.

7) Notetur: *ex*.

8) L. 75 (73) pr. D. 36 1 (Mühlenbruch, l.l. not. 402). Triboniano quidem restituunt clausulam Faber (coniect. XV 5 § 13) et Schulz, *Ztschr. der Sav.-St.* XXVII p. 96 not. 4 (p. 97).

9) L. 13 D. 20. 5.

10 Nam, qui vendit pignoris transferendi causa, is *ius suum ced(it)*, ut est in Graeca versione (Bas. 25. 7. 13), non *cedere debet*, quod habet textus.

11) Hoc alias dicitur *lege pignoris* (l. 10 D. 20. 5), *iure pignoris* (l. 78 § 4 D. 31; l. 5 § 2 D. 50. 15; c. 4 C. 4. 51; c. 1 pr. C. 5. 71; c. 1 § 1, c. 2 C. 8. 45 [46]); et item *creditoris iure* (l. 59 § 4 D. 17. 1; l. 11 § 16 D. 19. 1; c. 1 pr. C. 8. 45 [46]) vendere. Non idem esse: ea lege vendere, ne evictio praestetur (cf. l. 12 § 1 D. 20. 5; l. 68 pr. D. 21. 2), rectissime docet de Medio, *Bull. dell' istit. di dir. rom.* XVI p. 21[1]. Cf. modo c. 2 C. 8. 45 (46).

12) L 11 § 16 D. 19. 1: *hoc enim multis constitutionibus effectum est.* Add. l. 10 D. 20. 5; c. 1, c. 2 C. 8. 45 (46).

13) Bruns, font. (1909) no. 135 lin. 15. Cf. Bechmann, *der Kauf* (1876) p. 190, 222; Jhering, *Geist des röm. Rechts* § 46 not. 728*b*.

14) (*Mancipare vel in iure*) *cedere* invenit Eisele, *Ztschr. der Sav.-St.* XXX p. 127,

*si pignus possidet, tradere utique debet possessionem* [1]). Debet enim omnis corporis venditor factum mancipandi [2]), licet non debeat effectum per mancipationem dominii transferendi, et est eatenus, ut diximus, praecipua causa creditoris iure creditoris distrahentis, quod re evicta non tenetur, nisi, *ut, quam habet adversus debitorem actionem, eam praestet; habet autem contrariam pignoratitiam actionem* [3]). Ergo nominis venditor, ut ius pignoris cedat, actione tenetur. Exceptio de pignore transferendo vel fideiussori datur vel ei, qui non solus reus est, si a creditore conveniuntur; ergo liberantur, nisi ceduntur eis *hypothecae sive pignori obligata* [4]), et sunt cedenda omnia eius *contractus .... pignora* [5]), id est, ea quoque, quae *a confideiussoribus* data sunt [6]). Alia ratione secundus creditor priorem compellere potest, ut ius suum transferat, nam oblata pecunia etiam citra emptionem in huius iura successurus est. Atqui, si pignus a creditore, quum is suo nomine vendit [7]), duobus modis venire potest, id est, aut pignoris transferendi causa, aut dominii adquirendi gratia, utro modo venierit, apud iudicem quomodo constabit? Quaestio, quum sit voluntatis, in facto consistere videri posset; sed non ita est, nam, quum plerumque voluntas in obscuro sit, id actum videbitur, quod agi potuerit, itaque *pignoris causa* distractum videbitur, si qua *necessitate iuris* aliter distrahi nequaquam potuerit, veluti quod venierit ei qui rem emere a creditore non possit [8]). Quocirca definiunt iurisconsulti fideiussorem et correum et secundum cre-

---

qui praeterea transfert locum ad *fiduciam*, post quod *iure suo* sic explicat (not. 1): „*einmal: kraft des ihm zustehenden Eigenthums; sodann: gemäss der ihm im* .... pactum *gegebenen Ermächtigung.*"

1) Cf. in re simili Gai. II § 204.

2) Gai. IV § 131*a*; Paul. I 13*a* § 4 (Eck, *die Verpflichtung des Verkäufers zur Gewährung des Eigentums* (1874) p. 25); Cic. Top. 26 § 100 (Mnemos. XVII (1889) p. 399).

3) L. 38 D. 21. 2. Cf. l. 9 pr., l. 32 D. 13. 7; l. 12 § 1 D. 20. 5; Schulz, *Ztschr. der Sav.-St.* XXVII p. 92.

4) c. 2, c. 10 (modo *pignoris* genuinum sit), c. 21 C. 8. 40 (41); c. 13. C. 4. 65.

5) L. 31 (32) pr. D. 3. 5, ubi Eisele quidem reponit (*Ztschr. der Sav.-St.* XXX p. 104) *fiducias* (pro *pignora vel hypothecas*).

6) L. 59 D. 46. 1.

7) L. 4 § 1 D. 20. 6 pertinere videtur ad venditionem debitoris nomine a creditore factam (Dernburg, *Pfandrecht* II p. 226/7).

8) Exposuit hoc ius Dernburg, *Pfandrecht* II p. 165-169 (§ 103).

ditorem pignoris causa emere [1]) *neque habend(os) simil(es) extraneo emptori* [2]). Et ratio redditur in fideiussore, quod *in omni contractu bonam fidem praestare debeat* [3]). Esset autem contra bonam fidem, si fideiussor debito soluto rem conservare vellet atque superfluo pretio dominum fraudare [4]). Quapropter, *si fideiussor a creditore pignora emit, oblata* [5]) *quantitate sortis et usurarum,* (*debitori*) *dominium* [6]) *cum fructibus .... consultius restituet, ne fidei ruptae gratia de dolo* [7]) *possit actio exerceri* [8]). Sane, quia haec ratio personalis est, contraxit enim fideiussor cum solo debitore, requiritur autem, quae secundo quoque creditori [9]) et confideiussori [10]) prosit, melius dicetur: ideo fideiussorem non videri rei emptorem sed iuris, quod non pretium solvit sed debitum; idemque in secundo creditore [11]) vel correo [12]); cessabit ratio in eo, qui non *pretii loco* debitum [13]), sed *ver(um) preti(um)* [14]) solverit. Licet autem ratio cesset, attamen regula manet: fideiussorem et correum et secundum creditorem *n(on) habend(os) simil(es) extraneo emptori.* Itaque ipsam rem emere non possunt. Concreditor possitne *alteram partem,* videamus, sive per voluntariam emptionem emat, sive provocatus per adiudicationem.

---

1) L. 2, l. 5 § 1, l. 6 D. 20. 5; l. 59 D. 46. 1.

2) L. 59 § 1 D. 17. 1.

3) L. 59 § 1 cit. (D. 17. 1). Similiter in creditore dici potest, quod partes procuratoris agere debet (l. 29 (i. f) D. 10. 2).

4) Ex pacto etiam hoc permittitur (l. 81 pr. D. 18. 1), quae species est legis commissoriae.

5) A debitore.

6) I. e. possessionem, nisi *pignora* successit pro *fiducias.* De pignore rescriptum intelligit Dernburg (*Pfandr.* II p. 166), nec tamen concedit *dominium* esse possessionem: *„das Rescript geht noch davon aus, dass der Bürge das Eigentum der Pfänder .... durch den Kauf vom Gläubiger erwerbe."*

7) Cf. Cuiac. Obs. III 37 et ex diverso Dernburg, *Pfandr.* II p. 167[17].

8) c. 1 C. 2. 20 (21).

9) L. 2 D. 20. 5.

10) L. 59 D. 46. 1.

11) L. 5 § 1 D. 20. 5.

12) L. 59 D. 46. 1.

13) L. 5 § 2 D. 20. 6.

14) Cf. l. 7 § 12 D. 10. 3. *Verum pretium* is utique solvere videtur, qui plus (Bachofen, *Pfdr.* p. 539 lin. 4-9: *minus*) debito solverit; sed tunc de natura negotii dubitabitur, quum tantum, quantum debebatur, solverit quis vel minus. Potest enim vel hoc verum esse pretium.

Et videtur utrumque permittere Paulus [1]) hoc discrimine, quod qui per iudicem emerit nec *animose* [2]) *licitus sit*, non cogetur partem obligatam liberare debito oblato [3]), nisi debitor emptam quoque partem recipiat eo pretio, quo adiudicata est; sin sponte emerit, partem emptam debitori invito non adfliget. Ulpianus autem *inter eos, qui* ab eodem [4]) *pignori* [5]) *acceper(i)nt, tal(em) divisio(nem)* [6]) *fieri* iubet [7]), *ut non vero pretio aestimetur pars, sed in tantum dumtaxat, quantum pro ea parte debe(a)tur* [8]); permittit igitur iuris dumtaxat emptionem, non rei, quum sint concreditores eiusdem domini, licet per iudicem emat provocatus. Ergo multo magis iuris emptione contentum esse vult, qui sponte emat. Sin partes sint diversorum dominorum, admittit [9]) licitationem perinde acsi partis dominus cum alterius domini creditore consisteret [10]), atque praeterea *provocat(o)*, cui fuerit adiudicatum, concedit ne partem obligatam reddere cogatur, *nisi* debitor *et eam partem paratus sit recuperare, quam creditor per adiudicationem emit.* Est igitur mens Ulpiani: concreditorem in parte sui debitoris non esse similem extraneo emptori, esse similem in extranei parte. Verum de extraneo emptore quid dicemus? Posse rem emere vel ius, an dumtaxat rem? Et potest secundum Paulum [11]) *ius pignoris* extraneo cedi. Sed difficultatem facit haud mediocrem summus auctor Papinianus [12]), qui simul permittit creditori, ut extraneo *ius suum vend(at)*, simul hunc emere vetat, ut valde fuerit *imperit(us)*, qui eius *contractus, qui personam eius non continger(e)t, pignora vel hypothecas* [13]) *susce-*

1) L. 29 D. 10. 2. Potest quidem pertinere ad fiduciam.

2) Id est: ultra verum pretium.

3) Ergo pignore finito supererit retentio vulgaris.

4) Nam de condominis separatim partes suas obligantibus est eiusdem fr. § 13.

5) Litigant Ottones, sitne reponendum *fiduciae*. Equidem cum Palingenesiae architecto *pignori* praetulerim, quia sequens paragraphus nec potest ad fiduciam pertinere, nec ab illa haec nostra separari.

6) Adiudicationem potius.

7) L. 7 § 12 D. 10. 3.

8) Cetera huius paragraphi Triboniano mox restituentur.

9) L. 7 § 13 D. 10. 3.

10) Cf. c. 2 C. 3. 37.

11) L. 19 § 9 D. 49. 15.

12) L. 31 (32) pr. D. 3. 5. Cavillatur Eisele, *Ztschr. der Sav.-St.* XXX p. 103 (cf. ibid. p. 125 not. 1).

13) *Fiducias* reponit (pro *pignora vel hypothecas*) Eisele, *Ztschr. der Sav.-St.* XXX p. 104.

*pi(sse)t, existimans indemnitati suae* hoc modo [1]) *consuli posse*. Qua nulla cogitari potest ἀπορωτέρα ἀπορία, quandoquidem non intelligitur, quo modo venire possit ei, qui emere non possit. Alibi [2]) quidem imperitiae adscribit Papinianus, non, quod quis extraneus existimaverit iuris emptione indemnitati suae consuli posse, sed quod, hoc facere quum posset, omiserit. Eandem porro speciem tractans Ulpianus [3]) non exprimit, utrum pignus apud extraneum emptorem [4]) cum huius damno extinguatur, quasi nihil emerit, an cum debitoris detrimento [5]) quasi dominio translato; proinde, si placuit inter eos, *ut habita compensatione fructuum solutoque, quod reliquum deberetur, fundus debitori restitu(a)tur*, utrum emptori pignus constituatur an debitori actio [6]). Iuris emptio, id est, pignorum translatio, inest nominis venditioni [7]), modo res steterit intra novationem, nam novatione secuta, nisi aut iudicio novetur [8]) aut convenerit *ut pignus repetatur* [9]), pignora intercidunt [10]). Quod ius, ut vitiosum, nisi novi debitoris interventu novetur, olim [11]) notavimus [12]). Nihil autem interest, utrum *ius obligationis vendiderit creditor* [13]), an, *quum convenisset ut mandarentur* [14]) *actiones, tunc solutio facta (si)t* [15]),

---

1) *Confusis praediis*, id est, pignoribus soli eius contractus, qui personam eius non contingeret et eius qui contingeret.

2) L. 1 pr. D. 20. 6.

3) L. 52 § 1 D. 2. 14.

4) *qui fundum pigneratum a creditore, quasi debitoris negotium gereret*, id est, non dominii adquirendi causa, *emerit*.

5) Putat quidem Papinianus (l. 31 (32) pr. D. 3. 5) *utrique* succurrendum esse.

6) Cf. l. 15 D. 19. 5.

7) Tunc scilicet, quum hypotheca cum nomine coniuncta sit. Ex nova quoque Germanorum lege (§ 1153 = 401) nominis venditioni inest pignoris translatio. Quamquam docet Achilles (ad § 1192) in vera hypotheca (*Grundschuld*) huic capiti locum non futurum. Qua de re aliquid adnotabimus infra.

8) L. 11 pr. D. 13. 7; l. 13 § 4 D. 20. 1; c. un. C. 4. 53; c. 8 C. 8. 13 (14). Cf. l. 29 D. 46. 2.

9) L. 11 § 1 D. 13. 7; l. 3 pr., l. 12 § 5, l. 21 pr. D. 20. 4; c. 1 pr. C. 8. 26 (27). Cf. l. 68 § 1 D. 21. 2.

10) L. 18 (cf. l. 30) D. 46. 2.

11) cap. LIV.

12) Cf. nunc ex nova Germanorum lege § 418, cui sine dubio negaret Achilles in vera hypotheca (*Grundschuld*) locum esse.

13) L. 5 § 2 D. 20. 6.

14) Cf. Schulz, *Ztschr. der Sav.-St.* XXVII p. 139-143.

15) L. 76 D. 46. 3; l. 36 D. 46. 1. — Apud Gallos hodie haec distingui coeperunt

an reus delegatus sit, quia vel hoc modo actiones praestantur [1]), cuius rei oblivio aliquando cepit Diocletianum [2]). Ergo *si in solutum nomen debitoris sui tibi debitor tuus dedit ac te in rem tuam procuratorem fecit,* non dubitatur, quin tu *pignora habe(a)s obligata* [3]), sitque tibi tribuenda horum nomine *extraordinari(a) iurisdicti(o)* [4]), id est, utilis actio [5]). *Pignora* enim ipsa quoque *transeunt, si facta nominis redemptione solutio celebrata est (emptori)que mandatae sunt actiones* [6]) personales [7]), nec dubium, *si .... procurator in rem suam extiterit,* quin *paciscendo inutilem sibi faci(a)t hypothecariam actionem* [8]). Et additur [9]): *in tantum, ut putem recte dici et dominis litis hoc casu nocere hanc exceptionem* [10]),

---

(cf. Renusson, *Traité de la subrogation* II § 12: *„la subrogation n'est pas à proprement parler une* [véritable] *cession*"; Pothier, *Introd. au tit. XX* no. 67: *„la subrogation diffère du transport*"; id. *Vente* no. 553: *„le transport-cession est .... très différent de la subrogation*"; Troplong, *Comment. des privil. et hypoth.* nis. 349, 353 2°). Etsi subvertit sententiam Renusson, op. cit. X § 20-23, quum similem esse dicat subrogationem voluntariam cessioni (*„telle subrogation .... est une véritable cession*"), id est, cessioni voluntariae, quia ulterius comparatio non potest porrigi. Erit igitur vi ipsa subrogatio similis cessioni.

1) Locos dabit Salpius, *Novation* § 6 (sed non recte docet interesse, utrum reus delegetur an nomen). — Apud Gallos haec quoque distingui coeperunt, itaque separant Pothier, *Vente* no. 551; Troplong, *Comment. des priv. et hypoth.* nis. 344, 368, 370, venditionem nominis (*„cession*") et delegationem (*„transport de simple délégation ou indication*", *„délégation de payement*", *„indication de payement*"). Fatetur tamen Troplong (omnibus numeris laudatis) post acceptionem (*„si (mon créancier) déclare.... accepter cette délégation*") interesse desinere. Intererit igitur inter cessionem perfectam et delegationem imperfectam.

2) c. 7 C. 8.41 (42). Rem utcumque dissimulant Graeci (Bas. 26. 4. 41) et Cuiacius, Obs. VIII c. 19.

3) c. 6. C. 4. 10. Temptat quidem Krüger *habet* (pro *habes*).

4) c. 14 § 2 C. 8. 40 (41).

5) *„Kognitionsprozess*" vertit Eisele, *Ztschr. der Sav.-St.* XXVII p. 63-65, quin immo negat (p. 69 ia. p. 63) dari posse hypothecariam utilem, *„das heisst, mit Fiktion*". Quasi vero utilis et fictitia idem sit. Non esse, docent Savigny, *System* V § 215 (p. 73); Puchta, *Cursus* § 165 (post notam *ww*); Keller, *Civilproz.* § 89 II; Lenel, *das* edictum (1907) p. 197.

6) c. 14 cit. (C. 8. 40 [41]) § 1.

7) *Personales* intelligendas esse, vidit Eisele, *Ztschr. der Sav.-St.* XXVII p. 63, quod negabat Schmidt, *Grundlehren der Cession* I § 4 (p. 19): *„dass .... auch die Pfandklage cedirt worden, geht aus dem Pluralis:* mandatae sunt actiones, *entschieden hervor*". Quorsum igitur utilis actio?

8) L. 8 § 2 D. 20. 6.

9) Addiditne Tribonianus?

10) I. e., conventionem, interprete Gerardo Noodt.

ideo, quia nominis venditor, sicut *exigere .... debitam quantitatem*, licet actionem praestiterit, *non vet(atur)* [1]), ita ne pignora quidem persequi. Quid, si simplex nominis venditio intercessit, nec mandatae sunt actiones [2]) vel desierunt? Placuit nominis emptori hereditatis venditae exemplo [3]) utilem in personam actionem dandam esse [4]). Ergo post hoc decretum, cuius in Pandectis nondum vestigia deprehenduntur ulla [5]), nominis emptor, licet procurator non extiterit vel desierit, tamen *pignora, quae venditor nominis consequi posset,* recte *vindica(t)* [6]). Licet autem procurator factus sit, hypothecariam directam nihilomagis habebit, nisi ipsa quoque ei mandata sit, sed utilem [7]). Rescriptis quidem permittitur, ut *superstite* personalis actionis *(domin)o* nec revocante mandatum — modo tale mandatum revocari possit [8]) — sicut in personam ita in pignora *ex eius persona* agat [9]). Ergo *ex nominis emptione dominium rerum obligatarum* [10]) *ad emptorem*

1) c. 3 C. 8. 41 (42). Difficultatem quidem facit l. 17 D. 2. 15 (Windscheid (1891) § 331 not. 8).

2) Sic loquitur Alexander c. 1 C. 8. 40 (41), quasi utique mandentur. Sed cf. c. 2 C. 4. 10.

3) L. 16 pr. D. 2. 14. Rebellat Hertz, *Die* actio utilis *des Forderungspfandgläubigers* (Diss. Wratisl. 1899) p. 43, propterea quod coniectura proposita „*der Behandlung* (*der* hereditatis emtio) *nicht entspricht*"; (p. 44) „*wie schon daraus hervorgeht, dass diesem Institut die bei jenem zu Iustitian's Zeiten erforderliche Denuntiation fehlt*". Ergo interpolatio (c. 3 C. 8. 41 (42): *vel aliquid ex debito accipiat vel debitori tuo denuntiaverit*) praeiudicabit iurium originibus.

4) Antiquissima testimonia sunt Gordiani (c. 1. C. 4. 10) et Philippi (c. 4 § 1 C. 4. 2). — Emptoris utilis actio venditori non tollit directam (l. 16 pr. D. 2. 14; cf. l. 2 § 5 D. 18. 4), itaque videtur Bernhardo (1891) § 331[4], sed alio apparatu utitur, quia scilicet putat (ibid. not. 8 i. f.) l. 16 pr. cit. (D. 2. 14) interpretandam esse ex l. 17 cit. (D. 2. 15), proinde illic ex abundanti *pactum* proponi *factum*.

5) Etenim l. 55 D. 3. 3 purgavimus cap. harum observ. LXII.

6) c. 7 C. 4. 10 (cum adnotatione Kruegeri).

7) c. 14 C. 8. 40 (41). Dictum est supra.

8) Hoc nec traditur nec videtur convenire cum l. 55 D. 3. 3: *procuratore in rem suam dato praeferendus non est dominus procuratori in litem movendam vel* [pecuniam] *suspiciendam* [qui enim suo nomine utiles actiones habet, rite eas intendit].

9) c. 6 C. 4. 10 (cum adnotatione Kruegeri et Fridolini interpretatione in: *Ztschr. der Sav.-St.* XXVII p. 67).

10) Etsi possunt intelligi res promissae (Schlossmann, *altröm. Schuldr.* (1904) p. 37; l. 98 pr. D. 46. 3; c. 12 C. 4. 29 (Herzen, *Orig. de l'hypoth.* p. 24); c. 5 C. 5. 14; form. Turon. 6 et add. 3) vel *fiduciae* obligatae, quod visum est Theodoro Schirmer, *Ztschr. der Sav-St.* XX p. 231 et Fridolino, *Ztschr.* cit. XXVII p. 70, malo tamen cum Carolo Georgio Bruns (*Kl. Schr.* II p. 27 not. 83) hic intelligere res *pignori* obligatas.

*non transit* [1]), *sed vel in rem suam procuratori facto* directa *vel* non facto *utilis secundum ea, quae pridem constituta sunt, exemplo creditoris* [2]) *persecutio tribuetur* [3]). Interest autem emptoris directam habere, quia in eam sufficit mandatum; at in actione utili probare debet emisse se nomen vel in solutum accepisse [4]); itaque consilium magis est quam praeceptum, licet imperative rescribatur [5]), ut, quamdiu mandatum perseveret, tamdiu quis directa utatur; nec tam est verum cessante mandato locum habere utilem [6]), quam non habere locum directam [7]). Itaque, ubi quis procurator in rem suam factus est, licet directae competant ei actiones, attamen *utiles etiam* tribuentur [8]). Sequuntur autem nominis emptorem pignora, sive hoc *dixi(t)* venditor [9]), sive dicere omisit, *nisi aliud actum est* [10]). Eodem modo scilicet transeunt [11]), quum non creditor vendiderit, sed iudex familiae erciscundae nomen attribuerit [12]), idemque erit, si quid divinavit Windscheid [13]), quum praetor vi decreti transtulerit actionem personalem [14]). Qua ratione autem nominis venditor hypothecas transferre videtur ad nominis emptorem, eadem scilicet ratione venditor possessionis transferre videtur, quidquid iuris ratione possidendi habeat [15]), veluti quod impenderit, quo de pignore

---

1) Multo vero minus ex nuda debiti solutione: c. 21 C. 8. 13 (14).

2) Intelligo creditorem pignoratitium, etsi de ea re ambigitur (cf. Salpius, *Novation* p. 411). Ergo eodem sensu habes c. 5 C. 8. 15 (16): *exemplo pignoratitiae.* Ex diverso interpretatur Hertz, *die* actio utilis etc. (Diss. Wratisl. 1899) p. 5-9: *exemplo* eius, cui nomen cum pignoribus pignori datum sit.

3) c. 8 C. 4. 39.

4) Eisele, *die* actio utilis *des Cessionars* (1887) p. 52 (post notam 27); cf. Brunner, *das franz. Inhaberpapier des Mittelalters* (1879) p. 68 (circa notam 1); Salpius, *Novation* p. 404/5, 418; Dernburg, *Pandekten* II (1892) § 49².

5) c. 6 cit. (C. 4. 10).

6) c. 4 § 1 C. 4. 2; c. 1 C. 4 10.

7) c. 5 C. 4. 15; c. 18 C. 6. 37. Facit hic mecum Eisele, *Ztschr. der Sav.-St.* XXVII p. 69 adversus Patricium (Sch. 1 ad Bas. 24. 3. 10): *ἐφ' ὅσον μὲν ζῇ .... ὁ τὸ γραμματεῖον ἐκχωρήσας, οὐκ ἔχει (ὁ ἐκχωρησάμενος) οὐτίλιαν.*

8) c. 5 C. 4. 39.

9) L. 13 D. 20. 4.

10) Cf. l. 23 pr. D. 18. 4.

11) L. 11, l. 14 D. 20. 5.

12) Cf. l. 2 § 5, l. 3, l. 4 pr. D. 10. 2.

13) *Lehrbuch* (1891) § 443¹⁶.

14) Quid, si *vend(iderit) nomen* in causa iudicati (l. 15 § 1 D. 42. 1)?

15) L. 14 § 1 D. 10. 3 — Idem fiet nova Germanorum lege (§ 999).

fuit caput harum observatiuncularum VIII. Sed hoc pignus a possessione separationem non recipit [1]); creditor pignus vendere posse videtur, licet nomen non vendat [2]), quemadmodum potest [3]) nomen sine pignore. Atqui obicit Dernburg [4]): ideo non posse, quod pignus sine nomine ne cogitetur quidem. Quibus igitur persuasum est — argumenta dedimus cap. harum observ. VII et novum exemplum [5]) cap. VIII — stare pignus etiam deficiente actione personali [6]), iis fieri non potest quin arrideat prior sententia. Videamus tamen, quis effectus futurus sit. Et quidem, sive nomen solum transferatur sive pignus, valebit utrumque, sed una solutio sufficiet [7]), nec si merum ius („*das materielle Recht*") spectas, ulla causa est, cur cum Henrico Dernburg [8]) pignus, quod solum retineatur vel solum transferatur, inefficax esse iubeas. Sane apud quos librorum fide hypotheca fundabitur, periculum est, ne alterutro a creditore retento bis debitor respondere compellatur. Qua re motus legislator Borussicus [9]) rectissime decernebat [10]), ubi sola hypotheca (*Grundschuld*) transferatur, ibi nomen intercidere. Non idem statuit, ubi sola hypotheca retineatur, quia scilicet, quamdiu hypotheca manet apud nominis venditorem, debitori monumenta non obsunt; sin ipsa postea alienetur, rursus intercidet nomen. Sicut autem nomine vendito pignus transit, nisi aliud actum sit [11]), ita quaeri

---

1) Ideo, quia persecutionem non habet.

2) Hoc *a pragmaticis receptum es(se)* docet Averanius II 12 § 28. Plura dabit Mühlenbruch, *Lehre von der Cession* (1836) § 28 not. 188, 189.

3) Cf. l. 23 pr. (i. f.) D. 18. 4.

4) *Pfandrecht* I p. 561/2.

5) Eius, qui in rem impenderit. Cf. praeterea cap. harum observ. LV.

6) Ergo, ubi Romanorum instituta et nova Germanorum comparamus, semper intelligimus Romanorum hypothecam et Germanorum praedii obligationem (*Grundschuld*) idem esse. Hanc enim coniunctam esse posse cum personali obligatione, dubitationem non recipit (*Motive* III (1888) p. 608, p. 779), itaque § 1192. 1 „*Voraussetz(ung)*" intelligimus: „*begriffliche Voraussetzung*" (cf. Motive III p. 611) et § 418, 1153, 1163, 1164 omnes locum habere posse in praedii obligatione, licet magnus dissentiat Achilles (ad § 1192) dissensurusve sit (de § 418).

7) Quia semel debetur.

8) *Pfandrecht* I p. 561 (post notam 4), p. 562*.

9) Germanus legislatur maluit translationem vel nominis sine pignore vel pignoris sine nomine infirmare (§ 1153. 2).

10) *Eigenthumserwerbgesetz* (1872) § 52. 2.

11) Cf. l. 23 pr. D. 18. 4.

potest, utrum pignore vendito nomen, quod receptum non sit, venisse credendum sit. Et rescribitur [1]: iure *pignoris* translato emptorem *cessis actionibus* [2] *uti po(sse).* Itaque res decisa est, modo vox *pignoris* genuina sit, quod vehementer dubito. Sed potest adhuc pignoris ius transferri legato [3], nec puto multum interesse, quibus in eam rem verbis testator usus sit, veluti: *(Titio Gai Sei) pignora tradi (volo)* [4]. Nam, sicut in pignore constituendo sufficere videtur, quod *pignoris iure testator* rem suam [5] *obligare volu(er)it* [6], ita in transferendo sola voluntas ut spectetur, magis est. Adhuc pignus transit, ubi debitor, id est, dominus rei pignori datae [7], alium creditorem elegerit, huiusque pecunia priorem dimiserit ea lege, ut pignus transiret [8]. Item succedit emptor rei pigneratae, qui a debitore emerit, quum ex pretio creditori satisfactum sit, *nihil enim* [9] *interest, debitor pignus datum vend(a)t* et ex pretio creditorem dimittat dimittive patiatur [10], *an denuo obliget* et ex versura solvat [11]. Succedet autem hoc iure, sive posterior creditor emerit [12], sive extraneus quilibet [13]. Sed posterior creditor succedet licet nihil emerit, sed simpliciter solverit; semper enim

---

1) c. 11 C. 8. 40 (41).

2) In personam, veluti *adversus eum qui una fideiussit*. Hypothecariam intelligit Eisele, *Ztschr. der Sav.-St.* XXVII (1906) p. 61 not. 2, cui cetera adsentior.

3) Cf. l. 68 pr., l. 73 § 2, l. 101 pr. D. 32; l. 9 § 2 D. 33. 10; l. 12 § 43 D. 33. 7. Ex his l. 68 pr. D. 32, l. 9 § 2 D. 33. 10 suspectae sunt Ottoni Lenel (in Palingenesia), quasi de *fiducia* olim locutae sint. Quo pertinuit certe l. 101 pr. D. 32 (vid. sup. cap. XC). Aperte de fiducia legata loquitur Paulus II 13 § 6.

4) L. 34 pr. D. 32.

5) Iustin. c. 1 § 2 C. 6. 43.

6) Cf. l. 9 D. 33. 1; l. 12 D. 34. 1. — Quum scribat Papinianus (l. 9 cit.) talis fideicommissi nomine mitti quem posse in rei possessionem, adnotat Paulus: *hoc admittendum est et in aliis rebus hereditariis* [ut et in eas legatarius mittatur]. Interest tamen, quod in ceteras res hereditarias legatarius mittetur pignoris adquirendi, verum in illam pignoris exsequendi causa iure praecipuo (l. 11 (iis l. 5 § 3, 4) D. 36. 4).

7) Cf. l. 2 D. 13. 7.

8) L. 3 D. 20. 3 (cf. Herzen, *Mél. Gérardin* (1907) p. 299 sqq); l. 12 § 8, § 9 D. 20. 4; c. 1 pr. C. 8. 18 (19); l. 7 § 6 D. 27. 9; l. 38 pr. D. 32. Cf. l. 28 § 1 D. 16. 1.

9) I. e.: igitur.

10) Pati debet (Troplong, *Comment. des privil. et hypoth.* no. 926).

11) L. 3 § 1 D. 20. 5 ia. l. 3 D. 20. 3 (vv. *quo casu emptoris causa melior efficietur*).

12) L. 17 D. 20. 4; c. 3 C. 8. 18 (19).

13) L. 3 § 1 D. 20. 5.

transfertur [1]) prioris creditoris pignus ad novissimum si hic illi [2]), aut contra novissimi ad priorem, si is novissimo pecuniam obtulerit [3]); sin invicem offerunt, in hac quoque re, ni fallor prioris causa potior habebitur [4]). Possessor succedatne solvendo videamus. Quod negare videtur Paulus, dum scribit [5]): *qui pignoris iure rem persequuntur, a vindicatione rei eos removeri solere, si qualiscumque possessor offerre vellet: neque enim debet quaeri de iure possessoris, cum ius petitoris removeatur soluto pignore.* Itaque possessore offerente, *solvitur* pignus cum damno offerentis, ut videtur, quia proprietas et alia pignora suo loco manent. Dubitationem tamen inicit vox Papiniani [6]): *emptor praedium, quod a non domino emit, exceptione doli mali posita, non aliter restituere domino* [7]), *cogetur, quam si pecuniam creditori eius solutam, qui pignori datum praedium habuit, usurarumque medii temporis* [8]) *superfluum* [9]) *recuperaverit* [10]), non quod his verbis solutae pecuniae nomine pignus detur [11]), sed quia ea mens Papiniani fuisse potest, licet verba eam non satis utique declarent. Putatque adeo Windscheid [12]) possessorem, qui creditorem

---

1) Recte negat Schulz, *Ztschr. der Sav.-St.* XXVII p. 107 ima, novum pignus („*(e)in neues Pfandrecht*") hoc modo quaeri.

2) Paul. II 13 § 8; l. 3 pr., l. 5 pr. D. 20. 5; l. 12 § 6, § 9, l. 16, l. 20 D. 20. 4; c. 22 C. 8. 13 (14); c. 1, c. 5 C. 8. 17 (18); c. 4 C. 8. 18 (19); Iustini c. 7 § 3 C. 7. 39; Iustiniani c. 22 § 6 C. 6. 30. — Novis Germanorum legibus (§ 1150 ia. § 1149) ius offerendi non ante competit, quam subhastabitur.

3) Paul. II 13 § 8. Interesse potest prioris, si convenerit ut pignus etiam ob chirographariam pecuniam retineatur. Quod pactum non praeiudicat secundo creditori (c. un. § 3 C. 8. 26 [27]). Cf. praeterea Girard, *Manuel* (1906) p. 781[7].

4) Similis quaestio oritur apud Gaium II § 78, si èt pictor pretium tabulae èt adversarius impensam picturae offert. Cf. denique Iustin. c. 34 § 2-2*b* C. 8. 53 (54).

5) L. 12 § 1 D. 20. 6.

6) L. 65 pr. D. 6. 1. — Nihil in hac quidem causa interest civilem possessorem inter et naturalem (l. 1 pr. D. 20 6).

7) Hoc deest in l. 1 pr. D. 20. 6.

8) Id est: earum, quae nunc deberentur, nisi tunc creditor dimissus esset. Eaedem mox dicuntur *novae.*

9) Id est: quod earum fructibus non compensetur.

10) Pergit: *scilicet, si minus in fructibus ante litem perceptis fuit; nam eos usuris novis dumtaxat compensari sumptuum in praedium factorum exemplo* (cf. l. 48 eod.) *aequum est.* Ex his apparet fructus ante litem perceptos esse possessoris (cf. Czyhlarz, *Serie der Bücher* 41 *und* 42, I p. 566-571).

11) Obstat vox *domino.*

12) *Lehrbuch* (1891) § 233*b* ante notam 15.

dimiserit, eius pecuniae nomine, quam solverit [1]), talem habere retentionem, qualem habeat is, qui in rem impenderit [2]), id est, non vulgarem, sed pignoris iure adversus omnem vindicantem [3]). Itaque ex abundanti [4]) demonstrat [5]): *iusto* [6]) possessori, si solverit creditori, huius pignus dandum esse. Interpretatio Bernhardi probabilis est, quia, qui rem luit, secundi creditoris magis etiam negotium gerit, quam domini; ergo fortius dicendum est secundo creditori quam *domino* nocere exceptionem. Non contradicit — contradicere credit Pothier [7]) — Marcianus [8]): *si, quoniam non restituebat rem pigneratam possessor, condemnatus* [ex praefatis modis] *litis aestimationem exsolverit, an perinde secundo creditori teneatur, ac si soluta sit pecunia priori creditori, quaeritur. Et* [recte] *puto hoc admittendum esse.* Iubet Marcianus eandem videri causam debitum solventis et litis aestimationem offerentis possessoris; licebit igitur pignus decernere utrique, neque propterea necesse est ius commentitium et fictas consuetudines introducere [9]). Ceterum possessoris pecuniam debitam solventis et litis aestimationem offerentis eadem ut videatur causa, praecipi quidem potest, sed sine iuris damno non potest; solet enim litis aestimatio pluris fieri quam debeatur [10]), et, quod excedit, id non sibi exigit creditor sed domino [11]) vel secundo creditori [12]);

---

1) Nam circa *nov(a)s usur(a)s* sine dubio *sumptuum in praedium factorum exempl(um)* sequimur (l. 65 pr. cit.).

2) Cf. l. 29 § 2 D. 20. 1. — Nova quidem Germanorum lege possessori idem datur (§ 1150), quod posteriori creditori competit, id est, offerendi ius, quum res subhastari coeperit (§ 268).

3) „*gegen den Eigenthümer und die nachfolgenden Pfandgläubiger.*"

4) Nobis quidem; nam ipse putat interesse, utrum cui pignus detur, an pignoris iure retentio.

5) *Lehrbuch* (1891) § 233*a* not. 1. Laudat inprimis l. 57 (i. f.) D. 30.

6) Cui *iusto* non exprimit.

7) *Introd. au tit. XX* no. 73.

8) L. 12 § 1 D. 20. 4 (Paling. 36).

9) Eo confugit Pothier: „*dans nos usages .... le tiers détenteur, qui paie un créancier hypothécaire, .... exerce .... sur l'héritage dont il est détenteur (les droits et hypothèques du créancier).*"

10) L. 21 § 3 D. 20. 1; cf. l. 16 § 3, § 6 eod. — Ex diverso damni dati actio ad modum debiti creditori datur l. 30 § 1 D. 9. 2.

11) L. 21 § 3 cit. (D. 20. 1). Tantum abest, ut possit creditor post litis aestimationem debitum petere (cf. l. 8 § 19 D. 20. 6).

12) L. 12 § 5 D. 20. 4.

itaque, si ad eum, qui litis aestimationem praestiterit, pignoris dumtaxat causa transibit, sicut ad eum qui debitum solverit, eveniet, ut hyperocham dominus vel secundus creditor lucretur, quum concedas iis debito oblato rem vindicare a possidente. Ergo, si possessor qui debitum solverit in pignus succedere debet, oportet eum, qui litis aestimationem praestiterit, ne quod vitium oboriatur, pro eo esse qui a creditore emerit dominii causa, ut nec domino supersit luendi potestas nec posterioribus creditoribus. Etsi non videtur Marciani sententia a compilatoribus corrupta, sed in eo peccatum, quod eandem Iuliano subdiderunt, cuius nomine hodie exhibentur haec [1]):

> *si creditor, qui rem pignori acceperat, amissa eius possessione Serviana actione petierit, et litis aestimationem consecutus sit, postea debitor eandem rem petens exceptione submovetur* [nisi offerat ei debitor, quod pro eo solutum est].

Rectius haec procedent, si resecueris ea, quae uncis inclusi. Quis enim non videt, vocabulum *ei* prorsus non habere, quo referatur? Intelligendus est possessor, qui litis aestimationem obtulit; is vero in praecedentibus nusquam comparet. Quocirca iam inclusit Eisele [2]) *ei debitor*, sed praestat [3]) totam clausulam includere eoque magis, quod Gai de hac quaestione sententia eodem modo interpolata videri potest [4]):

> *si creditor Serviana actione pignus a possessore petierit, et possessor litis aestimationem obtulerit, et ab eo debitor rem vindicet,* [non aliter hoc facere concedetur, nisi prius ei debitum offerat].

Licet enim uno alterove exemplo defendi possit passivum personale *concedor* [5]), elegantia tamen destituta sunt: *(si) vindicet, non aliter hoc facere concedetur, nisi prius* [6]) etc. Ergo aut hic omnia me fallunt, aut scripserat Gaius:

---

1) L. 28 pr. D. 13. 7.
2) *Ztschr. d. Sav.-St.* X p. 305.
3) Cum èt Paulo Krüger èt Ferrinio (ad Pand.)
4) L. 2 D. 20. 6.
5) Cf. Schulting, not. 50 ad Paul. V 6; Kalb, *Juristenlatein* (1888) p. 76[4]. Saepius quam *concedor* obviam fit *permittor*.
6) Cf. Kalb, *Juristenlatein* (1888) p. 80, *Roms Juristen* (1890) p. 18[1].

> *si creditor Serviana actione pignus a possessore petierit, et possessor litis aestimationem obtulerit, et ab eo debitor rem vindicet, (exceptione submovebitur).*

Hanc utramque coniecturam illis non credo improbatum iri, quibus iam persuasum est de interpolatione tertii in hanc causam testimonii. Accepta referuntur Ulpiano [1]):

> *inter eos, qui pignori* [2]) *acceperunt* [3]), *talis divisio* [4]) *fieri debet, ut non vero pretio aestimetur pars, sed in tantum dumtaxat, quantum pro ea parte debetur* [5]) [et adsignetur quidem pignus uni ex creditoribus, licentia tamen non denegetur debitori debitum offerre et pignus suum luere, idemque dicitur et, si possessor pignoris litis aestimationem pigneratitiam in rem agenti offerat].

Unde si monitus ab Ottone Gradenwitz [6]) eicienda statueris: *et adsignetur — pignus suum luere,* quae sane eicienda sunt propter portentum illud: *licentia non denegetur debitori debitum offerre,* cetera, quae circumduxi, quomodo salva esse possint, non video. Pendent enim a corruptis. Flagitium igitur, cuius Tribonianum reum egi in duobus prioribus fragmentis, hic manifesto commisisse deprehenditur. Non ipse negaret, se Ulpiano subdidisse sententiam, quasi post litis aestimationem creditori oblatam a possessore, luendi potestas adversus hunc supersit. Congruunt igitur indicia in suspicionem meam de vera, quae fuerit, Iuliani et Gai in hac iuris parte sententia. Quibus non, sicut Marciano, post litis aestimationem successum esse visum sit in causam pignoris, sed finita ac sublata omnium in ea re pignorum et prioris dominii causa, ut liberam rem et suam possessor habeat. Deterior causa apud Tribonianum valuit. Reliquit tamen vel etiam imprudens obtrusit iustiorem senten-

---

1) L. 7 § 12 D. 10. 3.

2) Litigant Ottones, sitne reponendum *fiduciae*. Equidem ideo cum Palingenesiae architecto traditam lectionem praetuli, quia sequens paragraphus nec potest ad fiduciam pertinere, nec ab illa haec nostra separari.

3) Ab eodem. Nam de condominis separatim partes suas obligantibus est eiusdem fr. § 13.

4) Adiudicatio potius.

5) Permittit igitur iuris emptionem, non rei. Discrepare videtur Paulus l. 29 D. 10. 2.

6) *Interpolationen* p. 98. Cf. Kalb, *Juristenlatein* (1888) p. 80.

tiam [1]) Paulo [2]): quum pignus [3]) in iudicio familiae erciscundae uni adiudicetur, pro eo futurum, *ac si .... litis aestimatio oblata sit, ut et is, qui obtulerit, adversus dominum vindicantem exceptione tuendus sit*, quae Stephanus [4]) ita interpretatur: *ὥςπερ, .... εἰ .... ὁ ἐναγόμενος προσενέγκῃ τὴν τῆς δίκης διατίμησιν, ἐκβάλλει τοῦ δανειστοῦ* [5]) *τὴν ἐναγωγήν· οὕτως ἐνταῦθα ὁ δεβίτωρ .... ἀδύνατο(ς) προσφέρειν αὐτῷ τὸ χρέος.* Et videtur magis obtrusisse Paulo quam reliquisse; non enim verba *ut et is qui obtulerit — tuendus sit* cum praecedentibus vel sequentibus ita cohaerent, ut oportet. Quae res ut manifestior fiat, totum fragmentum [6]) ita describam, ut uncis notem, quae Triboniano reddenda censeam. *Si pignori* [7]) *res data defuncto sit, dicendum est in familiae erciscundae iudicium venire: sed is cui adiudicabitur* [in familiae erciscundae iudicio] *pro parte* [8]) *coheredi erit damnandus nec cavere debet coheredi* [9]) *indemnem eum fore adversus eum qui pignori dederit, quia pro eo erit ac si* [hypothecaria vel Serviana actione petita] *litis aestimatio oblata sit* [10]) [ut et is qui obtulerit adversus dominum vindicantem exceptione tuendus sit]. *Contra quoque* [11]), *si is heres, cui pignus adiudicatum est, velit totum reddere* [12]), *licet debitor nolit, audiendus est — non*

---

1) Compilatorum in interpolando inconstantiae magnum documentum edidi capite harum observ. XXV.

2) L. 29 D. 10. 2.

3) Fuisse potest *fiducia*

4) Sch. 1 ad Bas. 42. 3. 29.

5) Scribere debuerat *δεσπότου*.

6) L. 29 cit. (D. 10. 2).

7) Fuisse potest *fiduciae*.

8) Pretii scilicet, nam admittit *licit(ationem)* et rationem non habet *animos(ae)* licitationis tantum, id est, ultra verum pretium.

9) Emendant multi *coheres*, ideo, quod inferiora omnia ad indemnitatem pertineant adiudicatarii. Cui videtur emendationi accedere Graecorum auctoritas, etiam (etsi negat Mommsen) Stephani (sch. cit.): *ἐὰν ἑνὶ .... προσκυρωθῇ, οὐ καταδικάζεται οὗτος τῷ συγκληρονόμῳ αὐτοῦ· ἀσφάλισαί μοι, ὅτι οὐκ ἐνάγει μοι περὶ τοῦ ἐνεχύρου ὁ χρεώστης*, ubi *καταδικάζεται* medium est et vertendum *intendit*. Decepit Stephanum eadem, quae Cuiacium et Schultingium, species, non discretis in hoc fragmento Pauli et Triboniani bonis.

10) Reddit igitur *quod amplius debito consecutus .... fuerit* (l. 21 § 3 D. 20. 1) coheres adiudicatarii, neque ullum damnum sustinet, quapropter cautionem exigat.

11) His verbis demonstratur praecessisse tractatum de eius heredis indemnitate, cui adiudicatum non sit, itaque recte habere *coheredi* et uncos nostros.

12) Quod partem retinere non expediat.

*idem dici potest, si alteram partem creditor emerit: adiudicatio enim necessaria est* [1]), *emptio voluntaria, nisi si obiciatur creditori, quod animose* [2]) *licitus sit, sed huius rei ratio habebitur* [3]) — *quia, quod creditor egit, pro eo habendum est, acsi debitor per procuratorem egisset, et eius, quod propter necessitatem impendit, etiam ultro est actio* [4]) *creditori.* Ergo, si quaerimus, quot modis in ius pignoris succedatur, respondendum est, succedi vel hereditate vel cessione vel adiudicatione [5]) vel legato vel debitum solvendo, modo is solverit, qui solvendo succedat. Succedere autem solvendo novum dominum, qui ex pretio solvat, et eum, qui cum debitore pactus sit, ut succederet, et secundum creditorem et pignoris possessorem. Itaque non solet pignus ob id solum, quod quis pecuniam creditori solverit vel obtulerit, transire, nec mutat [6]), quod *ius obligationis in (s)e transferri desidera(verit),* quum venditio, iuris etiam, consensum habere debeat. Itaque *citra* iuris *emptionem* qui solvit creditori, non sibi prodest sed secundo creditori, qui fit primus, vel debitori, cui *ius pristinum .... restituitur* [7]). Nec interest in hac specie, utrum fisco solvatur, an privato creditori [8]). Variatum tamen fuit de fisco, nam rescripsit imperator Antoninus [9]): *qui pro alio pecuniam fisco intuleri(t), èt iure privilegio* [10]) *eius successis(se) èt* [11]) *eius*

1) Provocato (l. 7 § 13 D. 10. 3).

2) Id est, ultra verum pretium.

3) Id est: quod ultra verum pretium impenderit, id non recuperat, modo plus debito quoque dederit, alioquin debitoris nihil interest.

4) Vel magis igitur exceptio (l. 1 § 3 D. 43. 18 = l. 156 § 1 D. 50. 17).

5) Quum adiudicetur pro parte debiti (l. 7 § 12 D. 10. 3). Alioquin simile erit litis aestimationi et facit ratio, ut res liberetur.

6) c. 5 C. 8. 42 (43), ubi pro *desideras* requiritur *desiderasti.* — Iure Gallico, quale extitit temporibus Roberti Pothier, erant, qui succederent, quum desiderassent ius obligationis in se tranferri (*Introd. au tit. XX* nis. 75, 76), veluti sponsor et alter reus. Qui nunc succedunt solvendo (*Code civ.* art. 1251 3°) ex auctoritate Molinaei (cf. Pothier, *Traité des obligations* no. 280), sed nova Germanorum lege (§ 774) in creditum tantum.

7) L. 1 pr. D. 20. 6; cf. l. 12 D. 27. 9.

8) c. 11 C. 8. 40 (41). Ibi quidem potest *pignoris* interpolatum esse; sed loquuntur de fisco specialiter c. 3, c. 7 C. 7. 73. Cf. praeterea c. 14 C. 5. 71 (ia. l. 13 § 1 D. 27. 9).

9) c. 2 C. 8. 18 (19).

10) Intelligendum est non exigendi privilegium sed pignus, sicut c. 2 C. 7. 73. Cf. Cuiac. ad R. C. 10. 1: *ego animadverti in tit. de privilegio fisci* (C. 7. 73) *de eo tantum privilegio tractari, quo fiscus tacitam hypothecam habet.* Respicit ad suarum Observ. lib. 40 cap. 18.

11) = et omnino.

*locum, cui pecuniam numerav(erit), consecutum es(se)*, cui similis extabat constitutio in Hermog. Cod. tit. *de iure fisci* [1]): *si pro possessione T. Claudi vos debita fiscalia exsolvisse constat, vestram esse possessionem* — intelligitur iure pignoris possessio [2]) — *notissimi iuris (est)*. Quin immo ad civitates hoc ius translatum invenitur [3]), *in* earum *locum* ut *succe(deretur) eo quod satis-f(actum) debito propon(eretur)*. Quocirca non strenue refragabimur, si quis eum quoque, qui fisco solvat, inter eos retulisse velit, qui solvendo succedant. Potest autem quolibet modo [4]) succedi in pignus [5]) usque ad certum pecuniae modum; veluti praedii emptorem *eatenus tuendum* esse, *quatenus ad priorem creditorem ex pretio pecunia perven(er)it*, respondit Ulpiani aemulus [6]). Quo casu quaeritur, an potior sit in reliqua pecunia prior creditor et videtur Raymondo Troplong [7]) esse potior. Ergo, si per partes hypotheca ad alios transierit, novissimus quisque in sua parte potior erit; successit enim in ius potioris [8]). Quod potest defendi, ubi creditor *necessitate iuris* obligationis venditionem fecerit, vel invito ei oblatum sit [9]), alioquin evidens est iniquitas, neque id fefellit ipsum Raymundum [10]). Proinde ad artificia

1) Editur in Coll. libr. iur. anteiust. III pag. 244.

2) Cf. Paul. II 13 § 8. — Lagidarum quidem legibus pleno iure, ut videtur, transferebatur proprietas ad eum, qui fiscalia exsolvisset (P. Tebt. 61 (*a*), 9-18, quibus continetur (γραφὴ) τῶν μεταδίωκημένων ..., τοῖς ὑπογεγραμμένοις διὰ τὸ τετάχθαι τὸν στέφανον ὑπὲρ τῶν προγεγραμμένων). Similis est lex Cnuti II 79 (80), de qua dicemus cap. CVIII. Erit autem his legibus ulterior quaestio, utrum posteriores hypothecae salvae sint et adversus has novo domino ius fisci. Nam neque hic propter dominii comparationem indefensus relinquendus est, neque illis ius suum extorquendum.

3) c. 2 C. 11. 30 (29).

4) Excipit Bachofen, *Pfdr.* p. 527, eam speciem, in qua secundus creditor offert.

5) Idem est in actionibus: l. 25 D. 34. 4.

6) L. 17 D. 20. 4. Add. l. 16 eod. (etsi dissentit Schulz, *Ztschr. der Sav.-St.* XXVII p. 107, et concedimus sensum esse ambiguum).

7) *Comment. des privil. et hypoth.* nis. 233, 378.

8) Hoc fortiter denegat Troplong (op. cit. nis. 366, 379, 381) propter errorem Roberti Pothier, *Introd. au tit. XX* no. 87.

9) Dernburg, *Pfdr.* II p. 513 (cf. p. 476); Windscheid (1891) § 233*b* not. 9. Ulterius non progreditur nova Germanorum lex § 774, § 1176 (cf. § 1164).

10) Troplong, *Comment.* cit. no. 367: *„il serait tout à fait contraire à la bonne foi, que le vendeur de la portion de créance cédée, après en avoir touché le prix, vînt par son propre fait empêcher son cessionnaire de recouvrer la somme déboursée"*. Ergo potior esse debet is, cui cessum, et in sua quisque parte, cui priori cessum erit.

descendit [1]), ne videatur aut aequitatem prodidisse aut in praecipiendo erravisse, quum fuissent ab initio oblationis et cessionis iura separanda. Solum remanet, in pignoris ius qui possint succedere, vel, quod comprehensu est facilius, qui nequeant. Itaque plerisque persuasum est: dominum rei succedere non posse, ideo, quod nemini in re sua pignus competere possit [2]), perinde ac nulli possit res sua servire [3]). Ex diverso putat Windscheid [4]), sicut pignus perseveret apud creditorem proprietatem nactum, quum sit secundus creditor, ita apud dominum quoque perseverare pignus, quum ad hunc devenerit veluti cessione, et provocat ad l. 19 D. 20. 4, quae neque pertinet ad dominum sed ad *possessor(em)*, neque ad ius pignoris sed ad *ius nominis*, id est, actionem personalem. Equidem in creditore proprietatem nacto cum Bernhardo facio [5]), sed non puto dominum in ius pignoris succedere, quia omni pignoris conventioni *solida res inesse videtur* [6]), ut priore creditore dimisso posterior hypotheca solidam rem apprehendat, nec potest dominus a sua vel auctoris sui conventione resilire [7]). Cessat quidem haec ratio in eo domino, qui nec ipse pignori dedit, neque eum qui dederat auctorem habet, id est, qui post obligationem usucepit [8]). Sin vel pignori dedit ipse vel habet rem ab eo, qui pignori dederat,

---

Nisi in stipulatione *plurium pensionum* (cf. l. 58 pr. D. 46. 1) *verisimile est id actum, ut primam quamque pensionem pignorum causa* (*prima*) *sequatur*. Erit igitur hactenus *facti quaestio* (l. 13 D. 20. 4; cf. Dernburg, *Pfdr.* II p. 413).

1) Troplong, *Comment.* cit. no. 608; „*Ceci se concilie fort bien avec ce que j'ai exposé* supra, no. 366". „*Notre solution n'est pas contrariée non plus par ce que j'ai dit* supra, no. 379".

2) L. 45 D. 50. 17.

3) L. 5 pr. D. 7. 6; l. 26 D. 8. 2. Ne praedium quidem *ipsum sibi servire* potest (l. 33 § 1, l. 31 D. 8. 3).

4) *Lehrbuch* (1891) § 248[17]. Cf. quoque Dernburg, *Pandekten* I (1892) § 281[18].

5) Propter locos ab ipso indicatos.

6) L. 15 § 2 D. 20. 1. — Propter hanc regulam pignus, quod primo creditori proprietatem nacto contra secundum conservamus, fiet tertii, cui post dominii adquisitionem primus rem obligaverit, vel totum vel pro portione debiti.

7) Alioquin ne servitus quidem (l. 27 § 4 D. 7. 1) vel quasi servitus (l. 13 pr. D. 8. 4) per stipulationem constitueretur. Etsi vacillat Windscheid (1891) § 212 not. 1 (lin. 46-51) et cupiunt ipsa testimonia variis modis amoliri Pernice, Lab. III p. 112-114; Perozzi, *I modi pretorii* etc. p. 10/1; Bonfante, *Studî per Scialoja* I p. 535/6.

8) Veram usucapionem intelligimus, quae dominium tribuit, non, ut Africanus, l. 44 § 1 D. 39. 2, quae *domin(o) constitut(o)* (l. 15 § 16 eod.) ius Quiritium afferat.

consequens est, quia in pignus succedere non potest, remissione, licet pretium habeat, pignus intercidere; est enim remissio nihil aliud quam hypothecae ad dominum [1]) translatio, quod intellexit Marcianus, itaque docet [2]): pignoris remissionem, quae pretio fiat, *quasi vend(itionem)* esse [3]). Nec mutat, quod soleant pacisci „ne res hypothecae sit"; non enim verba inspicienda sunt pacti sed vis ac potestas: concedet autem prudentissimus quisque, non ideo conventiones eiusmodi fieri, ut secundo creditori aliquid addatur. Fiunt, ut debitor hypothecam sibi habeat, licet frustra, quia, quod quaesivit, id propter anterioris conventionis legem statim deponit. Eadem ratione accidit, ut cum damno suo in rem impendat *debit(or)*, id est, dominus rei pignoratae, licet possideat, nec apiscatur [4]) id, quod *bona fide possessor(ibus)* tributum est [5]): ut habeant προγενεστέραν πάντων .... τὴν ὑποθήκην ἐπὶ τῷ πράγματι [6]). Itaque nec cessione dominus in pignus succedit, nec, licet possideat, debitum solvendo; nisi forte emptor ex pretio solvat vel cum secundo creditore pactum factum sit, huic ut sit hyperocha tantum obligata. Licere enim ita pignori dare, tacite Gaius concedit, dum quaerit, quando secus intelligatur contractum, id est, utrum solida res insit, *si simpliciter convenerit de eo, quod excedit, ut sit hypothecae* [7]). Potest igitur

---

1) Soli domino hypotheca remitti potest; *possessori non debitori* (l. 8 § 17 D. 20. 6), id est, non domino, remitti potest actio hypothecaria. Domino possidenti vel actio vel hypotheca remitti potest.

2) L. 8 § 5 D. 20. 6.

3) Eodem iure scribit Dernburg, *Pandekten* I (1892) § 281[16]: iuris venditionem, quae cum domino fiat, quasi remissionem esse. Sed quae apud eum sequuntur: *„die Rechte der nachstehenden Gläubiger werden durch ein solches Geschäft nicht aufgehoben"*, ambigua sunt. Nam de hoc nemo dubitat, sed dicendum erat, utrum post venditionem iuris, quae cum domino facta sit, in vacuum veniat hic an sequens creditor.

4) L. 44 § 1 D. 39. 2. Excipit Africanus iussum damni infecti causa possidere, quod hic *sibi cavere* non potuerit. Sed potest in huius persona dici, quia pignus praetorium perseverat (l. 12 eod.), iure creditoris impendisse eum.

5) L. 29 § 2 D. 20. 1 (cf. Windscheid (1891) § 235. 4). Sin domino tribueretur idem, quod bonae fidei possessori, deberet hoc proficere iis, quibus post impensam factam obligavisset. Maneret enim regula *solida(m) re(m) inesse* respectu futurorum.

6) Steph. sch. 2 ad Bas. 13. 2. 8.

7) L. 15 § 2 D. 20. 1: *qui res suas iam obligaverint et alii secundo obligant creditori, ut effugiant periculum, quod solent pati, qui saepius easdem res obligant, praedicere solent alii nulli rem obligatam esse quam forte Lucio Titio* [ut in id quod excedit priorem obligationem res sit obligata], *ut sit pignori hypothecaeve id quod*

expressim convenire: nihil ulterius, quam quod excedit, ut sit obligatum, et stabitur conventione [1]). Erit autem huius conventionis effectus ut prior hypotheca numquam extinguatur secunda salva; itaque, quamdiu secunda manet, èt omnibus modis ad dominum, quibus hypothecae transeunt, transibit prior, èt quum vacare coeperit, domini erit. Vacabit autem, ubi eorum quis solverit, qui solvendo non succedunt et ubi personalis actio confusione [2]) compensatione novatione remissione iureiurando iudicio extincta erit. Verum, quid dicemus, si cum secundo creditore pactum factum sit, ut hyperocha tantum sit obligata, cum tertio omissum? Proficiet huic exclusio secundi; nam ipse ius commune exercebit. De eo quoque dubitari potest, utrum cum primo creditore talis conventio recte fiat, id est, ut detracta certa summa contentus sit hyperocha [3]), an tunc demum recte convenire in eum modum intelligatur, quum res ante priori sit obligata? Plane duabus speciebus exceptis — id est, quum emptor ex pretio solvat, et quum secundus creditor pacto excludatur — non potest hypotheca in persona creditoris constituta domino quaeri; sed potest, quod non adquirit ipse, ad alium id transferre, a quo pecuniam sumpserit dimittendi creditoris gratia [4]). Ergo fraudibus via patet, quia facile est debitori, licet suo solvat [5]), amicum interponere, qui se fingat creditorem, dum debitori adversus cautionem huic emissam negativa cautione, quam Galli appellant *contre lettre*, consulitur [6]). Sed

---

***pluris est, aut solidum, cum primo debito liberata res fuerit. De quo videndum est, utrum*** [hoc ita se habeat, si et convenerit, an et], ***si simpliciter convenerit de eo quod excedit, ut sit hypothecae,*** [et] ***solida res inesse conventioni vide(a)tur, cum a primo creditore fuerit liberata, an adhuc pars? sed illud magis est quod prius diximus.*** Consentit Marcianus l. 12 § 7 D. 20.4.

1) Windscheid (1891) § 241⁷.

2) Excipit nova Germanorum lex, ubi debitor personalis pro pignoris domino intercesserit, ibi confusio crediti et debiti pignus ne perdat (§ 1164. 2).

3) Windscheid (1891) § 242 not. 1 (i. f.). Novis Germanorum legibus (*Eigenthumserwerbgesetz* (1872) § 27; *B. G.-B.* § 1196) manifesto licet.

4) Locos supra dedimus. Eadem ratione pignus debitor ei rectissime constituet, a quo pecuniam sumpserit impendendi gratia eritque is ante ceteros creditores (l. 5 D. 20.4).

5) Quodsi olim solverit, idem fiet, modo creditor cavere paratus sit, nunc demum accepisse se.

6) Huic fraudi quam imbecillis remediis Gallorum reges obviam iverint, videre est apud Robertum Pothier, *Introd. au tit. XX* no. 81.

haec ita iure Romano, novis enim Germanorum legibus semper ita cum secundo creditore contractum intelligitur, ut huic hyperocha tantum sit obligata [1]), itaque creditor dominium nactus omnimodo hypothecam retinet [2]), dominus autem hypothecam [3]) nanciscitur, sive ei remissa sit [4]) sive hereditate legatove accreverit [5]) sive vacare coeperit [6]). De pignoris domino absolutum est; debitor personalis possitne in ius pignoris succedere, videamus. Et fideiussorem quidem liberandum, nisi pignora ei cedantur, proinde succedere posse vidimus, licet a confideiussoribus pignora data sint. Sed non est eadem causa debitoris, cui, licet solvat creditori, nihil abest [7]), quia pro eo, quod solvit, liberationem consequitur, itaque frustra ius pignoris emit, quod apud ipsum sit futurum sine causa nisi aut pro pignoris domino intercesserit [8]), aut correos habeat, exemplo confideiussoris. Non succedendo quominus debitori personali in ea re, quae pro ipsius debito sit obligata, pignus competat, nihil est impedimento, velut ex alia conventione. Etiam, si in rem impenderit, iustissimam pignoris causam, si possidet, nanciscitur, quamquam adversus creditorem suum hoc iure uti non potest. Ius pignoris enim nemo creditori suo opponit sed alieno et rei domino. Ideo autem suo creditori nemo, quia huic universum debet [9]). Quam-

---

1) In contrarium convenire aperte non est prohibitum; quin immo nominatim permissum est domino quaesitae sibi hypothecae renuntiare (*Eigenthumserwerbgesetz* (1872) § 62; *B. G.-B.* § 1183).

2) *Eigenthumserwerbgesetz* § 66.

3) Non hypothecam, sed hypothecae sibi vel alii addicendae potestatem, opinio est Bernhardi Windscheid (1891) § 241[7]. Qui vel sic refellit se docentem (ibid.): novis quoque legibus pignoris conventioni inesse solidam rem.

4) *B. G.-B.* § 1168.

5) *Eigenthumserwerbgesetz* § 65. — Ceterum iure quidem Borussico (*A. L.-R.* I 12 § 288) legato succedebatur, sed posteriore lege (§ 2174) in personam agendum est.

6) *Eigenthumserwerbgesetz* § 63; *B. G.-B.* § 1163, 1170, 418. Solvendo dominus posteriore lege (§ 1143) etiam in creditum succedit.

7) Dernburg, *Pfandrecht* II p. 6: „*Der Schuldner kann es nicht Verlust nennen, wenn er die eigne Schuld erfüll(t)*".

8) Nova Germanorum lege solvendo succedit, qui pro pignoris domino intercesserit (§ 1164).

9) Dernburg, *Pfandrecht* II p. 358/9; *Pandekten* I (1892) § 284[13]; Windscheid (1891) § 235[14]. Ergo sicut *non pluris* condemnatur *quam quanti debet* (l. 21 § 3 D. 20. 1), quia superfluum ipsi reddendum foret, ita non minoris condemnandus est, quia *qu(ant)o minus* ad creditorem pervenerit, *reliquum* ipse debet *redder(e)* (l. 9 § 1 D. 20. 5).

obrem sive debitor personalis sive fideiussor [1]) in rem impenderint vel paciscendo eam sibi obligaverint, excepto creditore suo adversus ceteros omnes, qui infirmiores sint, exceptione tutus erit uterque.

1) De fideiussore concedit Dernburg, *Pfandrecht* II p. 359.

# DE NOVA SCHEDA OVIDIANA

(A. A. I 239—378).

SCRIPSIT

P. J. M. VAN GILS.



In fine commentationis „Per la chronologia delle poesie amorose d'Ovidio" Remigius Sabbadini v. cl. haec habet: „Del rimanente il testo dell' A. A. attende sempre chi lo sottoponga a un' ampia e severa revisione critica e diplomatica" (Riv. di Filol. e d'Istr. Class. A°. XXXVII Fasc. 2° Apr. 1909 p. 169). Sabbadinii verbis et consilio Scatonis de Vries v. cl. adductus sum ut tandem varias lectiones schedae — est enim deterrima — quae mihi iam ante aliquot annos in manus venerat, publici iuris facerem. Pauci enim Artis nobis servati sunt codices et ideo — uti Vriesius v. cl. observat — ne pessimi quidem spernendi erunt.

Membrana, quae, iudice Ehwaldo, saeculi XIII est, quaternionis fuit media et in prima quartaque pagina 37, in secunda et tertia 38 habet versus.

Etsi nullo modo „linenda cedro", tamen oblita fuisse et quibusdam in locis rescripta videtur; postea agglutinata in quodam libro fuit.

Nos notabimus quibusnam in locis differat scheda, quam littera x indicabimus, ab Ovidii editione Merkeliana-Ehwaldiana; videant viri Ovidiani lateatne in hac farragine aliquid quo studia Ovidiana promoveri possint. Si minus, fortasse ad diplomaticam artem aliquid valebit, apparet enim ex ea nonnullos Ovidii codices pessimos fuisse. Gratias ago v. d. J. W. Bierma qui mihi in legendo fragmento, difficili quidem lectu, opem tulit.

A. A. I 231 positis, 232 bachi, 234 perman*ens*(?) est, cepto, 239 tunc, 240 tunc, 242 deo mores(?), 245 non, 246 vinaque noxque, 248 et, 251 lana murice tincta, 255 velis, 256 liquido (2[a] m. calido), 256 sulfure, 259 memorale, 260 parthaque, 261 et praecepta(?), 263 tendas, 267 quidquid ubi(?), 273 blande iuveni, 276 doctius, 280 adhinit, 281 [tam] libido est, 282 vigilis, 283 Biblida, 284 nephas, 285 mirra ... quo, 287 arbor, 289 Yde, 291 inter media, 293 sidonyaeque, 295 Pasiphe, 296 ipsa, 298 certa, 301 armenti, 305 quid tibi pasiphe, 306 tociens positas iungis septa comas, 312 bacca, 313 Ha quociens vacam, 315 aspice .... exultat, 318 panda, 320 leta, 321 cecis, 323 europam .... Yo, 325 acerra, 328 O quantumst uni posse placere viro, 329 nec, 330 phebus, 331 nisi, 331[bis] Altera Scilla maris monstrum medicamine circes, 335 epiree, 336 sanguinolenta, 337 phenix, 338 Ypolitum rapidi, 340 pena, 341 illa, 343 non .... superare, 348 capiunt, 351 captate, 356 [tu], 359 tunc, 362 illa .... tunc, 365 tunc .... ylion, 366 tu, 370 ut .... poteris, 371 tunc .... tunc, 372 dicat, 373 properes .... iraeque, 375 queris, 377 ad concubitum.

---

# DE SOPHOCL. PHILOCT. VS. 732 SQQ.

SCRIPSIT

I. VÜRTHEIM.



Versus quibus Philoctetes dolorem renascentem parvis primum voculis deinde sententiis gemitu plenis exprimit interpretabar, cum subito mira quadam similitudine, quae inter eos exstare et Aristophaneos iocos in Ranarum fabula expressos mihi videbatur, movebar ut ex arca promerem comici editionem Teubnerianam versusque inde a 644 cum auditoribus relegerem. Quae senseram paulo ante, magis magisque nobis placebant. Editio autem Radermacheriana ceteroquin notis uberrimis ditata multa quidem alia referebat, de Ranis vero *οὐδὲ γρῦ*. Domi statim adeo editionem Leeuwenianam, ubi ad vs. 649 annotatum invenio „praeterea cf. Philoctetis dolorem compescere frustra conantis verba Soph. Phil. 742 sq. *ἀπόλωλα, τέκνον, κοὐ δυνήσομαι κακὸν | κρύψαι παρ' ὑμῖν. ἀτταταῖ κτἑ.*, quem tamen a comico nunc respici locum non crediderim cum Blaydesio, quoniam plagarum illic mentio fit nulla". Vix autem dubito, quin Leeuwenius noster hoc iudicium sit mutaturus, si non unum alterumve versum apud utrumque poetam sed totius scaenae dictionem secum perpendere voluerit attenderitque animum ad duos locos, quorum priorem multum alterum plurimum valere equidem credo.

Prior hic est:

*Xanthias*

ἀτταταῖ.

*Ianitor*

τί τὸ ἀτταταῖ;
μῶν ὠδυνήθης;

*Xanthias*

οὐ μὰ Δί' ἀλλ' ...

*Philoctetes*

ἆ ἆ ἆ ἆ.

*Neoptolemus*

τί ἐστιν;
μῶν ἄλγος ἴσχεις τῆς ... νόσου;

*Philoctetes*

οὐ δῆτ' ἔγωγ', ἀλλὰ ...

Alter est hic: tam Dionysus quam Philoctetes summa vi id student, ut dolorem suum ceteros homines celent; voculas, quas iis dolor nolentibus elicit, quodammodo explicare conantur. Tandem autem aliquando vehementi victi dolore deos invocant *ἀποτροπαίους*, sed ... statim ita pergunt, quasi carmen aliquod recitaturi vel preces sollemnes de bono eventu precaturi fecissent initium. Vafra mente uterque eodem utitur dolo; dolum autem, qui callidus videtur apud tragicum, comicus suo iure lepidissima tinxit parodia:

exclamat *Philoctetes* (vs. 735)

ἰὼ θεοί.

*Neoptolemus*

τί τοὺς θεοὺς οὕτως ἀναστένων καλεῖς;

*Philoctetes*

σωτῆρας αὐτοὺς ἠπίους θ' ἡμῖν μολεῖν.

*Ianitor* (vs. 658)

Dionysum ferit.

*Dionysus*

Ἄπολλον ... ὅς που Δῆλον ἢ Πυθῶν' ἔχεις.

*Xanthias*

ἤλγησεν!

*Dionysus*

οὐκ ἔγωγε!

Negasne exstare similitudinem? At certus scio spectatores, qui 405 a. C. n. Ranarum fabula fruebantur, cogitasse de tragoedia paucis ante annis acta — nam ne nos quidem, seri nepotes, possumus, quin alteram legentes videamus alteram [1]).

1) Similitudinem quam in Ranarum editione critica Leeuwenius negabat, antea agnoverat, ut postea vidi, in Philoctetis versione neerlandica; nunc denuo agnovit in altera huius versionis editione, quae in Aprili feliciter a gymnasiastis Ultraiectinis in theatro est acta.

# OBSERVATIUNCULAE AD PHAEDRUM.

SCRIPSIT

L. RANK.



Lib. I Prol. 3. Duplex libelli *dos* est.

Ita Rigaltius edidit e codice Remensi. Fuerunt olim viri docti, qui lectiones *libelli mos est*, quin etiam *libellis os* est, post Rigalti lectionem prolatam strenue defenderunt. Hodie nemo est, opinor, quin Rigalti emendationem probet. *Dotem* illam variis variorum locis allatis commendavit Gude. Quos cum perlegissem (in editione Burmanni) ex asse quidem doctissimi viri observationibus sum astipulatus, attamen contentus vix fui. Recte demonstratum inveniebam *dotem* idem valere quod *donum*, sed plura dicere Phaedrum persuasum habeo. Contendit ni fallor noster duplex *pretium*, duplex *momentum*, duplicem *auctoritatem* inesse in suis fabulis. In *dotis* autem voce et hanc inesse significationem vix ullus locus nos melius docet, quam notissimus ille Ovidianus, qui legitur Am. III. 8. 1 sq. Tenerorum lusor amorum a puella reiectus, ita indignabundus et voce querula exclamat:

> Et quisquam ingenuas etiamnum suspicit artes
> Aut tenerum *dotes* carmen habere putat?

Quam apte ceteroquin iisdem illis versibus Ovidianis depingitur Phaedri animus, cum aetate provectior, in dies morosior atque arrogantior factus, obtrectatorum odio carperetur nec non ipse in vicem adversarios carperet.

Lib. I. 8. 11 sq. Lupus gruem officiosam proterve irridens:

Ingrata es, inquit, ore quae e nostro caput
Incolume abstuleris et mercedem *postules*.

Ita post Rittershusium fere omnes legunt. Lectio tradita *postulas* nuper Havetum induxit ut ederet:

Incolume abstuleris: *en* mercedem postulas?

At, si quid video, nunc depravata existit sententia. Quid enim? Ingrata lupo audit gruis, cum et caput integrum reducere potuerit et mercedem rogare non erubescat. In Haveti lectione coniunctivi *abstuleris* ratio nulla est. Potuit sane lupus dicere: En tu, qui caput incolume abstulisti ex ore meo, insuper mercedem postulas? ingrata es? Vir doctus eam sententiam, opinor, mutatione sua dare voluit, at non dedit. Frustra afferuntur duo loci (II. 1. 8 et IV. 7. 5), ubi salva sententia *et* in *en* mutari potest. Priore loco mutatione illa non nihil lucramur, in altero vix quicquam refert, utrum *et* an *en* legas.

Lib. I. 12. 15. Cervus, qui cornua sua laudaverat, vituperaverat crura, sera sic clamat poenitentia:

O me infelicem! qui nunc demum intellego,
Utilia mihi quam fuerint, quae despexeram,
Et quae laudaram, quantum *luctus* habuerint.

Ultimum versum delere voluit Heinsius, quem iure nemo est secutus. Ita enim procul dubio curtae nescio quid deesset fabulae, quod et promythio

Laudatis utiliora, quae contempseris
Saepe inveniri testis haec narratio est:

luce clarius indicatur.

At illud: quantum *luctus* habuerint egregie mihi displicet. Non est causa, cur offendamur locutione *luctum habere* pro *luctum in se habere*. Nam prorsus eodem modo loquitur noster in initio fabulae undevicesimae primi libri:

Habent insidias hominis blanditiae mali.

Sed quaeso verborum sententiam examines. Dicit igitur cervus: „quantum luctus habuere cornua mea pulchra". Itane vero? Num ergo gaudium in cruribus infuerat? Non opinor. Crura profuerant, auxilium tulerant cervo, quamvis contempta, at cornua illa laudata perdiderant, deceperant animal infelix. Audiamus Babrium, qui cervum ita clamantem inducit:

. . . . . δύστηνος ὡς διεψεύσθην·
οἱ γὰρ πόδες μ' ἔσωζον, οἷς ἐπῃδούμην,
τὰ κέρατα δὲ προὔδωκεν, οἷς ἐγαυρούμην.

Proditio, insidiae, dolus opinor latuerant in pulchris illis cornibus. Suspicor nostrum dedisse:

. Et quae laudaram, quantum *in se fucum* habuerint.

Notissimum est illud Terentianum: fucum factum mulieri (Eun. III. 5. 41), ubi Donatus annotat: fucum facere hoc est insidias et fraudem. Videtur locutio illa fucum facere admodum fuisse vulgaris, siquidem Q. Cicero in libello, qui inscribitur: de petitione consulatus ad M. Tullium fratrem, scribit (cap. IX): si eum audieris fucum ut dicitur, facere velle. Vocabulum ceteroquin apud nostrum non invenitur, at *fucatam vetustatem* ei restituit Io. Fr. Gronovius splendida emendatione (Lib. V Prol. 8). Quid si Phaedrus illud *fucus* secundum quartam declinationem flexit? item ut laurus, ficus, cypressus? Ita fortasse dedit:

Et quae laudaram, quantum *fucus* habuerint.

Vocem *fucus* a librariis saepe non intellectum esse apparet e nonnullis locis, ubi vel in optimis codicibus *fucus* in *succus* mutatum est. Id sane quominus apud nostrum fieret prohibuit sensus, at puto librarius pro voce ignota illud, quod intellegere sibi visus est, restituit.

Lib. I. 22. 15. Mustela ab homine capta necatur, nequiquam se meritis scilicet suis defendens. Sequitur hoc epimythium:

Hoc in se dictum debent illi agnoscere,
Quorum privata servit utilitas sibi
Et meritum inane iactant *imprudentibus*.

Ultimum vocabulum vitium contraxit. Quid enim? Sermo fit de hominibus, qui sicut mustela meritum inane iactant. Id autem dum faciunt parum curant, opinor, utrum cum prudentibus an cum imprudentibus sibi res sit. His sane imponere possunt, sed illis non item, sicut mustela experta est. Muellerus pro *imprudentibus* dedit *imprudentius*. Ne sic quidem mihi satisfit. Minime, si quid video, *imprudenter* se defendit mustela, sed *impudentiam* ultimum sibi refugium putat. Lege:

Et meritum inane iactant *impudentius*.

Quid ceteroquin, ut ne transversum unguem quidem a poetae

verbis discedamus, *impudentius* est, quam inania merita iactare? Cardo fabulae est: eiusmodi impudentia et homines et mustelas perdidit. Haec cum mecum reputassem, commentum meum iam olim a Graevio et Zornio propositum esse e Speyeri et Haveti notis criticis mihi apparuit. Nullam igitur de re mentionem facerem, nisi viderem et Speyerum et Havetum lectionem traditam servasse.

Lib. I. 28. 10. Vulpes, cuius catuli ab aquila rapti sunt de salute eorum post preces suas contemptas iam desperans, iniuriam ultum it. Arripit ab ara ardentem facem,

Totamque flammis arborem circumdedit,
*Hosti* dolorem damno *miscens* sanguinis.

Ultimus versus inutili coniecturarum farragine obrutus est.

Omnia recte se habent si leni mutatione cum Grunero legis:

*Hostis* dolorem damno miscens sanguinis.

Ita Muellerus edidit. Ipsum illud *miscendi* verbum aptissimum videtur. Notissimum est illud Horatianum:

misce stultitiam consiliis brevem,

ubi miscere non solum significat coniungere, sed coniungendo levare, minuere. Nimirum Horatius nos monet, ut interdum stultitia quadam gravitatem nimiam levemus et exhilaremus. Similiter vulpes nostra conatur hostis dolore admixto i. e. raptoris exitio addito, damnum proprii sanguinis (vernacule: het verlies van zijn eigen vleesch en bloed) levare i. e. in vindicta unicum solamen quaerere.

Nunc novissimum Haveti ad hunc locum commentum videamus. Edidit vir doctus:

*Hosti* dolorem damno *minitans* sanguinis.

Concedamus salva sermonis elegantia dici posse: minitari alicui aliquid aliqua re, aequi bonique consulamus quod locutione *damno sanguinis* ad aquilae pullos relata, illorum vocabulorum iusta vis imminuitur. At nullus opinor hic locus est verbo *minitandi*. Vulpes non minitatur, sed de sanguine suo iam actum esse putans, vindictam modo quaerit. Quod aquila perterrita praedam reddit ipsi vulpi *ἀπροσδόκητόν τι* est. Fabula docet, vel humilium iram sedulo esse vitandam, ut luce clarius e promythii verbis apparet:

Quamvis sublimes debent humiles metuere,
*Vindicta* docili quia patet sollertiae.

Lib. I. 30. 7. Rana sapiens a sodali minus acuto interrogata, quidnam tantopere metuat proelium taurorum, quippe quibus nihil cum ranis sit commune, ita graviter loqui incipit:

*Est ratio* separata ac diversum genus,
*Expulsus* regno nemoris qui profugerit,
Paludis in secreta veniet latibula e. q. s.

Pro *ratio* viri docti proposuerunt *statio* et *natio*, ita ut difficilis fiat optio. Pro *expulsus* rectissime nunc editur *sed pulsus*. Novissime Havet:

*Statio esto* separata ac diversum genus.

Coniecturam si accipimus, *expulsus* in sequenti versu servari potest. Sed egregie mihi placet illud *est* in initio versus positum. Conferatur responsum formicae ad muscam impudenter se iactantem (IV. 24. 10):

*Est* gloriosus sane convictus deum,
Sed illi, qui invitatus non qui invisus est.

Vellem Phaedrus dedisset:

*Est sane* separat*um* ac diversum genus

sed audaciorem mutationem vix ipse commendare ausim.

Lib. II Prol. Incipit poeta hisce verbis:

Exemplis continetur Aesopi genus.

Ferenda est Latinitas peioris notae, de qua vide Hartmannum in Commentatione de Phaedri fabulis (p. 22 sqq.) accuratissime disputantem. Aesopi nomine carere non possumus ob „senem" illum, qui apparet in versu octavo, quod video iam Havetum rectissime perspexisse.

Mox legimus:

Quicumque fuerit ergo *narrandi iocus*,
Dum capiat aurem et servet propositum suum,
Re *commendatur*, non auctoris nomine.

Lectionem traditam *narrandi iocus* servat Speyer, dum annotat: „lectionem traditam retinui, cum sententia haec sit: quemcunque iocum narratio habuerit". Aptissima quidem haec sententia, sed vehementer dubito, num salva Latinitate vel Phae-

driana *narrandi iocus* dici possit pro: *iocus, qui in narratione apparet.*

Legamus cum Guyeto:

Quicunque fuerit ergo *narrandus iocus.*

Septimum versum sic legit Havet (quem secutus est Speyer):

Re *commendator*, non auctoris nomine.

Sententia per se spectata haud iniuria inducat quempiam, ut roget num eiusmodi iocus, qui placuerit, aurem ceperit servaverit propositum, insuper sit commendandus. At sequentia:

Sed si libuerit aliquid interponere,
Dictorum sensus ut delectet varietas,
Bonas in partes lector accipias velim

aperte nos docent, iam eum esse Phaedri animum, ut non modo imitator sed etiam inventor audire quoquomodo cupiat. Ideo cautum illud *commendator* huc optime quadrat.

Versus duodecimus gravissimas molestias praebuit. Lectio tradita est:

Ita *sic* rependet *illi* brevitas gratiam.

Virorum doctorum commenta varia invenias apud Burmannum et in apparatu critico Haveti. Vulgo nunc legunt:

Ita *si* rependet *illam* (vel *istam*) brevitas gratiam

et versum cum praecedenti ita iungunt, ut haecce existat ratiocinatio: Proprias meas fabellas benevole accipias velim, lector, hac conditione, ut brevitate equidem istam tuam gratiam rependam. Si quis forte roget, num recte Latine dici possit: brevitas mea istam tuam gratiam rependet, equidem negare non ausim, neque tamen pro certo affirmaverim. Viderint doctiores. Hoc contendere ausim, locos, quos affert Burmannus ad illustrandam sententiam parum valere. Equidem a textu tradito propius recedens lego:

Ita, *si* repen*dit illi* brevitas gratiam.

Sermo nunc fit in versu de homine, cui brevitas gratiam rependit i. e. qui brevitate sua gratiam apud posteros est assecutus. Prorsus eodem modo rependendi verbo usus est Tacitus notissimo Annalium loco (IV. 35), ubi Cremutius ille in oratione splendida ac feroci: „Suum cuique decus posteritas rependit" obstupescente patrum servili animo exclamat. Ad Phaedrum redeamus. Nam sanus quidem est senarii sensus, sed illo loco, quo nunc

legitur, molestissimus est versus, quippe qui neque cum praecedentibus neque cum sequentibus cohaereat.

Ita sensim delatus sum ad quaestionem aliquanto graviorem, qua de totius prologi dispositione disserendum erit. Nam nescio quo modo perturbatum esse pristinum versuum ordinem persuasum habeo. Quam opinionem quo facilius defendam, integrum prologum, sicut nunc legitur, praetermissis quisquiliis praemittam, diiudicabo, versuum transpositione pro virili emendabo.

Exemplis continetur Aesopi genus;
Nec aliud quicquam per fabellas quaeritur,
Quam corrigatur error ut mortalium
Acuatque sese diligens industria.
Quicunque fuerit ergo narrandus iocus,
Dum capiat aurem et servet propositum suum,
Re commendator non auctoris nomine.
Equidem omni cura morem servabo senis;
Sed si libuerit aliquid interponere,
Dictorum sensus ut delectet varietas,
Bonas in partes, lector, accipias velim,
Ita si rependet istam brevitas gratiam.
Cuius verbosa ne sit commendatio,
Attende cur negare cupidis debeas,
Modestis etiam offerre, quod non petierint.

Aesopus breves nobis dedit fabulas, quibus hominum mores emendare studuit. *Ergo* omnis iocus argumento suo, non auctoris nomine commendator. Conclusio sat insulsa, opinor. Pergit scriptor: Equidem Aesopi morem servabo. Cur quaeso? Ecquid, quod omnis iocus argumento suo, non auctoris nomine commendandus est? Pergit Phaedrus: Sed si nonnullas fabulas de meo addidero, benevole et illas accipias velim lector, ita tamen ut ego gratiam tuam, quam appeto, brevitate rependam. Haec sane intelligi possunt, sed invenustius enuntiata sunt. Ne obliviscamur, *istam* Perizonii esse coniecturam! Finem facit scriptor hisce verbis: Sed ne brevitatis meae commendatio fiat verbosa, ecce fabulam primam statim addo. Haud illepidum sane est *ὀξύμωρον* illud de verbosa brevitatis commendatione vitanda. Sed re accurate perpensa putaverim non brevitatem hic esse commendandam, sed ipsas fabellas, ipsos iocos, ipsum scriptorem

commendari debere. Denique examinemus, qualis hic sit a prologo ad primam fabulam transitus. Utique huc conferenda est quarti libri fabula secunda cum prologo suo: „Res multae" inquit noster „non tales sunt quales primo aspectu videntur. Statim transit ad fabellam de callida mustela, ut sententiam suam illustret. Prorsus similiter, si quid video, hic nobis relatio est constituenda inter prologum, quem tractamus, et fabulam sequentem de leone et praedatore et viätore, ita nimirum, ut prologi cardo fabulae argumento illustretur. Fabula autem nos docet, modestos vulgo acceptos esse hominibus prudentibus, arrogantes contra sperni ac reici. Quo argumento optime tractatur prologi cardo, qui in quinto, sexto, septimo versibus invenitur. Modesti enim est optare, ut re et meritis non vano quovis nomine commendetur opus suum. Quare egregie mihi displicet, quod ipse ille prologi cardo a fabula sequenti longius distat.

Hisce rebus perpensis omnibus, misere mihi videtur turbatus prologi traditi ordo. Ego contendere ausim, Phaedri sententiarum ordinem in prologo componendo hunc fuisse:

Breves scripsit Aesopus fabulas, quibus corrigeret hominum mores. *Ita* si *ille brevitate* gloriam assecutus est, *equidem senis morem servabo.* Attamen de meo interponere quaedam libet, nam *varietas delectat.* Illa quae de meo addidero *bonas accipias in partes,* lector benevole. *Quicunque ergo* in sequentibus *iocus narrabitur, re commendator* non auctoris nomine. At ne *commendatione* mea *verbosa* invitus fiam arrogantior, ecce iam finis prologi adest, statimque transeo ad fabellam primam, qua discimus *cupidis negari,* quae *modestis offerantur.*

Proinde sic prologum constituamus:

1 Exemplis continetur Aesopi genus
2 Nec aliud quicquam per fabellas quaeritur,
3 Quam corrigatur error ut mortalium
4 Acuatque sese diligens industria.
12 Ita si rependit illi brevitas gratiam,
8 Equidem omni cura morem servabo senis;
9 Sed si libuerit aliquid interponere,
10 Dictorum sensus ut delectet varietas,
11 Bonas in partes, lector, accipias velim.

5 Quicunque fuerit ergo narrandus iocus,
6 Dum capiat aurem et servet propositum suum,
7 Re commendator non auctoris nomine,
13 Cuius verbosa ne sit commendatio
14 Attende cur negare cupidis debeas,
15 Modestis etiam offerre, quod non petierint.

Lib. II. 2.

A feminis utcunque spoliari viros,
Ament, amentur, nempe exemplis discimus.

Ecquid brevius simul et lepidius dici potest? Attamen Riese dubitavit de vocula *nempe*, attamen Havet putat post nempe nonnulla intercidisse, quae de suo supplet, ut nimirum melius rem intellegamus. Inviti ergo explicemus et defendamus, quae nec defensione, neque explicatione egent. Viros, qui ament a mulierculis amatis spoliari, non est cur miremur. Aliquanto magis mirum est, etiam viros dilectos a mulierculis quamvis amantibus („ardeant ipsae licet", ut cum Iuvenale loquamur) misere expilari. „Sed et hoc, eheu, verum est lector", inquit noster „*nempe* exemplis discimus". At displicet Haveto, quod non statim et liquide apparet, utrum mulieres an viri ament vel amentur. Mihi non displicet. Ita enim et lectorum sagacitati aliquid relinquitur et ipse versiculus ipsa illa ambiguitate nescio quo modo fit amoenior. Denique ut voculam *nempe* defendam collatum velim formicae ad muscam responsum (IV. 24. 12):

Aras frequentas: *nempe* abigeris cum venis.

Illuc unde abii redeo et iterum explicatione addita Phaedri verba exscribo: A feminis utcumque spoliari viros, ament amentur ⟨audacius dictum videtur prima specie, sed verissimum est⟩ nempe exemplis discimus.

Me fluctum in simpulo excitasse si quis forte dixerit, libenter concedam, sed feci, ne alii nodum in scirpo quaererent.

Lib. II. 5. 20. Tiberii aulicus, dum servilibus officiis utcumque domino placere studet, donationem sibi sperans, vix tandem principis animum in se convertit:

19 Agnoscit hominem Caesar remque intellegit.

Nunc si pergeret narratio ita:

21 „Heus!" inquit dominus. Ille enimvero adsilit
22 Donationis alacer certae gaudio,

perspicua opinor essent omnia. Qualem donationem exspectaverit aulicus non apparet. Non defuerunt sane viri docti, qui e responso Tiberii:

Multo maioris mecum *alapae* veneunt

effecerunt, manumissionem ab aulico fuisse exspectatam. Putabant nimirum principem in alaparum voce iocari. Quam frigidus fuisset eiusmodi iocus, breviter et acerbe, ut eius fuit mos, demonstravit Bentleius, cuius explicationi haec addita velim: Fabella sua hoc demonstratum it Phaedrus, quam vile sit genus istud ardelionum, quod postea Seneca vituperavit, irrisit Martialis. Id agere igitur debet poeta, ut „natio" ista „molestissima" quam gravissima perstringatur contumelia. Quid autem viro ignominiosius est, quam ne alapa quidem dignum iudicari? Illum autem fabulae nostrae cardinem cum ante Bentleium vix quisquam perspexerit, non hercle est cur miremur, librarios olim Phaedri verba exscribentes neque iocum Tiberii neque omnino quid sibi vellet tota narratiuncula intellexisse. Sat superque id apparet ex ultimi senarii tradita lectione:

Multo *maiores* mecum alapae *venerunt*,

quae verba omni sensu destituta sunt.

Hisce perpensis ad verba illa redeamus, quae in textu tradito leguntur inter versum undevicesimum et versum vicesimum primum:

ut putavit esse nescio quid boni.

Vulgo nunc vocula *id* addita senarium implent textumque ita constituunt:

Agnoscit hominem Caesar remque intellegit.
*Id* ut putavit esse nescio quid boni,
„Heus!" inquit dominus. Ille enimvero adsilit e. q. s.

Ita Mueller et Speyer ediderunt. Prorsus non intellego, quid haec sibi velint. Nuper Havet:

Agnoscit hominem Caesar *iam*que intellegit,
*Sibi* ut *putarit* esse nescioquid boni.

Explicationem addere debuit vir doctus. Equidem verba non concoquo, sed prudentiores viderint. Textum traditum vitium

crepare iam olim rectissime perspexit Hartman. Mihi sententiarum ordinem perpendenti placuerat olim „versum" transponere:

„Heus!" inquit dominus. Ille enimvero adsilit,
Id ut putavit esse nescio quid boni.

Adsilit aulicus, ubi primum existimat, boni nescio quid se exspectare posse. Idem iam Rigaltium proposuisse postquam cognovi, gaudebam.

Attamen re iterum perpensa opinionem mutavi. Intellegi sane poterunt verba, si textum ita, ut dixi, constitueris, sed quam egregie languent ista:

Id ut putavit esse nescioquid boni

statim subsequente versu:

Donationis alacer certae gaudio.

Nonne verisimillimum videtur illa horum esse glossema? Nec causam defuisse opinor, cur librarius unus alterve Tiberii „ioco" obstupefactus potius quam delectatus, quippe qui nihil intellegeret, ad „donationem" illam annotasse: *putavit esse nescio quid boni*, ut pro virili explicaret, quae ipsum laterent.

Lib. II. 6. 1.

Contra potentes nemo est munitus satis;
*Si vero* accessit consiliator maleficus,
Vis et nequitia quidquid oppugnant ruit.

„Inepta est sententia: si enim nemo satis munitus est contra potentes, quidquid accedit non potest miserior fieri conditio hominum, qui iniusto serviunt tyranno; et certat cum narratione: testudo enim tam munita erat ut neque rostrum neque ungues potentis aquilae ei nocere possent".

Ita ad hoc promythium Hartman in Commentatione de Phaedri fabulis (p. 65). Verissima haec sunt et simul fallitur vir doctus. Nam talia non ita sunt urguenda. Sensus est: Nemo potentibus resistere potest. ⟨Iusto audacior sum fortasse, id dum proloquor. Fieri enim potest, ut unus alterve contra solam potentiam satis sit munitus⟩. Sed et ille subvertitur, si ad vim dolus accesserit.

Ne quis fortasse hanc meam explicationem simo damnet naso, aliud notissimum afferam promythium Phaedrianum (I. 26):

Nulli nocendum est. *Si* quis *vero* laeserit,
Multandum simili iure fabella admonet.

Et illa inepta sunt dicenda, aut similiter explicanda. Voculis *si vero* in utroque loco praecedentia aliquatenus corriguntur. „Consequens sententia tollit, quod prior dixit". Ita fere „Donatus" opinor ad eiusmodi ratiocinationes annotasset (cf. Ter. Hec. III. 1. 26 et ibi „Donatum"). Ceterum fabula nostra sat superque tertio promythii versu sat lepido illustratur, neque is sum, qui in promythiis epimythiisque omnibus Phaedro vindicandis operam et oleum perdam.

Lib. II. 8. Cervus venatores effugiens, caeco timore se condit in bovile, interque boves latet. Ad tempus nemo eum animadvertit.

Tum gaudens ferus
Bubus *quietis* agere coepit gratias.

Lectionem traditam sanam puto, neque astipulor Bentleio, qui pro *quietis* coniecit *quietus.* Nam etsi per tempus sat longum omnes latuit cervus nondum ideo *quietus* factus est. Gaudet quidem et gratias agit bubus, at locus ipse, in quo morari cogitur non sinit eum esse quietum. Lepide contra animal gaudens sed adhuc puto tremens opponitur bubus illis *quietis.* Ceteroquin nimius mihi videtur Havet, dum in tradita lectione explicanda dicit: puto, qui ut ruminarent procubuerant. Subridiculus ita fit dominus, qui

dum *scrutatur singula,*
Cervi quoque *alta* conspicatur cornua.

(At conferatur La Fontaine 4. 21).

Sub finem fabulae quinque deinceps leguntur senarii (23—27) in *ea, ula, ua, ia, ula* exeuntes. Ingrata mihi est *τῶν ὁμοιοτελεύτων* series, sed quo probabiliter emendem non habeo.

Lib. III Prol. 60 sq. Poeta postquam industriam et acumen suum multis magniloquisque verbis iactavit finem facit:

Ergo hinc abesto, Livor, ne frustra gemas,
Quoniam *sollemnis* mihi *debetur* gloria.

Gloria illa *sollemnis* vitium crepat, quod post Bentleium multi senserunt. Ceterum mihi totus senarius post fastidiosum illud: „abesto Livor, ne frustra gemas" sat languidus videtur. Versum sanare non possum. Haec observata velim: Livor non frustra gemit si gloria *debetur,* sed si *datur* et quidem si propter iusta

merita tribuitur. Livor, vitium istud *iners* (Ovid. ex Ponto III. 3. 101. Senec. de Tranquill. Anim. II) tum praecipue frustra gemit, cum *sollerti* ingenio gloriam tributam videt. Audaciore coniectura versum tentare supersedeo.

Lib. III. 5. 9.

Sed spes fefellit *impudentem* audaciam.

Ita et Mueller et Havet et Speyer, spreta lenissima et necessaria mutatione, quam iam olim proposuit Scheffer: *imprudentem*. Audaciam *imprudentem* ipsa sua stultitia ruere luculenter docet fabella.

Lib. III. 6. 5 sqq. „Non te timeo, animal improbum" muscae respondet mula sub iugo currens, sed aurigam,

sella qui prima sedens,
*Iugum* flagello *temperat* lento meum
Et ora frenis *continet* spumantibus.

Pro *iugum* iam Burmannus *tergum* legebat, quod noluit recipere Speyer, qui annotavit: „quomodo tergum hic recte temperari dicatur non video". Neque ego video, sed quid demum sibi velint verba *iugum flagello temperare*, id profecto cum ignarissimis ignoro. Accedit, quod in versu sequenti insolentius dicuntur *ora contineri*. Immo *temperantur*. Ecce depravata omnia, ut etiam omittam *lora* pro *ora* in codicibus traditum. Et hic a coniecturis temperandum censeo. Quomodo corruptela sit orta, haud facile dixeris. Equidem suspicor, glossema *continet* genuinam lectionem *temperat* loco suo movisse, *temperat* autem illud sede sua pulsum in proxime praecedentem senarium irrepsisse et genuinam lectionem *verberat* corrupisse [1]).

Lib. III. 7. 27. Lupus libertatis amans cani perpasto respondet:

Regnare nolo, liber ut non sim mihi.

Pro *regnare* Stowasser proposuit *saginari*, Machly *satiari*, pro *regnare nolo* Hartel *beare noli*.

Minime mihi suspectum est illud *regnare nolo*. Regnum sane lupo non obtulerat canis. Num ideo ineptum est lupum dicere: *regnare nolo*? Non opinor. Mihi illud *regnare nolo* cum emphasi

1) „Qui ora frenis *temperat*" legitur in paraphrasi Weissenburgensi et apud Romulum.

dictum, idem valet quod: ne rex quidem esse volo. La Fontaine, dum fabellam Phaedrianam ut solet imitatur et superat, lupum ita loquentem inducit:

Et ne voudrais pas même à ce prix un trésor.

Operae pretium est huc conferre locum Plautinum, qui legitur in Mercatore (V. 1), ubi Charinus adulescens omnia desperans patriae valedicit hisce:

Ego mihi alios deos Penates persequar alium Larem,
Aliam urbem aliam civitatem: ab Atticis abhorreo:
Nam ubi mores deteriores increbrescunt in dies,
Ubi qui amici, qui infideles sint nequeas pernoscere,
*Ubique id eripiatur, animo tuo quod placeat maxime,*
*Ibi quidem si regnum detur*, non cupita est civitas.

Lib. III. 8. 15 sq. Pater filio pulchro et filiae deformi suadet, ut quotidie in speculo vultus contemplentur:

Tu formam ne corrumpas nequitiae malis;
Tu faciem ut istam moribus *vincas* bonis.

Perlectis et perpensis Plutarchi, Senecae, Plauti, aliorum locis huc facientibus, adduci non potui, ut crederem locutionem *faciem moribus vincere* non corruptam esse. Verum perspexisse mihi videtur Triller, qui pro *vincas* reposuit *pingas*, quod Havet recepit. Attamen simplex illud et usitatissimum *pingendi* verbum mera librariorum socordia in ineptum istud *vincas* corruptum esse, parum probabile mihi videtur.

Quapropter suspicari ausim Phaedrum verbo paulo insolentiore usum scripsisse:

Tu faciem ut istam moribus *fuces* bonis.

Credibile est verbum inusitatum mox in *fuges* solito errore corruptum esse, (cf. apud nostrum libri quinti prologum, ubi in versu octavo usque ad Gronovium *fugatae* pro *fucatae* legebatur) deinde *fuges* in *vincas* mutatum esse a librario locutionem *fugare faciem* quoquomodo explicare et emendare studenti.

Lib. III. 10. 30. Credulus paterfamilias pessimi liberti maledictis fidem habens uxoremque adulteram putans

noctu subito ianuam
Intravit recta cubiculum *uxoris* petens.

Pro *uxoris* Havet *interius* de suo recepit in textum, mutatione supervacua.

Filium in eodem cubiculo cum matre dormientem interficit pater iratus, dum moechum, qui nullus erat, in tenebris quaerit. Pergit poeta:

Lucerna allata simul aspexit filium
Sanctamque uxorem dormientem *cubiculo*,
Sopita primo quae nil somno senserat.

Hic vix ferendum est ieiunum istud *cubiculo*, quod rectissime perspexit Hartman, qui scripsit (Comment. p. 46): „expectes aliquod adverbium verbo *dormientem* additum".

Utique huc conferendus est locus Tullii notissimus, qui legitur in oratione pro Roscio Amerino (cap. 23): Caelius quidam in cubiculo iugulatus inventus est. „Cum neque servus quisquam reperiretur, neque liber ad quem ea suspicio pertineret, id aetatis autem duo filii *propter cubantes* ne sensisse quidem se dicerent, nomina filiorum de parricidio delata sunt". Nec non conferenda est improba fabella, qua nos ditavit Petronii ingenium splendidum (Sat. cap. 85 sqq.). Quibus locis perpensis, haud temere suspiceris, nostrum dedisse:

Sanctamque uxorem dormientem *illum prope*.

Vide sis quam apte nunc subsequantur illa:

Sopita primo quae nil somno senserat.

Cum locutione *dormientem illum prope* conferenda sunt talia, qualia sunt: *quem stans vulturius super* (I. 27. 8). *haec inter* (II. 8. 20) *quos inter* (V. 5. 8). *lignum supra* (I. 2. 20).

Suspicari ausim librarium nimis verecundum *illum prope* explicasse et „emendasse" *cubiculo* suo.

Ibid. vs. 49.

Augustus „calumniae tenebras dispellit", in libertum perfidum animadvertere iubet iudices, haec addit:

Quod si delata perscrutatus crimina
Paterfamilias esset, si mendacium
Subtiliter *limasset*, a radicibus
Non evertisset scelere funesto domum.

Pro *limasset* rectissime etsi paulo audacius *rimasset* dedit Scioppius. Frustra textum traditum tueri conantur loco Tulliano

allato, qui legitur de Officiis II 35, ubi veritatem *limare* procul dubio significat: veritatem subtiliter polita sententia enuntiare. Nuper Havet ad defendendam lectionem traditam praeter illum Ciceronis locum contulit Symmachi verba: amicus *limatae* probitatis. Quorum verborum vim si vir doctus subliter rimatus esset procul dubio vidisset et ibi *limatam* probitatem esse probitatem *perfectam*. Quid enim? Loquitur Symmachus in epistula sua de viro, qui „instrumenta probitatis in quemvis usum publici honoris *excoluit*". Hunc virum tamquam amicum *limatae* probitatis i. e. perfectae probitatis commendat. (Symm. Ep. I 60). Improbanda ceteroquin mihi videtur ratio illa, qua Symmachi ope Phaedri Latinitas defenditur.

Lib. III. 11. Eunuchus ad *Improbum*.

Eunuchus litigabat cum quodam improbo,
Qui super obscena dicta et petulans iurgium
Damnum insectatus est amissi corporis.
„En" ait „hoc unum est cur laborem validius,
Integritatis testes *quia* desunt *mihi*.
Sed quid fortunae, stulte, delictum arguis?
Id demum est homini turpe quod meruit pati.

Fabella me iudice egregie languet et omni acumine caret. In primis versus quintus corruptus videtur, nam sicut traditur nil aliud est nisi praecedentis versiculi explicatio male sana. Optime id perspexit Havet, qui pro *quia desunt* edidit *quasi desint*. At vel sic curtae nescio quid rei abest. Fabulae cardo aut nullus est, aut quaerendus est in hoc contraposito: eunuchus miserandus est, improbus obiurgandus; tum vero omnia susque deque miscentur, si eunucho misero improbus furcifer conviciatur. Quapropter unius versus transpositione et leni mutatione fabellam sic constituere ausim:

1 Eunuchus litigabat cum quodam improbo,
2 Qui e. q. s.
4 „En" ait „hoc unum est, cur laborem validius!
6 Sed quid fortunae, stulte, delictum arguis,
5 Integritatis testes *cum* desunt *tibi*?
7 Id demum est homini turpe quod meruit pati.

Corrupit opinor locum librarius, qui versiculum quartum in se teretem atque rotundum explicare studuit.

Lib. III. 16. 5. Noctua clamosae et molestae cicadae insidias dum parat, eam rogat ut „nectar" secum bibat:

Una bibamus, Illa, *quae arebat* siti .....
Cupide advolavit.

Insolentiorem elisionem vel synizesin duriorem praebent illa: *quae arebat.* Havet leni mutatione edidit: *qua arebat* sibi, magis puto ut sententiam corrigeret, quam ut metro consuleret. Infeliciter Mueller: illa*que* arebat siti. Possis: illa, *quam u*rebat sit*is* (cf. 3. 2). Parumper mihi placuit audacior coniectura: illa quae *rava erat* siti. *Ravus*, teste Festo, idem quod raucus, aptissimum est cicadae epitheton. *Ravis* et *ravire* apud Plautum obvia sunt, ex quo saepius hausisse noster videtur. Sed fortasse post omnia praestat nihil mutare et lectionem traditam boni consulere.

(*Continuabitur*).

---

## EMENDATUR SIL. ITAL. XVII. 450.

Qualis in aestiferis Garamantum feta veneno
Attollit campis ferventi pastus harena
Colla Paraetonius serpens lateque per auras
Undantem torquet perfundens nubila tabem.

Pro inepto illo *nubila* corrigas velim: *sibila,* cl. Val. Fl. VII. 525: trepidantia torsit sibila, Prop. IV. 8. 8: ex ima sibila torquet humo, Venant. Fort. VIII. 3. 195: aspis — faucibus horrificis sibila torsit iners.

P. H. D.

---

## CORRIGENDUM.

Nuper p. 217 perperam sollicitavi locum sanissimum Menandri Ἐπιτρ. 307 sq., ubi *τοῦ διαμαρτεῖν* esse genitivum causalem quo pacto latere me potuerit, iam non intellego.

H. v. H.

---

# APOLLODORI CHRONICORUM FRAGMENTA NOVA?

SCRIPSIT

J. VAN LEEUWEN J.F.



JULES NICOLE, Le procès de Phidias dans les Chroniques d'Apollodore, d'après un papyrus inédit. Genève 1910.

„La *vexata quaestio* du procès fameux de Phidias est défini„tivement résolue, et dans un sens nouveau, par le texte de „Genève; la chronologie de plusieurs des oeuvres principales „de l'artiste est enfin établie sur une base absolument sûre" etc. — Sic bibliopola Genevensis in litteris, quibus philologos nuperrime certiores fecit: ab Iulio Nicolio viro cl. ex Aegypto allatum esse quoddam ἕρμαιον iamque apud ipsum id editum prostare. Libellum talia promittentem cupidis manibus quam primum arripui, perlegi: — eheu, ad finem cum perventum fuit, etiam incertior fui quam fueram ante, et vereor ut alii certiora inde sint prolaturi; ἄνθρακες ὁ θησαυρὸς ἀναπέφηνεν!

Edidit Nicole in hoc opere papyri alicuius fragmenta duo exigua et male habita, quae ex Apollodori Chronicis evulsa esse statuit et quatenus licebat — vix autem licebat, sunt enim largarum olim paginarum angustae hae laciniae, — supplere est conatus, ingenio quo affluit libere usus. Et novi inventi gaudio abreptus si pluris eas fecit quam caute aestimantis erat, vitio quis ei vertat! Non vertam equidem: libere tamen proloquar quod sentio.

In his fragmentis agi de crimine detracti a Phidia eboris, quod publice magno sumtu fuerat emtum in statuam Virginis, luculenter sane apparet, postquam demonstravit Nicolius; sed

multum abest ut sparsa haec verba iam doceant nos qualem igitur eventum lis illa habuerit qualisve Phidiae fuerit vitae exitus.

Praeter *Phidiam* ipsum et *Menonem*, qui eius accusator extitit, commemorantur homines aliunde ignoti *Leosthenes* et *Nicopolis*, et fortasse archontes tres: 1) *Morychides* anni 440/439: A 1 χειδου, Nicole Μο[ρ]υχίδου, legit igitur etiam litteras ΜΟ, quae in imagine phototypa non cernuntur; 2) *Euthymenes* anni 437/6 (cf. Ar. Ach. 67), si quidem litteras γενους α[ρ]χην, quas A 10 in papyro extare Nicole affirmat (in imagine phot. nonnisi χην litteras discernere possum) recte supplevit [Εὐθυ]γένους ἀρχήν, dein emendavit; 3) *Aminias* anni 423/422, si pro αμεινου B 17 revera legendum est Ἀμεινίου (Nic. Ἀμυνίου). At quam incerta sunt haec omnia! Et nomina illa quo pertineant prorsus non liquet, nedum eorum ope suis annis assignari iam possint Phidiae opera!

Textus, quem ex Apollodori Chronicis, opere trimetris iambicis incluso, desumtum censet Nicole, non in versus diremtus fuit, — mira res in saeculi p. C. II[i] libro, si carmen fuit revera, — sed uno tenore perscriptus; integer autem trimeter ne unus quidem in his fragmentis aut extat aut potuit extare. Quid quod ne vestigia quidem trimetrorum, quae quidem certa sint, apparent ulla; immo passim negleguntur numeri iambici. Itaque poetae artem illam, quam laudat Nicole („une remarquable virtuosité à se plier aux exigences de la versification") ubi tandem agnoverit miror, nam frustra quaero equidem, et minime constare arbitror revera ex Apollodori illo opere has particulas esse evulsas. Si sunt, incredibilem fere in modum hoc exemplar corruptum fuisse apparet; sed veri fortasse similius, Phidiae hanc vitam — si de Phidiae potissimum vita scriptum erat opellum — ex Apollodori Chronicis ita fuisse excerptam ut numerorum nulla haberetur ratio nec nisi partes aliquae versuum iambicorum hic illic agnosci possent. Sic Vita Thucydidis (§ 32—34) haec praebet fragmenta inde ducta et prosae orationi intermixta: „ἐν τοῖς πατρῴοις μνήμασ' ἢ κλέβδην τεθείς" et: „μη⟨δὲ⟩ πληρώσαντα [τῆς συγγραφῆς] τὴν προθεσμίαν" et: „ἢ τῷ τάφῳ προσκειμένη" (cf. Blass Bereds.[2] I p. 205[5]). Sed novis his fragmentis cum Apollodori opere illo nihil omnino commune esse si quis perhibeat, non oblocuturus sum equidem.

Uno certe exemplo allato illustrabo quae perhibeo. A 5 Nicole edidit: -κ γ' εἰ[ς] δούλην ἦλθον πόλ[ιν], e quibus litteris docta sane coniectura hunc finxit trimetrum — versus enim postulabat: „nous avons un vers mutilé": —

ἅμα γ' εἰς Ἀδούλην ἦλθον Αἰθιόπων πόλιν.

Utinam liceret plaudere et assentiri! Sed in imagine non nisi litteras λην ηλθον πο discernere possum, ceteras autem si recte legit Nicole, multum tamen abest ut ea sufficiant ad coniecturam illam quamvis lepidam tuendam, cum praesertim ... sed ipsius Nicolii verba excribam: „nous sommes donc en présence d'un „fait très inattendu: près de deux cents ans avant le règne de „Ptolémée Philadelphe, dont on datait la première incursion de „la race grecque en Ethiopie, les Athéniens y avaient été vus. „Et l'on constate aussi ..." etc.

Nihil sic „statuitur", sed per λεπτότατα κλιμάκια εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναρριχᾶσθαι conatur qui paucarum litterarum fragmentum sic explet (quidni ἄγειν δούλην e. g.?), dein quae legi possunt mutat et transponit, dein eiusmodi testimonio fretus rem prorsus inexpectatam confirmari posse sibi et aliis persuadere conatur.

*Duarum* paginarum has esse lacinias arbitratur Nicole; qui et *duas manus* agnoscere sibi est visus. Equidem an ex una eademque pagina ambae evulsae sint dubito, sic demum nomen *Nicopolidis* in utriusque fragmenti versibus ultimis commemoratum facilem explicationem habere ratus:

— — — Νι]κοπόλει γὰρ ὁ Φειδίας — — —
— — — μ' [1]) διδόασιν Ἠλεῖοι τ[άλαντα — — —

et:

— — — Μένων ἐπ αὐτο — — —
— — — Νικοπόλει ταῖς το — —

Sed ne iuncta quidem haec fragmenta sensum aliquem praebent, qui quidem satis certus et clarus sit. Itaque superest cum editore sperare „que d'attentives recherches auront pour résultat la découverte d'autres parties". Quae nisi rata fuerit spes, hae particulae ut aut Phidiae vitam unquam illustraturae sint aut alia ratione antiquitatis studiosis profuturae multum vereor.

1) Sic Nicole. Rectene? In imagine phototypa μ' illud vix et ne vix quidem discerni potest.

# DE FRAGMENTIS NONNULLIS E DIONYSII HALICARNASSENSIS ANTIQUITATUM ROMANARUM LIBRIS POSTREMIS.

SCRIPSIT

A. G. ROOS.



Notum est multorum rerum scriptorum Graecorum opera temporum iniuria nobis perdita quadamtenus restitui posse ex excerptis historicis iussu Imperatoris Constantini Porphyrogeniti inter annos circiter 945 et 959 confectis. Quin si totum opus Constantinianum, quod „encyclopaediam historicam" non illepide vocaverunt, superesset, ex eo auctores excerpti paene omni ex parte recuperari possent [1]). At mala fortuna accidit, ut e 53 quibus constabat titulis, quattuor tantum neque ii omnes integri aetatem tulerint, nempe tituli *περὶ πρέσβεων* (divisus ille in duas partes: *περὶ πρέσβεων Ῥωμαίων πρὸς ἐθνικοὺς* et *ἐθνῶν πρὸς Ῥωμαίους*), *περὶ γνωμῶν*, *περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας*, *περὶ ἐπιβουλῶν*. Quorum utilitas eo maior est, quod eclogarii, qui singulos titulos curabant, tenorem operum excerptorum sequi solebant, unde factum est, ut in quoque titulo eclogae eodem ordine se exciperent quo olim in operibus integris lectitarentur. Si igitur opus quoddam nunc perditum, e quo in pluribus titulis excerpta exstant, aliquantisper saltem redintegrare velis, eclogae e diversis titulis petitae suis locis inter se inserendae sunt, idque ita ut ordo, qui in quoque

1) De ratione operis Constantiniani nunc prae ceteris adeundus est Theodorus Buettner Wobst, *Byzantin. Zeitschr.* Vol. XV p. 88—120.

titulo obtineat, non invertatur. Praeterea ad excerpta disponenda maximo usui est, si forte idem locus in duobus titulis servatus est, nam patet excerpta, quae in una serie narrationem communem praecedant, non intermiscenda esse alterius tituli excerptis, quae post eam demum locum habeant.

His normis, quibus ductus e. g. Boissevain in Cassii Dionis opere e fragmentis resarciendo multis excerptis a prioribus editoribus perverso ordine collocatis suum restituit locum, nondum plane satisfactum est in excerptis nonnullis e Dionysii Halicarnassensis Antiquitatibus Romanis. Ordo, quo nunc in huius operis editionibus leguntur fragmenta librorum octo posteriorum (XIII—XX), in universum redit ad Angelum Maium, qui in duobus codicibus bibliothecae cui praefectus erat Ambrosianae seriem quandam excerptorum e Dionysio sumptorum invenit eaque exceptis fragmentis quae ad libros superstites I—XII pertinent ita edidit, ut iis cetera excerpta tum nota, nempe eclogas de legationibus et de virtutibus et vitiis, locis qui ei apti visi sunt, interseruerit [1]). Ordinem a Maio constitutum posteriores Dionysii editores omnes tenuerunt, nisi quod suis locis pauca excerpta interposuerunt post Maii editionem demum in lucem prolata, eclogas sc. περὶ ἐπιβουλῶν e codice Scorialensi et περὶ πολιορκιῶν e codice Athoo nunc Parisiensi, cf. Kiesslingii Praefatio ad vol. IV eius editionis p. XXIV sq., repetita illa a Carolo Jacoby in Praefatione vol. IV p. VIII sq. Qua in dispositione Maius fragmenta Ambrosiana quidem omnia recte eodem ordine dedit quo leguntur in codice, sed ex excerptis de virtutibus tria collocavit ordine inverso quo codex Peirescianus ea praebet, aliud meo quidem iudicio loco non suo posuit, aliud in duas partes male discissit duobus excerptis Ambrosianis inter utramque insertis.

---

1) Editio Maiana prodiit Mediolani a. 1816: *Dionysii Halicarnassei Romanarum Antiquitatum pars hactenus desiderata nunc denique ope codicum Ambrosianorum ab Angelo Maio quantum licuit restituta*, et recusa est cura nesciocuius viri docti Francofurti a. 1817, omissis iis Maii commentis quae editori superflua videbantur. Praeterea Maius sola excerpta Ambrosiana denuo edidit a. 1827, in operis cui titulus *Scriptorum veterum nova collectio* tomo II (p. 465—526), in quo excerpta περὶ γνωμῶν primus publici iuris fecit. Fragmenta enim Ambrosiana ad titulum de sententiis pertinere iniuria sibi persuaserat.

Quod ut appareat enumerabo fragmenta libris XVI, XVII, XVIII, XIX attributa [1]), quae quidem ad hanc disquisitionem pertineant, eo ordine quem editiones inde a Maiana exhibent, sed distributa per singulos titulos in quibus servata sunt, ascriptis annis a. Chr. n. quibus res in iis narratae acciderunt. Excerpta de legationibus et de virtutibus numeris insignivi secundum ordinem quo et in codicibus et in novissimis eorum editionibus [2]) leguntur, fragmentis Ambrosianis, quippe quae adhuc numeris careant, singulas litteras (*a*, *b*, cet.) addidi.

| Exc. de virtut. | Exc. Ambrosiana | Exc. de legat. |
| --- | --- | --- |
| | **Excerpta libro XVI attributa.** | |
| | *a*: cap. III § 1[1] (Vol. IV, p. 278, 18—21 *ed. Jacoby*), a. 315. [3]) | |
| | *b*: cap. III § 1[2] (p. 278, 22—p. 279, 2 *ed. Jac.*), a. 312. [4]). | |
| | *c*: cap. III § 2[1] (p. 279, 3—5 *ed. Jac.*), a. 304. [5]) | |

1) Librorum et capitum numeri Maiani a Kiesslingianis et Iacobyanis, quos dedi, paulum discrepant, sed ordo, quo excerpta se excipiunt, in omnibus his editionibus idem est.

2) *Excerpta historica iussu Imp. Constantini Porphyrogeniti confecta. Vol. I. Excerpta de legationibus. Edidit C. De Boor. Pars I. Excerpta de legationibus Romanorum ad gentes. Berolini* 1903.

*Vol. II. Excerpta de virtutibus et vitiis. Pars II. Edidit A. G. Roos. Berolini* 1910.

3) Agit enim hoc fragmentum meo quidem iudicio de pugna inter Romanos et Samnites a. 315 ad Lautulas commissa, nam plane congruit cum huius pugnae descriptione apud Livium IX 23, 4. In fragmentis, quae in codice Ambrosiano proxime praecedunt (p. 277, 17—278, 17 *ed. Jac.*), agi de Romanis in furculis Caudinis captis (a. 321) iam vidit Maius.

4) Agitur de Appio Claudio, qui περὶ τὰς θυσίας παρανομήσας τι ἀπετυφλώθη. Fusius de his Livius IX 29, 9—11, in enarratione censurae Appii; eam autem Livius quidem, quocum sine dubio Dionysius consentiebat, a. 312 actam esse tradit.

5) Hoc fragmentum pertinere ad aedem Salutis a Fabio Pictore a. 304 picturis ornatam intellexit Quirinus Visconti (v. *Script. Vet. Nov. Coll.* T. II p. 500 adn. 2) coll. Plinio *Nat. Hist.* XXXV 19; cf. Overbeck, *Die antiken Schriftquellen zur Geschichte der bildenden Künste bei den Griechen* No. 2372—2374, Richter, *Topographie der Stadt Rom* (ed. II[a]) p. 288 sq.

| Exc. de virtut. | Exc. Ambrosiana | Exc. de legat. |
|---|---|---|
| | *d*: cap. III § $2^{2}$ (p. 279, 6—8 *ed. Jac.*), a. 304. [1]) | |
| | *e—j*: cap. III § 3 et 4 (p. 279, 9—22 *ed. Jac.*), sex fragmenta exigua, de quibus incertum ad quos annos pertineant. | |
| **7** (p. 79, 5—80, 19 *ed. Roos*): c. IV et V (p. 280, 1—282, 3 *ed. Jac.*), anno incerto. | *k*: in calce p. 280 *ed. Jac.*, cf. cap. IV § 2 sq., anno incerto. | |

Fragmentum Ambrosianum *k* ex eadem pericopa sumptum est, e qua excerptum de virtut. 7 multo plura eaque, ut videtur, ad verbum servavit.

| Exc. de virtut. | Exc. Ambrosiana | Exc. de legat. |
|---|---|---|
| | *l* et *m*: cap. VI (p. 282, 4—16 *ed. Jac.*), annis incertis. | |

Excerpta libris XVII et XVIII attributa.

| Exc. de virtut. | Exc. Ambrosiana | Exc. de legat. |
|---|---|---|
| | | **3** (p. 11, 22—13, 5 *ed. De Boor*): cap. I—III (p. 283, 1—285, 21 *ed. Jac.*), a. 298. [2]) |
| **5** (p. 77, 3—78, 10 *ed. Roos*): cap. IV (p. 286, 1—287, 16 *ed. Jac.*), a. 291. [3]) | | |

1) Fragmentum *d* ni fallor sumptum est e loco quo Dionysius egit de Cn. Flavio qui aedilis curulis a. 304 fastos circa forum in albo proposuit, cf. Livius IX 46, 5; Niese, *Röm. Gesch.* (ed. 4ta) p. 82 adn. 6.

2) Agitur de origine belli Samnitici tertii quod dicitur, cf. Livius X II, 11—12, 2; B. Bruno. *La terza guerra sannitica* (Roma 1906) p. 18 sq.

3) In excerptis de virt. 5 et 6 agitur de L. Postumio tertium consule (a. 291, cf. *C. I. L.* Vol. I Part. I ed. 2a p. 134) eiusque adversus C. Iunium collegam,

| Exc. de virtut. | Exc. Ambrosiana | Exc. de legat. |
|---|---|---|
| 6 (p. 78, 11—79, 4 *ed. Roos*): cap. V (p. 287, 17—288, 18 *ed. Jac.*), a. 291.[1]) | | |

Excerpta libro XIX attributa.

| | | |
|---|---|---|
| | *n—t*: cap. I—IV § 1 (p. 289, 1—291,24 *ed. Jac.*), septem fragmenta ex enarratione originum Magnae Graeciae. | |
| | *u—w*: cap. IV § 2 (p. 292, 1—6 *ed. Jac.*), a. 282.[2]) | |
| | *x*: in calce p. 292 *ed. Jac.*, cf. cap. V § 2, a. 282.[3]). | 4 (p. 13, 6—14, 25 *ed. De Boor*): c. V et VI (p. 292, 7—294, 25 *ed. Jac.*), a. 282.[3]) |

Fragmentum Ambrosianum *x* petitum est ex eodem Dionysii loco unde exc. multo amplius de legat. 4 fluxit.

Vidimus Maium excerptum de virtut. 7 (et cum eo excerptum Ambrosianum *k*) posuisse ante excerpta de virtut. 5 et 6, cum post ea collocandum esset. Excerptum igitur de virtut. 7 (cum exc. Ambrosiano *k*) in opere integro non, sicut in hodiernis editionibus, locum habuit ante ea, quae Dionysius de bello Samnitico tertio narravit, sed post ea, quae sub anno 291 de

Q. Fabium proconsulem, denique adversus senatum contumacia, cf. Livius *Perioch.* l. XI, Cassius Dio Fr. 36, 32 p. 109 *ed. Boiss.*, Bruno *l.l.* p. 87—89.

1) Cf. adnotatio praecedens.

2) Agitur de plebe Tarentina classem Romanam Tarentum praetervectam necopinato aggressa, cf. Appianus *Samn.* 7 in, Zonaras VIII 2, 2, Schubert, *Gesch. des Pyrrhus* p. 153, Niese, *Gesch. der griech. u. makedon. Staaten* Vol II p. 28.

3) Agitur de L. Postumio Tarentum legato et de origine belli a Romanis contra Tarentinos gesti, cf. Appianus *l.l.*, Cassius Dio Fr. 39, 5—9, p. 114 sq. *ed. Boiss.*, Schubert *l.l.* p. 185 sq., Niese *l.l.*

Postumii consulis audacia exposuit. In Ambrosiana autem serie excerpta *e—t* cum certis annis ascribere non potuerimus, excerptum *d* ad annum 304, ad annum vero 282 excerpta *u—x* pertinere vidimus, unde sequitur, ut excerpta *e—m* (— nam excerpta *n—t* sumpta esse e digressione quadam infra videbimus —) agant de rebus inter hos annos 304 et 282 a Dionysio narratis. Cum praeterea excerptum de virtut. 7, ex eodem loco petitum unde exc. Ambrosianum *k* fluxit, in Dionysii contextu aut sub anno 291 aut postea locum assignaverimus, patet excerpta Ambrosiana *k—m* certo pertinere ad res a Dionysio in enarratione anni 291 vel annorum 291—282 expositas, excerpta autem *e—j* èt ad res inter annos 304—291 gestas èt ad res quae post annum 291 demum acciderunt referri posse.

Ceterum piget haec fragmenta Ambrosiana tam pusilla esse, ut certius aliquid de iis statui vix possit. In excerpto *e* (p. 279, 9—11 *ed. Jac.*) agitur de pugna aliqua, sed notatu dignum eam cum nullius pugnae descriptione conspirare earum, quas Livius libro X, qui in anno 293 desinit, multas enarravit. Unde tamen efficere noli hoc fragmentum post annum 293 detrudendum esse, cum fieri possit, ut Dionysius eandem pugnam ex aliis fontibus aliter descripserit ac Livius. In excerpto *f* (et *g*, p. 279, 12—14 *ed. Jac.*) agi de urbe Roma ob rogationem Ogulniam anno 300 turbata (cf. Livius X 6, 1—9, 2) vix putes. Verba, quibus increpatur is quo de agitur in fragmento *h* (p. 279, 15—17 *ed. Jac.*), optime quadrant ad L. Postumium; fortasse igitur hoc fragmentum et fragm. *i* (p. 279, 18—20 *ed. Jac.*) ex accusatione eius sumpta sunt, nam fieri potest, ut Dionysius ipse quidem multus fuerit de Postumio post peractum consulatum anno 290 a tribunis plebis in iudicium vocato, pauca verba autem, quibus de ea re agatur in excerpto de virtut. 6 i. f. (p. 288, 16—18 *ed. Jac.*), eclogario Dionysii verba in breve contrahenti debeantur. Excerptum *l* (p. 282, 4 sq. *ed. Jac.*) sine dubio sumptum est ex enarratione seditionis, quae rem publicam Romanam anno 287 turbavit, cf. Cassius Dio Fr. 37, 2 p. 110 sq. *ed. Boiss.* De excerptis *j* (p. 279, 21 sq. *ed. Jac.*) et *m* (p. 282, 6—16 *ed. Jac.*) nihil habeo quod dicam.

Dionysium bellum a Romanis cum Tarentinis eorumque sociis gestum narraturum de originibus urbium Magnae Graeciae co-

piose egisse iam observavit Maius, quem vide in excerptorum editione Mediolanensi p. 101 adn. 1 et *Script. Veter. Nov. Coll.* Vol. II p. 501 adn. 4. Cui digressioni, unde sumpta sunt excerpta Ambrosiana *n—t* (p. 289, 1—291, 24 *ed. Jac.*), attribuere equidem velim etiam excerptum de virtut. 8 (p. 326, 18—327, 17 *ed. Jac.*), nunc in editionibus sine causa idonea post ea positum, quae Dionysius de captivis Romanis post pugnam ad Asculum anno 279 commissam a Pyrrho rege remissis narrat, sed nihil est cur Dionysium in hac operis sui parte denuo dedita opera Italiae australis statum exposuisse putemus. Excerptum autem quod dixi in huius digressionis fine positum fuisse suspicor.

Fragmenta igitur, de quibus egimus, hoc ordine collocanda videntur:

exc. Ambros. *d* (a. 304).
„ „ *e, f, g* (nisi forte post exc. de legat. 3 ponenda sunt).
„ de legat. 3 (a. 298).
„ de virtut. 5 et 6 (a. 291).
„ Ambros. *h* et *i* (a. 290?).
„ „ *j* (anno incerto).
„ de virtut. 7 (cum exc. Ambrosiano *k*, anno incerto).
„ Ambros. *l* (a. 287).
„ „ *m* (anno incerto).
„ „ *n—t* }
„ de virtut. 8. } e descriptione Magnae Graeciae, a Dionysio enarrationi belli Tarentini praemissa.
„ Ambros. *u—w* (a. 282).
„ de legat. 4 (cum exc. Ambrosiano *x*, a. 282).

---

Restat ut videamus de excerpto de virtut. 10 (p. 82, 15—84, 10 *ed. Roos*, Dion. Hal. l. XX cap. IX, X, p. 329, 5—331, 11 et cap. XII, p. 331, 23—332, 9 *ed. Jac.*), quod inde a Maio in duas partes discissum editiones exhibent, cum medio huic excerpto duo fragmenta Ambrosiana inseruerit. Quamquam quibus argumentis ductus hoc fecerit, addere Maius supersedit, tamen ea mente comprehendere possumus. Quin primo aspectu ita comparata videntur,

ut ei assentiri vix recuses. In priore enim huius excerpti parte (p. 329, 5—331, 11 *ed. Jac.*) Dionysius agit de thesauris aedis Proserpinae, quae Locris Epizephyriis claruit, a Pyrrho rege direptis, quod sacrilegium commisit cum autumno anni 276 vel vere anni 275 (cf. Beloch, *Griech. Gesch.* Vol. III Part. 2 p. 224) e Sicilia in Italiam reverteretur, cf. Diod. XXVII 4, 3, Appianus *Samn.* 12, Cassius Dio Fr. 40, 48 p. 137 *ed. Boiss*, Niese *Gesch. der griech und maked. Staaten* Vol. II p. 51. In secunda autem parte (p. 331, 23—332, 9 *ed. Jac.*) sermo est de clade illa postrema Pyrrho a Romanis aestate anni 275 (cf. Beloch *l.l.*) illata, quam ad Beneventum oppidum accidisse Plutarchus *Pyrrh.* 25 tradidit. Cum hac altera parte ad verbum paene conspirat fragmentum Ambrosianum quoddam (in Maii excerptorum editione Mediolanensi p. 153 sq.; *Script. Vet. Nov. Coll.* Vol. II. p. 521), in hac disputatiuncula littera γ a me insignitum. Praeterea e duobus fragmentis, quae in serie Ambrosiana excerptum γ proxime praecedunt (— α et β ea nomino —), fragmentum β (p. 331, 19—22 *ed. Jac.*) agit de iis Romanorum militibus, qui principes appellabantur; fragmentum α autem (p. 331, 12—18 *ed. Jac.*) Maius, quem vide in editione Mediolanensi p. 152 adn. 3, pertinere putabat ad descriptionem initii pugnae Beneventanae: agi enim de Pyrrhi conatu Romanos ex improviso aggrediendi, de quo multus est Plutarchus *Pyrrh.* 25, ipso Dionysio, ut videtur, fonte usus, cf. Beloch *Griech. Gesch.* Vol. III Part. 2 p. 400 sq. Denique excerptum, quod in codice Ambrosiano statim post fragmentum γ legitur et quod littera δ insigniam (p. 332, 10—17 *ed. Jac.*), sine ullo dubio sumptum est ex huius cladis narratione. Iam intellegimus Maium putasse quattuor fragmenta Ambrosiana α—δ, in quibus de eadem pugna sermo esset, in Dionysii opere integro non magnis intervallis separata fuisse et coniunctim igitur edenda esse; porro posteriorem partem excerpti de virtut. 10 (p. 331, 23—332, 9 *ed. Jac.*), quippe quam ad verbum cum fragmento Ambrosiano γ consentientem ex eodem Dionysii loco sumptam esse videret, ponendam esse post fragmenta Ambrosiana α et β, denique ante haec duo fragmenta, quae de pugna Beneventana agerent, collocandam esse priorem excerpti de virtut. 10 partem (p. 329, 5—331, 11 *ed. Jac.*), in qua de aede

Proserpinae aliquanto ante hanc pugnam spoliata sermo esset. Hunc autem ordinem non aliter constituere potuit quam fragmentis Ambrosianis α et β medio excerpto de virtut. 10 insertis.

Quod si recte Maius fecisset, sequeretur primo, ut eclogarius, qui titulum de virtutibus et vitiis curavit, in medio excerpto 10 multa e Dionysii opere praetermisisset, nempe omnia quae Dionysius memoriae tradidit de Pyrrhi et Romanorum rebus tempore quod inter fanum Proserpinae direptum et pugnam Beneventanam interfuit gestis, deinde, ut e parte in titulo de virtutibus omissa excerptor Ambrosianus fragmenta α et β sumpsisset. Huic rationi optime conveniret, quod re vera eclogarii Constantiniani nonnunquam in mediis excerptis multa ex operibus, quae compilant, silentio praetermittunt.

Sed si excerptum de virtut. 10 attente perlegeris, mecum consenties opinor, in eo omnia ita bene cohaerere, ut divelli nequeat, neque eo loco ubi Maius id fecit neque alibi. Quid enim? Postquam Dionysius narravit Pyrrhum aedem Proserpinae primo spoliasse (p. 329, 5—20 *ed. Jac.*), deinde tempestate, quae multas e navibus eius submersit, monitum omnibus thesauris templo restitutis sacrilegium suum expiare conatum esse (p. 330, 1—14 *ed. Jac.*), pergit dicere minime deam ei irasci destitisse (p. 330, 15—21 *ed. Jac.*), quin cladem Pyrrho postea a Romanis illatam — Beneventanam vult — soli deae irae attribuendam esse, quod et Pyrrhum ipsum agnovisse (p. 330, 22—331, 11 *ed. Jac.*): ea enim [1]) nocte, qua Romanos ex improviso aggredi in animo haberet, eum malo omine territum fuisse, propter quod pugnam in alium diem differre voluisset (p. 331, 23—332, 9 *ed. Jac.*). Videmus igitur ultimam excerpti partem a Maio a praecedentibus discissam pertinere quidem ad pugnam Beneventanam, sed minime sumptam esse ex huius pugnae descriptione: immo obiter tantum hoc loco a Dionysio sermonem de ea esse iniectum, ut Pyrrhi ipsius testimonio sententiam suam corroboraret in Proserpinam iratam omnem huius cladis causam esse conferendam.

Quod si recte statuimus, neque fragmentum Ambrosianum γ,

1) In excerpto de virtut. non legitur ἐν τῇ νυκτὶ (p. 331, 23 *ed. Jac.*), quod inde a Maio editiones ex excerpto Ambrosiano γ receperunt, sed ἐν γὰρ τῇ νυκτὶ, quae sine dubio ipsius Dionysii scriptura est, in excerpti Ambrosiani initio perperam mutata.

quod cum posteriore parte excerpti de virtut. 10 conspirat, neque fragmenta α et β sumpta esse possunt ex ampla pugnae Beneventanae descriptione, quam Dionysium operi suo addidisse ex fragmento Ambrosiano δ et e Plut. *Pyrrh.* 25 novimus. Superest igitur, ut de fragmentis α et β inquiramus quonam referri possint.

Fragmentum autem α — nam fragmentum β ita comparatum est, ut ex eo solo minime efficias quo loco ponendum sit — diligentius cum paucis qui de his temporibus agunt rerum scriptoribus comparanti, apparet in eo minime agi de Pyrrhi militibus Romanos ad Beneventum per loca invia necopinato deprehendere conatis, sed de Romanis, qui anno 277, quo tempore Pyrrhus in Sicilia degens ex Italia aberat, contra Samnites in saltibus impeditis parum feliciter pugnaverunt, de quibus proeliis unicum testem habemus Cassii Dionis epitomen a Zonara confectam l. VIII 6, 1 (p. 136 *ed. Boiss.*). Conferas quaeso quae Zonaras l.l. scribit: *οἱ Ῥωμαῖοι δὲ τὴν ἀπουσίαν αὐτοῦ* (Pyrrhi sc.) *πυθόμενοι ἀνεθάρσησαν καὶ πρὸς ἄμυναν τῶν ἐπικαλεσαμένων αὐτὸν ἐτράπησαν. καὶ τοὺς Ταραντίνους εἰς ἄλλον καιρὸν ὑπερθέμενοι εἰσέβαλον εἰς τὸ Σαύνιον μετὰ ὑπάτων τοῦ Ῥουφίνου καὶ τοῦ Ἰουνίου, καί τήν τε χώραν ἐπόρθουν καὶ τείχη τινὰ ἐκλειφθέντα ἔλαβον. οἱ γὰρ Σαυνῖται εἰς τὰ ὄρη τὰ Κρανιτὰ λεγόμενα, ὅτι κρανίαν πολλὴν ἔχουσι, τά τε φίλτατα καὶ τὰ τιμιώτατα ἀνεκόμισαν. καταφρονήσαντες οὖν οἱ Ῥωμαῖοι εἰς τὰ εἰρημένα ὄρη ἀναβῆναι ἐτόλμησαν. λασίων οὖν αὐτῶν καὶ δυσπροσβάτων ὄντων, πολλοὶ μὲν ἀπέθανον, πολλοὶ δὲ καὶ ἑάλωσαν*, cum Dionysii fragmento Ambrosiano α: *ἔμελλον ὅπερ εἰκὸς ⟨οἱ⟩ ὁπλῖται κράνεσι καὶ θώραξι καὶ θυρεοῖς βαρεῖς πρὸς ὀχθηρὰ χωρία καὶ μακρὰς ἀτραποὺς πορευόμενοι καὶ οὐδὲ ταύτας λεωφόρους, ἀλλ' αἰγότριβας δι' ὕλης τε καὶ κρημνῶν τάξιν τε οὐδεμίαν φυλάξειν, καὶ πρὶν ἐπιφανῆναί σφισι τοὺς πολεμίους ἐξασθενήσειν τὰ σώματα δίψει καὶ κόπῳ.*

Fragmentum igitur Ambrosianum α ad annum 277 pertinet, neque fragmenta α et β inserenda sunt excerpto de virtut. 10, sed ponenda ante excerptum de virtut. 9 (p. 327, 18—329, 4 *ed. Jac.*), eo loco ubi nunc in Dionysii editionibus legimus excerptum de virtut. 8 (p. 326, 18—327, 17 *ed. Jac.*), cui multo ante locum assignandum esse supra vidimus.

---

# ANNOTATIONES CRITICAE AD PLUTARCHI OPERA.

SCRIPSIT

J. J. HARTMAN.

(*Continuantur ex huiusce vol. pag.* 209).



*Camillus* c. XX Quaeritur serveturne aliquid in aede Vestae et quid illud sit:

*καὶ πλεῖστος μὲν λόγος κατεῖχε τὸ Τρωικὸν ἐκεῖνο Παλλάδιον ἀποκεῖσθαι.*

L. *ἐκεῖ*, nam sine adverbio loci manca est sententia.

C. XXV Pontius Cominius clam in Capitolium venit, senatores ibi inclusos de victoria a Camillo reportata certiores facit eosque ut illum dictatorem faciant admonet. Parent illi et

*τὸν Πόντιον αὖθις ἀποπέμπουσι τὴν αὐτὴν ὁδὸν ὁμοίως ἀγαθῇ τύχῃ χρησάμενον.*

Legendum esse *χρησόμενον* apparet e sequentibus:

*ἔλαθε γὰρ τοὺς πολεμίους καὶ τὰ παρὰ τῆς βουλῆς ἀπήγγειλε τοῖς ἔξω Ῥωμαίοις.*

C. XXVII Manlio, qui Capitolium servavit, Romani

*ἀριστεῖα πρὸς τίμην μεγάλην μᾶλλον ἢ χρείαν ψηφισάμενοι συνήνεγκαν ὅσον ἡμέρας ἕκαστος ἐλάμβανεν εἰς τροφήν.*

Immo vero *μεγάλα*: magnum erat praemium, si honorem, non utilitatem spectares.

C. XXXI Ne Veios migrarent Romani et alia afferebant senatores et

*τὸ τῆς Ἑστίας πῦρ, ὃ μετὰ τὸν πόλεμον ὑπὸ τῶν παρθένων ἀναπτόμενον αὖθις ἀφανίζειν καὶ σβεννύναι τοὺς προλιπόντας τὴν πόλιν ὄνειδος αὐτοῖς ἐσόμενον ἄν τε ὑπ' ἄλλων οἰκουμένην ὁρῶσιν ἐπηλύδων καὶ ξένων ἄν τε ἔρημον οὖσαν καὶ μηλόβοτον.*

Immo *ἐσομένην*: „ignem" aiunt „modo a Vestalibus suscitatum iterum exstinguent qui urbem relinquent; urbs vero iis pudori erit, sive eam ab alienigenis habitatam, sive desertam videbunt."

C. XXXII *ἑκατοντάρχης ἄγων τάγμα φυλακῆς ἡμερινῆς παρεπορεύετο καὶ τὸν φέροντα πρῶτον τὸ σημεῖον μεγάλῃ φωνῇ προσαγορεύσας ἐκέλευσεν αὐτοῦ μένειν καὶ τὸ σημεῖον τίθεσθαι.*

Isto *πρῶτον* quid faciam non video, ferri hic non posse mihi constat.

C. XXXIV *δεδοικὼς παθεῖν ὅπερ ἐποίησεν αὐτὸς τοὺς πολεμίους κυκλωσάμενος.*

Ultimam vocem, ne enuntiati pereat elegantia, abesse malim.

C. XXXVI Marcus Manlius, cum Camillum ex aequo bonoque superare nequiret, *ὑπόθεσιν τυραννίδος ἐποιήσατο κοινὴν καὶ συνήθη δημαγωγῶν τοὺς πολλούς.*

Quae sit *κοινὴ τυραννίδος ὑπόθεσις* neque ego scio neque quemquam scire arbitror. Scripsit Plutarchus *κοινά*. Ut sibi viam ad tyrannidem pararet Manlius adversus plebem „communia et assueta ista" adhibebat artificia; quae illa sint e sequentibus apparet: adversus creditores opem ferebat iis qui pecuniam debebant.

C. XXXVIII *ἀπιστεῖν μὲν οὐκ ἐπῄει τῷ Καμίλλῳ τὴν προδοσίαν, οἰκτείρας δὲ τὴν ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ μετάνοιαν κτἑ.*

Agitur de Tusculanis, qui ad hostes defecerant, sed accedentium legionum metu perculsi non solum consilium suum mutaverant sed etiam omnibus modis speciem praebuerant quasi nunquam quidquam eiusmodi cogitassent. Hic sanum esse *ἀπιστεῖν* vix potest.

C. XL *τοὺς στρατιώτας ἐδίδαξε τοῖς ὑσσοῖς [μακροῖς] διὰ χειρὸς χρῆσθαι.*

Vox inclusa vel loco arguitur.

C. XL *ταύτην τὴν μάχην ἔτεσιν ὕστερον τρισκαίδεκα γενέσθαι λέγουσι τῆς Ῥώμης ἁλώσεως καὶ βέβαιον ἐξ αὐτῆς Φρόνημα κατὰ τῶν Κελτῶν ἐγγενέσθαι Ῥωμαίοις σφόδρα δεδοικόσι τοὺς βαρβάρους, ὡς τὸ πρῶτον διὰ νόσους καὶ τύχας παραλόγους, οὐ κατὰ κράτος ὑπ' αὐτῶν νενικημένους.*

Vox *δεδοικόσι* temporis notione caret, suspicorque ante eam excidisse *πρότερον* aut *τὸ πρῶτον* hinc in alienam sedem aberrasse.

*Pericles* II *οὐδ' ὠφελεῖ τὰ τοιαῦτα τοὺς θεωμένους πρὸς ἃ μιμητικὸς οὐ γίγνεται ζῆλος οὐδ' ἀνάδοσις κινοῦσα προθυμίαν καὶ ἀφορμὴν ἐπὶ τὴν ἐξομοίωσιν.*

Pro *ἀφορμὴν* haud dubie *ὁρμὴν* est legendum; *ἀνάδοσις* quo sensu sit accipiendum nescio, sed corruptum esse arbitror.

ib. *τὸ γὰρ καλὸν ἐφ' αὑτὸ πρακτικῶς κινεῖ καὶ πρακτικὴν εὐθὺς ὁρμὴν ἐντίθησιν ἠθοποιοῦν οὐ τῇ μιμήσει τὸν θεατὴν ἀλλὰ τῇ ἱστορίᾳ τοῦ ἔργου τὴν προαίρεσιν παρεχόμενον.*

Haec ideo exscripsi ut insigni demonstrarem exemplo quorsum interdum Plutarchum abducat hiatus vitandi studium. In Didotiana enim illa *ἠθοποιοῦν ... παρεχόμενον* sic vertuntur: „spectatorisque animum, non imitationi sed cognitioni ipsius facti intentum, virtutis studio informat", et eleganter et accurate, sed non quivis, ut opinor, quomodo Latina Graecis respondeant videt. Grammatica sententiae structura huiuscemodi est: *ἠθοποιοῦν τὸν θεατὴν οὐ τῇ μιμήσει ἀλλὰ τῇ ἱστορίᾳ τοῦ .ἐ. τ. π. π.*: „virtus spectantem informat (*ἠθοποιεῖ*), quoniam ille non alicui virtutis imitationi sed ipsius rei cognitioni mentem intentam (*τὴν προαίρεσιν*) praebet (*παρεχόμενον*)." Sed obscurus esse maluit Plutarchus quam admittere vocalium concursum in verbis *μιμήσει ἀλλά.*

C. IV. *Δάμωνα ... [οὗ φασὶ δεῖν τοὔνομα βραχύνοντας τὴν προτέραν συλλαβὴν ἐκφέρειν]*

Plutarcho indigna videntur quae inclusimus.

*Ζήνωνος ... πραγματευομένου περὶ φύσιν.*

Sincerane haec lectio an sequens *ὡς* genitivi a Plutarcho scripti absorbuit terminationem?

C. VI In narratione de Anaxagora demonstrante qui factum esset ut hostia unum haberet cornu (ostendit enim *τὸν ἐγκέφαλον οὐ πεπληρωκότα τὴν βάσιν ἀλλ' ὀξὺν ὥσπερ ᾠὸν ἐκ τοῦ παντὸς ἀγγείου συνωλισθηκότα κατὰ τὸν τόπον ἐκεῖνον, ὅθεν ἡ ῥίζα τοῦ κέρατος εἶχε τὴν ἀρχήν*) vocabula *ὀξὺν ὥσπερ ᾠόν* vitium aliquod celare videntur.

C. VII Raro Pericles prodibat

... *ἑαυτὸν ὥσπερ τὴν Σαλαμινίαν τριήρη, φησὶ* Κριτόλαος, *πρὸς τὰς μεγάλας χρείας ἐπιδιδούς, τἄλλα δὲ φίλους καὶ ῥήτορας ἑταίρους καθιεὶς ἔπραττεν.*

Verba notata neque a Plutarcho neque a Critolao sic scripta videntur.

C. VIII *τὸ γὰρ ὑψηλόνουν τοῦτο καὶ πάντη τελεσιουργὸν, ὡς ὁ θεῖος* Πλάτων *φησὶ, πρὸς τῷ εὐφυὴς εἶναι κτησάμενος ἐκ φυσιολογίας καὶ τὸ πρόσφορον ἑλκύσας ἐπὶ τὴν τῶν λόγων τέχνων πολὺ πάντων διήνεγκεν.*

Transpone *καὶ τὸ πρόσφορον ἐκ φυσιολογίας ἑλκύσας ἐπὶ τὴν τῶν λόγων τέχνην*: e philosophia Pericles quod in illa vitae utile erat transtulit in dicendi artem.

C. IX „Quoniam" ait „Thucydides a Pericle aristocratiam introductam esse affirmat, quae specie democratia, revera unius imperium esset, alii contra auctores a Pericle primo plebem lascivam et impotentem factam contendunt

*θεωρείσθω διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν ἡ αἰτία τῆς μεταβολῆς.*

Sequitur narratio quae huc fere redit: „primum Pericles, ut Cimonis gloriam superare posset, plebem sibi subigere studuit; sed cum Cimon largitionibus suis plebi esset acceptissimus, Pericles, ne illi concederet, bona publica dividere coepit; qua re cum plebem sibi devinxisset, primum Areopagi fregit potestatem, deinde Cimon ut in exsilium mitteretur effecit".

Agnoscitur in hac narratione *μεταβολή* quidem Periclis quaedam (nam ab alia re ad aliam transit) sed nulla *μεταβολῆς αἰτία*. Neque si agnosceretur, recte haec procederet argumentatio: „quoniam de Pericle Thucydides hoc, alii alia statuerunt, ego causam huius *mutationis* ipsis rebus exponam". Lege *ἡ αἰτία*

τῆς διαφορᾶς. *Discrepantiae* (inter auctores) causa revera sequenti narratione exponitur, quae Periclem nobis exhibet talem ut variis nominibus recte appelletur. Invexit μεταβολῆς is qui loci decursum non caperet.

C. X τὸ ψήφισμα γράψας αὐτὸς ἐκάλει τὸν ἄνδρα.

Ecquid κατεκάλει? Sermo enim est de Cimone *exule* revocando.

C. XIII De aedificiis publicis Pericle auctore exstructis: ἀναβαινόντων δὲ τῶν ἔργων ὑπερηφάνων μὲν μεγέθει, μορφῇ δὲ ἀμιμήτων καὶ χάριτι, τῶν δημιουργῶν ἁμιλλωμένων ὑπερβάλλεσθαι τὴν δημιουργίαν τῇ καλλιτεχνίᾳ, μάλιστα θαυμάσιον ἦν τὸ κάλλος.

Haud dubie corruptum est τὴν δημιουργίαν. Absurde enim dicuntur οἱ δημιουργοί superare studere τὴν δημιουργίαν, sed quid reponendum sit non statuo.

C. XVI (philosophus) ἀνόργανον καὶ ἀπροσδεῆ τῆς ἐκτὸς ὕλης ἐ π ὶ τ ο ῖ ς κ α λ ο ῖ ς κινεῖ τὴν διάνοιαν.

Verba notata admodum suspecta sunt.

C. XVIII Tolmidam successu suo ferocem, cum intempestive irrumpere in Boetiam vellet, κατέχειν ἐπειρᾶτο καὶ παρακαλεῖν.

Pro παρακαλεῖν requiritur aliquid quod significet *ad sanam revocare mentem*.

C. XXI μέγα ἔργον ἡγούμενος.

Vel propter hiatum μέγα est expungendum, et cf. c. XXVII: τοὺς Ἀθηναίους μάχεσθαι προθυμουμένους ἔργον ἦν κατασχεῖν.

C. XXIV ἐν δὲ τῷ Μενεξένῳ Πλάτωνος, εἰ καὶ μετὰ παιδιᾶς τὰ πρῶτα γέγραπται, τοσοῦτόν γε ἱστορίας ἔνεστι κτἑ.

Pro πρῶτα legendum suspicor πολλά, nam non *initium* Menexeni solum sale aspersum est.

C. XXV χρησάμενος ὥσπερ ἐγνώκει τοῖς Σαμίοις [καὶ καταστήσας δημοκρατίαν].

Languidum emblema agnoscit quicunque modo praecedentia legit.

C. XXVI *παρετίθεντο τῶν ἀναγκαίων πρὸς τὸν πόλεμον ὅσα μὴ πρότερον εἶχον.*

Verbi *παρετίθεντο* sententia esse debet: *ab exteris petebant* („zij schaften zich aan”). Nusquam tamen mihi illud eo sensu lectum.

ib. *ἡ δὲ σάμαινα ναῦς ἐστὶν ὑόπρῳρος μὲν τὸ σίμωμα, κοιλοτέρα δὲ καὶ γαστροειδής.*

Nullo modo comparativus iste ferri potest. Legendum esse suspicor *κυκλοτερής*, quod tanquam adiectivi *γαστροειδής* synonymum a Plutarcho adhibitum esse perquam verisimile est.

C. XXVII *τῶν πολιτῶν περιγενέσθαι καὶ συνελεῖν τὴν πόλιν βουλόμενος.*

Compositum *συνελεῖν* plane ab hoc loco abhorret. An istud hiatus vitandi studium tantum valet ut propter illud verba sensu non suo adhibeantur? In Didotiana latinum legitur verbum *expugnare.*

ib. *Ἔφορος δὲ καὶ μηχαναῖς χρήσασθαι τὸν Περικλέα (φησί) τὴν καινότητα θαυμάσαντα Ἀρτέμωνος τοῦ μηχανικοῦ παρόντος κτέ.*

Sensu cassa haec; an Artemonem fingamus iniussu Periclis adfuisse in eius exercitu eumque *animi causa* nescio quas machinas ad nescioquas res adhibuisse, quas cum conspexisset Pericles, ei tum demum in mentem venisse ad urbem oppugnandam magnam earum esse posse utilitatem? An Samius fuit Artemo et quibus ille machinis utebatur ad urbem adversus irruentes hostes defendendam, iis moenia perrumpere Pericles conabatur? In *τὴν καινότητα θαυμάσαντα* quid lateat me fugit.

C. XXVVIII *κρατεῖν τὴν διήγησιν ἐπὶ τῆς ἀληθείας.*

Locutio insolita, cuius haec esse videtur sententia: „continere narrationem intra terminos veritatis”.

ib. *ἐθαυμαστώθη.* Sincerane haec forma, an *ἐθαυμάσθη* legendum?

C. XXIX Cimonis filium cum paucis navibus in bellum misit, quo magis, si irrita eius facta esset expeditio, in Laconismi incideret suspicionem. Sequitur:

*καὶ ὅλως διετέλει κωλύων κτἑ.*

Sic est in codd., anonymus pro *κωλύων* dat *κολούων*. Neutrum ad hunc locum convenit; Naberus ut coniiciendo *σκώπτων* rem acu tetigerit vereor. Excidisse quaedam suspicor propter pluralis numeri usum in iis quae continuo sequuntur: *ὡς ... ξένους.* Nam hactenus de *uno* Cimonis filio sermo fuit.

C. XXXI Periclem obstitisse quominus psephisma contra Megarenses rescinderetur omnes consentiunt

*πλὴν οἱ μὲν ἐκ φρονήματος μεγάλου μετὰ γνώμης κατὰ τὸ βέλτιστον ἀπισχυρίσασθαι φασὶν αὐτόν.*

Quorsum ista verborum abundantia unam rem significantium? An aliquem auctorem suum verbotenus hic citat Plutarchus?

C. XXXVI *τὸ δὲ μειράκιον [ὁ Ξάνθιππος] ἐπὶ τούτῳ χαλεπῶς διατεθείς.*

Dele inclusa. Quis enim sic loquitur?

C. XXXVII Amissis legitimis filiis Pericles

*εἰσηγήσατο λυθῆναι τὸν περὶ τῶν νόθων νόμον ... ὡς μὴ παντάπασιν ἐρημίᾳ διαδοχῆς τὸν οἶκον ἐκλίποι τοὔνομα καὶ τὸ γένος.*

Dele *τὸν οἶκον*, quod metaphoram corrumpit et sententiam loci pessumdat.

ib. *δόξαντες αὐτὸν νεμεσητά τε παθεῖν ἀνθρωπίνως τε δεῖσθαι κτἑ.*

Quid hic *νεμεσητά* significat?

C. XXXVIII Iam moribundus Pericles, cum audisset assidentes laudare res a se in bello gestas, subito vocem rupit, mirarique se dixit illa eos laudare

*ἃ καὶ πρὸς τύχην ἐστὶ κοινὰ καὶ γέγονεν ἤδη πολλοῖς στρατηγοῖς κτἑ.*

Nonne *πρὸς τύχης* legendum est?

C. XXXIX *καί μοι δοκεῖ τὴν μειρακιώδη καὶ σοβαρὰν ἐκείνην προσωνυμίαν ἓν τοῦτο ποιεῖν ἀνεπίφθονον καὶ πρέπουσαν, οὕτως εὐμενὲς ἦθος καὶ βίον ἐπ' ἐξουσίᾳ καθαρὸν καὶ ἀμίαντον Ὀλύμπιον προσαγορεύεσθαι κτἑ.*

Haec sententia quomodo cohaereat frustra quaero. Requiritur fere: τὸ Ὀλύμπιον προσαγορεύεσθαι (statim post προσωνυμίαν ponendum) et deinde βίος ... καθαρὸς καὶ ἀμίαντος.

ib. τοῦ δὲ Περικλέους ταχεῖαν αἴσθησιν καὶ σαφῆ πόθον Ἀθηναίοις ἐνειργάζετο τὰ πράγματα.

Quo sensu αἴσθησιν hic dictum?

ib. Post mortem Periclis cives senserunt invidiosa illa eius monarchia quam fuisset salutaris reipublicae

τοσαύτη φθορὰ καὶ πλῆθος ἐπέκειτο κακίας τοῖς πράγμασιν.

Aliquanto elegantius φορά Plutarchum scripsisse opinor.

*Fabius Maximus* II Cognita paucitate militum, quos adduxerat Hannibal, eiusque inopia pecuniae

καρτερεῖν παρεκάλει τοὺς Ῥωμαίους καὶ μὴ μάχεσθαι πρὸς ἄνθρωπον ἐπ' αὐτῷ τούτῳ διὰ πολλῶν ἀγώνων ἠσκημένῃ στρατιᾷ χρώμενον κτέ.

Si quid video, praepositio ἐπί est eximenda: quod Hannibal milites multis exercitatos proeliis habebat, eius rei *haec ipsa causa* erat quod hactenus hostes eius, cum praelium esset evitandum, cum eo conflixerant.

C. IV Postquam narratum est in libris Sibyllinis inventa esse quaedam quae cladem praesentem (ad lacum Thrasymenum) significarent, sequitur:

„καὶ τὸ μὲν γνωστὸν οὐκ ἦν ἑτέρῳ πυθέσθαι. Προσελθὼν δὲ ὁ δικτάτωρ εἰς τὸν ὄχλον votum fecit omnium boum oviumque qui hoc anno essent nascituri".

Nonne pro γνωστόν (v. l. γνωσθέν) legendum est ἀναγνωσθέν? Neminem certiorem fecit dictator de rebus quae legerentur in libris illis.

Quod autem dicitur Fabius vovisse omnem

ἐπιγονήν, ὅσην Ἰταλίας ὄρη καὶ πεδία καὶ ποταμοὶ καὶ λειμῶνες ... θρέψουσι

sciolo ineptum istud καὶ ποταμοί reddendum censeo. Nemo enim, ut opinor, unquam pisces vovit.

ib. *Λόγον δὲ τῆς εἰς τοῦτο τοῦ πλήθους ἀκριβείας καὶ διανομῆς χαλεπόν ἐστιν εἰπεῖν.*

Sermo est de pecunia, quam ludis votivis Fabius destinaverat (333 sestertia et 333⅓ denarios). Ergo quid sibi velint *τοῦ πλήθους* et *διανομῆς* perspicuum est: agitur de numero ternario et de parte illa tertia. Sed *εἰς τοῦτο* corruptum videtur.

C. V *τῶν μὲν οὖν πολλῶν ὁ Φάβιος τὴν γνώμην ἀπαρτήσας πρὸς τὸ θεῖον, ἡδίω πρὸς τὸ μέλλον ἐποίησεν.*

Rectene *ἡδίω*? Requiritur fere *confidentiorem* vel *laetiorem.* Paulo post Fabii ratio sic exponitur:

*ἀεὶ μετέωρος ἀπὸ τῆς ἵππου τῶν πολεμίων ἐν τόποις ὀρεινοῖς στρατοπεδεύων ἐπηωρεῖτο.*

Mire dicte haec et minime perspicua.

ib. Omnibus modis assiliens Hannibal Fabium a proposito abducere conabatur

*τῷ δὲ ἡ μὲν κρίσις πίστιν ἔχοντι τοῦ συμφέροντος ἐν ἑαυτῇ βέβαιος εἱστήκει καὶ ἀμετάπτωτος.*

Obscura haec et, ut ego censeo, corrupta.

C. VI *ἔστι δὲ ἡ χώρα τὰ μὲν ἄλλα περιστεφὴς ὄρεσιν. αὐλὼν δ' ἀναπέπταται πρὸς τὴν θάλατταν, ἔ ν θ α τ ὰ ἕ λ η κ α τ α δ ί δ ω σ ι τοῦ ποταμοῦ περιχεομένου.*

Vocabula notata corrupta videntur.

ib. Boves illi, quorum cornua ardentibus stipulis erant circumdata, cum ignem sentirent, dolore

*διαφέρουσαι καὶ τινάσσουσαι τὰς κεφαλάς κτέ.*

Haud dubie vitio laborat *διαφέρουσαι.*

C. VIII Metilius tribunus plebis non iam ignaviae sed proditionis Fabium accusabat

*συναιτιώμενος ἅμα καὶ τῶν ἄλλων ἀνδρῶν τοὺς δυνατωτάτους καὶ πρώτους ἐπαγαγέσθαι τὸν πόλεμον.*

Istud *ἀνδρῶν* tam misere languet ut aliud quid a Plutarcho scriptum credam.

C. IX *ὁ Φάβιος προσελθὼν ἀπολογεῖσθαι μὲν οὐδὲν ἐμέλλησε πρὸς τὸν δήμαρχον* (qui eum in invidiam oratione sua adduxerat) *ἔφη δὲ τάχιστα τὰς θυσίας καὶ τὰς ἱερουργίας γενέσθαι, ὥστε ἐπὶ τὸ στράτευμα βαδιεῖσθαι τῷ Μινουκίῳ δίκην ἐπιθήσων.*

Primum hic egregium orationis flosculum restitue *οὐδ' ἐμέλλησε* legendo: de ea re ne cogitabat quidem, eiusmodi refutare calumnias se indignum ratus. Cetera sic emendanda censeo ut haec evadat sententia: dixit se, *ubi primum res sacra esset perfecta,* ad exercitum profecturum ut poenam sumeret de Minucio (qui iniussu suo proelium commisisset).

ib. De dictatore senatus legendi causa creato haec narrantur: *ἐπεὶ προῆλθε καὶ κατέλεξε τοὺς ἄνδρας καὶ συνεπλήρωσε τὴν βουλήν.*

Quid est *προῆλθε*? An legendum *παρῆλθε*: „in tribunal escenderat"?

C. XI Minucius, simul cum Fabio dictator iam factus *παραλαβὼν τὴν ἀποκληρωθεῖσαν δύναμιν κτἑ.*

At in praecedentibus nulla fit *sortis* mentio, sed primam et quartam legionem Fabius *ἔλαβε*, secundam et tertiam Minucio *παρέδωκεν.*

C. XIII Post *ἐπαινεῖν* inserendum esse *ἔχειν*, pro *Φιλοτιμούμενον* legendum *Φιλοτιμεῖσθαι*, et *ἡττημένους* pro *ἡττωμένους* demonstravi Mnem. 1902 p. 178.

C. XIV Clamabat Terentius Varro:

*μένειν τὸν πολεμον*

quamdiu respublica Fabiis ducibus uteretur. Immo *μενεῖν*, v. sequentia *ὄψεσθαί τε καὶ νικήσειν.*

Ib. His verbis Fabius suam sententiam et de Hannibale et de Terentio Varrone aperit

*σπεύδειν μάχην γενέσθαι τὸν μὲν οὐκ αἰσθανόμενον τῆς δυνάμεως τὸν δ' αἰσθανόμενον τῆς περὶ αὐτὸν ἀσθενείας.*

Ut ex ineptiis praeclara surgat sententia, *τῆς δυνάμεως* exime: uterque laborabat infirmitate, copiarum et pecuniae Hannibal,

consilii pudentiaeque Varro, sed hic infirmitatem suam non noverat, ille noverat.

ib. Ad demonstrandum mora Hannibalem nihil proficere sed multa perdere, et alia affert et hoc Fabius:

*ᾧ γε τῶν μὲν πολεμίων οὐδεὶς προσκεχώρηκε.*

Pro *πολεμίων* requiritur vox, quo Romanorum socii aliique Italiae popul significentur.

C. XVI Qua fuerit corporis animique conditione post Cannas Aemilius Paulus consul pulchre describitur sed quid ibi sit

*βελῶν τε πολλῶν ἐπὶ τοῖς τραύμασιν ἐγκειμένων*

prorsus me latet.

*καὶ μετὰ τὴν μάχην οἱ ληφθέντες ἐπ' ἀμφοτέροις τοῖς στρατοπέδοις μυρίων οὐκ ἐλάττους.*

Tam parum eleganter haec praecedentibus annectuntur ut vitium latere suspicer, sive pro *οἱ ληφθέντες* legendum est *ἐλήφθησαν*, sive in fine sententiae *ἦσαν* est addendum.

C. XVII *συστάσεις τῶν εἰς τὸ δημόσιον ἐπὶ κοινοῖς ὀδυρμοῖς ἐκφερομένων.*

Praestet simplex *φερομένων.*

C. XIX Persuasum erat Fabio, si nemo proelium cum Hannibale committeret, illum

*αὐτὸν ἐπηρεάσειν ἑαυτῷ καὶ κατατριβήσεσθαι περὶ τὸν πόλεμον, ὥσπερ ἀθλητικοῦ σώματος τῆς δυνάμεως ὑπερτόνου γενομένης καὶ καταπόνου, ταχύτατα τὴν ἀκμὴν ἀποβαλόντα.*

Haec non concoquo.

ib. Iure Posidonius statuit

*κιρναμένην τὴν Φαβίου βεβαιότητα καὶ ἀσφάλειαν τῇ Μαρκέλλου συνηθείᾳ σωτήριον γενέσθαι τοῖς Ῥωμαίοις.*

Pro *συνηθείᾳ* aliud quid requiritur, quod Marcelli ingenium vehemens et pugnax indicet.

C. XX *τὰς δὲ ἀποστάσεις τῶν πόλεων καὶ τὰ κινήματα τῶν συμμάχων ὁ Φάβιος μᾶλλον ᾤετο δεῖν ἠπίως ὁμιλοῦντα καὶ πρᾴως*

*ἀνείργειν καὶ δυσωπεῖν, καὶ χαλεπὸν ὄντα παντάπασι τοῖς ὑπόπτοις.*

Pugnant inter se *δυσωπεῖν* verbum et lenitas illa comitasque, quae adverbiis *ἠπίως* et *πρᾴως* significatur. Deinde *adversus suspectos* esse quam molestissimum res est quam Fabius, ut opinor, non improbasset. Postremo *μᾶλλον* nil habet quo referatur. Lege: *ἀνείργειν ἢ δυσωπεῖν πᾶσαν ὑπόνοιαν ἐλέγχοντα καὶ χαλεπὸν ὄντα παντάπασι τοῖς ὑπηκόοις.* Maluit comitate efficere ne fierent defectiones quam terrorem spargere dum in omnem suspicionem inquireret et sic omnibus *sociis* (hi enim apte vocabulo *ὑπηκόοις* significantur) molestias exhiberet.

ib. Cognito militem quendam, Marsum natione, de defectione cum aliis militibus egisse, eum

*οὐ διηρέθισεν.*

Hoc verbum ut recte habeat metuo.

C. XXI Scripsitne Plutarchus *εἰς Τάραντα*: Tarenti?

C. XXIII Aiunt Hannibalem, Tarentum ad Romanos defecisse cognito, palam Fabii prudentiam esse admiratum

*ἰδίᾳ δὲ τὸ πρῶτον αὐτῷ παραστῆναι πρὸς τοὺς φίλους εἰπεῖν*

se nunc intelligere praesentibus copiis Italiam superari non posse.

Lege *τότε πρῶτον.*

C. XXV Longa sententia, a qua hoc caput incipit, non bene decurrit et *πράγματα λαμπρὰ Ῥωμαίοις κτήσασθαι* absurdum videtur; neque tamen in promptu est emendatio.

C. XXVI *αὐτοκρατόρων αἵματι* [*καὶ δικτατόρων*].

*Comparatio Periclis et Fabii Maximi* c. I *ἐν τῷ καθ' ἑαυτὸν ὁρμωμένῳ καὶ βεβηκότι τὴν πόλιν ἀντιλαμβανόμενος.*

Pro *ὁρμωμένῳ* Reiskius *ἐρρωμένῳ*, recte, ut opinor, si simul *ἐν* delevisset.

C. III Admodum suspecta sunt quae de Tolmide leguntur:

*αὐτὸν* (sc. Periclem) *ἐκφυγὼν καὶ διωσάμενος βίᾳ προσέπταισε Βοιωτοῖς.*

ib. Adiectivum *ἀσύγκριτον* nescio an nos cogat *πρὸς ἐκεῖνα*, quod paulo ante legitur, delere.

*Alcibiades* I (*τὸ Ἀλκιβιάδου κάλλος*) formosum eum praestitit puerum, iuvenem, virum

*πάσῃ συνανθῆσαν [τῇ] ἡλικίᾳ καὶ ὥρᾳ τοῦ σώματος.*

Deleatur articulus inclusus.

ib. *τῇ δὲ φωνῇ καὶ τὴν τραυλότητα ἐμπρέψαι λέγουσι καὶ τῷ λάλῳ πιθανότητα παρασχεῖν χάριν ἐπιτελοῦσαν.*

Ultima sententiae pars quo modo sit accipienda dubito, sed suspicor totum illud *χάριν ἐπιτελοῦσαν* nihil aliud esse nisi praecedentis *πιθανότητα* interpretamentum. „Persuadendi vis" satis accurate sic explicatur: „gratia efficax". Praeterea notetur hiatus in *τραυλότητα ἐμπρέψαι.*

Quae in fine capitis leguntur ea ita emendanda et distribuenda ut etiam verba

*ὅπως . . . εἶναι*

poetae comico reddantur.

C. II *ἔτι δὲ μικρὸς ὢν ἔπαιξεν ἐν τῷ στενωπῷ.*

Immo *ἐν τῳ στενωπῷ.* Quod traditum est puerulum de pauperrima decet plebe; hunc enim „in *suo* angiporto ludere" dicere solemus.

ib. Causam cur tibiis canere nollet hanc reddere Alcibiades solebat quod

*αὐλοὺς φυσῶντος ἀνθρώπου [στόματι] καὶ τοὺς συνήθεις ἂν πάνυ μόλις διαγνῶναι τὸ πρόσωπον.*

Deleatur ineptum emblema. Praeterea dicebat

*τὸν αὐλὸν ἐπιστομίζειν καὶ ἀποφράττειν ἑκάστου τήν τε φώνην καὶ τὸν λόγον ἀφαιρούμενον.*

Ultimum vocabulum abiiciendum censeo.

C. IV *ἤδη δὲ πολλῶν καὶ γενναίων ἀθροιζομένων καὶ περιεπόντων κτέ.*

Sermo est de amatoribus, ergo quid sibi *ἀθροιζομένων* velit non video.

ib. *οὐδένα γὰρ ἡ τύχη κτἑ.*

Sequitur longe sententia, quae apte decurrere non videtur nisi pro *τοσοῦτον* scribamus *τοσούτοις*, quo sequens *ὅσοις* referatur.

ib. *οὐδὲ Φιλημάτων καὶ ψαύσεως προσαιτοῦντος κτἑ.*

Genitivis abundat haec sententia, sed hi quidem errore nati videntur hominis structuram sententiae non perspicientis. Rescribendum ergo *Φιλήματα καὶ ψαύσεις*. Non enim *προσαιτεῖν* genitivum ex se pendentem habet.

C. V Quae illa fuerit publicanorum Atheniensium ratio *ταῖς δευτέραις ὠναῖς χρεωλυτεῖν τὰς πρώτας* non video. Nemo decoqueret, si *emendo* vel *conducendo* debita solvi possent.

C. VI „Haud dubie voluptatibus quoque capiebatur Alcibiades". Quae sequuntur non concoquo:

*ἡ γὰρ ὑπὸ Θουκυδίδου λεγομένη παρανομία εἰς τὸ σῶμα τῆς διαίτης ὑποψίαν τοιαύτην δίδωσιν.*

ib. *ὁσάκις ἂν λάβοι.* Aliquo modo efficiendum ut gravis hic soloecismus e Plutarchi libris eximatur.

C. VII Magistrum dicentem habere se Homerum a se emendatum sic Alcibiades corripuit:

*εἶτα γράμματα διδάσκεις Ὅμηρον ἐπανορθοῦν ἱκανὸς ὤν;*

Haec intelligo, non ea quae adduntur: *οὐχὶ τοὺς νέους παιδεύεις;*

C. VIII *ὁ δὲ Καλλίας ἐπιβουλὴν δεδοικὼς κτἑ.*

Quae hic de Callia narrantur quomodo cohaereant cum praecedentibus non video.

C X Narratio de Alcibiade, forte accedente cum *ἐπίδοσις* fiebat, qua re cognita Alcibiades et ipse pecuniam contulit, deque populi ob eam rem plausu Alcibiadisque gaudio, quo factum est ut coturnicem suam e pallio omitteret, quam deinde omnes persecuti sunt, Antiochus prehendit, sic incipit:

*πρώτην δ' αὐτῷ πάροδον εἰς τὸ δημόσιον γενέσθαι λέγουσι μετὰ χρημάτων ἐπιδόσεως.*

Satis est vel ipsam narrationem vel argumentum eius, quod ego dedi, legisse, ut sentias quam languidum sit istud *μετὰ χρημάτων ἐπιδόσεως*. Immo ne ferendum quidem est. Aut ergo in vacuum irrepsit locum aut sede sua pulit aliqua ipsius Plutarchi verba, quorum sententia haec fere fuit: *cum risu iocoque*.

ib. *ζητῶν δὲ μὴ μόνον ἃ δεῖ λέγειν ἀλλὰ καὶ ὡς δεῖ [τοῖς ὀνόμασι καὶ τοῖς ῥήμασιν] οὐκ εὐπορῶν δέ.*

Eiiciantur quae inclusimus. Post *δεῖ* sententia inciditur, ergo hic non est cur hiatus vitetur.

C. XIII Phaeax

*ἐντευκτικὸς ἰδίᾳ καὶ πιθανὸς ἐδόκει μᾶλλον ἢ φέρειν ἀγῶνας ἐν δήμῳ δυνατός.*

Locutio *φέρειν ἀγῶνας* suspecta est.

ib. *τὸ ὄστρακον ... ᾧ κολούοντες ἀεὶ τὸν προὔχοντα δόξῃ καὶ δυνάμει τῶν πολιτῶν ἐλαύνουσι.*

Immo *τὸν ἀεὶ προὔχοντα.*

C. XIV Niciae et alia multa vitio dat Alcibiades et

*Ἀθηναίους κωλύειν τὸν βουλόμενον τῶν Ἑλλήνων φίλον εἶναι καὶ σύμμαχον.*

Vulgo recte legitur *Ἀθηναίοις*, ergo quid sibi Sintenisius velit *Ἀθηναίους* e codicibus reponens me quidem latet. Sed praeterea *κωλύει* legendum censeo. Sic enim sententia decurrit: *ὅτι ... οὐκ ἠθέλησεν ... εἶτ' ἔπεισεν ... Ἀθηναίοις δὲ κωλύει.* Dudum hoc Reiskius Coraes Schaeferus viderunt.

ib. Mire dictum *ἐν λόγοις γενέσθαι πρὸς αὐτόν.*

ib. Narrationem de Spartanorum legatis, quibus Alcibiades persuasit ut quod pridie dixissent negarent, sic Plutarchus claudit:

*τὸν δὲ Νικίαν ἔκπληξις εἶχε καὶ κατήφεια τῶν ἀνδρῶν τῆς μεταβολῆς ἀγνοοῦντα τὴν ἀπάτην καὶ τὸν δόλον.*

Genitivus *τῆς μεταβολῆς* unde pendet? Num a *τὴν ἀπάτην καὶ τὸν δόλον*? Vix credibile hoc. Plutarchum dedisse censeo *ἀγνοοῦντα τὴν αἰτίαν*, sed interpretamento *τὴν ἀπάτην καὶ τὸν δόλον* genuina verba loco mota esse.

C. XVII Alcibiades

*ἀρχὴν εἶναι πρὸς ἃ ἤλπιζε διενοεῖτο τῆς στρατείας, οὐ τέλος, ὥσπερ οἱ πολλοὶ, Σικελίαν.*

Cum magno sententiae emolumento istud *πρὸς ἃ ἤλπιζε* eiiciatur.

ib. Iuvenes, instante expeditione Siciliensi, per se ipsi spei pleni erant et praeterea

*τῶν πρεσβυτέρων ἠκροῶντο πολλὰ θαυμάσια περὶ τῆς στρατείας περαινόντων.*

Vix sanum hoc loco *περὶ τῆς στρατείας* videtur. Mirer ni errore e proxime praecedentibus repetita vox *στρατείας* expulerit eam quam Plutarchus dedit.

ib. *ἔνιοι δέ φασι προσποίημα μὲν μανίας μηδὲν ἐσκευάσθαι τὸν Μέτωνα.*

Mire dictum hoc.

C. XVIII *ἔγραψε τῶν ῥητόρων Δημόστρατος [καὶ εἶπεν].*

Deleatur emblema.

ib. Erant qui dicerent Hermarum mutilationem non esse rem gravem portentumve

*ἀλλ' οἷα φιλεῖ φέρειν ἄκρατος ἀκολάστων νέων εἰς ὕβριν ἐκ παιδιᾶς ὑποφερομένων.*

Hic *ἄκρατος* sensu *temulentiae* accipiendum videtur.

C. XIX *παρίσταντο τῷ καιρῷ πρὸς τὴν ἀπολογίαν.*

Significatne hoc: „in tempore ad causam suam agendam aderant"?

ib. *ἠθροισμένης τῆς στρατιᾶς καὶ τῶν συμμάχων.*

Addendum videtur *παρόντων.*

C. XX *ἤχθοντο δὲ τὸν Ἀλκιβιάδην μὴ λαβόντες ὑπὸ τὰς ψήφους τότε.*

Hic *λαβεῖν ὑπὸ τὰς ψήφους* significare videtur „de reo sententias ferre", quemadmodum ex *τότε* et ex participio *praeteriti* temporis apparet. Sed legi aliquid hic malim in hanc sententiam: poenitebat Athenienses quod *tunc* (i. e. antea) Alcibiadem non

tanto crimine damnassent, neque *nunc* eum suis tabellis obnoxium haberent.

ib. *θόρυβον μὲν παρέσχε* ...
Non bene decurrit sententia.

ib. (*ὁ δῆμος*) *οὐκ ἐπαύσατο Φέρων καὶ καταβάλλων εἰς τὸ δεσμωτήριον οὗ τις κατεῖποι.*
Quam vim hic habeat verbum *Φέρειν* et quam compositum *καταβάλλειν* (exspectes enim *ἐμβάλλειν*) non video.

C. XXI Populus Atheniensis
*ἀπέστειλε τὴν Σαλαμινίαν πρὸς αὐτὸν, οὐ Φαύλως αὐτό γε τοῦτο προστάξας, μὴ βιάζεσθαι μηδ' ἅπτεσθαι τοῦ σώματος, ἀλλὰ τῷ μετρίῳ λόγῳ κεχρῆσθαι κελεύοντας ἀκολουθεῖν ἐπὶ κρίσιν καὶ πείθειν τὸν δῆμον.*
Vehementer tota displicet sententia, certe pro *πρὸς αὐτόν* legendum est *ἐπ' αὐτόν.*

C. XXII Nunquam ineptius vidi emblema quam quod nunc apud Plutarchum legitimam corrumpit formulam *τὼ θεώ* [*τὴν Δήμητρα καὶ τὴν Κόρην*].

C. XXIII Condemnatus Alcibiades Spartam mittit, impunitatem petens et multa magnaque promittens.
*Δόντων δὲ τῶν Σπαρτιατῶν καὶ δεξαμένων παραγενόμενος προθύμως ἓν μὲν εὐθὺς ἐξειργάσατο κτἑ.*
Enumerantur deinceps eae res quibus bene de Spartanis meruit Alcibiades. Inepte dicitur *laetus lubensque* venisse Alcibiades, qui *nisi fide data* Spartam ire noluerit. Sed *laeti lubentesque* Spartani eius acceperunt conditiones, sic se hostibus superiores fore rati.
Lege ergo *δεξαμένων προθύμως, παραγενόμενος κτἑ.*

ib. *ἐν γοῦν τῇ Λακεδαίμονι πρὸς τὰ ἔξωθεν ἦν εἰπεῖν· οὐ παῖς Ἀχιλλέως, ἀλλ' ἐκεῖνος εἴη ἂν αὐτός.*
Adiecta his *οἷον Λυκοῦργος ἐπαίδευσε* quid sibi velint me non perspicere fateor.

C. XXV *ὥστ' ἀποβλέπεσθαι τὸν Ἀλκιβιάδην ἑκατέρωθεν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων.*

Quid hic ἑκατέρωθεν significat? An: „et a Spartanis et ab Atheniensibus"?

C. XXX Σηλυβρίαν εἷλεν ἀφειδήσας ἑαυτοῦ παρὰ τὸν καιρόν.

Cur παρὰ τὸν καιρὸν fecisse illud Alcibiades dicitur? E sequenti narratione id non apparet: ibi enim qui urbem Alcibiadi prodebant maturius quam constituerant signum ei dare coacti esse dicuntur. In illos ergo utcunque sed nullo modo in Alcibiadem istud π. τ. κ. cadit. Vitium latere suspicor.

C. XXXIV Alcibiadis successus magnos spiritus dederat militibus, quibus praefuerat,

τοὺς δὲ φορτικοὺς καὶ πένητας οὕτως ἐδημαγώγησεν, ὥστ' ἐρᾶν ἔρωτα θαυμαστὸν ὑπ' ἐκείνου τυραννεῖσθαι καὶ λέγειν ἐνίους καὶ προσιέναι παρακελευομένους ὅπως κτέ.

In his primum displicet φορτικούς de hominibus tenuioribus positum, cf. c. XXXV quod recte de Antiocho dicitur ἀνόητος καὶ φορτικός. Deinde languida verba λέγειν καὶ προσιέναι. In fine sententiae quid pro ὡς ἂν πράξῃ καὶ χρήσηται legendum sit nescio; vereor ut recte Sintenisius correxerit ὡς ἂν παραστῇ χρήσηται vel ὡς ἂν παράσχῃ χρήσηται.

C. XXXV Primores civitatis, veriti ne Alcibiades tyrannidem affectaret, perfecerunt ut quam primum vela daret

τά τ' ἄλλα ψηφισάμενοι καὶ συνάρχοντας οὓς ἐκεῖνος ἠθέλησεν.

Excidit hic ἑλόμενοι aliudve verbum in eandem sententiam.

ib. Recte de Alcibiadis gloria (δόξα) haec dici:

μεγάλη γὰρ οὖσα καὶ τόλμης καὶ συνέσως γέμουσα

non credo.

C. XXXVII Quid inter χρήματα ἄγειν et χ. κομίζειν interest?

ib. Ad Artaxerxem regem proficisci Alcibiades decernit, suam quam Themistoclis causam meliorem arbitratus:

οὐ γὰρ ἐπὶ τοὺς πολίτας ὡς ἐκεῖνον, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἐπὶ τοὺς πολεμίους ὑπουργήσειν καὶ δεήσεσθαι τῆς βασιλέως δυνάμεως.

Verbum ὑπουργήσειν suspicione non caret.

C. XXXVIII *οἷς οὐκ ἐχρήσαντο σώζεσθαι δυνάμενοι λογισμοῖς ἀπολωλότων ἤδη τῶν πραγμάτων συνίεσαν ὀλοφυρόμενοι καὶ διεξιόντες τὰς ἁμαρτίας αὑτῶν καὶ ἀγνοίας κτέ.*

Videndum an inter *πραγμάτων* et *συνίεσαν* exciderit *χρώμενοι*.

ib. Lysandrum Critias monuit *ὡς Ἀθηναίων οὐκ ἔστι δημοκρατουμένων ἀσφαλῶς ἄρχειν Λακεδαιμονίοις τῆς Ἑλλάδος.*

Requiritur *Λακεδαιμονίους*.

C. XXXIX Verborum *ἀλλὰ τὴν μὲν ὄψιν οὐ πολὺ γενέσθαι πρὸ τῆς τελευτῆς* quae est sententia? Intelligerem si aliquid huiuscemodi esset additum: „qualecunque fuit'' (illud somnium).

*Coriolanus* c. I *τραφεὶς ὑπὸ μητρὶ χήρᾳ πατρὸς ὀρφανός.*

Mira, hercle, verborum ubertas! An illud *πατρός* tantummodo ad hiatum explendum est additum?

C. II Belli studiosissimus Coriolanus cum esset, iam a puero arma tractabat; ratus tamen nullum eorum usum esse, nisi quis antea naturalia haberet arma parata, tam strenue corpus exercitabat *ὥστε καὶ θεῖν ἐλαφρὸν εἶναι καὶ βάρος ἔχειν ἐν λαβαῖς καὶ ἐν διαπάλαις πολέμου δυσεκβίαστον.*

Quantocius hinc *πολέμου* facessat: non enim ad bellum pertinent haec, sed ad ea quibus se bello parabat.

C. III Cur *querna* potissimum corona apud Romanos summum fuerit virtutis praemium, ita auctor explicat ut ipsius quercus in variis rebus laudet praestantiam. Sic et *ὄψον παρεῖχε τὰ πλεῖστα τῶν νεμομένων τε καὶ πτηνῶν θήρας ὄργανον φέρουσα τὸν ἰξόν.*

Quis unquam de boum oviumque (*τῶν νεμομένων*) audivit *venatione*, eaque quae *ἰξῷ* fiebat? Equidem totum istud *νεμομένων τε καί* e varia lectione *πετομένων* natum censeo.

C. IV Coriolanus novae recentisque semper gloriae appetens *ἀριστείαις ἀριστείας συνῆπτε καὶ λάφυρα λαφύροις ἐπέφερε καὶ*

*τοῖς προτέροις ἀεὶ τοὺς ὑστέρους ἡγεμόνας εἶχε περὶ τῆς ἐκείνου τιμῆς ἐρίζοντας καὶ μαρτυρίας ὑπερβαλέσθαι.*

Corrupta haec esse et videt quivis et indicio hoc est quod etiam proxime praecedens sententia vocabulo *ὑπερβαλέσθαι* finitur. Quid sit legendum dubito, sed non displicet *περὶ τῆς ἐκείνου τιμῆς μαρτυρίαις ἐρίζοντας*. Testimoniis de Coriolani virtute inter se certabant priores posterioresque eius duces.

ib. Epaminondas hanc felicitatem maxime faciebat quod victoria a se reportata et pater et mater gaudere possent:

*ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἀμφοτέρων ἀπέλαυσε τῶν γονέων συνηδομένων καὶ συνευημερούντων, Μάρκιος δὲ τῇ μητρὶ καὶ τὰς τοῦ πατρὸς ὀφείλειν χάριτας οἰόμενος οὐκ ἐνεπίμπλατο τὴν Οὐολυμνίαν εὐφραίνων καὶ τιμῶν.*

*Gratias?* Immo gaudia. Lege ergo *χαράς*.

C. V Divites *τὰ σώματα καθείργνυσαν αὐτῶν* (sc. debitorum) *ὠτειλὰς ἔχοντα τετρωμένων.*

Pro ultimo vocabulo exstat et alia lectio *τραυμάτων*, quae certe melior est. Sed optimum factu videtur istud *τετρωμένων* una delere litura.

C. IX *ὁ δὲ Μάρκιος ἠρώτησε τὸν Κομίνιον πῶς διακεκόσμηται τὰ τῶν πολεμίων ὅπλα καὶ ποῦ τέτακται τὸ μαχιμώτατον.*

Ecquid *ὅπλα* delendum?

C. X *τῇ δ' ὑστεραίᾳ τοῦ Μαρκίου παραγενομένου καὶ τῶν ἄλλων ἀθροιζομένων πρὸς τὸν ὕπατον ἀναβὰς ἐπὶ τὸ βῆμα κτέ.*

Nonne post *ἀναβάς* inserendum *οὗτος* est?

C. XIII Cum Velitrani petissent ut in suam urbem, morbo exhaustam, coloniam mitterent Romani, opportunissima ea res prudentibus visa est: putabant enim turbulentissimis e plebe hominibus eo missis et frumenti inopiae et tumultibus plebeiorem finem impositum iri:

*ἐνίσταντο δὲ λοιπὸν οἱ περὶ Σικίννιον καὶ Βροῦτον δημαγωγοὶ βοῶντες ἔργον ὠμότατον αὐτῷ τῷ πρᾳοτάτῳ τῶν ὀνομάτων ἀποικίαν προσαγορεύσαντας ἀνθρώπους πένητας ὥσπερ εἰς βάραθρον ὠθεῖν,*

*ἐκπέμποντας εἰς πόλιν ἀέρος τε τοῦ νοσεροῦ καὶ νεκρῶν ἀτάφων γέμουσαν κτέ.*

Ne infinitivus *ὠθεῖν* suo sibi careat subiecto, pro *αὐτῷ* legatur *αὐτούς*, et pro *νοσεροῦ*, ut praecedentis articuli constet ratio, *νοσερωτάτου*.

C. XV *τὸ νικᾶν καὶ κρατεῖν ἁπάντων πάντως ἀνδρείας ἔργον ἡγούμενος, οὐκ ἀσθενείας καὶ μαλακίας κτέ.*

Ergone *ubique omnes vincere* unquam dici potest *infirmitatis* et *mollitiae* esse?

ib. Cum in petitione consulatus repulsam tulisset Coriolanus, vehementer iuvenes patricii indignabantur ipsumque incitabant: *ἦν γὰρ ἡγεμὼν αὐτοῖς καὶ διδάσκαλος εὐμενὴς τῶν πολεμικῶν ἐν ταῖς στρατείαις καὶ ζῆλον ἀρετῆς ἄνευ φθόνου πρὸς ἀλλήλους γαυρῶσαι τοὺς κατορθοῦντας.*

Arena sine calie!

C. XVI Magna frumenti copia Romam advecta spe implet cives:

*εὐθὺς οὖν* (*τῆς* insero) *βουλῆς ἀθροισθείσης περιχυθεὶς ὁ δῆμος ἔξωθεν ἐκαραδόκει τὸ τέλος ἐλπίζων ἀγορᾷ τε χρήσεσθαι φιλανθρώπῳ καὶ προῖκα τὰς δωρεὰς νεμήσεσθαι.*

Pro inepto *τέλος* lege cum codice C *μέλλον*. Quid sit *αἱ δωρεαὶ προῖκα νέμονται* ignorare me fateor.

Et erant revera in senatu qui eiusmodi erga plebem liberalitatem suaderent; at Marcius surrexit et

*σφόδρα καθήψατο τῶν χαριζομένων τοῖς πολλοῖς, δημαγωγοὺς καὶ προδότας ἀποκαλῶν τῆς ἀριστοκρατίας καὶ σπέρματα πονηρὰ θρασύτητος καὶ ὕβρεως εἰς ὄχλον ἀφειμένα τρέφοντας καθ' αὑτῶν.*

Hactenus omnia recte procedunt; sed sequitur:

*ἃ καλῶς μὲν εἶχε μὴ περιιδεῖν ἐν ἀρχῇ φυόμενα, μηδ' ἰσχυρὸν ἀρχῇ τηλικαύτῃ ποιῆσαι τὸν δῆμον, ἤδη δὲ καὶ φοβερὸν εἶναι τῷ πάντα βουλομένοις αὐτοῖς ὑπάρχειν.*

Quae corrupta esse et e repetitione *ἀρχῇ* ... *ἀρχῇ* apparet et ex inepta sententiae structura; si iam structa dici possunt vocabula temere coniecta.

Tum paucis interiectis haec adduntur:

*ἐπιδόσεις μὲν οὖν καὶ διανομὰς ... καθέζεσθαι ψηφιζομένους ἔφη παντελῶς εἰς κοινὸν ὄλεθρον τὴν ἀπείθειαν αὐτῶν ἐφοδιάζειν.*

Miram hic verbum *ἐφοδιάζειν* structuram habet; at haec fortasse ferenda. Nulla vero vocabulis citatis extundi potest sententia nisi *καθέζεσθαι* delemus.

C. XVII Cognito de frumento dividendo senatum in alia omnia abire, irata plebs irruere in curiam parabat,

*οἱ δὲ δήμαρχοι τοῦ Μαρκίου τὴν αἰτίαν ἐποιοῦντο κτἑ.*

Post *Μαρκίου* inserendum *μόνου* censeo.

C. XVIII Pro *παρρησίας* legendum esse *ἀπολογίας* demonstravi Mnem. 1904 p. 80.

ib. Longa sententia, quae est ab *ἁπτομένων* ad *ἀποδόντας*, lacera et confusa videtur: in verbis *καταμιγνύντες ἑαυτοῖς τὸν Μάρκιον* desidero verbum finitum, in verbis *οὐκ ἔστιν ἐξαγαγεῖν* praesentis *ἔστιν* rationem non perspicio. Et sunt alia eiusmodi.

C. XIX *τότε μὲν οὖν ἠγάπησαν οἱ πατρίκιοι τὴν διάλυσιν καὶ τὸν Μάρκιον ἀσμένως ἔχοντες ἀπῆλθον.*

Neque haec sana videntur: corrigi possunt inter se transponendis adverbio et participio.

C. XX *ἐπαινοῦντι τοὺς στρατευσαμένους ἐθορύβησαν αὐτῷ πλείους ὄντες οἱ μὴ στρατευσάμενοι.*

Nonne *ἐπεθορύβησαν*?

C. XXI In exsilium missus Coriolanus solus per aliquot dies substitit in praedio rustico; tum

*ὑπὸ πολλῶν διενεχθεὶς λογισμῶν, οἵους ὁ θυμὸς ὑπέβαλλεν, ὥστ' οὔτ' εἰς καλὸν οὔτε συμφέρον οὐδὲν, ἀλλ' ἢ τὸ Ῥωμαίους μετελθεῖν, ἐγίνωσκε πόλεμόν τινα βαρὺν καὶ ὅμορον ἀναστῆσαι ἐπ' αὐτούς.*

Haec tum demum recte dicta erunt, si *ὥστε* exemerimus.

C. XXIII Ad hostes Coriolanus confugit idque ad suum sibi inimicum Tullum Amphidium; ibi velato capite in ara considit. Rogatusque quis esset, abiecto velamine

*εἰ μήπω με γινώσκεις, ὦ Τύλλε, εἶπεν, ἀλλ' ὁρῶν ἀπιστεῖς, ἀνάγκη με κατήγορον ἐμαυτοῦ γενέσθαι.*

Pro *ἀλλ' ὁρῶν* legendum opinor *ἢ ὁρῶν*. Fieri poterat ut Tullus aut Coriolanum non agnosceret, aut agnosceret quidem sed ipse oculis suis fidem non haberet.

C. XXIV *Τὴν δὲ Ῥώμην ἥ τε τῶν πατρικίων δυσμένεια πρὸς τὸν δῆμον οὐχ ἥκιστα τὴν τοῦ Μαρκίου καταδίκην αἰτίαν ἐχόντων ἐτάραττε κτέ.*

Quoniam, si homines dicuntur *αἰτίαν ἔχειν*, *accusari* dicuntur, si *de re* eadem locutio adhibetur, eius affertur *causa*, ne hiatus quidem me retinet quominus *αἰτίαν ἔχουσα* legendum censeam.

C. XXIV *ταῦτα πράττουσιν αὐτοῖς καὶ τὸν ἄνθρωπον αἰκιζομένοις κτέ.*

Forma ista media e sequentibus *στρεφόμενον, κινούμενον* nata videtur; Plutarchum enim *αἰκίζουσι* scripsisse opinor.

ib. *ὁ γὰρ τοῦτο παθὼν* (de furca ferenda agitur) *καὶ ὀφθεὶς παρὰ τῶν συνοίκων καὶ γειτόνων οὐκέτι πίστιν εἶχεν.*

Lege *ὑπό*. Qui a vicinis familiaribusque conspiciebatur, dum illam subibat ignominiam, fidem perdiderat.

C. XXV *σημαίνει δὲ ἡ φωνὴ* („hoc age”) *τοῦτο πρᾶττε· προσέχειν κελεύουσα τοῖς ἱεροῖς καὶ μηδὲν ἔργον ἐμβαλεῖν μεταξὺ μηδὲ χρείαν ἀσχολίας, ὡς τὰ πλεῖστα τῶν ἀνθρωπίνων ἀναγκαίῳ τινὶ τρόπῳ καὶ διὰ βίας περαινόμενα.*

Ista non intelligo. Leve hoc, sed ne Naberus quidem, ad quem me contuli, locum mihi illustrare potuit.

C. XXVIII Vastat Coriolanus agros Latinorum, ratus iis Romanos auxilio venturos, iamque Latini eos invocabant. At plebs belli minime studiosa erat et consulibus parva pars anni restabat, qua rem in discrimen adducere nolebant

*καὶ διὰ ταῦτα τοὺς Λατίνους ἀπέπεμψαν.*

Nonne *ἀπράκτους* inserendum? Re infecta legati Latinorum domum redibant.

C. XXXII *ἡ βουλὴ καθάπερ ἐν χειμῶνι πολλῷ καὶ κλύδωνι τῆς πόλεως ἄρασα τὴν ἀφ' ἱερᾶς ἀφῆκεν.*

Istud *ἄρασα* quid sibi velit non video. Deesse autem post *πόλεως* videtur *οὔσης*. Decernit ergo senatus omnes sacerdotes, solemni indutos ornatu, ad Coriolanum ire *λέγειν δὲ ταῦτα καὶ παρακαλεῖν ὅπως ἀπαλλάξας τὸν πόλεμον οὕτω διαλέγηται περὶ τῶν Οὐολούσκων τοῖς πολίταις.*

Quid hic sit *λέγειν ταῦτα* et quid *διαλέγεσθαι περὶ τῶν Οὐολούσκων* non video.

In eodem capite pro *ἄπιστον* legendum esse *ἄμοιρον* et *ἠχαῖς* pro *ἀρχαῖς* demonstravi Mnem. 1902, 318. Hic ad illud *προαιρέσεως ἄμοιρον* illustrandum affero ex *Aem. Paulo* c. 28 *ἄμοιρον σπουδῆς.*

C. XXXIII Valeria

*ὅπερ οὖν λέγω πάθος ἐξαπίνης παθοῦσα.*

Sensus est: „evenit ei, quod modo dicebam, ut divino impetu proriperetur."

„Deus nos impulit" sic Valeria matrem et uxorem Coriolani alloquitur ut a vobis petamus

*σωτηρίαν μὲν αὐταῖς καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις, ὑμῖν δὲ πεισθείσαις ἐπιφανεστέραν φέροντα δόξαν ἧς αἱ Σαβίνων θυγατέρες ἔσχον.*

Ecquid *φέρον τι* pro *φέροντα* legendum est?

Quid sibi Volumnia velit cum dicit: Coriolanus patriam

*καὶ μητρὸς καὶ γυναικὸς καὶ παίδων προετίμησιν*

non video.

C. XXXV *οὐκ ἔτλη καθεζομένῳ προσελθεῖν.*

Adde *αὐτήν.*

C. XXXV *εἰ μή σε πείσαιμι* (verba sunt Volumniae ad filium) *φιλίαν καὶ ὁμόνοιαν διαφορᾶς καὶ κακῶν θέμενον ἀμφοτέρων εὐεργέτην γενέσθαι.*

Immo *προθέμενον.*

C. XXXVI *εὐεργεσίας αἷς εὐεργετοῦνται παῖδες ὑπὸ τῶν τεκόντων.*

Immo *ἅς.*

C. XXXVIII Pro *ἀνόμοιον* legendum esse *ὅμοιον* et *συναναπείθειν τὸ σῶμα δόξειεν ἂν* pro *συναναπείθει τὴν δόξαν* demonstravi Mnem. 1902 p. 318.

*Alcibiadis et Coriolani comparatio* c. I *πολλὰ δὲ καὶ τέχνης καὶ προνοίας στρατηγοῦντες ἐπεδείξαντο.*

Nescio an propter praecedens *πολλὰ μὲν στρατιωτικῆς ἔργα τόλμης καὶ ἀνδρείας* pro *στρατηγοῦντες* legendum sit *στρατηγικῆς.*

C II *τούτῳ δὲ Φήσει τις διαΦέρειν.*

Qua ratione haec verba praecedentia annectant sequentibus non video.

C. IV *Μάρκιος μὲν οὐδὲν ἀπεδείξατο τῇ πόλει στρατηγῶν.*

Nihilne Coriolanus in imperio suo reipublicae praestitit?

ib. *δημοσίαις ἱκεσίαις καὶ δ ε ή σ ε ι πρέσβεων καὶ λιταῖς ἱερέων.*

Nonne *δεήσεσι*?

*Timoleon* c. II *ὁ δὲ Ἱκέτης . . . τοὺς Συρακοσίους ἐπῄνει καὶ τοὺς πρέσβεις εἰς Πελοπόννησον συνεξέπεμπεν.*

Sine articulo *πρέσβεις* est legendum: Syracusani legatos Corinthum miserant auxilium petentes; eorum preces adiuvare se Hicetes, Leontinorum tyrannus, simulat huic legatione viros quosdam ex suo sinu addens.

C. III *ἐν δὲ τοῖς πολέμοις* (Timoleon) *οὕτω καλῶς καὶ ὁμαλῶς ἐκέκρατο τὴν Φύσιν κτέ.*

Pro *πολέμοις* in cod. V. aperto errore legitur *πολεμίους*. Videndum annon *πολεμικοῖς* sit scribendum: e lectionum varietate satis apparet pridem alteram vocabuli partem latuisse in aliqua litura.

Ib. Fratrem Timoleon habebat Timophanem, minime sui similem *ἀλλ' ἔμπληκτον καὶ διεΦθαρμένον ἔρωτι μοναρχίας ὑπὸ Φίλων Φαύλων.*

Iam hic haereo: potest aliquis cupidine imperandi corrumpi; potest a pravis amicis corrumpi; sed quomodo duo ista com-

petant in unum non video. Sequitur, quod vinculo quidem quodam adiungi videtur, sed revera „in aëre pendet" (ut nos loquimur):

*καὶ ξένων στρατιωτικῶν περὶ αὐτὸν ὄντων ἔχειν τι δοκοῦντα ῥαγδαῖον ἐν ταῖς στρατείαις καὶ φιλοκίνδυνον.*

Haec verba Reiskii coniectura, quamvis vera certaque, *στρατιωτῶν* pro *στρατιωτικῶν* legentis, nondum in integrum restituta videntur: nam quod quis milites mercenarios circum se habet, ea res non potest esse causa cur ipse vehemens et acer in bello videatur. Suspicor *ἔρωτι μοναρχίας* esse delendum (nam regnum affectasse Timophanem deinceps narratur), tum, virgula post *ὄντων* posita (ita ut *ξένων* quoque ab *ὑπὸ* pendeat), ante *τι* inserendum *τε*, ut ab *ἔχειν* incipiat novum sententiae membrum.

C. IV Sincera esse haec, quae de Timophanis narrantur periculo:

*ὁ μὲν γὰρ ἵππος αὐτὸν ἀπεσείσατο πληγῇ περιπεσὼν εἰς τοὺς πολεμίους*

vix credo.

C. VI Timoleon occiso fratre cum cognosset factum suum a multis improbari, a matre vero se plane ob illud reiici et propelli sensisset, tristitiae plenus se abdidit in otium neque iam in conspectum hominum venire volebat:

*οὕτως αἱ κρίσεις, ἂν μὴ βεβαιότητα καὶ ῥώμην ἐκ λόγου καὶ φιλοσοφίας προσλάβωσιν ἐπὶ τὰς πράξεις σείονται καὶ παραφέρονται.*

Quid sit *αἱ κρίσεις σείονται ἐπὶ τὰς πράξεις* doceat qui sincera ea verba putat; mihi tantundem sani sensus inesse videtur quantum in rustici Aristophanei dicto *ἡ φροντὶς ἕλκει τὴν ἰκμάδ' εἰς τὰ κάρδαμα.* Sed lege *μετά* pro *ἐπί*, habebis sententiam prudentissimam prudenter enuntiatam: „iudicia nostra (quibus facere aliquid decernimus) nisi solido philosophiae nituntur fundamento, *postquam illud perfecimus* ultro citroque iactantur hominum opinionibus." Qui quamvis praeclarum facinus perfecit, sed non vera sapientia verum generoso animi impetu eo ductus, is cum illud ab aliis improbari cernit, dubius haeret utrum illi errent an ipse erraverit.

C. VII Hicetes, ipse potiri rerum cupiens, ut Timoleontem classemque avertat Corinthiis epistolam mittit

*ὡς οὐδὲν δέον πράγματα καὶ δαπανὰς ἔχειν αὐτοὺς πλέοντας εἰς Σικελίαν.*

Lege *εἰς οὐδὲν δέον*, et confer, si exemplo opus, Dem. p. 36: *χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀναλώκαμεν εἰς οὐδὲν δέον.*

C. VIII *ναῦς δὲ Κορινθίας ἔχων ἑπτά, Κορκυραίους δὲ δύο, καὶ τὴν δεκάτην Λευκαδίων προσπαρασχόντων ἀνήχθη.*

Dele *καί*, quod nunc pessime sententiam perturbat.

C. IX *καὶ σπεύδοντες ὡς τὸ πέλαγος διαπλέοντες ἐκομίζοντο παρὰ τὴν Ἰταλίαν.*

Fuerunt qui *ὡς* delerent, sed non sic sanatur locus; latet aliud quid (fere: „festinantes ut mare, quamdiu placidum esset, traiicerent").

In eqdem capite *συνῃρῆσθαι* mire ponitur:

*ὡς τοῦ πολέμου μικρὸν ἀπολείποντος συνῃρῆσθαι.*

Mihi certe ille verbi usus („ad finem perductum esse") notus non est.

ib. Hicetae proditione cognita Corinthii Siciliensium vicem dolebant

*οὓς σαφῶς ἑώρων ἆθλα λειπομένους καὶ μισθὸν Ἱκέτῃ μὲν προδοσίας, Καρχηδονίοις δὲ τυραννίδος.*

Quae sit ista Carthaginiensium tyrannis prorsus me latet. Paulo post Corinthii dicuntur venisse Hicetae copiis *στρατηγήσοντες*, quam vocem iniuria Naberus in *συστρατηγήσοντες* mutare videtur. Revera enim Corinthii in bello instanti duces futuri erant.

C. XI *φάσκοντες ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας ἥκειν καί καταλύειν τοὺς μονάρχους.*

Immo *καὶ τοῦ καταλύειν.*

C. XII *οὐδὲν οὖν ἐκείνων βελτίονα τὸν Κορίνθιον ἔσεσθαι προσδοκῶντες, ἀλλὰ ταῦτα πάλιν ἥκειν πρὸς αὐτούς κτἑ.*

Immo *ταὐτά.*

C. XII (Dionysius) *ἐπὶ μιᾶς νεὼς καὶ χρημάτων ὀλίγων εἰς Κόρινθον ἀπεστάλη.*

Immo *μετά.*

C. XIV. Alii Dionysium deiectum de fastigio deridebant, alii *πρὸς τὴν μεταβολὴν τρεπόμενοι καὶ συμπαθοῦντες ἐθεῶντο πολλὴν ἐν ἀσθενέσι τοῖς ἀνθρωπίνοις καὶ προδήλοις τὴν τῶν ἀδήλων αἰτιῶν καὶ θείων δύναμιν.*

Nescio an eiiciendum sit *τρεπόμενοι καί*, insertum ab eo qui nesciret *πρός* cum verbis lugendi iunctum fere vim *τοῦ διά* habere. Sed haud dubie pro *προδήλοις* legendum est *πρόδηλον*: infirmae sunt res humanae, magna est vis divina eaque in rebus obscuris elucet.

C. XVI *ἐγγυτέρω κατὰ μικρὸν ἐπεχείρουν.*

Requiritur „accedebant".

Ultima capitis verba *σέβεσθαι καὶ φυλάττειν*, utpote sententiam structuramque turbantia, una litura sunt delenda.

C. XVII *ἐπισφαλῶς καὶ χαλεπῶς ἀπήλλαττον.*

Quo sensu dictum hoc? Agitur de Corinthiis, urbe iam a Carthaginiensibus occupata, arcem obtinentibus, sed ibi laborantibus cibi praesertim inopia, quem c. XVIII legimus iis a Timoleonte submitti parvis navigiis, quae procella adiuvante clam accedere poterant *διὰ τῶν βαρβαρικῶν τριήρων ὑποπορευόμενα πρὸς τὸν κλύδωνα καὶ τὸν σάλον ἐκείνων διισταμένων.*

Quantocius importunum istud *ἐκείνων* eiiciatur!

C. XXII In narratione de Syracusis aliisque urbibus, quas tyrannorum tempore reliquerant incolae, qui sint *οἱ ἐν τοῖς ἐρύμασι καὶ φρουρίοις κατοικοῦντες* quaero. Videntur Timones esse qui humani generis odio in turribus quibusdam habitant, ad quas mortalis nemo accedere possit. Arcessit autem Timoleo Corintho novos cives et alias ob causas et quia

*ἡ χώρα σχολάζειν ἔμελλε.*

Quod parum verisimile videtur, nam licet quam plurimi reipublicae odio urbem vitent, tantum tamen abesse puto ut iidem et agros negligant ut illos ob eandem causam magis etiam quam antea habeant in deliciis.

C. XXII Novos ergo cives Timoleo per literas arcessit, quae cum Corinthum advenissent simul cum legatis

*οὐχ ἥρπασαν οἱ Κορίνθιοι τὴν πλεονεξίαν οὐδὲ προσεποίησαν αὐτοῖς τὴν πόλιν*

sed undique convocabant exules Sicilienses eosque invitabant ut se a Corinthiis in patriam, iam tyrannis liberam, reduci paterentur. Quid sit *ἁρπάζειν τὴν πλεονεξίαν* doceri velim. Nam „arripere occasionem *τοῦ πλεονεκτεῖν*", quod unice in hunc locum conveniret, significare posse ea verba non videntur. Ecquid *τὸν πλεονεξίας καιρόν* rescribamus?

Convocant autem ad hanc coloniam

*πρῶτον μὲν ἐπιόντες τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας Ἑλλάδι καὶ τὰς μεγίστας τῶν πανηγύρεων*

ubi Naberus pro *Ἑλλάδι* coniecit *ἅμα δέ*, vix recte si quid video. Utique enim necessarium est *Graeciam* hic nominari, quod docet sequens *ἔπειτα δὲ διαπέμποντες εἰς τὴν Ἀσίαν*. Si sanum est *ἐπιόντες*, lenissima emendatione (*Ἑλλάδος* pro *Ἑλλάδι*) totus locus in integrum restitui potest.

C. XXV Ad proelium ducentem Timoleontem mercenarii haud pauci deserunt

*ὡς οὐχ ὑγιαίνοντος τοῦ Τιμολέοντος ἀλλὰ μαινομένου παρ' ἡλικίαν καὶ πρὸς ἑπτὰ μυριάδας πολεμίων μετὰ πεντακισχιλίων πεζῶν καὶ χιλίων ἱππέων βαδίζοντος.*

Quoniam explicandum est *cur* Timoleon illis viris insanire visus sit, delendum est *καί*, quod post *ἡλικίαν* legitur.

C. XXVI Corinthii *ἱερὸν καὶ πάτριον στέμμα τοῦ σελίνου (νομίζουσιν).*

Altera lectio est *τὸ σέλινον*. Ex ambabus componi vera *τὸ σελίνου* potest.

ib. *τὸ μὲν οὖν ἔτος ἱσταμένου θέρους εἶχεν ὥραν καὶ λήγοντι μηνὶ Θαργηλίωνι πρὸς τὰς τροπὰς ἤδη συνῆπτε τὸν καιρόν.*

Mira locutio, unde me non extrico.

ib. *τοῦ ἡλίου περιφερομένου καὶ μετεωρίζοντος τὴν ἀναθυμίασιν.*

Quam vim hic verbum *περιφέρεσθαι* habeat non video.

ib. Ad proelium Timoleo milites adhortabatur voce maiore quam solita

*εἴτε τῷ πάθει παρὰ τὸν ἀγῶνα καὶ τὸν ἐνθουσιασμὸν οὕτω διατεινάμενος, εἴτε κτἑ.*

Quae corrupta videntur nec Schaeferi coniectura *τῷ ἐνθουσιασμῷ* sanabilia.

C. XXVIII In proelio ad Crimesum et alia multa Carthaginiensibus molesta erant

*οἵ τε κόλποι πληρούμενοι τῶν χιτώνων ὕδατος αὐτοῖς μὲν εἰς τὸν ἀγῶνα χρῆσθαι βαρεῖς ἦσαν καὶ δύσεργοι, ῥᾴδιοι δὲ τοῖς Ἕλλησι περιτρέπεσθαι καὶ πεσόντες ἀμήχανοι πάλιν ἐκ πηλοῦ μετὰ τῶν ὅπλων ἀναστῆναι.*

Sententia mire confusa vel lacerata, in qua *sinus* barbarorum a Graecis *eversae* dicuntur ita ut *surgere* nequeant. Sed quomodo grave sit sanandum vulnus non video.

ib. In eadem narratione et alia molesta mihi sunt et hoc quod, postquam multa de atroci legimus tempestate, hoc additur:

*τέλος δὲ τοῦ χειμῶνος ἐπικειμένου.*

ib. In eo proelio qui ceciderant ingenui erant Carthaginienses; antea Carthaginienses plerumque sociis utebantur et sic

*ἀλλοτρίαις βλάβαις ἀνεδέχοντο τὰς ἥττας.*

Si recte vim verbi *ἀναδέχεσθαι* intelligo, pro *βλάβαις* aliud quid requitur: qui sociis rem committunt ii infortunia excipiunt alienis *corporibus* vel *copiis*, vel quaecunque sunt ex eo genere.

C. XXIX *ἅμα δὲ τῇ Φήμῃ τῆς νίκης* (v. l. *τῇ νίκῃ τῆς Φήμης*) *ὁ Τιμολέων εἰς Κόρινθον ἔπεμψε τὰ κάλλιστα τῶν αἰχμαλώτων ὅπλων.*

*Famam* non *nuntium* a victore mitti absurdum videtur.

ib. Tunc ceteri Graeci intelligere poterant unicam esse Graecarum urbium Corinthum in qua viderent

*τοὺς ἐπιφανεστάτους ναοὺς οὐχ Ἑλληνικοῖς κεκοσμημένους λαφύροις οὐδ' ἀπὸ συγγενῶν φόνου καὶ ὁμοφύλων ἀναθημάτων μνήμας ἀτερπεῖς ἔχοντας.*

Mire hic *φόνου* et *ἀναθημάτων* inter se iunguntur. Totum istud *ἀναθημάτων* ex annotatione (*ἀναθήματα*) ad *μνήμας* adscripta in textum receptum videtur ab eo qui non perspiceret hanc esse egregiae sententiae structuram: *μνήμας ἀτερπεῖς ἔχοντας ἀπὸ φόνου συγγενῶν καὶ ὁμοφύλων.*

C. XXXI Proelii cum tyranno Hiceta tam cupidi erant omnes Timoleontis duces ut nimia festinatione inter se morarentur. Sortitione ergo opus erat: anulos omnium in pallium suum coniicit Timoleon

*καὶ μίξας ἔδειξε τὸν πρῶτον κατὰ τύχην γλυφὴν ἔχοντα τῆς σφραγῖδος τρόπαιον.*

Nonne post *πρῶτον* inserendum *ἐξιόντα* est? Sors quae prima *exit* omen facit.

C. XXXIV. Carthaginienses pacem componunt cum Timoleonte ea conditione *ὥστε τὴν ἐντὸς τοῦ Λύκου χώραν ἔχειν καὶ τοῖς βουλομένοις ἐξ αὐτῆς μετοικεῖν πρὸς Συρακοσίους χρήματα καὶ γενεὰς ἀποδιδόντες καὶ τοῖς τυράννοις ἀπειπάμενοι τὴν συμμαχίαν.*

Isto *γενεάς* quid faciam nescio; absurdum videtur quod dat Didotiana interpretatio: „bona et *prolem*". Quasi vero ulli unquam homines alio commigrare voluerint prole sua apud hostes relicta!

Post *ἔχειν* deleatur *καί*, non enim hic emphaticum illud *καὶ* . . . *καί* ferendum.

C. XXXVII Dicitur Timoleo

*μόνος, ἐφ' ἃς οἱ σοφισταὶ διὰ τῶν λόγων τῶν πανηγυρικῶν ἀεὶ παρεκάλουν πράξεις τοὺς Ἕλληνας ἐν αὐταῖς ἀριστεύσας.*

Pro *αὐταῖς* Reiskius legendum censet *ταύταις*. Unice verum videtur *πάσαις*.

C. XXXIII Gloriabantur Syracusani quod cum ipsis vitam transigere Timoleo maluisset

*οὕτω λαμπρᾶς ἐπανόδου τῆς εἰς τὴν Ἑλλάδα παρεσκευασμένης αὐτῷ διὰ τῶν εὐτυχημάτων καταφρονήσας.*

Lege *διὰ τὰ εὐτυχήματα*: *propter* res gestas Timoleonti clarus in Graeciam paratus erat reditus. Non enim hiatus tantopere metuebat Plutarchus ut, dummodo illos vitaret, soloece scriberet.

*Aemilius Paulus* c. II *θεραπευτικοὶ καὶ σπουδαῖοι γενόμενοι.*

His verbis quomodo designentur homines qui *δεξιώσεσι καὶ φιλοφροσύναις τὸν δῆμον ἐκτῶντο* non video. Non enim recte *σπουδαίους* dici opinor eos qui *ἐπ' ἀρχὰς σπουδάζουσιν.* Interpres Didotianus, satis eleganter pauloque liberius vertens, hic adverbium *ambitiose* praebet, quod ad nostrum adiectivum est referendum.

C. III *εἰ τὸ θεῖον εὔκολόν τις ἡγεῖται καὶ ἀμεμφὲς εἶναι τῶν ἀμελειῶν.*

Mire hic adiectivum *ἀμεμφής* adhibetur ad designandum eum qui *οὐ μέμφεται.*

C. IV Victoriarum a Romanis in Hispania reportatarum ipse Paulus auctor habebatur quoniam

*χωρίων εὐφυΐᾳ καί ποταμοῦ τινος διαβάσει* militibus praebuit *ῥᾳστώνην πρὸς τὸ νίκημα.*

Ultima vocabula non concoquo; requiritur fere *πρὸς τὸ νικᾶν ὠφέλιμον.*

C. VIII Philippus Macedoniae rex a Flaminino profligatus se suaque omnia Romanis dedidit

*καὶ τυχὼν μετρίας ἐπιτιμήσεως ἠγάπησεν. Ὕστερον δὲ βαρέως φέρων καὶ τὸ βασιλεύειν χάριτι Ῥωμαίων ἡγούμενος αἰχμαλώτου τρυφὴν ἀγαπῶντος εἶναι μᾶλλον ἢ φρόνημα καὶ θυμὸν ἔχοντος ἀνδρὸς ἐπεῖχε τῷ πολέμῳ τὴν γνωμήν.*

Et propter repetitionem *ἠγάπησε ... ἀγαπῶντος* et propter sententiam suspectum mihi istud *ἀγαπῶντος* est.

C. XIII *προδεδωκότος ... ἐνέχυρα.* L. *δεδωκότος.*

C. XV Qui sunt *reges* illi, ad quorum *unum* Scipio Nasica dicitur dedisse literas de rebus a se in bello Macedonico gestis?

C. XVI Quod est illud certaminis periculique genus quod hic *περὶ τοῖς ἄκροις γενέσθαι* dicitur? Quod dat interpres „in ipsis montis iugis" vereor ut sic Graece enuntiari possit.

C. XVIII *ἀχάλινον ἵππον ἐξελάσαντας ἐμβαλεῖν αὐτοῖς τοὺς Ῥωμαίους.*

Ut haec bene cum praecedentibus cohaereant, insere *γάρ* ante *ἵππον*.

C. XIX Conspecta Macedonum acie, iam cum Romanis congressa quae erat, Paulus vehementer animo perturbabatur, quemadmodum postea saepe est professus

*τότε δὲ πρὸς τοὺς μαχομένους ἐπιδεικνύμενος ἵλεω καὶ Φαιδρὸν ἑαυτὸν ἄνευ κράνους καὶ θώρακος ἵππῳ παρήλαυνεν.*

Pulchra virtus est *ἵλεων εἶναι*, sed in eiusmodi discrimine nullus ei locus. Imperatore tunc opus est qui, si forte, ut hic, animo perturbatur, illam perturbationem dissimulare possit. Lege ergo *ἱλαρόν*.

C. XX Vehemens fit et desperatus Pelignorum Marrucinorumque in Macedonum aciem impetus

*οἱ δὲ τὴν προβολὴν κρατυνάμενοι δι' ἀμΦοτέρων καὶ τοὺς προσπίπτοντας αὐτοῖς ὅπλοις διελαύνοντες ... ἀνερρίπτουν ὑπὲρ κεΦαλὴν τὰ σώματα τῶν Πελιγνῶν καὶ Μαρρουκινῶν.*

Incredibile aliquid inest in isto *ὑπὲρ κεΦαλήν*, sed hoc fortasse non alienum a tam vehementis pugnae descriptione. At *δι' ἀμΦοτέρων* haudquaquam ferendum. Toto coelo a vero aberrat interpres Didotianus verba *τὴν προβ. κρατ. δι' ἀμΦ.* vertens: „utraque manu sarissas intentantes." Quid sit *τὴν προβολὴν κρατυνάμενοι* docere Homericum *ἐκαρτύναντο Φάλαγγας* potest: *προβολή* autem est *prima acies*, quam in phalange Macedonica fortissimam esse oportet. Mihi istud *δι' ἀμΦοτέρων* annotatio videtur qua sciolus utcunque significare voluerit quid esset *αὐτοῖς ὅπλοις*: per utrosque, ét clipeos ét milites, sarissae pervadebant.

ib. Iussit militum suorum manus

*μὴ μίαν πρὸς ἅπαντας ἀλλὰ πολλὰς καὶ μεμιγμένας κατὰ μέρος τὰς μάχας τίθεσθαι.*

In his *μεμιγμένας* sanum esse non potest.

C. XXI Incipit hoc caput a verbis

*κατὰ τούτους δὲ μέγας ἦν ἀγών,*

sed quaenam pars exercitus pronomine *τούτους* significetur frustra quaerimus. Fortasse exciderunt quaedam ante capitis initium.

C. XXII Post proelium aberat frustraque quaerebatur Pauli filius minor natu; pater eum *παντάπασιν ἀπολωλέναι κατεδόξαζεν ὑπ' ἀπειρίας ἀναμιχθέντα τοῖς πολεμίοις μαχομένοις.*

Immo *μαχόμενον*: iuvenis, ardore proelii abreptus, saepe non sentit „medios delapsus in hostes".

C. XXV Quam cito rumor de Antonio Saturnino profligato Romam pervenerit his verbis significatur:

*ἡ δ' αὐτοῦ τοῦ κατορθώματος ἡμέρα καὶ τῆς Φήμης ἐγίγνετο.*

Immo vero *ἡ δ' αὐτή*: idem fuit victoriae rumorisque dies.

C. XXVII Prudenti oratione post victoriam adolescentes superbire vetuit; tum eos dimisit

*εὖ μάλα τὸ καύχημα καὶ τὴν ὕβριν ὥσπερ χαλινῷ τῷ λόγῳ κόπτοντι κεκολασμένους.*

Unde irrepserit *κόπτοντι* nescio, quin eiiciendum sit non dubito.

C. XXVIII Quae sit sapientia in Pauli dicto

*ὡς τὸν Ὁμήρου Δία Φειδίας ἀποπλάσαιτο*

non video.

ib. *Οὗτός ἐστι Τουβέρων ὃν ἔφαμεν μετὰ συγγενῶν οἰκεῖν ἑκκαιδέκατον ἀπὸ γηδίου μικροῦ τρεφομένων ἁπάντων.*

Post *ἑκκαιδέκατον* inserendum est *αὐτόν*.

C. XXIX *Βουλόμενος δὲ πᾶσιν ἅμα [καὶ] μηδενὸς προσδοκῶντος [ἀλλ' ἐξαίφνης] ἐπιπεσεῖν*

Deleantur inclusa.

C. XXXIII *ἐπορεύοντο σαλπιγκταὶ μέλος κτἑ.*

Excidit participium, cuius illud *μέλος* obiectum fuit.

ib. *τὰ τέκνα τοῦ βασιλέως ἤγοντο δοῦλα.*

Ultimo vocabulo libenter carebimus.

Ista *τέκνα* propter teneram aetatem calamitatis magnitudinem non intelligebant.

*ἧ καὶ μᾶλλον ἐλεεινὰ πρὸς τὴν μεταβολὴν τῆς ἀναισθησίας ἦν.*

Verba confusa laceraque. Lege *πρὸς τὴν μεταβολῆς ἀναισθησίαν*.

Sexcenties cum lugendi maerendique verbis iungitur aliquid a praepositione πρός pendens, tristiae *causam* significante.

C. XXXIV In triumpho Paulus erat

ἀνὴρ καὶ δίχα τοσαύτης ἐξουσίας ἀξιοθέατος, ἀλουργίδα χρυσόπαστον ἀμπεχόμενος κτέ.

De ἐξουσίας dubito.

C. XXXVI Dicitur fortuna μάλιστα περὶ τοῦτον τὸν πόλεμον adfuisse.

Nonne παρά legendum: „per totum bellum quamdiu fuit"?

C. XXXVII ταῖς δὲ Μακεδονικαῖς πράξεσι τοῦ Αἰμιλίου δημοτικωτάτην προσγράφουσι χάριν ὑπὲρ τῶν πολλῶν (sc. quod tunc tributis finis est impositus).

Mire dicta haec; eiiciendum χάριν videtur: coniungunt cum rebus in Macedonia gestis rem pro populo gestam populoque gratissimam.

C. XXXVIII ἐκβαλεῖν τε γὰρ ἔξεστι συγκλήτου τὸν ἀπρεπῶς ζῶντα τοῖς τιμηταῖς καὶ προγράψαι τὸν ἄριστον, ἵππου δ' ἀφαιρέσει τῶν νέων ἀτιμάσαι τὸν ἀκολασταίνοντα.

Lege ἱππέων. Senatoribus equites opponuntur.

*Comparatio Timoleontis et Aemilii Pauli.* c. I. Timoleon non, ut Aemilius Paulus, militibus bene exercitatis et bellicosis utebatur sed

μισθοφόροις οὖσι καὶ στρατιώταις ἀτάκτοις πρὸς ἡδονὴν εἰθισμένοις στρατεύεσθαι.

Quid sibi velit istud οὖσι non video.

C. II Hoc praecipue in Aemilio Paulo mirandum quod cum tantum regnum subiecisset ne nummo quidem amplius fecit patrimonium suum

οὐδὲ εἶδεν οὐδὲ ἥψατο τῶν χρημάτων καίτοι πολλὰ δοὺς ἑτέροις καὶ δωρησάμενος.

Suspectum mihi istud εἶδεν est. Semper et ubique inter se opponuntur *dare* (s. *donare*) et ... quid? *Capere* ut opinor. Lege

ergo *εἶλε*. Nunc eleganter eorum quae inter se opponuntur utrumque duobus significatur verbis: *οὐδ' εἶλεν οὐδ' ἥψατο . . . δοὺς καὶ δωρησάμενος*. Et in altera parte a maiore ad minus descenditur, in altera adscenditur a minore ad minus. Minus est *tangere* quam *capere*, at maius *donare* (largiri) quam *dare*.

ib. *ὡς σώματος ῥῖγος ἢ θάλπος φέρειν δυναμένου τὸ πρὸς ἀμφοτέρας εὖ πεφυκὸς ὁμοῦ τὰς μεταβολὰς ῥωμαλεώτερον, οὕτω ψυχῆς ἄκρατος εὐρωστία καὶ ἴσχυς.*

Ante *ἄκρατος* excidit aliquid, quo significabatur animus qui respondebat corpori alterutrum, vel frigus vel calorem, perferenti. Tali autem animo opponebatur animus diversissimis rebus perferendis aptus.

*Pelopidas* c. I „Haud mirum est" aiunt Sybaritae „Spartanos in bello mortem appetere: misero enim victu suo liberari cupiunt". Hos sic Plutarchus redarguit:
*ἀλλὰ Συβαρίταις μὲν ἐκτετηκόσιν ὑπὸ τρυφῆς καὶ μαλακίας διὰ τὴν πρὸς τὸ καλὸν ὁρμὴν καὶ φιλοτιμίαν εἰκότως ἐφαίνοντο μισεῖν τὸν βίον οἱ μὴ φοβούμενοι τὸν θάνατον.*

Delectant me Sybaritae gnaviter ad virtutem (*τὸ καλόν*) tendentes, idque sic ut ipso illo studio molles et effeminati fiant. Verba *διὰ τὴν . . . φιλοτιμίαν* aut inserenda sunt inter *οἱ* et *μὴ φοβούμενοι*, aut, quod haudscio an verisimilius, tamquam glossema quod in alienam irrepsit sedem, e textu removenda.

C. II Si exercitui dux idem est quod corpori caput
*οὐχ αὑτοῦ δόξειεν ἂν ἀποκινδυνεύων παραμελεῖν καὶ θρασυνόμενος ἀλλ' ἁπάντων.*

Lege *ὁ θρασυνόμενος*: dux temerarius, cum se exponit periculo (*ἀποκινδυνεύων*), non semet ipsum sed omnes milites negligit.

Post *ἁπάντων* legitur: *οἷς ἡ σωτηρία γίγνεται δι' αὐτοῦ*, recte et perspicue, sed quod denique additur *καὶ τοὐναντίον* scioli videtur observatio.

C. III (Pelopidas) *μετεῖχε τῆς ἐκείνου* (Epaminondae) *πενίας ἐσθῆτος ἀφελείᾳ καὶ τραπέζης λιτότητι καὶ τῷ πρὸς τοὺς πόνους ἀόκνῳ καὶ κατὰ στρατείας ἀδόλῳ καλλωπιζόμενος.*

Quid huc faciant *labores* (belli, ut opinor) et expeditiones non video. Praeterea *τὸ κατὰ στρατείας ἄδολον* quid sit neminem scire opinor. Hoc quoque prorsus me latet qui possit aliquis victus vestitusque simplicitate gloriari (*καλλωπίζεσθαι*): si simplicitas illa ullum ostentandi studium indicasset, ineptus factus esset Pelopidas. Legendum censeo *μετεῖχε ... λιτότητι, τῷ* (deleto *καί*) *πρὸς τοὺς πόνους ἀόκνῳ καὶ κατὰ στρατείας ἀφόβῳ καλλωπιζόμενος.* Non victus vestitusque splendore Pelopidas in se convertebat oculos; aliae res erant quibus ille splendescere studebat (*ἐκαλλωπίζετο*): industria et virtus bellica.

C. IV *τῷ γυμνάζεσθαι μᾶλλον ἔχαιρε Πελοπίδας τῷ δὲ μανθάνειν Ἐπαμεινώνδας, καὶ τὰς διατριβὰς ἐν τῷ σχολάζειν ὁ μὲν περὶ παλαίστρας καὶ κυνηγέσια, ὁ δὲ ἀκούων τι καὶ φιλοσοφῶν ἐποιεῖτο.*

Nudum istud *ἀκούων* plane sensu caret; praeterea non opinor Epaminondam ipsum multum esse philosophatum. Postremo, quamvis fuerit philosophiae amans Epaminondas, palaestram tamen, venatum, quaeque alia sunt ex hoc genere non prorsus ab eo contempta arbitror. Lege ergo: *ἀκούων τι καὶ φιλοσόφων*: *interdum etiam* philosophis audiendis vacavit.

ib. Divinus amor et Epaminondam tenebat et Pelopidam *τοῦ τὴν πατρίδα λαμπροτάτην καὶ μεγίστην ἐφ' ἑαυτῶν ἰδεῖν γενομένην.*

Lege *ὑφ' ἑαυτῶν.* Quod enim aliquis *fieri videt* id semper illius fit aetate (*ἐπί*). Neque videre solum illud cupiebant, sed facere ipsi.

C. VI extr. *οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι ... οὐδὲν ἠδίκησαν τοὺς Θηβαίους* (Thebanorum exules).

Huius loci sententiam Naberus ut bene perspexerit metuo: gratias *nunc* referunt Athenienses Boeotis pro eo quo *olim*, XXX virorum tempore, Boeoti decreverant.

C. VII *ἐποιήσατο λόγους ὡς οὔτε καλὸν οὔτε δημόσιον εἶναι.* Aut dele *ὡς*, aut lege *εἴη*.

C. VIII *ὥστε καὶ τὸν Χλίδωνα πολὺ τῆς ἡμέρας ἀναλώσαντα πρὸς τούτοις δι' ὀργήν, ἅμα δὲ καὶ τὸ συμβεβηκὸς οἰωνισάμενον, ἀφεῖναι τὴν ὁδόν.*

Si sana haec, sic sunt vertenda: Chlido iter omisit, ét ira quod *in his rebus* (*πρὸς τούτοις*) magnam diei partem consumpserat, ét omine motus.

C. IX Philidas iam multo ante tyrannis largas epulas et formosas mulieres pollicitus

*ἔπραττεν ὅτι μάλιστα ταῖς ἡδοναῖς ἐκλελυμένους καὶ κατοίνους μεταχειρίσασθαι παρέξειν τοῖς ἐπιτιθεμένοις.*

Ecquid *ἔσπευδεν ... παρέχειν*? Praecedens *συνέπραττε* istud *ἔπραττεν* peperisse videtur.

Rectene Charonem appellet *ἀνδρώδη καὶ βαρὺν ὄντα τῷ θαρρεῖν παρὰ τὰ δεινά* videndum. Equidem de *βαρύν* dubito.

C. XXII Coniurati quam poterant plurimos armabant

*ἀφαιροῦντες ἀπὸ τῶν στοῶν τὰ περικείμενα σκῦλα καὶ τὰ περὶ τὴν οἰκίαν ἐργαστήρια δορυξόων καὶ μαχαιροποιῶν ἀναρρηγνύντες.*

Pro *οἰκίαν* legendo *ἀγοράν* Reiskius aptum restituit sensum; pro *περικείμενα* fortasse legendum est *προκείμενα*.

C. XIII *δωδέκατος κατελθών.*
L. *δωδέκατος αὐτὸς κ.*

C. XV *ἢ τὸν ἱερὸν λόχον ἄγων ἢ τὰ πλεῖστα βοιωταρχῶν ἄχρι τῆς τελευτῆς ἔπραττεν.*

Est aliquis Boeotarchus aut non est, plus minusve esse nequit. Et quoniam *ἔπραττεν* hic nullum prorsus habet sensum, utrique malo mederi possis istud *τὰ πλεῖστα* post *ἔπραττεν* ponendo.

ib. (s. f.) Priora proelia non erant iusta

*ἐκδρομὰς δὲ προσκαίρους τιθέμενοι καὶ φυγὰς ἢ διώξεις ἐπιχειροῦντες αὐτοῖς καὶ συμπλεκόμενοι κατώρθουν.*

Dele *αὐτοῖς καί*: manus conserebant Thebani (cum Lacedaemoniis nimirum; hoc dicere non opus) dum e castris suis subito, facultate data, erumpebant, aut simulata fuga hostes protrahebant, aut denique eos persequebantur. Raro participium a participio dependens sciolorum effugit importunitatem.

C. XVI Non in insula Delo sed Teguris, ubi victoriam de Spartanis reportavit Pelopidas, fama est Apollinem natum:

*καὶ γὰρ τὸ Πτῷον ἐγγὺς, ὅθεν αὐτὴν* (Latonam) *ἀναπτοηθῆναι προφανέντος ἐξαίφνης κάπρου λέγουσι, καὶ τὰ περὶ Πύθωνα καὶ Τιτυὸν ὡσαύτως οἱ τόποι τῇ γενέσει τοῦ θεοῦ συνοικειοῦσι.*

Immo *οἱ λόγοι*: populares rumores eodem loco ferunt (*συνοικειοῦσι*) et Tityum Pythonemque vixisse et Apollinem natum esse. Mens librarii aberravit: cum totus esset in topographia, quae dicitur, illud *τόποι* ei imposuit.

C. XVII *ἐλπίζων καθ' ὃ προσβάλοι μάλιστα διακόψειν ... τοὺς πολεμίους.*

Satis ineptum istud *μάλιστα*: disiicere enim adversarios eo loco ubi *non* in eos irruat quis potest?

ib. (Spartanorum) *στράτευμα διέσχε μὲν ἐπ' ἀμφότερα τοῖς Θηβαίοις, ὡς διεκπεσεῖν καὶ διεκθεῖν βουλομένοις, ἐπεὶ δὲ τὴν δεδομένην ὁ Πελοπίδας ἡγεῖτο πρὸς τοὺς συνεστῶτας κτἑ.*

Eiiciendum est *ὡς*. Spartani spatium Thebanis dabant, *si vellent* perrumpere; at Pelopidas copias duxit in eos qui densi consistebant. Quid verbis *τὴν δεδομένην* faciamus? Verbo *ἐάσας* hic, quisquis fuit qui primus ante *ὁ Πελοπίδας* addidit, carere non possumus, sed praeterea *τὸ δεδομένον* legendum censeo. Thebani quod datum erat omiserunt, facultate sibi oblata usi non sunt.

Haec pugna docuit *ὡς οὐχ ὁ Εὐρώτας* (adde *μόνος*) *οὐδὲ ὁ μεταξὺ Βαβύκας καὶ Κνακίωνος τόπος ἄνδρας ἐκφέρει μαχητὰς καὶ πολεμικούς.*

C. XVIII Quanta esse soleret reverentia inter amatorem amasiumque exemplo suo docuit

*ἐκεῖνος ὁ τοῦ πολεμίου κείμενον αὐτὸν ἐπισφάττειν μέλλοντος δεόμενος καὶ ἀντιβολῶν·*

„pectus feri ne dilectus mihi puer pudore suffundatur vulnus in pectore meo videns"

Lege *πολεμίῳ*. Fortis ille vir hostem straverat sed ita ut et ipse pronus caderet; accurrit alius eum supra corpus illud iacentem mactaturus (*πολεμίῳ ἐπισφάττειν μέλλων κείμενον*).

ib. (s. f.) Post pugnam Chaeronensem Philippus videbat sanctae cohortis milites

*ἐναντίους ἀπηντηκότας ταῖς σαρίσσαις ἅπαντας ἐν τοῖς στενοῖς ὅπλοις καὶ μετ' ἀλλήλων ἀναμεμιγμένους.*

Sic libri, sine sensu. Fortasse totum istud *ἐν τοῖς στενοῖς ὅπλοις* natum est ex annotatione *ἐν τοῖς στέρνοις* ad illustrandum *ἐναντίους ἀπηντηκότας* adscripta.

C. XIX Quae de Thebanorum tibiis et de eorum paederastia narrantur neque intelligo neque magnopere intelligere curo; praesertim illud *λαμπρόν* molestum mihi est.

C. XX *προσέθετο Ἐπαμεινώνδᾳ γνώμην ψηφιζομένῳ διὰ μάχης ἰέναι τοῖς πολεμίοις.*

Notetur *ψηφίζεσθαι* „censendi" positum sensu.

ib. *δαίμονας δὲ χαίροντας αἵματι καὶ φόνῳ πιστεύειν μὲν ἴσως ἐστὶν ἀβέλτερον, ὄντων δὲ τοιούτων ἀμελητέον ὡς ἀδυνάτων.*

Haec quoque pertinent ad ea quae in illa deliberatione *μάντεων καὶ ἀρχόντων* proferuntur in medium, quae fine demum capitis clauduntur. Ergo pro *ἐστίν* requiritur *εἶναι*, alio tamen ponendum loco; fortasse post *πιστεύειν* excidit.

C. XXIII (Locus est de Spartanorum institutione militari)

*ἀλλὰ χρώμενοι πᾶσι πάντες ἐπιστάταις καὶ ζευγίταις κτἑ.*

Verba notata non intelligo.

C. XXIV Causa cur tam paucis Thebanis tam multi socii libenter paruerint haec est quod ipsa naturae lex ei qui servari vult dominum dat eum qui salutem ferre potest. Sequitur:

*κἂν ὥσπερ οἱ πλέοντες εὐδίας οὔσης ἢ παρ' ἀκτὴν ὁρμοῦντες ἀσελγῶς προσενεχθῶσι τοῖς κυβερνήταις καὶ θρασέως, ἅμα τῷ χειμῶνα καὶ κίνδυνον καταλαμβάνειν πρὸς ἐκείνους ἀποβλέπουσι καὶ τὰς ἐλπίδας ἐν ἐκείνοις ἔχουσι.*

Aut corrupta haec sunt aut mire res et imago inter se permiscentur.

C. XXV Meneclides, Pelopidae inimicus, tulit ad populum

ut tabula quaedam victoriae, inscripta Charonis nomine, publice proponeretur, sic se Pelopidae famae nociturum sperans;

ἦν δὲ ἀβέλτερος ἡ Φιλοτιμία παρὰ τοσούτους καὶ τηλικούτους ἀγῶνας ἑνὸς ἔργου καὶ μιᾶς νίκης ἀγαπωμένης (cum praesertim victoria illa non fuerit magni momenti).

Sana haec esse non possunt; neque enim verbum ἀγαπᾶν neque structura ἑνὸς ... ἀγαπωμένης huc quadrat. Hoc quoque dubium num vox Φιλοτιμία huius sit loci.

ib. Contendit Pelopidas

ὅτι Θηβαίοις οὐ πάτριον ἦν ἰδίᾳ κατ' ἄνδρα τιμᾶν.

Nonne hic ἰδίᾳ moleste abundat?

ib. Postquam narravit invidum istum ingenti mulctatum pecunia, quam cum solvere nequiret res novas sit molitus, postremo haec addit:

ταῦτα μὲν οὖν ἔχει τινα καὶ τοῦ βίου ἀποθεώρησιν.

Quae observatiuncula quid sibi velit non video.

C. XXVI Mire dicta haec:

Φίλιππος ὁ τοῖς Ἕλλησιν ὕστερον πολεμήσας ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας.

Addendum μαχομένοις videtur.

C. XXVII Alexander Pheraeus, cum foedere laeso Pelopidam comprehendisset, vehementem omnibus mortalibus incussit terrorem, tamquam post tantum facinus

χρησόμενος οὕτω τοῖς παραπίπτουσιν ἀνθρώποις καὶ πράγμασιν, ὡς τότε γε κομιδῇ τὸν ἑαυτοῦ βίον ἀπεγνωκώς.

Istud τότε γε vix concoquo.

C. XXIX Neque quo sensu hic dicatur ἐπηωρεῖτο πολέμῳ (interpres Didotianus: „bellum ostendit magis quam fecit" quo iure me latet) neque quid sit κατεσκεύαζε καὶ συνέστελλε τὸν τύραννον (idem: „tyrannum compescuit") satis perspicio.

C. XXX Cum Pelopidas legatus ad Regem venisset, iam gloria factorum praecesserat eum Asiamque pervaserat omnem:

ταῦτ' οὖν ὁ 'Αρταξέρξης ἔχαιρε καὶ τὸν Πελοπίδαν ἔτι μᾶλλον

ἐθαύμαζε τῇ δόξῃ καὶ μέγαν ἐποίει ταῖς τιμαῖς ὑπὸ τῶν μεγίστων εὐδαιμονίζεσθαι καὶ θεραπεύεσθαι βουλόμενος.

Rex a summis viris coli videri cupiebat, ideo Pelopidam quam maxime extollebat. Haec perspicua; sed τῇ δόξῃ θαυμάζειν quid sit nescio. Nisi levem iniiceret scrupulum hiatus, ét τῇ δόξῃ ét ταῖς τιμαῖς ab aliquo in margine annotatum putarem ad demonstrandum quid interesset inter θαυμάζειν et μέγαν ποιεῖν. Observandum praeterea illud ἔτι μᾶλλον satis inepte repeti in sententia sequenti.

ib. Πελοπίδᾳ δὲ οὕτω μὲν οὐκ ἐνετρύφησε. Miror hic ἐντρυφᾶν dici id quod modo tamquam summus honor sit narratum.

ib. ψήφισμά τε γράφειν φάσκοντος κτέ.
Rectissime Naberus γράψειν.

C. XXXI Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ Φεραίου πάλιν εἰς τὴν αὐτὴν φύσιν ἀναδραμόντος κτέ.
Pro φύσιν hic aliud quid exspectes.

C. XXXIV ὁ τῶν εὐτυχούντων θάνατος ét alias ob causas felicissimus est ét
τύχην μεταβάλλεσθαι ἀπολείπων.
Ultimum vocabulum corruptum censeo. Nam quod alii legunt τύχῃ μεταβ. οὐκ ἀπολ. durissimo laborat hiatu.

*Marcellus* c. I Non satis mihi liquet qui aliquis τῇ ἐμπειρίᾳ possit esse πολεμικός.

C. II Male me habent inter se opposita ὄντι μὲν ἔτι νέῳ et εὐδοκιμοῦντα δὲ μᾶλλον.

C. III Ἴνσομβρες, Κελτικὸν γένος, μεγάλοι καὶ καθ' ἑαυτοὺς ὄντες δυνάμεις, ἐκάλουν καὶ μετεπέμποντο Γαλατῶν τοὺς μισθοῦ στρατευομένους.
Haud dubie μεγάλαι legendum: magnae erant *copiae* Insubri ipsi. Graecum non est μεγάλοι δυνάμεις.

in fine capitis pro *οἷς* legendum esse *οὗ* demonstravi Mnem. 1904 p. 258.

C. V Postquam narravit quam leves propter errores saepe Romani sacerdotibus ademerint sacerdotia, haec addit:

*καὶ τὴν ἐν οὕτω μικροῖς ἀκρίβειαν φυλάττοντες οὐδεμίᾳ προσεμίγνυσαν δεισιδαιμονίᾳ τῷ μηδὲν ἀλλάττειν μηδὲ παρεκβαίνειν τῶν ἀλλοτρίων.*

Lege *οὐδεμίαν πρ. δεισιδαιμονίαν*: diligentiae illi et curae nullam admiscebant infirmitatem.

C. VI Quid est *περισπάσας ἐφ' ἡνίαν τῷ χαλινῷ καὶ περιστρέψας τὸν ἵππον*?

C. VII Regem hostium vehementi aggressus impetu

*ζῶντα μὲν αὐτὸν περιέτρεψεν, δευτέραν δὲ καὶ τρίτην πληγὴν ἐνθεὶς εὐθὺς ἀπέκτεινεν.*

Fortasse pro *ἐνθείς* cum Coraë *ἐνείς* legendum; utique cum participio iungendum *εὐθύς*: simulatque rex ille cecidit, plagam ei alteram iterumque alteram intulit. Si cum *ἀπέκτεινεν* iungeremus, absurdi aliquid legeremus; certant enim inter se *statim occidere* et *alteram tertiamque* plagam inferre.

Paulo post notetur *τοσοῦτοι τοσούτους*: tam pauci tam multos.

C. VIII Ipse *τροπαιοφόρον ἄγαλμα τῶν ἐκείνου κάλλιστον καὶ διαπρεπέστατον ἐπόμπευε διὰ τῆς πόλεως.*

In his verba *τῶν ἐκείνου* molestias mihi exhibent.

ib. Quae sunt *ἅμα πεποιημένα μέλη*? An carmina hoc ipso tempore facta?

ib. *ἀπὸ τοῦ φερετρευομένου τροπαίου κατὰ τὴν Ἑλληνίδα γλῶσσαν.*

Verba corrupta.

ib. Postquam dixit Numam mentionem facere spoliorum primorum, secundorum, tertiorum et quid interesse videatur exposuit, haec denique addit:

*ὁ μέντοι πολὺς οὗτος ἐπικρατεῖ λόγος, ὡς ἐκείνων μόνων ὀπιμίων ὄντων ὅσα καὶ παρατάξεως οὔσης καὶ πρῶτα καὶ στρατηγοῦ στρατηγὸν ἀνελόντος.*

In *καὶ πρῶτα,* quae verba aptum sensum praebent nullum, latere suspicor verbi aliquam figuram, qua aegre hic caremus, puta *λαμβάνεται* vel *εἴληπται.*

C. X *ὁ Βάνδιος εἷς ἦν τῶν ἀννιβιζόντων προθύμως καὶ τὸν δῆμον ἰσχύων ἐξήγαγε πρὸς ἀπόστασιν.*

Rectius Coraes Schaeferusque *ἐξῆγε,* sed restat *ἰσχύων* quod mihi quidem suspectum est. Plutarchum non *προθύμως* sed *ἰσχυρῶς* scripsisse opinor, deinde annotatione e textu expulsum genuinum adverbium, quod denique, corruptum et ipsum, alienum locum occupaverit. In deliciis Plutarcho est adverbium *ἰσχυρῶς* et cum locutione *ἰσχυρῶς ἀννιβίζειν* egregie congruit quod legitur Pomp. c. 34 *ἰσχυρῶς βουλομένους τῷ Μιθριδάτῃ χαρίζεσθαι.*

C. XII *ὡς δὲ ὀ ξ ε ῖ α ν ἐ π' α ὐ τ ὸ ν θ έ μ ε ν ο ς β ο ή θ ε ι α ν ἐκεῖνος* (Hannibal) *ἧκε κτἑ.*

Quid istud est?

C. XIII Insolite dictum de iis qui, captivi apud Hannibalem cum essent, aufugerunt:

*καταβαλόντες αὐτοὺς ᾔτουν* (sc. Marcellum) *τάξιν ἐπισήμου στρατείας.*

Praesertim offendit *ἐπισήμου*: exspectes potius homines illos, ut dedecus effugerent, participes esse voluisse *periculosae* alicuius expeditionis.

Rogat ergo Marcellus senatum ut sibi liceat ex illo hominum genere identidem copias suas supplere. Respondet senatus

*μηδὲν εἰς δημόσια πράγματα δεῖσθαι Ῥωμαίους ἀνθρώπων ἀνάνδρων· εἰ δὲ βούλεται χρῆσθαι Μάρκελλος αὐτοῖς ἴσως μηδενὸς τῶν ἐπ' ἀνδρείᾳ νομιζομένων στεφάνων καὶ γερῶν τυχεῖν ὑπ' ἄρχοντος.*

Corrupta haec; sedes vitii *ἴσως* esse videtur, pro quo aliquid eiusmodi requiritur ut sensus fiat: „uti iis Marcello licere, *dummodo ne* unquam virtutis aliquod obtineant praemium."

C. XV De machinis Archimedis et alia et haec narrantur:
*ταῖς δὲ ναυσὶν ἀπὸ τῶν τειχῶν ἄφνω ὑπεραιωρούμεναι κεραῖαι τὰς μὲν ὑπὸ βρίθους στηρίζοντος ἄνωθεν ὠθοῦσαι κατέδυον εἰς βυθόν.*
In *στηρίζοντος* haereo.
Alias naves manus prehendunt, attollunt, circumvertunt, ad moenia allidunt
*ἅμα φθόρῳ πολλῷ τῶν ἐπιβατῶν συντριβομένων.*
Immo *συντριβομένας*: cum magna nautarum pernicie *naves* confringebantur.

ib. *οἱ σκορπίοι βραχυτόνοι μὲν, ἐντεῦθεν δὲ πλῆξαι παρεστήκεσαν ἀόρατοι τοῖς πολεμίοις.*
Primum hic et paulo supra pro *ἐντεῦθεν* legendum est *ἐγγύθεν*. Sed praeterea, nonne deest adiectivum (*apti*), unde infinitivus *πλῆξαι* pendeat?

C. XVIII *ὡς οὖν τό τε ὕψος ἐκ τοῦ πολλάκις προσιέναι καὶ διαλέγεσθαι πρὸς τὸν πύργον εἰκάσθη καλῶς κτέ.*
Quantocius expelle *καὶ διαλέγεσθαι* e praecedentibus ineptissime huc insertum.

C. XIX (Archimedes) *τῇ θεωρίᾳ δεδωκὼς ἅμα τήν τε διάνοιαν καὶ τὴν πρόσοψιν οὐ προῄσθετο τὴν καταδρομὴν τῶν Ῥωμαίων.*
Immo *πρόοψιν*: intentus disquisitioni suae non *prospiciebat.*

ib. Verba *γωνίας, αἷς ἐναρμόττει τὸ τοῦ ἡλίου μέγεθος πρὸς τὴν ὄψιν* non intelligo.

C. XX In oppido Enguio, quod a Carthaginiensium stabat partibus, Nicias quidam erat qui civibus suis persuadere conabatur ut missis Carthaginiensibus Romanos amicos haberent. Hunc ergo adversarii dedere Carthaginiensibus parant hominemque custodiunt; qui praetextum ex urbe fugiendi quaerens:
*ἐξέφερεν ἐν φανερῷ λόγους περὶ τῶν Ματέρων ἀνεπιτηδείους καὶ πολλὰ πρὸς τὴν νομιζομένην ἐπιφάνειαν καὶ δόξαν ὡς ἀπιστῶν καὶ καταφρονῶν ἔπραττεν.*
Dele *καὶ δόξαν* e praecedentibus huc illatum.

ib. *ἐπεὶ δὲ πολλὰ τοὺς Ἐγγυΐους ὑβρίσαντας καὶ πλημμελήσαντας ἐλθὼν Μάρκελλος ἔδησε πάντας κτἑ.*

Elumbem sententiam emenda *ἑλὼν* scribendo pro *ἐλθών.*

C. XXI Signa multa Syracusis Romam deportavit, nihil enim Roma habebat quod oculis esset iucundum

*ἀλλ' ὥσπερ Ἐπαμεινώνδας τὸ Βοιώτιον πεδίον Ἄρεως ὀρχήστραν . . . οὕτως ἂν μοι δοκεῖ τις τότε τὴν Ῥώμην τέμενος Ἄρεως προσειπεῖν.*

Immo *τὴν τότε Ῥώμην,*

C. XXII *παρὰ τὸν εὐχσμὸν . . . ὀνομάζεται.*

Aut mirum hic deprehendimus praepositionis *παρά* usum, aut *διά* legendum est.

C. XXIII Subornati a Marcelli inimicis Syracusani, ipso in re divina occupato, ad senatum de eo questum veniunt:

*ὁ μὲν συνάρχων ἐξεῖργεν αὐτοὺς ἀγανακτῶν ὑπὲρ τοῦ Μαρκέλλου μὴ παρόντος.*

Languidi nescioquid verba Graeca habent, sed accurate vitium indicare non possum.

Subito ipse Marcellus adest et Syracusanos dicere iubet; tum illi

*δεινῶς μὲν συνεταράχθησαν πρὸς τὸ ἀξίωμα καὶ τὸ πεποιθὸς τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὸ ἐν τοῖς ὅπλοις ἀνυπόστατον ἔτι μᾶλλον ἐν τῇ περιπορφύρῳ φοβερὸν ἡγοῦντο καὶ δυσαντίβλεπτον.*

Aut pueriliter hic Plutarchus scripsit aut vitium conceperunt eius verba.

C. XXIV Marcellus tandem aliquando priorum ducum inertiam missam facere et fortiter cum Hannibale congredi decernit

*οἰόμενος τῷ δοκοῦντι καταλύειν Ἀννίβαν χρόνῳ πρότερον ἐκτριβεῖσαν ὑπ' ἐκείνου λήσεσθαι τὴν Ἰταλίαν καὶ τὸν Φάβιον ἀεὶ τῆς ἀσφαλείας ἐχόμενον οὐ καλῶς ἔχειν ἰᾶσθαι τὸ νόσημα τῆς πατρίδος.*

Istud *ἔχειν* abesse debet: putabat Marcellus prava ratione uti Fabium in patriae morbo sanando. Et ante *τῷ δοκοῦντι* praepositio *ἐν* est inserenda: dum putant Hannibalem tempore exhaustum iri, *interea* ipsi patriam interire sinunt.

(*Continuabuntur*).

# HOMERICA.

SCRIPSIT

J. VAN LEEUWEN J. F.

(*Continuantur e Vol. XXXVII pag.* 228).



## XXXV.

### DE ULTIMO HECTORIS CUM UXORE COLLOQUIO.

HECTORS ABSCHIED von *Erich Bethe*. Apud Teubnerum 1909. — Separatim editum ex Abh. d. phil. hist. Kl. d. k. sächs. Ges. d. Wiss. XXVII p. 413—442.

Iliadis nulla unquam pars maiore admiratione perculit animos audientium vel legentium quam illud Hectoris in pugnam redituri cum Andromache colloquium, quod in libro VI⁰ velut inter ignes luna minores resplendet purissimo artis poeticae lumine perfusum. Quod qui fecit, quin summis quos gens humana vidit poetis esset annumerandus nemo aut dubitavit unquam aut dubitare potuit. Itaque in disputationibus quae de Iliadis origine et compositione habentur firmus hic praebetur locus quaerentibus ποῦ στῶσι, et optime de Homero meritus est Naberus noster cum huc praesertim mentis acumen advertere philologos iussit [1]). Nam fieri non potuit ut verus ullus poeta, nedum tam egregius poeta quam fuit is cui haec priscae poesis gemma debetur, heroem in pugnam redeuntem uxori sic valedicere et ut vita iam functum ab ea defleri fingeret, si mox eum ad suos vita salva esset reducturus. Poeta nisi ultimum esse

1) Anno 1877, Quaest. Hom. p. 156.

hoc coniugum colloquium voluit, verus non fuit poeta neque potuit fingere illud quod omnes novimus et admiramur colloquium. Veri pulchrique sensus aut nihil valet aut hic valet aliquid; quid deceat quid non, aut nunquam poterit discerni aut hic potest; aut nostro nunc utendum est iudicio aut praestat libros claudere et poemata cum recentiorum tum veterum poetarum e manibus mittere. Non epos sed satyricum aliquod drama vel comoediam tenere nos credemus, si Hector sub vesperam redux ad Andromachen illam, quam anxiam et flentem reliquisset, „pone metum" clamet: „en adsum vivus et integer, ne vulnere quidem accepto". Cena dein vespertina coniuges domi fruentes videre nobis videbimur; Scamandrius puerulus galeae paternae cristam, quam in patris capite nutantem tantopere reformidabat, ridens contrectabit ... et sic in iocos ineptos abibunt quae gravia et pulcherrima duxeramus; cras autem si relegamus illa: „δαιμόνιε, φθίσει σε τεὸν μένος" et quae sequuntur, pectus nostrum tenerrima maestitia denuo perfundi non sinemus, sed: „stultus es: seria non agit poeta, vitae periculum heroi instare videtur tantum, non instat: bene erit mox!" nos ipsi increpabimus, si lacrimula oboriri velit tamen.

Saepius perpensa haec ut denuo mecum perpenderem nuper me movit commentatio quaedam Erici Bethe, viri clarissimi et harum rerum peritissimi, qui ab eo loco quem Naberus indicaverat profectus demonstratum ivit libri VI[i] partem eam, ubi Hector inducitur Paridem et Helenam visens et mox cum Andromache colloquens, alienam esse a vicinia in quam iam reperiatur recepta; extitisse olim carmen aliquod antiquius, a cuius poeta Hector in urbem non eo consilio remitteretur ut Hecubam Minervae sacra ferre iuberet, sed ut Paridem in pugnam secum abduceret; dein Hectorem ab Achille interemtum esse, ipsum autem Achillem sagitta a Paride transfixum.

A quo viro docto quoniam dissentio neque sine iusta causa dissentire mihi videor, rem, quam paucis verbis nuper tetigi [1]), hoc loco quam potuero accuratissime denuo explorare conabor. Nam tam sedule, tam luculenter a Bethio hoc argumentum est pertrectatum ut magnum sit periculum ne multi eius disputa-

1) In Museo nostrate.

tione pellecti magis etiam quam antehac certum sint ducturi Iliadem eam quam dicimus non verum esse carmen, sed carminum vetustorum lacinias utcumque consutas carminis illud nomen ementiri. Certandum esse intellego neque detrecto certamen, aperte prolocuturus quae vera arbitror; absint modo ira et studia quaelibet, praeter unum studium veri.

Et statim quidem initio disputationis Bethianae lectis verbis laetae spei plenis: „tandem eo rediimus philologi ut unum „carmen ducamus Iliadem, certi alicuius artificis opus" [1]), „δέχομαι τὸν οἰωνόν!" exclamavi: verum utinam sit aut mox fiat, philologis hodiernis tam firmiter quam priscis olim interpretibus hanc stare sententiam, quae uno abhinc saeculo sperni coepta est et abici. At mox, cum addita a Bethio haec vidi: Iliadis poetam illum „varia quae ei praesto essent carmina antiquiora „inter se iunxisse, certum quoddam consilium secutum" [2]), dubitare subiit an priora illa verba non satis recte accepissem; dein, cum poeta vocaretur „is qui opera aliena in unum redegisset" et „ordinasset" [3]), cum Ilias diceretur „constructa esse „ex artis antiquioris operibus, quae suo pretio aestimari nequeant „nisi solvantur e contextu, in quem ab Iliadis poeta fuerint „coacta, et sordibus purgentur" [4]), cum pars quaedam Iliadis negaretur esse „poetae opus inter se cohaerens" [5]), nimis cito me modo laetatum fuisse intellexi, et illud: „tandem rediimus" cett. quid igitur sibi vellet nescire me sensi. Sed id quoque intellegere mihi visus sum, ne ipsi quidem Bethio satis clara fuisse verba quibus uteretur; est autem res periculosa in tam ancipiti disputatione imaginibus indicare velle quae sit nostra sententia. Duas res permixtas hic cerno quae saepissime et cum maximo veritatis detrimento sunt permixtae, nisi autem

1) „Wir haben uns endlich wieder daran gewöhnt, auch die Ilias als einheitliches „Gedicht zu betrachten, ... das Werk eines künstlerischen Willens".

2) „Die Vielheit selbständiger ... Vorlagen, die der Dichter planmässig zusam„mengearbeitet hat".

3) „Der Redaktor", „der Ordner", „der Verfasser".

4) „Erbaut aus Werkstücken die man muss herauslösen und den Mörtel abschla„gen um sie prüfen zu können".

5) „Es ist mir nicht zweifelhaft dass die Herbeiführung dieses Eindrucks beab„sichtigt ist von dem Manne, der diese Gedichte Γ—Η 7 so zusammengestellt hat. „Denn eine einheitliche Schöpfung eines Dichters sind sie nicht".

altera ab altera secernatur, omnem disputationem turbari necesse est, in iurgia et rixas abituram facilius quam ad eventum aliquem perventuram. Dico *carminis compositionem* et *carminis materiem*. Ipsum carmen, si verum sit carmen, unum est nec nisi integrum placere potest; materiem vero, qua poeta usus est, qui perscrutari cupit, is carminis partem aliquam resecat, archaeologiae non poesis studiosus, non quid poeta quam pulchre dixerit quaerens, sed quid homines ipso poeta antiquiores egerint, qui cultus, quae studia iis fuerint, similia plurima, — et optimo profecto iure in talia sedulo utilique labore multi inquisiverunt et inquirent; sed ad artem poetae vel ad carminis pretium aestimandum ea studia non pertinent. Et ad Bethii verba quae supra attulimus ut redeamus, „artis alienae opera inter se coniungere" aut id est quod cuiuslibet est architectae, — ut ea, qua ille usus est, imagine et nos utamur, — qui e lapidibus componit aedificium ab ipso excogitatum, ad suum igitur opus efficiendum usus materie ab aliis sibi advecta; atqui de illo aedificio nihil praeter materiem rudem et arte carentem restabit si solvantur lapides et calce nudentur, fieri igitur non potuit ut Bethe eiusmodi quid significare vellet, — aut eius verba id dicunt quod per tres quatuorve eas hominum aetates, quae proximae praeterierunt, multi critici de Iliadis origine statuerunt: varia carmina aut carminum partes vi potius quam arte aliquando coacta esse in unius carminis fallacem aliquam speciem; operario litterarum perito, non artifici hanc deberi, non poetae sed viro vel viris id unum agentibus ut priscis artis operibus concisis [1]) et inter se utcunque iunctis unum inde confingerent maioris molis opus, de suo quam paucissima et fortasse ne unum quidem verbulum addentes. At haec opinio ut nostris diebus tandem aliquando revivisceret non fuit opus, nam et antehac diu vixit neque interim videtur intermortua fuisse.

Quid igitur? Ingenue dicam, a Bethio critico nimis sagaci provocans ad Bethium Homeri interpretem peritum, veri studiosum, pulchri amore ferventem. Hic cum Iliadem legit, admiratione perfunditur et ipse sibi — ut olim Wolfius — paene irascitur, qui verum se carmen tenere cum aliis negans textum

1) „Werkstücke aus alten Kunstwerken herausgebrochen" vocat Bethe.

traditum frustatim divellendum esse sibi persuaserit: ille dum liber libere suae mentis acumine uti sibi videtur, repetit quae didicit a philologis prioribus, non ab ipsa Iliade inquirendi et disputandi facto initio, sed ab aliorum de Iliade et de arte Homeri placitis. Agnosco errorem quo et ipse diu implicitus fui, fortasse et nunc implicor, dum in rectam viam rediisse me credo; quo dum eram implicitus, perperam — ingenue fateor — multa statui; quo fieri non potest quin per vitae partem maiorem minoremve detineamur omnes, quotquot e magistrorum dilectorum ore excepimus aliquando vel ex eorum operibus didicimus quae ipsis vera videbantur, non addicti in eorum verba iurare — et tamen identidem iurantes inscii, dum nostra proferre nobis videmur. Equidem iuris mei, ut spero, tandem factus et melius quam antea nonnulla nunc perspicere me ratus — ἀπέστω δὲ Ἀδράστεια! — aperte proloquor id quod est persuasissimum: quam primum emergendum esse e dubitationum et suspicionum illa palude, in qua nimis diu haeserunt studia Homerica, et tandem aliquando agnoscendum esse id quod addubitari nunquam debuit: solvi Iliadis — vel Odysseae — contextum non posse sine partium ruina; unum id esse carmen, ab uno poeta conceptum compositum elaboratum, quod suam sibi vitam vivat donec integrum id manere sinamus, moriatur et pereat et veluti inter manus contrectantium dilabatur si in partes aliquas id sive secundum artis lanioniae aliquam legem dissecare sive vi divellere conemur. Iliadem qui et unum carmen et carminum congeriem esse cum Bethio perhibet, aut verbis inanibus utitur, aut id dicit quod per se intellegitur neque a quoquam negatum est unquam: de nihilo fingi nihil; Iliadis poetam materiem sui carminis aliunde, ex antiquioribus igitur fabulis vel carminibus, haud raro inter se non concinentibus, duxisse, quemadmodum architecta ad struendam aedem, quam ingenio suo effictam mentis oculis prius vidit quam aequalibus suis ostendere eam potuit, lapidibus utitur ex officina aliena emtis, non ab ipso coctis aut e montis latere effractis, — nedum ex inani eos protulerit. Aedes autem cum erit erecta, singuli lapides inde eximi non poterunt sine ipsius aedis detrimento; quod si quis tentaverit tamen, studiis geologicis vel palaeontologicis vel chemicis intentus, fortasse perficiet quod

sit operae pretium, sed architectae artem se non curare ostendet.

Sed cum Bethio res est πολλὰ ἀνθ' ἑνός — ut Socrates iocari solebat — ex Iliade carmina facere cum multis criticis conato. Qui commentationem his verbis clausit: „scire quidem non licet „qualem ambitum poeta, qui cecinit Hectorem uxori valedicen-„tem, carmini suo dederit, sed dubitari nequit quin carminis „ei parti, quae sola in Iliadis librum VI[um] recepta ad nos per-„venit, praemissa fuerint nonnulla unde auditores discerent res „ab Achivis et a Troianis ante gestas" [1]). Addubitari sane nequit res quae per se intellegatur; sed affirmare aliquanto plus licet quam fecit Bethe, cui respondere haec velim: Optime Collega, quae a nobis qui nunc vivimus ne coniectura quidem effici posse ais, ea cum tibi sunt cognita tum omnibus qui Iliadem legerunt. Nam res quas Achivi et Troiani ante gesserunt quam Hector cum Andromache ultimum est confabulatus, ab Iliadis poeta, qui et illud colloquium et ceterum carmen ex suo exprompsit ingenio, aptissime et suo ordine sunt enarratae in priore carminis parte; ante librum VI leguntur libri I—V. Quam carminis partem in pauca verba sic contrahere licet:

„Ante aliquot dies Achivi pervenerunt in Troadis oram, hodie „autem usque ad ipsam urbem sunt progressi, et postquam „principes frustra conati sunt singulari Menelai et Paridis pugna „praecidere bellum, ad manus est ventum." Et nunc uxori valedicit Hector, quem Andromache cum identidem respectat abeuntem, novissima ex ore mariti verba excepisse se sentit. Tum demum eum denuo est adspectura, cum caesum Achilles raptabit per planitiei pulverem.

Circa finem igitur libri B hoc colloquium potius fuisse habendum, tum cum in bellum Hector primum est profectus, dixerit quispiam; ego certe saepius mihi dixi. Indicari tamen posse videtur cur poeta illic non collocaverit. Initio libri Γ pugna instare creditur quidem, nondum tamen revera instat; languidius autem videretur illud colloquium, si non in caedem exinde

1) „Wir können gar nicht wissen, ob der Dichter von Hektors Abschied ein „grösseres Epos geschaffen hat. — Nur das ist gewiss, dass dem uns erhaltenen „Stücke einiges vorausgegangen war, die Verhältnisse und Voraussetzungen darzu-„stellen, auf denen der Dichter die Scene aufbaute, die ganz sein Werk ist, Hektors „Abschied."

rueret Hector, sed mox cum hostium principibus de induciis et pace deliberans adspiceretur. Ex urbe igitur eum prius emisit poeta, dein excogitavit causam, — non optimam fortasse, sed necessariam, — qua efficeret ut heros illuc etiam rediret. Iamque brevi post ipsius pugnae initium Hector uxori valedicit et eo tendit ubi Achillis hasta mortem ei est illatura. Quod autem non paucis horis post ultimum hoc „vale" sed quarto demum pugnae die occubuit, id nihil nunc ad rem. In mortem eum abire neque ad uxorem reversurum sentimus omnes, et illum heroem Achivum, qui patre et fratribus Andromachen orbavit, etiam marito eam orbaturum scimus, sciebant olim qui poetae aurem praebuerunt; dudum enim id inter omnes constabat in priscis carminibus traditum.

Sed ultimum quod diximus in Iliade re non comprobari creditur, et graviter eam ob causam vituperata est Iliadis compositio; at sic iniuria fit poetae. Certum quidem est id, quod claris modo verbis post alios professi sumus, sui dissimillimum factum esse poetam et poetae nomine vix etiam dignum videri si Hectorem vivum ad suos deinde reduxerit, sed non minus certum est, Iliadis poetam nihil eiusmodi commisisse. Nam fecit Hector id quod ferebat officium illius viri qui *οἶος ἐρύετο Ϝίλιον*. Ducem se esse recordatus, non maritum tantum et patrem et filium, mansit eo qui ducis fuit loco per quatuor illos dies, quos numina ei ultimos concesserunt. Copias neque interdiu reliquit — quod prorsus ineptum fuisset — neque noctu; cum iis primam noctem post praelium anceps transegit sub urbis moenibus, dein re prospere gesta cum iis longius in planitiem processit et haud procul a castris Achivorum pernoctavit. Ita ducis munere ut Hector functus fuerit flagitat sana mens, neque magnus requirebatur poeta ad excogitanda haec, quae quilibet lector ipse sibi potest dicere: ita autem functum narravit poeta Iliadis. Et tum demum cum copiae Troianorum ab Achille profligatae atque repulsae sunt et cum suis fugiens Hector usque ad urbis moenia recessit, tum demum eum expectavit uxor, per portam Scaeam eum cum ceteris in urbem se coniecisse rata; tum marito ingentibus laboribus defesso balneum parari iussit Andromache, — quem fortem et integrum in pugnam abeuntem morti deberi senserat, eum vivum ad se rediturum

tum confidens cum Achilles Peliadem hastam in eum intorsit.

Satisne haec concinna? satisne apta ad permovendum audientium animum? Suntne magno poeta haec digna?

Quidni igitur dudum omnes haec ita enarrarunt?

Primo mirum quantum Iliadi nocuit legentium opinio illa praeconcepta, quae inter Graecos nunquam non viguit et inter recentiores etiamnunc plurimum valet, *finem*, non *initium* belli Troiani in illo carmine celebrari: ante Iliadis exordium per novennium bellatum esse. Quam falsissimam esse opinionem sedule antehac demonstravi [1]), et infra ad eam quaestionem redibo. Est autem permagni momenti haec res ad Iliadem suo pretio aestimandam.

Dein vero duo loci molesti sunt; quos si tales, quales extant in codicibus, fecit poeta Iliadis, corruit nostra argumentatio et ipsa mox Ilias corruere videbitur. Alter est H 477:

παννύχιοι μὲν ἔπειτα κάρη κομάοντες Ἀχαιοὶ
δαίνυντο, Τρῶες δὲ κατὰ πτόλιν ἠδ' ἐπίκουροι.

Nam si post primum hunc pugnae diem Troiani et socii *in urbe* sunt epulati, etiam Hectorem in urbem et ad uxorem tum rediisse fert ratio. At lege κατὰ στρατόν et apta fient omnia neque in urbis angustias cogendae denuo erunt creberrimae Troianorum et sociorum copiae.

Alter, qui cum superiore cohaeret, est Θ 55—59, ubi narratur quid proximo die ineunte sit factum:

Τρῶες δ' αὖθ' ἑτέρωθεν ἀνὰ πτόλιν ὡπλίζοντο
παυρότεροι· μέμασαν δὲ καὶ ὧς ὑσμῖνι μάχεσθαι
χρειοῖ ἀναγκαίῃ πρό τε παίδων καὶ πρὸ γυναικῶν.
πᾶσαι δ' ὠΐγνυντο πύλαι, ἐκ δ' ἔσσυτο λαός,
πεζοί θ' ἱππῆές τε· πολὺς δ' ὀρυμαγδὸς ὀρώρει.

Hic quoque pro ἀνὰ πτόλιν legatur ἀνὰ στρατόν, et deleantur ultimi versus duo, quibus poeta iam fuerat usus loco multo aptiore B 809 sq., cum Troianos, quibus nuntiatum esset appropinquare exercitum hostilem, per cunctas portas in campum effundentes se pingeret. Ubi non *cunctas portas* sed *totam portam* illud „πάσας πύλας" interpretari lingua invita nos iusserunt prisci interpretes. Per unius portae angustias

1) Cf. Mnemos. 1906 p. 193—211.

si Troiani essent egressi, tardius opinor foras pervenissent!

Merae libidinis videntur quas proposui coniecturae? Fortasse non videbuntur reputantibus non coniecturae deberi illud στρατόν, sed extare in versu vicino H 380, dein ceteros versus conferentibus, unde de loco quem Troiani noctu obtinuerint aliquid possit effici. Qui hi sunt:

Cum Hector e pugna singulari cum Aiace inita salvus et integer abiisset, Troiani egregie sunt gavisi,

καί ϝ' ἦγον προτὶ ϝάστυ, ἀϝελπτέοντες σαὸν εἶναι,

*laeti versus urbem eum duxerunt, non enim speraverant* — haec participii (imperfecti) est vis, = ἀϝέλπτεον γάρ vel οὐ γὰρ ἔφαντο (ut δ 608) — *eum vita salva evasurum.* Non dicitur *in ipsam urbem* adductus esse Hector, neque mox eius fit mentio, cum Τρώων καὶ Δαρδάνων ἠδ' ἐπικούρων ἀγορὴ γίγνεται ἐν πόλι' ἄκρῃ παρὰ Πριάμοιο θύρῃσι (H 345 sqq.), non *cunctorum* — quibus in summa arce locum fuisse nemo unquam in animum inducere sibi potuit, sed ducum et *senum,* qui cum ipso Priamo in urbe remanserunt. Ibi verba fecit Antenor, oblocutus est Paris, dein Priamus; Hector autem si adfuisset, ut Antenori assentiretur ferebat ratio. Dein H 370 sq. Priamus δόρπον ἑλέσθαι κατὰ πτόλιν et φυλακῆς μνήσασθαι iubet *seniores,* qui intra muros remanserunt, de Hectore autem ceterisque iunioribus mox (vs. 380) haec dicuntur:

δόρπον ἔπειθ' εἵλοντο κατὰ στρατὸν ἐν τελέεσσι.

Qui versus damnari solet, sed et servandus et magni aestimandus est, poetae enim mentem nobis ostendit.

Ergone apta et concinna videntur haec omnia? Minime. A carminis contextu episodium, quod est de Hectoris cum Aiace pugna singulari, abesse mallemus. Quae pugna eventum nullum habuit nequit potuit habere; Hectorem enim non ab Aiace sed ab Achille interemtum, Aiacem post mortem Hectoris superstitem fuisse priscae fabulae ferebant, et de utroque multa etiam narrare habuit poeta noster. Sed cognita ei fuit fabula qua celebrabatur pugna singularis ducum ceteris fortiorum Aiacis et Hectoris, similis igitur alteri fabulae, quae erat de Paridis cum Menelao sive praedonis cum ultore pugna. Illam quoque [1]) carminis

---

1) Fabulam dico sive carminis argumentum, non dico priscum carmen vel partem carminis.

mini suo inseruit ut poterat et ubi poterat, praemisso Minervae cum Apolline colloquio languidiore. Condiciones pugnae nullae proponuntur, praeconum autem interventu pugnae finis fit ita ut ad suos incolumis redeat uterque; certatur „ἐξ ἔριδος" tantum [1]) sive *honoris causa*, neque praeter *laudem* appetitur quicquam. Tali autem episodio in eo rerum statu, quem praebet haec Iliadis pars, vix et ne vix quidem locus erat; itaque contextum cum spectamus, poeta vituperandus videtur, qui eo admiserit tamen; ipsum vero episodium cum consideramus, nulla contextus habita ratione, non possumus non gaudere quod hoc quoque artis suae specimen egregium poeta nobis dederit. Sed ad Andromachen Hectorem ex hac pugna reducere eum vetuit ars poetica: itaque „προτὶ ἄστυ" tantum eum rediisse dixit, quae verba licet significare possent *in ipsam urbem* [2]), potuerunt etiam sic intellegi ut *usque ad moenia* tantum heros esset deductus. Mox autem, cum in urbis arce a Priamo et senatoribus deliberatum est, poeta de Hectore tacuit: aderat tamen illic Paris, cur non etiam Hector adfuit? Poterat et ille aliquantisper iam arcem adire, copiis extra urbem relictis. Ad hanc quaestionem poeta non respondit, nobis autem minus aegre ferenda videtur molestia, cuius causa appareat. Vitii vero si quid contrectavit hic carminis locus, *lacuna* potius est indicanda quam deleto versu 380 abscondatur veri indicium.

Quodsi parum tamen placet στρατόν pro πτόλιν scriptum, et credibile videtur poetam cunctum Troianorum atque sociorum exercitum in urbis arcem coegisse, superest — sed equidem hanc viam inire nolim — ut Hectoris cum Aiace pugnam singularem non ab ipso poeta sed postmodo manu aliena carmini insertam esse sumamus, ut Glauci et Diomedis — quod huic episodio admodum simile est — colloquium, vel Agamemnonis consilium animum militum oratione fallaci explorandi [3]). Minime vero inde sequitur etiam ceteram Iliadem esse divellendam.

Nam cetera certa et cuivis aperta sunt. Sub diei secundi finem Troiani Achivis repulsis remanserunt in planitie, ποταμῷ

---

1) H 111, 391.
2) Ut Γ 116.
3) B 73–75 et quae cum his cohaerent 100—211, 295, 313, 325, 327—329.

ἔπι δινήεντι [1]), ubi fuit *θρῳσμὸς πεδίοιο* [2]). Ibi Hector suorum *ἀγορὴν ποιησάμενος* pernoctare eos iussit, et mox Achivi post vallum suum latitantes anxii prospectarunt crebros ignes Troianorum prope ipsorum castra excubantium [3]). Hectorem autem apud milites mansisse opusne est addi? Non est, opinor, et si quis tamen dubitet, inspectis K 414 sq. dubitare desinet, ubi Hector totidem verbis dicitur *μετὰ τοῖσι* noctem transegisse, cum ceteris *βουληφόροις ἀνδράσι βουλὰς βουλεύων παρὰ σήματι Ϝίλου*, editum igitur locum prudenter electum cum ceteris ducibus obtinens [4]).

Vehementer dein metus et maestitia, quos in pectore audientium moverat ultimum illud Hectoris eum Andromache colloquium, suscitantur denuo atque etiam augentur verbis Iovis Hectorem cras moriturum commiserati P 207 sq.:

οὔ τι μάχης ἐκ νοστήσαντι
δέξεται Ἀνδρομάχη κλυτὰ τεύχεα Πηλεΐωνος.

Tristem hic percipimus vocis sonum eundem atque in ipsius poetae verbis illis:

αἳ μὲν ἔτι ζῳὸν 'γόον Ἕκτορα Ϝῷ ἐνὶ Ϝοίκῳ [5]).

Nunc laetus exultat Hector spoliis opimis ornatus, et mox hostibus, qui iam profligati sunt, prorsus devictis uxori ea monstraturum se confidit, — quem ne vivum quidem ad eam rediturum scimus! Nam Iovis non sunt fallacia verba. „*Non redibis e pugna ad uxorem*" Iuppiter ait, et est aliquid inter *οὔ τι* atque *οὐκ ἔτι* vel *οὐκ αὖτις*. Primo die si rediisset Hector, „*non hodie quoque*" vel „*non denuo redibis*" vel eiusmodi quid Iuppiter nunc dixisset potius.

Etiam tertio pugnae die ad finem vergente Troiani in planitie *ἀγορὴν ποιησάμενοι* noctem illic transegerunt, metu quidem perculsi nunc, — viderunt enim Achillem, quem fama tantum hactenus cognitum habuerunt, e vallo ipsis minatum, audiverunt eius vocem terrificam, et tali heroi impares se fore senserunt, — sed tamen spreto Polydamantis consilio prudenti, qui in urbem

1) Θ 489 sqq.
2) K 160.
3) Θ 553 sqq. I 232 sq. K 11 sqq.
4) Cf. etiam K 299 sqq.
5) Z 500.

recedere eos iusserat [1]). Qua in Iliadis parte qui legerit Hectoris verba, copias intra Troiae moenia se recipere vetantis et egregio cum contemtu rogantis:

ἦ οὔ πω κεκόρησθε ἐελμένοι ἔνδοθι πύργων;

non facile sinet sive a codicibus sive ab interpretibus sibi ita imponi ut ducem, qui ne tum quidem copias quamvis perterritas in urbem reduxerit, illuc a poeta tertio ante die sine iusta ulla causa remissum esse credat.

Denique Polydamantis verba, quae iam tetigimus, indicata sunto haec:

ὄφρα μὲν οὗτος ἀνὴρ Ἀγαμέμνονι μήνιε δίῳ,
τόφρα δὲ ῥηΐτεροι πολεμιζέμεν ἦσαν Ἀχαιοί·
χαίρεσκον γὰρ ἐγώ γε θοῇς ἐπὶ νηυσὶν ἰαύων —

cett.; quae quanto aptius sint dicta si Troiani et heri et nudiustertius ante urbem pernoctaverint, quam si proxima quidem nocte campum obtinuerint, ante biduum vero, Achille tum quoque irae indulgente, intra urbis moenia confugerint, demonstrari hic non est opus.

Ergo haec est res. Si concedatur, Η 477 et Θ 55 pro πτόλιν legendum esse στρατόν, quae vocabula nonnumquam permutata esse hodierni codices testantur, delendos autem esse Θ 58 sq., utpote ex libro Β repetitos, servandum vero esse qui vulgo damnetur versum Η 380, in Iliadis compositionem non cadet gravissimum illud crimen, unde disputandi initium fecit Bethe, et ducis prudentis officio fungetur Hector per ultimum vitae quatriduum. Si vero neque illos versus tangere neque Η 380 servare licet, aut liber Η ex Iliade evellendus est aut poeta melius coepisse quam desierit est dicendus. Lene et paene nullum est illud remedium, violentissima quaeque suadet ratio contraria. Utra praeferenda sit incertum mihi non videtur: quid lectori?

Si quid diximus hactenus quod operae esset pretium, sequitur ut non iam secernenda videatur libri Ζ pars quaedam, utpote ab Iliadis poeta — si modo poeta — e carmine antiquiore resecta, dein suo carmini inserta.

---

1) Σ 243—314.

Artissime autem coniunctum esse episodium, quod est de Hectore Troiam reverso, cum Iliadis parte priore iam ostendit Bethe, qui candide et optimo iure professus est ab ipso Iliadis poeta Hectorem eo consilio ex acie in urbem remissum esse ut Paridem visere et cum Andromache colloqui posset, illuc autem ut remitti posset, poetam finxisse eum ab Heleno augure peritissimo iussum esse Troiam redire ad rem divinam curandam [1]). Agnoscimus hic artificium poetae eius, qui N 740—807 Hectorem ex introitu castrorum hostilium, quo iam cum parva parte exercitus penetraverat, voce Polydamantis ad suas copias remisit auxilium petiturum, quippe qui unus ea esset auctoritate ut milites in hostes posset urgere.

Quod vero perhibet Bethe, matronarum pompae neque cum Diomedis fortitudine neque cum Hectoris in urbem reditu primitus commune fuisse quicquam, eam opinionem idoneis ab eo argumentis fultam esse nego. Nempe tenendum est non id quaesivisse Bethium, vetusta carmina ea hodie deperdita, unde Iliadis poeta sua duxerit, coniunctamne an disiunctam *horum episodiorum materiem* ei praebuerint, — quae res neque sciri iam potest neque, si posset, cognita quicquam prodesset de Iliadis compositione disputantibus, id unum igitur rogantibus *quam bene* poeta materiem, quam sive iunctam sive disiunctam accepisset, ipse dein *elaboraverit*, — sed *uniusne carminis vetusti pars aliqua* libro VI° Iliadis sit inserta, an *e pluribus carminibus resectae* particulae duae vel tres, dein utcunque conglutinatae, in libro illo nobis sint servatae, quam primum igitur seiungendae ei qui singulas suo pretio velit aestimare.

En igitur Bethii argumenta.

— „Vicerat quidem Martem Diomedes cum matronae Troianae „a Minerva precatae sunt ut haec Diomedis minas retunderet, „sed et Troianos ab eo victos poeta non dixit" [2]). — At Belli

1) „Es liegt ja auf der Hand, dass die Helenosrede nur deshalb [vom Verfasser „unserer Ilias] erdichtet ist, um den Hektor in die Stadt zu bringen. Man kann „streiten, ob diese Erfindung geschickt oder ungeschickt ist, aber leugnen kann man „diesen ihren einzigen Zweck nicht. Und doch ist er, obgleich schon öfter hervor„gehoben, immer wieder verkannt."

2) „E 700 erleiden die Achäer eine Niederlage. Dann besiegt Diomedes zwar, von „Athene angerufen, den Ares, aber dass er die siegreichen Troer schlage, wird nicht „gesagt. Erst Z 5—73 schildern ein neues Vordringen der Achäer" cett.

Deo, *Troianorum duce et praeside* (Δ 439), vulnerato Diomedes ipsos Troianos in eo profligasse dici iure potest; qui deus postquam clamans in caelum aufugit, *statim* superiores facti sunt Achivi.

— „In episodio, quod est de matronis a Minerva opem petenti„bus, summam arcem obtinuisse dicitur huius deae fanum; at „in eo quod est de Hectore Troiam reverso aedes regum ibi „structae fuisse dicuntur" [1]). — Ergone parum inter se congruere haec quisquam putat? Ubi tandem nisi in ipsa urbis arce sive diis urbem tutantibus sive regibus sua sedes esse potuit? Athenarumne igitur arx soli Minervae an et regi Athenarum olim locum praebuit? Iliadis autem poeta modo delubri [2]) Minervae fecit mentionem, eo enim auditorum mentem convertere tum voluit et debuit, quoniam ibi agebantur res quas enarrabat: nunc mentionem facit regiae, quia illuc iam pervenit Hector, — et crimini Homero datur quod modo de regia illa tacuit, nunc tacet de fano Minervae vel de delubro Apollinis, quod item illic collocavit? Nae aut hoc aut nihil est id quod ait popellus, ad canem feriendum nunquam deficere baculum.

— „Priami tantum aedes in Troiae arce novit is qui fecit „matronas fanum Minervae adeuntes, proprias aedes et Paridi „illic tribuit poeta qui Hectorem uxori valedicentem cecinit" [3]). — Haec, quae proxime inter se vicina habet Ilias, si revera, quod putat Bethe, inter se discrepant, fieri qui potuit ut is qui in unum carmen coëgit, non senserit contraria se iungere? At optime inter se concinere mihi quidem est persuasissimum et — nisi arrogantius hoc est verbulum — omnino constat. Ipse enim poeta causam rei addidit. Paris cum e longinquo itinere reversus magnam praedam et aliunde et ex Argivorum regione collectam in patriam advexisset, ad opes illas servandas proprium thalamum sive thesaurum requirens a peritissimis artificibus

1) „In diesem sind auf der Spitze der Burg die Paläste gedacht (Z 317), in jenem „(Z 297) der Tempel der Athene (Robert, Stud. zur Ilias 196)."

2) *Templi* nomine ambiguo cur praestet non uti in carminum Homericorum interpretatione, ostendi Mnem. 1906 p. 181—193.

3) „Z 313 ff. hat Paris ein eigenes Haus ..., aber der Dichter des Bittganges „(242) kennt nur ein Haus, und das gehört dem Priamos, und in diesem wohnen „alle fünfzig Söhne" cett.

strui sibi iussit, e numero ceterorum Priami filiorum ipso illo itinere et raptu Helenae veluti exemtus. Ita rem finxit poeta Iliadis: cur perhibetur male finxisse et ne potuisse quidem ita fingere nisi priscorum carminum fragmentis abusus ad opus musivum componendum?

— „Mulieres Troianae a dea praecantur ut Diomedem arceat, „at Hector cum Paridem in pugnam urget, de Diomede tacet, „et Andromache ultimum eum inter Achivorum duces commemorat [1]." — Parumne igitur ad fratrem excitandum valent haec Hectoris verba: „pereunt milites in pugna, quam tuam in gra„tiam inierunt; ipsi urbi instant hostes"? Diomedisne nomen addendum fuit, si hunc inter hostes praecellere sciret is qui hos versus fecit? Addi poterat, sed cur tandem oportuit addi? Andromache autem cum ad maritum dixit: „ter iam in moenia irruerunt Aiaces et Idomeneus et Atridae et fortis Tydei filius", magnam emphasin tribuit Diomedis nomini ultimum eum commemorando, nam eodem fere haec redeunt ac si „*ἄλλοι τε καὶ Διομήδης*" dixisset: *cum alii tum is qui ceteris audaciorem se praestitit.*

Sed de ultimo hoc Bethii argumento tacere potui. Qui postquam de versibus 435—439 aliquantisper disputavit, cum spurios — quae Aristarchi olim fuit sententia — tum genuinos vocat, utpote ab ipso Iliadis poeta confectos et carminis alieni fragmento insertos, genuinos igitur dicendos esse si Iliadis, spurios si vetustioris illius carminis de Hectoris reditu, quod Bethe statuit, habeatur ratio. In prisco igitur illo carmine cuiusmodi fuerint partes Diomedis, ex Iliadis illis versibus effici non posse Bethe statuat necesse est — argumentum ab ipso prolatum sic abiciens.

Itaque multum abest ut assentiar Bethio his argumentis prolatis sic concludenti: „adeo haec inter se discrepant ut luculen„ter pateat primitus Matronarum Pompam et Hectoris in urbem

---

1) „Die troischen Frauen bitten Athene um Schutz gegen Diomedes (306, 277, „296), der am Skäischen Tore wütet; aber Hektor, der den Paris in die Schlacht „treiben will, sagt ihm nichts von diesem Dränger, und Andromache, die vom Turm „aus die Schlacht verfolgt hat, nennt 436 den Diomed nur unter vielen andern erst „an letzter Stelle".

„Reditum non fuisse unius eiusdemque carminis partes, sed „ex alio carmine vetusto illud episodium, ex alio hoc esse „resectum” [1]).

Mox, cum Iliadis poeta — si poeta etiam vocandus est is qui Iliadem ex carminum vetustorum laciniis tenui arte consarcinaverit — propterea vituperatur quod Hectorem coram Hecuba Paridi mortem imprecari fecerit vs. 279—285, impense hanc Bethii sententiam demiror, magis etiam miratus cum ad versum 280 novo crimine premendum additur, Iliadis illum sive poetam sive sartorem, dum in unum iungit diversa, admisisse formam contractam *ἔρχευ*, ut versus vicini verbis denuo uti posset ad alterius carminis laciniam alteri assuendam, ne ad unum quidem hexametrum componendum sua arte satis valens scilicet. In prisci enim poetae carmine cum Hector ad matrem dixisset:

*ἀλλὰ σὺ μὲν πρὸς νηὸν Ἀθηναίης ἀγελείης*
*ἔρχεο σὺν θυέεσσιν,*

nostrum hominem haec ita in deterius mutata repetivisse:

*ἀλλὰ σὺ μὲν πρὸς νηὸν Ἀθηναίης ἀγελείης*
*ἔρχευ, ἐγὼ δὲ Πάριν μετελεύσομαι κτἑ.* [2]).

Hic Bethii sobrium iudicium desidero. Nam sive servanda videtur ea quam codices hodierni praebere solent orthographia, sive „*ἔρχε'*” magis placet elisione solito signo indicata, sive „*ἔρχεο, ἐγὼ*” integrum more prisco perscribere malumus, eodem res redit: *contractam formam* oculis quidem ostendunt codices, sed vera contractio hic nulla est. Cuiusmodi formas textus traditus carminum epicorum plurimas quidem praebet, sed ANTE VOCALEM et CORREPTAS, ante consonam vero (non correptas igitur) non nisi locis paucissimis. His solis locis aevi recentioris deprehenduntur vestigia, nihilo vero maioris audaciae nihilove recentioris artis est „*ἔρχευ* (sive *ἔρχε'*) *ἐγώ*” quam „*κήδε' ἐφῆπτο*” vel „*δόμον περικαλλέ' ἵκανε*”, nihilo difficilius elidi potuit -*ο* finale personae

1) „Diese Widersprüche schliessen die Einheitlichkeit dieser Dichtung aus” sqq.

2) „Der Eindichter hat statt der offenen Form *ἔρχεο* in 270 hier 280 die kon„trahierte *ἔρχευ* eingesetzt, um fortfahren zu können *ἐγὼ δὲ Πάριν μετελεύσομαι*, „während sonst in den 68 Versen des Bittganges 237—278 und 286—311 keine „kontrahierte Form vorkommt”.

2ae quam 3ae: ἔφατ', ἠμείβετ'. Sed quid immoror rei quae ab Homeri studiosis ignorari nequeat [1]) neque Bethium — sat scio — lateat. Atqui ex his quae diximus sequitur, immerito eum illud ἔρχευ artis sequioris indicium vocasse.

Quod autem Bethe negat Hectorem Andromachen domi suae quaerere potuisse, si matronas in Minervae delubrum modo misisset, sic quoque duorum carminum primitus neque cohaerentium neque congruentium reliquias hoc loco agnosci perhibens, hoc crimen nititur coniectura quadam Schulzii, qui γεραιράς — vocem non ex Homero sed aliunde cognitam — pro γεραιάς Z 87, 270, 287, 296 scribi olim iussit [2]) ... cur tandem? Cur Andromachen, cuius puerulo Scamandrio non iam instabat periculum, necesse fuit comitari matres militum in Minervae fanum peplum deferentes — si poetae id non libuit? Poterat et illam illuc mittere, non nego, at non misit: cur mitti oportuit? Nescio equidem, et miror hoc quoque argumentum ad Iliadis compagem labefactandam admotum, miror audaciam eius critici cui „ἔρχε'" pro „ἔρχευ" scribere modo parum tutum videbatur.

Alia nunc mitto, ne taedium pariam legentibus, taedium ipsi Bethio, si is quoque hanc meam disputationem perlegere operae pretium duxerit. Nisi autem sufficiunt quae protuli ad refutandam quam ille professus est opinionem, equidem parum valeo in disputando, ne pluribus quidem argumentis cumulatis Homeri studiosis persuasurus. Finem igitur hic facio; calidius autem si quid dixerim, ἄφαρ τὸ φέροιεν ἀναρπάξασαι ἄελλαι!

---

1) Equidem olim in Mnemosyne, dein in Enchiridio Epico locos composui.

2) „Hektor fragt ...: 'wohin ist Andromache gegangen?' u. s. w. Diese Fragen „sind unbegreiflich im Munde des Mannes, der eben den Bittgang der edlen Frauen „veranlasst hat: denn das sind γεραιραί, wie statt γεραιαί nach W. SCHULZES „(Quaest. epic. 501) Nachweis zu lesen ist. Nur im Tempel konnte Hektor sein „Weib suchen, nicht zu Hause, noch weniger bei den Verschwägerten, die auch „beten mussten."

# XXXVI.

## DE ILIADIS COMPOSITIONE.

„Falleris". — Esto istud: fallor fortasse; sed ipse
„Si vis laudari, quae non sint falsa repone".

Goethii haec verba [1]) Paulus Cauer praemisit docto libro quem de Crisis Homericae fundamentis scripsit [2]). Quorum verborum et ego nunc recordor, probe mihi conscius plus me debere Homeri studiosis quam hactenus protulerim Dicendum est quid ipse igitur sentiam de Iliadis origine et compositione. Dicam quam potero brevissime, ne in spissum librum haec commentatio excrescat sedule et fere anxie cavens, summas igitur res stringens, non in singulas rerum particulas nunc inquirens. At quantae molis, quanti ponderis argumentum sollicitaturus sum, quam multis iam tractatum, quam simile lapidi Sisypheo! Ut abstineam hortatur Pudor, hortantur Metus et sui Diffidentia: periculosissimum esse opus, irritum fore laborem, multis stomachum moturum, risum datura conamina! Sed segnis hominis est non intendere vires, et pluris faciendum est veri studium quam amor sui. Dicam quod persuasum est.

De Homero igitur et de huius poetae carmine dicturus sum, rem tractans quae non philologis potissimum sed cultis omnibus hominibus permagni est momenti. Nam quisquis Iliadem amare didicit, iustusne an caecus et ineptus hic sit amor, veramne Musam an Musae umbram fallacem admiretur, sitne carmen quod teneat an carminum sint segmina tenui artificio in maioris carminis aliquam speciem coniuncta, quin scire cupiat fieri non potest. At quicunque recens est ab ipso Homero, ridet cum tale quid rogatur, et miratur rogari unquam potuisse, „amo Homerum, ergo extat" confidenter exclamans et cordis illis rationibus, quas Ratio ignorat, plus tribuens quam hominum eruditorum quibuslibet disputationibus.

---

1) „Du hast **nicht** recht!" Das mag wohl sein;
Doch das zu sagen ist klein.
Habe **mehr** recht als ich. Das wird was sein.

2) Grundfragen der Homerkritik² 1909. De quo opere nonnulla nuper observavi in Museo nostrate (patrio sermone usus).

Est tamen perantiqua haec quaestio. Quae ab eo inde tempore est mota quo pueri a magistris Homeri carmina discere coeperunt. Tum cum viri docti his carminibus operam impenderunt primum et multa in his parum inter se congruere aut senserunt aut sentire sibi visi sunt, nata est quaestio quae dici solet Homerica.

En testis idoneus et omnium antiquissimus. Herodotus II 117 Cypria et Iliadem eiusdem poetae esse carmina negat. Illa enim aetate praeter Iliadem et Odysseam etiam alia carmina epica complura Homero solebant tribui; ipsa igitur Homerica quam dicimus quaestio movetur cum Herodotus Cypria carmen Homero abiudicat. At primum hoc quod litterae antiquae praebent specimen huiusmodi disputationum aptissimum est ad avertendos ab iis philologorum animos; nam falso et nullius pretii argumento confisus Herodotus — aut is quem Herodotus secutus est — negavit Cypria eiusdem atque Iliadem esse poetae.

Videamus quid sit rei. Herodoti verba haec sunt: „*ἐν μὲν γὰρ τοῖσι Κυπρίοισι εἴρηται ὡς τριταῖος ἐκ Σπάρτης Ἀλέξανδρος ἀπίκετο ἐς τὸ Ἴλιον ἄγων τὴν Ἑλένην, εὐαέϊ τε πνεύματι χρησάμενος καὶ θαλάσσῃ λείῃ, ἐν δὲ Ἰλιάδι λέγει ὡς ἐπλάζετο ἄγων αὐτήν.*" Pugnare igitur inter se ait Herodotus id quod in Cypriis sit narratum: „Paridem triduo cum Helena iter e Peloponneso in patriam confecisse" et id quod in Iliade legatur: „eum per temporis aliquod spatium cum Helena circumvagatum esse".

Hoc si legitur in Iliade, inter se non congruere quae dixerit poeta Iliadis et quae poeta Cypriorum suo iure perhibuit Herodotus; nam triduo illud iter confici non potuit nisi ab iis qui et vento secundo uterentur et nihil cunctati littus Troadis peterent [1]). At — non legitur!

Spectat Herodotus Iliadis versus, quos et ipse attulit, Z 289—292; quo loco Hecuba dicitur descendisse in thesaurum regium, ubi et aliae opes et vestimenta pretiosa asservabantur:

*ἔνθα ϝ' ἔσαν πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν*
*Σιδονίων, τὰς αὐτὸς Ἀλέξανδρος θεοϝειδὴς*
*ἤγαγε Σιδονίηθεν, ἐπιπλοὺς εὐρέα πόντον*
*τὴν ὁδὸν ἣν Ἑλένην περ ἀνήγαγεν ἠϋπάτειρχν.*

1) Cf. I 363 γ 180 Thuc. III 3 § 5 Soph. Phil. 354 Theocr. XIII 29.

Hos versus ut apte possimus interpretari, necesse est vocabulum ὁδόν intellegamus *totam Paridis expeditionem*, non ultimam huius partem solam. Sed paullo altius res est repetenda, quo clarior appareat mens poetae. „Latrocinia aetate heroica nullam habebant infamiam, immo laudem ferebant": ita recte Thucydides I 5. A suis ipsorum videlicet popularibus et horum amicis laudabantur praedones, neque dedecus sed famam afferebant expeditiones in gentes exteras lucri causa susceptae, si modo bene cessisset res. Cuius aetatis mores non tantum quantum fortasse crediderit quispiam a nostrae moribus fuerunt diversi, sed aliis nominibus hodie eadem res ornatur et longius remotae esse solent quae spoliantur gentes. Apud Homerum autem Mentes, dux praedonum Taphiorum, Ulixi ab intimis fuit, et ipse Ulixes praedonem se egisse in ficta ad Eumaeum narratione verbis apertis gloriatus est [1]), novas eiusmodi expeditiones revera mox suscepturus [2]); quid quod Mentae illius praedonis speciem sumsit Minerva dea Telemachum prudentibus consiliis adiutura. Nihil igitur insoliti ea aetate habebant verba Nestoris, iuvenem regium, qui ad Pyli littus appulisset, cum benevole et honorifice acciperet, rogantis utrum ad praedandum nave circumvagaretur an aliud ei esset itineris consilium [3]). Qui vero spoliati erant homines et horum amici, hi praedonibus pessima quaevis imprecabantur [4]); sed haec res nullos unquam bellatores deterruit.

Ergo fortissimus quisque rex huiuscemodi expeditionibus laudem et emolumentum sibi suisque solebat quaerere, et Paris, Priami filius strenuus famaeque appetens, cum adolevisset, patre haud invito naves sibi strui iussit, quibus oras gentium exterarum viseret sive — nam eodem haec res redibat — popularetur. Incepto favens ipsa Minerva — non Achivorum illa dea sed urbis Troiae dea tutelaris — Tectonem architectam adiuvit in navibus aedificandis [5]), quemadmodum adiuvit eum qui Argonautis navem struxit et eum qui „equum" Troianum [6]).

---

1) Cf. ξ 230—234, 246 sqq.; nam vs. 262 ὕβρι ϝεῖξαι dicens non *ipsam rem* improbat sed sodalium hostes vilipendentium neglegentiam.

2) Cf. ψ 367.

3) Cf. γ 71—74.

4) Cf. π 425—427.

5) Cf. E 59—63.

6) De equo Troiano olim disputavi Mnemos. 1901 p. 121—140.

Quorsum igitur his navibus conscensis Paris cum militibus αὐτερέταις tetendit? Statimne petiit littora Graeca? Minime! Fecit id quod ipsa res ferebat, in ea praesertim artis navalis imperitia: Asiae oram legens ad gentes vicinas pervenit, quemadmodum Taphii vicina potissimum Thesprotiorum littora visere sive vastare solebant [1]). Ibi praedam praeda cumulans et longius longiusque tendens — nam nihil parvum appetebat ingenium iuvenile et ferox — etiam ad oram Phoeniciam appulit, ubi maximis item opibus potitus etiam mulieres nonnullas texendi peritissimas rapuit. Tum maius quid ausus mare traiecit et sic usque ad Peloponnesi oram pervenit tandem, ubi vel felicius quam per ceterum iter re gesta — audaces enim fortuna iuvat et ipsa Venus ei favebat — reginam formosissimam cum magna vi auri et argenti in naves abripuit [2]); rex enim Menelaus forte tunc aberat. Iam vero festinato opus esse sensit, hostes eos in se conciliatos quibus haudquaquam par esset, Helenam se tenere νυὸν ἀνδρῶν αἰχμητάων καὶ πολλὰ κτήμαθ' ἅμ' αὐτῇ: Menelaus si redux se offenderet, mortem sibi suisque esse paratam. Itaque quam potuit celerrime domum tetendit, et tunc quoque prospera fortuna usus, χρώμενος οὔρῳ τ' εὐαεῖ λείῃ τε θαλάσσῃ, citius rediit in Troadem quam ut assequi eum possent Achivi.

Haec et inter se et cum ipsis Homeri verbis optime concinunt, haec cum moribus aetatis heroicae congruunt. Si vero sequimur Herodotum, cui Helena non erat innocens et pudica et Iove patre digna, qualem celebravit Homerus, sed uxor libidinosa, quae iuvenem peregrinum sponte secuta esset marito et filiolo derelictis, sumamus oportet turpem illam adulteram recuperata libertate cum moecho in regiones longinquas properasse, ibi animo indulgentem novas identidem urbes visisse nec usquam quietem invenisse, quam praeriperet mens flagitii conscia; Paridem autem ut mulieris amatae animum exhilararet et amoris signa ei praeberet, dona pretiosa a mercatoribus orientalibus ei ... emisse, dicere volui, sed id quidem nimis aperte absurdum, non enim emebant illi homines sed praeda-

---

1) Cf. π 425—427.

2) De Helena vi rapta, non sponte Paridem comitata, disputavi Mnem. 1906 p. 211—223.

bantur, neque vestes sed ancillas texendi peritas Troiam a Paride advectas dixit Homerus. Apage verbula insulsa, quae non e carmine epico sed e romanensi aliqua nostri aevi fabula desumta dixerit quispiam. *Mulieres Sidonias Paris in patriam adduxit ex itinere illo quo Helena potitus est*: haec Homeri verba simplicia ut perperam interpretaretur Herodotus — huiusve magister Homeri studiosus — effecit praeconcepta opinio de Helenae adulterio voluntario et de sera vindicta Menelai, multis demum annis post cum classe in Troadem profecti [1]).

Duas iam res perspeximus:

1) studia virorum eruditorum, in varias partes a variis poetis compositas discernere conatorum ea quae ars epica peperisset, utpote inter se non congruentia, ab eo inde tempore inter Graecos viguisse quo opera sermone soluto concepta Graeci scribere coeperint,

2) antiquissimum quod nobis cognitum sit horum studiorum specimen, id insigni errori deberi.

Nam *egregie errat* Herodotus, ut vidimus, inter se discrepare illos Cypriorum et Iliadis locos perhibens, et nisi graviora fuerunt cetera argumenta, quibus veteres adducti sunt ut unius poetae haec carmina esse negarent, nihil obstabat quominus Cypria carmen auctori Iliadis assignaretur.

Missis nunc deperditis illis carminibus, quorum nimis parca, nimis incerta ad nos propagata est memoria, ad Iliadem et Odysseam solas advertamus. Quas solas postea Homero tribuerunt viri docti. Neque omnes ambas. Mox enim surrexerunt qui alium hanc, alium illam fecisse poetam contenderent. Neque fieri potuit, cum ad hoc studiorum genus convertere se coepissent qui Homero interpretando operam dabant, quin simul inciperent dubitare an non cuncta quae in Iliade legerentur eidem deberentur poetae, neque cuncta quae in Odyssea. Aristarchus autem oblocutus quidem est *τοῖς χωρίζουσι* sive iis qui Odysseam

1) Ceterum dubitari potest an non Homeri sint Z 291b—294, sed postmodo sint additi. Sed haec si placeat opinio, magis etiam quam perhibuimus certum videatur hos versus a Cypriis carmine non discrepare, nam cantorem, qui eos inseruerit, prisco carmini non fuisse additurum quae orbem fabularum eius aetate receptarum et ipsi cognitarum excederent.

ab Iliade secernebant, at idem — et partim hanc ipsam ob causam — multos in utroque carmine versus obelo notavit utpote spurios. Et ab hac certe parte artis criticae ne potuit quidem abstineri, ex quo grammatici senserunt operam esse dandam ut carminum priscorum textus recte constitueretur; nam cum inter se conferebant quae iis praesto erant exemplaria e variis regionibus collecta, passim haec inter se non congruere videbant et multos versus in aliis exemplaribus legi, in aliis non extare. Suo igitur iudicio editores usi ut genuina a subdititiis secernere conarentur necesse erat.

Non eandem autem omnibus de singulis versibus fuisse sententiam, sed alios severiores se praestitisse, alios magis pronos fuisse ad servanda quaecunque vetustum aliquod exemplar praeberet, neque idem omnibus mentis acumen, non eandem fuisse eruditionem vel dictionis epicae peritiam, cum intellegit quilibet, varia enim sunt hominum studia et ingenia, tum ex Iliadis Odysseaeque scholiis et aliunde nemo nostrum qui his rebus operam dedimus non didicit, tum vero luculenter his annis docuerunt et ad ipsos oculos nobis demonstraverunt quae in Aegypto repertae sunt laciniae quamvis putres et exiguae librorum saeculo III° vel II° ante Chr. n. exaratorum, qui libri textum Iliadis et Odysseae exhibuerunt multo ampliorem quam is est quem recentiores praebent papyri et codices [1]). Tenemus igitur fragmenta textus *πολυστίχου*, ab aliorum exemplarium textu passim discrepantis. „Utri fides habenda?” et nos rogamus et olim rogaverunt viri docti, quibus textus uterque — et alii neque huic neque illi consimiles — innotuissent, neque poterat fieri quin rogarent.

Accuratius autem singula explorantibus patet *ampliorem* quem diximus vetustorum illorum voluminum textum non et *uberiorem* fuisse, sed prisci poetae merum affusa aqua ita fuisse dilutum ut copia quidem potionis fieret maior, non cresceret eius vis aut melior fieret sapor; versuum quidem auctum esse numerum, sed materiei aut splendori dictionis nihil esse additum; passim insertos esse versus ex aliis Iliadis vel Odysseae partibus iam cognitos, qui etiam in novum contextum satis bene quadrare

1) Exempla pauca e pluribus hic indicata sunto Θ 251 sq. Λ 514 sq., 795, 827.

viderentur, et sic pluribus verbis esse dicta quae paucioribus aeque bene dicerentur in exemplaribus chartae minus prodigis.

Rhapsodorum hic vocem vel manum agnoscere cuiusvis est; sed quicquid statuimus de tantae varietatis causis, id certum atque apertum est, vixisse „quaestionem" illam quam dicere consuevimus „Homericam" ex illo inde tempore, quo grammatici coeperunt operam dare ut spuria e textu carminum epicorum removerent; certum est, non hominum aliquorum nimis suspicacium molestam doctrinam haec studia peperisse aut promovisse, sed ipsam textus traditi inconstantiam ut iis incumberent coëgisse Homeri interpretes et editores.

Nam eadem argumentandi ratio, quae Zenodotum vel Aristophanem vel Aristarchum movit ut versus nonnullos sive in cunctis sive in quibusdam exemplaribus vetustis inventos damnarent, ad maiora tentanda impulit Lachmannos et Knightios et Kirchhoffios et ceteros criticos, quorum nomina addi hic poterant plurima. Omnes rogarunt — et suo iure sane rogarunt! — quid ipsum poetam deceret, quid non; omnes in suspicionem vocarunt quae certas ob causas improbanda esse sibi persuasissent, alii cautius atque prudentius procedentes, alii temere atque audacter, alii externis indiciis alii internis plus tribuentes, non aeque omnes sagaces, aeque eruditi, aeque periti artis poeticae, dictionis epicae, antiquitatum heroicarum, sed eo tendentes omnes ut suo ipsorum usi iudicio nihil tribuerent prisco poetae — vel priscis poetis — quod his indignum neque ab his profectum arbitrarentur. Unumne versiculum hac argumentandi ratione ductus e contextu eiciat aliquis an centenos, Iliademne ab Odyssea secernat an Doloneam vel Iter Telemachi ex alterius carminis corpore resecet, an etiam in partes aliquot utrumvis carmen dirimat vel divellat, revera nihil interest, neque prudentis est viri aliam horum studiorum partem admittere et laudare, aliam a limine damnatam aspernari; nam eodem tendunt omnia. Id unum refert scire quam validae sint causae, quibus singuli critici singulis locis permoti fuerint ad sollicitandum textum traditum. Quae genuina essent, quae spuria, quid vitium creparet, quid claro sono testaretur integrum servatum esse artificis vetusti opus, et olim quaesitum est et nunc quaeritur. Non novam quaestionem movit Vico vel Wolf, sed vetustissimam aut illi suscitarunt, aut

ipsum eorum suscitavit aevum, quo carmina Homerica eo denuo amore amplecti coeperunt homines quo diu fota fuerat Aeneis. Nam carmina „diligere" idem est quod „pernosse" ea velle atque „intellegere", neque singula tantum verba vel versus, sed ipsum potissimum carminum decursum; qui si haereat vel haerere videatur, quin rei quaeratur causa non potest fieri, et latus patet suspicionum campus legentium ingenio vel audaciae.

Adversis autem frontibus inter se oppositi diu hinc steterunt quibus persuasum erat carmen esse Iliadem, carmen Odysseam, poetae opera se tenere, illinc qui dirimenda censebant quae Musis invitis coaluissent, non enim duo carmina epica e prisco illo aevo ad nos pervenisse, sed strues duas carminum, vel potius strues fragmentorum male digestorum male colligatorum. Illam opinionem poetae cum veteres tum recentiores complures probarunt, haec inter philologos defensores invenit creberrimos atque acerrimos, et strenuo multorum labore plurima prolata sunt argumenta, quibus demonstraretur in utroque carmine quaedam non satis apte inter se iuncta esse aut parum inter se congruere.

Ecquis erit finis? Fore persuasum est; haud procul, nisi vana auguratur animus, etiam absunt pax et fidelis concordia, pugna diuturna et generosa paratae. Viam, qua ad optatissimum illum finem aliquando perveniri possit, cernere mihi videor. Ut ex inepto errore nasceretur amor ille, quo plurimae hominum aetates „Homerum" suum coluerunt, id fieri non potuit; neque vero credibile est plurimos illos viros sagaces et eruditos, qui in Iliade et in Odyssea antiquorum carminum rudera agnoscere sibi visi sunt, mera somnia protulisse. Verum cum illi tum hi viderunt vel senserunt: iungenda sunt haec studia et ille amor; non utris credendum sit rogemus oportet, sed credamus et his et illis.

Nam distinguenda — pudet fere dicere quae nemo ignoret, sed tamen dicenda nunc haec videntur, — distinguenda est *carminis forma*, sive id ipsum quod carmen vocamus, id quod debetur poetae, id ob quod carmina sive bona sive mala dicuntur, a *carminis materie*. Distinguenda, non secernenda. Non enim ea ratio, quae est inter vestem et corpus, intercedit inter carminis formam et carminis materiem, sed illam ab hac seiungere qui studet, id agit ut cute carnes, carnibus ossa nudet et ipsorum

ossium iuncturas articulatim solvat, — coqui et concoqui quae possint fortasse mox habiturus, non quae mentem admiratione percellere vel cordis interiora amore calefacere. Florem cum cernimus, nulli dubitamus quin radices egerit caulis ex quo flos ille prodiit, radices illae quin e terra sucos duxerint, terrae angulus unde procrevit quin varia elementa habuerit commixta, e longinquis fortasse rupibus vi torrentium vel glacie labente illuc convecta, fortasse e monte ignivomo ante multas hominum aetates eiecta et per aërem illuc delata, dein caeca vi humoris et microbiorum sensim ita mutata mollita comminuta, ut humus fertilis facta tandem quae duri saxi fuissent fragmina, nutrire possent germen vitale, quod casu felici illuc incidisset. Singula autem ea elementa dignoscere est geologorum, in plantae originem et incrementa vel in species cognatas inquirere est botanicorum physiologorum geographorum, florem dissecabit fortasse qui partes eius interiores explorare velit, sed florem admirabuntur, floris forma vel colore fruentur ei soli, qui talem qualem ipsa naturae vis vegeta protulerit intueantur.

Itaque, ut eo unde digressi sumus redeamus, „unumne carmen sit Ilias an plura?" roganti confidenter respondemus: „unum!" Suum autem hoc carmen poeta struxit e materie, quam praebebant carmina vetustiora, et cuiusmodi illa carmina fuerint quaeri potest; sed quaestio de compositione et quaestio de materie Iliadis cum simul habentur et permiscentur, ad finem optatum perveniri nullo modo potest: in avia mox aberrabunt disputantes, neque deerunt crimina vel iurgia, disputationis non recte institutae indicia certissima. *Origo Iliadis* non nisi in mente poetae illius, qui sive recte sive nomine alieno *Homerus* vocatur, est quaerenda; *materies* vero, qua ille poeta usus est, quin variam habuerit originem minime est dubium, et crebrae quae hac de re habitae sunt investigationes in lucem multa protulerunt quae optimae essent frugis.

Potest autem id quoque quaeri, quomodo et quam feliciter materie sua poeta usus fuerit in singulis carminis partibus componendis, et per se intellegitur rem aeque semper bene ei cedere non potuisse. Praeterea est veri simillimum, poetam Iliadis — vel poetam Odysseae, de quo carmine eadem dicta sunto, — cum materie e carminibus vetustioribus desumta uteretur, nonnum-

quam pepercisse ipsi formae, quam materiei olim tribuissent illorum carminum auctores. Et licet singuli versus partesve versuum, quos sic a prioribus cantoribus noster mutuos sumserit, indicari non possint, quoniam vetustiora illa carmina aetatem non tulerunt, non tamen meram iam proferimus suspicionem. Nam formulas certe quasdam, quae ex ipso Iliadis vel Odysseae contextu procrescere non potuerunt, e. g. *βοῶπις πότνια Ἥρη* vel *ἐΰσκοπος Ἀργεϊφόντης* vel *δῖος ὑφορβός*, ab horum carminum poeta vel poetis ex antiquioribus exemplis repetitas esse constat; partes autem versuum qui nonnumquam repetivit, is quin et totos versus, fortasse complures deinceps versus aliunde desumtos hic illic suo operi inseruerit potestne dubitari? Versus quosdam formulares passim per Iliadem et per Odysseam offendimus repetitos; nuntiis quae mandata sunt, iisdem verbis ab his nuntiis referri audimus: et creditu difficile videtur, eum qui suos ipsius versus toties repetierit quoties ferret rerum quas enarrabat decursus, alienis quoque versibus usum fuisse cum suo carmini eos aptos esse videret?

Quam multa autem sic e carminibus vetustioribus poeta noster in suum opus transtulerit, quam magnas illorum carminum partes servaverit et quam integras, sciri iam nequit: id certum, *sua* eum fecisse quaecunque suo carmini adaptaret, et quemadmodum sonorum notorum iunctura nova identidem verba vel nova cantica parit, et nova fiunt verba cognita cum callide inter se iunguntur, sic et antiquorum carminum fragmenta, si qua Homerus maiora vel minora in suum opus recepit, eius arte *nova* esse facta et ipsius quod ille pangebat operis partes. *Sua* ille cepit ubicunque reperiebat, *bona* ut fierent curavit Musa quae eius ore loquebatur.

Hoc quoque certum est et nobis qui seri epigoni nunc vivimus perpetue recordandum, — res ut difficilis sic necessaria, — multa poetae et iis qui aurem ei praebebant cognita fuisse, quae in carminibus ab eo non fuerint commemorata, nos autem ea cuncta latere, quoniam nulla praeter Iliadem et Odysseam ex illo aevo ad nos pervenerunt monumenta litterata. De diis, de caelo, de morte quae hominibus tunc persuasa fuerint, qualia iis studia, qualia gaudia, quales dolores fuerint, qualia speraverint vel metuerint, qui victus, qui amictus, qui cultus iis

fuerit, quae inter eos vixerint cantica vel fabulae sermone soluto enarratae, haec omnia quaeque plurima sunt eiusmodi nisi ex ipso Homero discere possumus, prorsus ignoremus necesse est neque ulla est spes aliquando sciendi; et licet ars archaeologica hic illic exiguum aliquem angulum sustulerit densi veli oblivionis, sub quo prisci illius aevi res iacent sepultae, alios fortasse angulos posthac illustratura, ea sola quae manibus tangi et oculis usurpari possint hac arte illustrari sivit ipsa rerum natura: quicquid est dominii poetarum, ab ea alienum est. Quae cum ita sint, melius Homeri studiosis praeceptum nullum unquam dari potuit quam Aristarchi illud „poetam ex ipso poeta illustrari" iubentis; at male adhibitum illud praeceptum gravissimorum saepe errorum extitit causa, cum ita Homeri ope Homerum illustrare conarentur interpretes ut si nulla ante Homerum fuisset ars poetica, nulla eius aetate carmina, nulla rerum praeteritarum priscarumve fabularum memoria extra ipsius opera inter eius aequales vixisset, obscura denique auditoribus olim fuissent quaecunque carmina Homerica post multa saecula legentibus obscura habere viderentur. Absurda haec esse nemo non sentit! Gallicus poeta cum sic infit: „etiam regnabat Valesius", nos non latet ille Valesius qui fuerit, quia temporis haud ita magnum intervallum interest; sed caecus casus si quando tulerit ut omni eius regis memoria inter homines deleta Voltarii etiam supersit epos, nullus tamen qui sapiat lector, primis his carminis vetusti verbis lectis, dubitare unquam poterit quin poetae aequalibus Valesius ille notissimus olim fuerit. Sic circa Iliadis initium cum Patrocli vel Telemachi in transitu fit mentio, neque verbum ullum est additum quo certiores de iis fierent qui poetae aurem praebebant, inde non concludimus Iliadis igitur exordium non verum esse exordium, plura enim olim praemissa fuisse, unde auditores discerent quis Patroclus quisve Telemachus fuisset, sed intellegimus Patrocli Telemachi Ulixis nomina et fata poetae aequalibus optime cognita fuisse priusquam Iliadis poeta canendi fecerit initium. Meleagri vel Melampodis vel Herculis fata cum obscurius indicari nobis videntur, audientibus tamen nihil obscuri habuisse carminis eiusmodi locos facile nobis persuademus; et poeta si ibi, ubi fabulas priscas respexit, arte sua minus interdum feliciter usus esse

nobis videatur, non tamen eo procedemus ut eum res iis quibus canebat ignotas ita indicasse putemus ut ipsius verba iis intellectu essent difficilia.

Nihilo autem innocentiorem errorem erraverit quispiam, si ipsum poetam ignorasse quaecunque non commemoraverit in animum sibi inducat. Casus tulit ut uno loco in comparatione apud Homerum mentio fieret rotae figuli: alia aut nulla si illo loco comparatione usus esset poeta Odysseae, crederetne quisquam ignotum poetae eiusve aequalibus fuisse instrumentum ante tot saecula inventum? Sic — ut alio exemplo bene noto utamur — de iure iurando ab Helenae procis Tyndareo dato quod tacuit Homerus, haudquaquam inde sequitur eum ignorasse eam fabulam, aut igitur post eum esse natam aut in regione unde innotescere ei non potuerit; sed credibile est — credibile inquam, non certum aut veri admodum simile — poetam et notam eam habuisse et neglexisse. Nam fieri non potuit quin tum cum seligebat et colligebat materiem, quae utilis sibi videretur ad carmen quod moliebatur struendum, sciens multa sperneret et omitteret, quae sibi non conducerent. Quae commemoravit Homerus, ea aut ab ipso ficta esse aut aliunde ei cognita fuisse scimus; id quoque certum est, eum non commemorasse quae scire non potuerit: sed quae non commemoravit notane an ignota ei fuerint, id saepissime nescimus. Ne eas quidem fabulas, quae ab Iliade vel ab Odyssea manifeste discrepant, poetae ignotas cunctas fuisse perhibere licet; nam potuit fabularum duarum inter se non congruentium alteram recipere, alteram mittere, ut minus sibi placentem.


Quae igitur argumenta satis firma videntur iis qui Iliadem unum unius poetae carmen esse autumant? — ut de Odyssea paullisper taceamus, de quo carmine posthac disputaturi sumus. Possuntne indicari quae doceant non variorum carminum fragmenta nos tenere fallaci artis humilioris labore conglutinata et unius operis speciem ementita, quorum iunctura sub superficie utcunque levigata latitans oculis exercitatis indagari possit, sed ita inter se iunctas esse huius operis partes singulas ut partes corporis viventis cohaereant, quibus unum cor sanguinem, unum pulmonum par aërem vitalem praebeat?

Possunt! Nam passim quidem per huius poetae carmen *pellucent* quae aevum Homero antiquius excogitaverat, quippe ipsius poetae suum opus aggressuri mente olim recepta, sed non *apposita,* non *adiuncta* recentioribus sunt antiquiora. Ibi ubi ex ipsius Homeri ingenio carmen profluxit, optime cohaerent omnia; ubi autem fabulis aliunde ductis usus est, carmini admixta quidem sunt quae non satis omnia cum eo congruerent, ita tamen ut in ipsius Homeri notiones abierint quae aetas prior ei praebuisset. Quarum notionum alias ab aliis discrepare cum sentimus, agnoscimus commune generis humani vitium, illum quoque vatem errores humanos errasse, quippe hominem, neque indignati neque mirati. Non Hydra aliqua est Musa Homerica, cui amputanda sint singula capita ut ... mortua scilicet capita remaneant et truncus iners; non velata ad nos accedit, ut Penelope ad procos, *ἄντα παρειάων σχομένη λιπαρὰ κρήδεμνα* et nisi densa atque multiplicia velamenta demantur oculos admirantium latitura: sed avellendo et resecando qui operam dant, Marsyae vel Apsyrti ei fatum parant.

*Drama* Ilias optimo iure vocata est; — Odyssea, sed de hac nunc non agimus, cum fabulis Milesiis potius est comparanda; — in quo dramate triplex illa unitas, quam in dramatis componendis neglegi vetuit artis lex severior, tam bene est servata ut aequus censor ab hac certe parte non inveniat quod vituperet. Et *tempore* et *loco* et ipso *rerum* narratarum *decursu* optime cohaeret Ilias. Optime etiam — quod nobilioris est artis — poeta sibi constitit in dramatis quos invexit *personis* pingendis. De singulis videamus.

Et de *loco* quidem multa dici non est opus; omnia enim in planitie, qua Troia urbs a mari seiungitur, et in ipsa hac urbe aguntur. Cuius planitiei speciem eam, quae menti poetae perpetue est obversata, in charta indicare possumus, dummodo id unum agamus ut tenuia quaedam lineamenta oculis subiciantur; nam si quis certis mensuris severe usus singula in diagrammate accurate elaborato et adumbrato ostendere velit, opus agat irritum et poetae interpretibus indignum. Is quoque operam perdat necesse est, qui Iliadem cum tabula geographica, ipsam Troadem ex vero referenti, eo consilio conferat ut singula, quae poetae verba habeant, locorum indicia ad illam tabulam exigat,

quicquid cum ea congruere videat probaturus, utpote genuinum et ipso poeta dignum, quae vero parum ei conveniant in suspicionem vocaturus. Nam fando quidem poeta audiverat Troiae et multorum locorum sive vicinorum sive longius remotorum nomina; montis, fluviorum, promunturiorum quaedam nomina a poetis antiquioribus aut aliunde acceperat, item nomina tumulorum, fontium, arborum quarundam sacrarum; fortasse et ipse — sed in coniecturarum campum infinitum iam evagamur — urbis olim deletae rudera tempore peresa aliquando viderat: non ita insueverat illi Asiae angulo ut singulae eius partes tales fere, quales natura eas confinxit, ante mentis oculos ei versarentur, neque cecinit hominibus illorum locorum incolis. Itaque si quis suis aliorumve oculis velit subicere imaginem non nimis fallacem, species locorum, quam rebus in Iliade narratis subiectam sibi finxit poeta, neglectis tabulis geographicis sic fere — fere inquam — rudi arte est delineanda, qualis fuit illius hospitis, qui in mensa Penelopes bellum Troianum digito madenti pinxit:




In littoris igitur Troiani *sinu* acclivi, a cuius parte utraque assurgunt *promunturia praerupta*, naves Achivorum stant subductae (Ξ 35 sq.). Inter naves et mare tentoria Achivi erexerunt, mox, cum prima pugna non bene iis cessisset, urbem enim non ceperant, *fossa* et *aggere* haec castra muniverunt (H 337 sqq.).

Planitiei, quae inter littus et urbem intercedit, pars urbi et montibus propior veluti per gradum vel *saltum* quendam e parte humiliore assurgit (K 160 al.).

Troiani hostibus obviam iverunt per planitiem, dein noctem post primam pugnam transegerunt sub moenibus urbis, proximas autem noctes, postquam Marte secundo pugnarunt, in aperto, haud procul a castris Achivorum (cf. p. 341—348).

Cum pugnatur, Troianis a parte sinistra est *Scamander* flumen (Λ 498 sq.). Illic est *Ili tumulus* (Ω 349 al.), quem Hector noctu obtinet cum ceteris ducibus (K 415).

Haud procul ab illo tumulo est magna quaedam et sacra *caprificus* (Λ 167 Z 433 al.). Etiam *tumulus Aesyetae* in eius vicinia est (B 793 X 145).

Prope urbis *portam Scaeam* Achivis obversam est sacra *quercus* (Z 237).

In urbis *arce Pergamo* sunt aedes *Priami*, aedes *Paridis*, fanum *Apollinis*, fanum *Minervae*.

Non rogamus nunc unde singula quae commemoravit poeta cognita habuerit nomina, neque quam recte in unam imaginem cuncta ea loca coniunxerit. Credibile est priscorum carminum alia sacram quercum, alia caprificum celebrasse, Ili tumulum et tumulum Aesyetae eiusdem loci olim nomina fuisse, Simoentem cum Scamandro non in ipsa Troade sed in mente poetae confluxisse, alium poetam vetustum gazam Paridis, alium Priami celebrasse; sed ab ea in qua versamur disputatione huiuscemodi quaestiones sunt alienae. Praeterea facile intellegitur poetam non cunctas campi Troiani partes mentis oculis perpetuo vidisse, ad *Scamandri* e. g. *vadum* tum demum attendisse cum pingeret Troianos in illas angustias caeco terrore se conicientes. Summam vero rerum si tenemus, negari nequit unam eandemque locorum imaginem per cunctam Iliadem satis fideliter esse servatam.

Nihilo magis quam *loci*, in Iliade violata est *actionis* quae dicitur unitas. Iram Achillis qui cantaturum se professus est poeta, is per totum carmen eam cecinit. Non ita sane cecinit ut ea sola, quae cum ira illa cohaererent proxima, fuse enarraret, cetera quae commemoranda essent breviter et veluti in transitu indicans; nam saepe immoratus est rebus quae, ut ab

argumento quod tractabat haud alienae, sic ad illam iram eiusve effectum illustrandum non erant necessariae, fortasse ne utiles quidem, — ad eventum tendens semper, nunquam festinans; identidem in itinere subsistens vel secedens, ut florem carperet vel ut oculos pasceret vallis rivi saxi alicuius adspectu, sed e diverticulo in viam revertendum esse oblitus numquam. Difficile profecto intellectu hoc est nobis qui nunc vivimus, qui magnum librum magnum malum ducimus neque longas epistulas sed chartulas apertas amicis mittere solemus, tantum olim hominibus fuisse otii, ut narrationibus adeo prolixis sive poetarum sive scriptorum qui pedestri sermone uterentur non patienter tantum praeberent aurem, sed egregie iis gauderent, plura semper et nova flagitantes, et eo magis laudantes carmen epicum, quo plures heroes e carminibus antiquioribus vel aliunde noti in eo celebrarentur et quo crebriora praelia a poeta pingerentur, infinita arte variata semper. Sed hanc ob causam si quis credere nolit unius poetae opus esse Iliadem vel Odysseam, nihilo prudentius agat quam si praelongas illas fabulas romanenses, quibus multis saeculis post homines — non Graecos nunc dicimus vel Romanos, sed nostram ipsorum pueritiam et eos qui ante nos fuerunt, — impense sunt delectati, ab uno viro unave muliere singulas excogitatas et elaboratas fuisse negat; neque recte iudicet qui priscum poetam propterea vituperet quod alia ipsi eiusque aequalibus placuerint, alia hodie in artis operibus apprime soleant laudari. Unum drama „classicum" — ut nunc loquimur — cum agitur in scena hodierna, plurima et locupletiorum praesertim spectatorum subsellia vacare solent: ideone veri minus simile videtur duodena deinceps dramata optimum quemque Atheniensium summa cum animi intentione saepe spectasse? Immo et ita rem se habuisse scimus et alia aliis hominum aetatibus fuisse studia, rem satis superque notam, inde quoque efficimus.

De *temporis* in Iliade computatione quae dicere habebam, ante paucos annos dixi [1]). Quae omnia hic repeti non sinit spatium, nec tamen de re, quae et maximi est momenti et diu ab Ho-

1) Cf. Mnemos. 1907 p. 45—54.

meri studiosis est neglecta, tacere nunc licet. Nam hac in re Ilias cum discrepat ab Odyssea tum ipsa sibi constat semper. In Odyssea passim commemoratur vel indicatur decem illud annorum spatium, per quod Achivi ante Troiam bellaverint, et ita indicatur ut eiusmodi versus e carmine sine detrimento contextus nullo modo possint evelli; tam lentum igitur belli decursum cogitavit huius carminis poeta quam Graeci recentiores: — in Iliade vero ipsum belli Troiani initium enarratur et finis proximi haud uno loco fit mentio, intra paucorum autem dierum spatium coactae sunt res quas poeta enarravit; brevem igitur decursum post exordium haud diuturnum habuisse bellum non totidem quidem verbis dixit poeta, sed clare tamen et passim significavit. Singula nobiscum reputemus oportet.

Ilias cum incipit, Achivi nuper, vastatis per quas iter eos duxit insulis Troadi vicinis Scyro Lesbo Tenedo, in ipsum Troadis littus pervenisse sumuntur, — non, ut putarunt posteri, per novennium nihil agendo tempus in regione longinqua trivisse. Id quod et aliunde potest effici et initio libri Φ verbis apertis dicitur [1]). Cum appulissent, Achilles nihil cunctatus regionem Troiae circumiacentem populatus est, urbes minus firmas Lyrnessum Pedasum Theben cepit, unde ingentem praedam et plurimos captivos rettulit, in his Chryseidem et Briseidem. In proxima autem Troiae vicinia ipsum Lycaonem, Priami filium iuvenem, per insidias cepit nihil mali suspicatum et in fundo paterno operi domestico vacantem; illuc enim nuntius de Achivis maris oram obtinentibus nondum pervenerat. Regi Lemni venditus Lycaon, dein redemtus, ad suos rediit, et duodecimo die ex quo Troiam denuo pervenit ab Achille est interemtus, eodem die quo Hector. Ergo haec computatio potest iniri et omnino ineunda nobis est, quia ipse Iliadis poeta eam iniit:

Ilias incipit die ante Hectoris mortem 10 (Α 54) + 12 (Α 493) + 5 (Β—Χ) sive 27⁰, aliquot autem diebus ante carminis initium Achivi in littus Troadis appulerant. Quot diebus?

Dicamus *quindecim*, hoc enim temporis spatium prorsus suffecisse videtur ad vastandos Troadis agros et urbes apertas; fortasse etiam paullo minorem dierum numerum cogitavit ipse

1) Cf. Φ 35—48 et 81 sq.

poeta, maiorem autem admittere vix videntur quae narrantur de Lycaone. Si tamen *viginti quinque* statuere mavult quispiam, ut non *quadragesimo secundo* sed *quinquagesimo secundo* belli die occisi fuerint Lycaon et Hector, per me id licet; ad summam enim rei vix quicquam refert. Sed is quem statuimus numerus si probatur, Achivi Troiam ceperunt post dies $42 + x$ quam in Troadem pervenerunt, et $x$ illud in mente poetae non longam dierum seriem significasse testantur quae de Achille quam primum post Hectorem morituro [1]) et de Hectore unico Troiae servatore [2]) in Iliade leguntur. Nam urbis illum interitum, quem non capiebat ambitus carminis quod erat de Ira Achillis, poeta noster non neglexit: praesensit et praedixit Andromache [3]), praesensit Hector [4]), praesensit Priamus rex et veluti pinxit ante mentis oculos sibi versantem [5]), ab ipso sic poeta praedictum audientibus.

*Trium* igitur fere *mensium* sive *unius aestatis* bellum sibi finxit poeta Iliadis. Quatuorne menses statuere mavult quispiam? Non assentiar, nec tamen hac de re disputare operae pretium erit opus poetae et res fictas considerantibus. Sed multo maius temporis spatium si quis sibi fingit, testes recentiores, non Iliadis poetam sequitur, equum ligneum et Amazones et Memnonem et Neoptolemum et quos non cogitans.

Priamus autem cum primum rescivit Achivos bellum parare, cives armavit et convocavit socios. Quorum qui Troiae vicini erant, mox adfuerunt *νέον πολέμοιο μετὰ κλέος εἰληλουθότες* [6]); qui vero tenebant sedes longius remotas, alii aliis serius in urbem pervenerunt, partim tum demum cum Achivi Troadis oram iam obtinebant. Sic Paeones Troianorum exercitui se adiunxerunt dum Achivi propter regum rixam desidebant [7]); Dolon decimo post eos die cum suis adfuit, secundo praelio iam finito [8]), et eodem die ex Ascania novae copiae accesserunt [9]).

1) Cf. Σ 96 al.
2) Cf. Z 403.
3) Cf. Z 410—412.
4) Cf. Z 448—465.
5) Cf. X 60—76. — Etiam B 299 sqq. Δ 164 sq. I 49 M 8—35 huc pertinent.
6) Cf. N 364.
7) Cf. Φ 155 sq.
8) Cf. K 434 sq., 493.
9) Cf. N 794.

Hactenus quae ex Iliade attulimus, optime cum in ceteris rebus tum temporis habita ratione inter se congruunt. Nullum vero vestigium Iliadi si impressisset opinio aetatis recentioris, quae bellum Troianum decennale fuisse sibi persuasit, portentum id esset dicendum et creditu paene maius. Itaque non id est quod miremur, aliquam huiuscemodi labem in Iliade indicari posse, sed tam raros esse versus, qui huiusmodi erroris aliquid habeant. Nam nonnisi tres loci nunc sunt indicandi. Quorum ultimus a nemine unquam est defensus aut potuit defendi, dicit enim ibi Helena vel *vigesimo* anno patria se carere:

*ἤδη γὰρ νῦν μοι τόδ' ἐϝεικοστὸν ϝέτος ἐστί,*
*ἐξ οὗ κεῖθεν ἔβην καὶ ἐμῆς ἀπελήλυθα πάτρης* [1]).

Secundus ob ipsam dictionem suspectus est:

*'πέρθετο δὲ Πριάμοιο πόλις δεκάτῳ ἐνιαυτῷ* [2]),

qui aut salvo contextu deleri potest aut sic e. g. refingi:

*καὶ πόλις εὐρυάγυια διεπράθετο Πριάμοιο,*

aoristus enim, non imperfectum expectatur.

Primus autem locorum quos dicimus is est ubi Ulixes Achivis in memoriam revocat portentum Aulide tum adspectum cum expeditionem suscepturi essent [3]), quibus cum versibus concinunt Agamemnonis verba B 134 sq.; illum vero locum postmodo esse mutatum testantur ipsa quae Ulixes praemisit verba: *o Agamemnon, Achivi non stant promisso quod tibi dederunt ἐνθάδ' ἔτι στείχοντες ἀπ' Ἄργεος ἱπποβότοιο* [4]), aptissima si rem etiam recentem orator spectet, mire vero dicta si *ἔτι* intellegendum sit *decimo abhinc anno*. Neque Ulixes dixisset: „ex quo exercitus Aulide profectus esset non nisi *χθιζά τε καὶ πρωΐζά* sive *his ipsis diebus* militum aliquos morte abreptos esse'' [5]), — pestilentiam ab Apolline nuper immissam cogitans, — si iam per novem annos continuos hi milites in regione hostili essent versati. Perquam praeterea infelix est, quam hodiernus Iliadis textus Calchanti tribuit, ostenti Aulidensis interpretatio; nam qui milites patriam relicturos hisce verbis alloquitur: *expeditio quam*

1) Cf. Ω 765 sq.
2) Cf. M 15.
3) Cf. B 295 sqq.
4) Cf. B 286 sq.
5) Cf. B 302 sq.

*inituri estis diuturna erit; nam quemadmodum serpens iste novem aviculas devoravit, sic vos per novennium urbem quam petitis ... non capietis, decimo tamen anno ea potituri,* is non efficiet ut laeti iam in bellum proficiscantur viri illi, qui uxores et liberos et bona sua modo reliquerint, sed ut *αὐτίκ' ὀλοφύρωνται τοἶκόνδε νέεσθαι,* solus fortasse remansurus qui tendat in terram longinquam et ignotam, ad quam qui viam invenire possit solus sit ipse nec nisi deo ducente [1]).

Sensit id Aeschylus, artis poeticae iudex haud contemnendus; qui ita hac fabula est usus ut ostento ab Achivis adspecto *ipsam victoriam* iis promissam esse fingeret neque *temporis* ullam in eo fuisse mentionem [2]), non *aviculas* ceteroquin — sed hoc minoris est momenti — commemorans a *serpente* comesas, sed *leporem* a duabus *aquilis.* Confidenter igitur statuimus poetam Iliadis aut de illo portento tacuisse aut — quae multo minus audax est suspicio et veri multo videtur similior — sic auguratum fecisse Calchantem: *o Achivi, quemadmodum iste coluber vim intulit in nidum, ubi aviculae veluti in tuto aliquo praesidio latitabant, sic nos urbi quam petimus vim inferemus quantumvis firmae et remotae,* sive Graece:

ὣς ἥμες Τροίην αἱρήσομεν εὐρυάγυιαν.

Exemtis autem e textu hodierno versibus 295 sq.[b], 313, 325, 327, 328[b] sq.[a] hic sensus verbis Calchantis redditur et pulcher ex molesto fit locus.

At audio lectorem minime malevolum interpellantem me: „heus tu, qui perhibes in Iliade cantari initium belli brevi finem habituri, haud absurda quidem videri quae hactenus protulisti, si sola per se considerentur, non nego; quominus tamen tibi assentiar obstat argumentum gravissimum. Nam quomodo tandem fieri potuisse putas ut ipsos Graecos tanto studio per tot hominum aetates Homerum suum foventes ea laterent quae tu sero natus philologus adeo aperta esse contendis?"

Habeo quod respondeam. Nulla est causa ob quam is qui hac in re a veterum sententia discedat aut doctiorem iis aut sagaciorem se ducere credatur; non superbe vel — quod eodem

1) Cf. A 71 sq.
2) Cf. Aesch. Ag. 108—130.

redit — inepte se iactat qui Iliadem a nobis qui nunc vivimus melius quam ab ipsis Graecis intellegi posse autumat. Non enim ingenii aliqua calliditas vel laboris sollertia id effecit, sed ipsi tempori rerum edaci id debemus. Imagine fortasse clarius quid velim poterit indicari. Per urbis igitur plateas cum versamur, varias aedium creberrimarum frontes adspicientes, latet nos turris aedis sacrae in media urbe caelum petens, aut si veluti per transennam inter caminorum et tectorum culmina plurima apparet, ab his vix discernitur neque ceteris aedificiis multo altior videtur. At cum ex urbe egressi sumus, supra cuncta tecta turrem illam eminere videmus, et quo longius in via procedimus, eo altius caput suum illa erigit, donec horis aliquot praeterlapsis etiam respicientes solam cernimus veluti e campo plano et vacuo exsurgentem. Ut quae spatio distant, sic quae tempore. Graeci inter poesis epicae copias nati non facile percipiebant quid discriminis esset inter carmen antiquius et recentiora; Iliadem legentes quin huius carminis notionibus intermiscerent quae ex poetarum posteriorum operibus sibi innotuissent, vix et ne vix quidem poterat fieri, nam et nobis qui nunc vivimus difficile est ab hoc periculo satis semper cavere. Viginti annos patria caruerat Ulixes: ergo per decennium ante Troiam erat bellatum. Annos complures Menelaus insumserat sociis petendis, copiis cogendis, classi struendae: vigesimum igitur annum Helena Troiae transigebat tum cum Hectorem deflevit mortuum. Troiam ceperat Neoptolemus, quem Achilles tum genuit cum ante bellum Scyri latitabat: per illud igitur annorum spatium, quo Achillis hic filius adolevit, bellum est paratum et protractum. In Pelei et Thetidis nuptiis certamen dearum civit Eris: brevi igitur post rapta est Helena; atqui Achilles tunc ne natus quidem erat: ergo Troia a Neoptolemo Achillis filio post quadraginta fere annos est capta quam Venus Paridi amorem Helenae conciliavit. Sic crescente fabularum inter se coniunctarum copia etiam annorum crevit numerus, et bene factum quod *quadragenaria* saltem vix maiorem, non *sexagenariam* Helenam finxit recens ille cantor, qui ei Hectoris mortem lugenti tribuit verba quae supra attulimus; nam *hoc* potius — non mens quidem sana suadebat, sed annorum post Pelei nuptias praeterlapsorum docta computatio, et

anus facta videri debuit regina simul cum ministra Aethra illa [1]), quae a nepotibus suis Acamante et Demophonte e Troiae incendio est abducta.

Posteris autem ne venit quidem in mentem neglectis ceteris carminibus omnibus ad solam Iliadem animum advertere, ut ex hoc uno carmine discerent quae ipsi Iliadis poetae fuissent consilia. Nobis vero non iam molesta est ea opum variarum ubertas vel vicinia, quae veterum impediebat iudicium et oculos iis praestringebat. Nostros oculos duae turres ad se attrahunt solae, ex campo immenso et priscorum aedificiorum ruderibus late constrato surgentes; quas dum spectamus et admiramur, alteram alteri subsimilem quidem esse videmus, non tamen ab eodem artifice eademve aetate structam neque pari impetu sursum tendentem: celsum artis opus suspicimus Odysseam, celsius et antiquius Iliadem.

Sed illuc unde digressi sumus reversi et praetermissis tribus illis locis, quibus nocuit opinio poetarum recentiorum, reputemus nobiscum qualia igitur ipse Iliadis poeta temporis indicia, praeter ea quae supra iam indicavimus, in carmine suo praebuerit.

Et primus iam omnium commemorandus est is, quem celebraturum se primo carminis versu poeta est professus. — „Nugatur Aeschylus" — non nos adeo contemtim de poeta clarissimo loquimur, sed Platonis haec sunt verba, ore Phaedri in Agathonis convivio prolata — „Αἰσχύλος φλυαρεῖ cum Achillem fingit Patroclo seniorem". Contemtim sic, sed optimo iure, loquitur Phaedrus Platonicus. Nam verae hae sunt nugae Aeschyli Homerum sequi se arbitrati; qui poeta tragicus ne ipse quidem a temporis sui errore immunis fuit, ingenio tamen ipso Homero haud inferior. Achilles barbatus fingi quidem potuit in poesi antiquiore Musis haud invitis, sed non Homeri is fuit Achilles. Quem Homerus cecinit Achillem, is in bellum tum est profectus cum annos pueriles nondum prorsus esset egressus. Belli imperitum parentes in expeditionem longinquam miserunt [2]), capillos pueriles etiam servantem; quos in patriam reversum fluvio paterno consecrare cum fatum eum non sineret, — mor-

1) Γ 144.
2) Cf. Ι 440.

tem enim praematuram proximam instare sciebat, — amico defuncto mox praebuit donum funebre [1]). Filio iuvenili ardore flagranti Peleus comitem expeditionis dedit Phoenicem, qui ut suum ipsius filium eum diligebat et paedagogus ei fuerat [2]); comes praeterea ei adiunctus est Patroclus amicus, senior et prudentior [3]). Quid autem mirum, adolescentem generosum fortem vitae ignarum, quippe aetatis annum vixdum duodevigesimum agentem, cum mox expeditione strenue et feliciter incepta plurimam praedam in castra Achivorum littus Troadis obtinentium contulisset, accepta subito iniuria immerita furore esse abreptum et irae cuncta posthabuisse! Ad gremium autem matris, quae cura sollicita, veluti a surculo tenello, ab eo arcere solebat quae possent nocere [4]), tum confugit dolore confectus, ut saepe fecerat puer, et flebili voce contumeliam sibi illatam conquestus flagitavit ut breve vitae spatium — morti enim debitum se — fama certe illustraretur. Verus dein puer irae immodice indulgens comites expeditionis despicatui habuit omnes, sontes insontes, disco ludere suos milites iubens dum ceteri Achivi bellum internecivum adibant [5]), et ad citharam veluti inter otia domestica ludibundus ipse cantans cum profligatae Agamemnonis copiae minas hostium in proxima castrorum vicinia exsultantium expallescerent [6]). E tentorio suo adspexit cladem Achivorum [7]), et postquam Hector ipsa castra sanguine miscuit et faces in naves intulit, Patroclum animo penitus perculso accurrentem ridens et ea voce qua impense mirantes utuntur causam doloris nimis bene sibi cognitam rogavit: „Eheu „Patrocle, quid dolet? Lacrimasne, puellulae similis? Non tamen „patri tuo male est, opinor, neque meo! Nam tam ineptum te „esse ut Achivorum mala doleas sua culpa pereuntium, id qui„dem non admitto!" [8]) — „Domum redeo!" „Domum cras redibo!" identidem minatus est ira exaestuans [9]), nec tamen

1) Cf. Ψ 141 sqq.
2) Cf. Ι 485—495.
3) Cf. Λ 787—789.
4) Cf. Σ 57 sqq.
5) Cf. Β 774.
6) Cf. Ι 186.
7) Cf. Λ 599 sqq. Ω 394 sq.
8) Cf. Π init.
9) Cf. Α 169 sqq. Ι 356—363, 427—429.

abiit domum, pugnare enim et nolebat et volebat. Precibus autem Agamemnonis nihil mollitus et dona ab hoc rege sibi oblata aspernatus „cuncti mox Achivi" clamavit „ad pedes meos provolventur!" [1]) — non regis legati soli me sunt adituri, sed totus exercitus supplex circumfusus a me opem petet, nullam nisi in me, quem ignominia a rege iniquo tunc siverunt obrui, sibi spem salutis relictam esse probe sibi conscii. At eo usque procedere rem non siverunt numina, sed immodica illa iuvenis superbia, quae prohibuit quominus Meleagri exemplo sibi monstrato tum cederet cum ferret tempus, fracta est morte amici dilectissimi, quem ipse in mortem miserat ut eo, quod ipse abiecisset, fungeretur ducis officio. Ira iam cessit luctui et vindictae studio: ruit Achilles in pugnam, Troianos devicturus et Hectorem occisurus, cuius mortem ipsi sibi fatum mox illaturam sciebat, „tanti est!" sibi dicens: „non inultus iacebit Patroclus, neque diu iacebit solus!" Et postquam novo sic et vehementissimo affectu perculsus veterem iram ex animo dimisit, unius noctis luctu maturatus, vir prudentior et tristior factus ex adolescente impetuoso, cum Agamemnone rediit in gratiam et amicum ultus funere sepelivit honorificentissimo.

Hanc Achillis imaginem et novimus omnes et admiramur, ab Iliadis poeta arte exquisita elaboratam. At Phoenicis illum alumnum et *Φίλον τέκος* [2]), Thetidis illum filium de vitae summa nimis brevi cum lacrimis in matris ulnis conquestum, iuvenem illum cum capillis puerilibus etiam iracundiam servantem puerilem et aerumnarum quam aetas maturior aufert impatientiam, crede iam per integrum novennium bello exercitatum et vitae vicissitudinibus induratum esse: evanescunt imaginis quam poeta pinxit flos et decus, ut colores de alis papilionis duro digito detersi; ieiuna videntur fieri quae modo perplacebant utpote ipsas res humanas ex vero referentia, risum movent quae modo lacrimas suscitabant; in viro vitae haud imperito indignamur eam pervicaciam quam in adolescente facilius ferebamus, odiosus fit heros qui modo commiseratione videbatur dignissimus. Itaque dictum est: „poetam temporis decursum neglexisse", id poetae

1) Cf. Λ 609 sq.
2) Cf. I 437.

licuisse videlicet, fortasse etiam singularem aliquam virtutem eius operi praebuisse, — et aliquid se dicere arbitrati sunt qui sic loquebantur. Sed neque pictoris est spatii nullam habere rationem, neque poetae hominum fata enarrantis est tempus ipsamve vitam mortalium neglegere.

*Achillis* igitur res enarrantibus novennium illud est molestissimum: de *Helena* autem belli causa cum loquimur, plane intolerabile fit temporis hoc spatium vel etiam maior illa annorum series, quam statuerunt posteri, bellum Troianum per decennium paratum, per alterum decennium gestum fingentes [1]). Ipsi Iliadis poetae si aurem praebemus, nuper Paris regis Troiani filius fortis et audax Helenam cum plurimis opibus rapuit frustra renitentem et eiulantem [2]). Huius igitur facta iam est uxor: cepit sibi uxorem Paris, non emit. Mox vero Troiae adest Menelaus suam et sua repetens [3]): qui re infecta reversus bellum parat. Illa interim in urbe peregrina languet [4]), pristinum maritum et domum desiderans; quo maiore laetitia afficitur cum nuntius affertur adesse amicos cum exercitu, ipsum ante muros adesse Menelaum. E turri adspicit Achivos, et Priamo interroganti singulorum ducum dicit nomina; fratres non videre se miratur, quos intra breve illud tempus, per quod ipsa e patria afuit, morte esse absumtos suspicari non potuit [5]). Pugnam inituri sunt Paris et Menelaus: victoriam sperat ei cui olim nupsit. Sed incolumis ad eam revertitur Paris: „Rediistine? utinam illic periisses!" eum increpat. Ipsius tamen Veneris minis territa cedit, quamvis invitissima [6]). Hanc carminis partem praestantissimam cum perlegimus, si sumendum est iam novem — an undeviginti? an fere quadraginta? — annos praeterlapsos esse ex quo Paris eam vi Troiam abduxerit, tempus igitur per quod vitae novae adsuesceret haud defuisse, misere corrumpuntur omnia. Etiam miserius, si id quoque credamus recentioribus,

1) Cf. Ω 765 sq. et supra pag. 372.

2) B 356 (= 590). Quousque descendendum sit interpreti qui hanc rem non agnoscat, docet vetustum de hoc versu scholion.

3) Cf. Γ 205 sqq. Λ 139 sqq.

4) Cf. Γ 176.

5) Cf. Γ 243.

6) Cf. Γ 400—402.

haud invitam eam Paridi olim cessisse et sponte eum Lacedaemone esse secutam, mulierculam amoris impotentem,

ἣ τοὺς θυλάκους τοὺς ποικίλους
περὶ τοῖν σκελοῖν ἰδοῦσα καὶ τὸν χρύσεον
κλῳὸν φοροῦντα περὶ μέσον τὸν αὐχένα,
ἐξεπτοήθη, Μενέλεων ἀνθρώπιον
λῷστον λιποῦσα [1]).

Ad *Priamum* venimus. Qui cum Helenam rogat: „quis iste est dux Achivorum et quis iste?" nemo, qui quaestionis in qua versamur sit ignarus et sola poetae verba secum reputet, in animum sibi inducet de exercitu iam per multos annos regionem vastanti sermonem fieri. Recentia esse sentimus omnia quae aguntur; recens est Achivorum furor martius, recens metus eorum qui petuntur, neque per annos compluscolos in specula stetit Priami filius Polites, ut nuntium Troiam perferret cum primum hostes e littore urbem versus tendere videret [2]). Neque „tandem ad ipsam Troiam oppugnandam Achivos se convertisse" nuntiatum est Priamo, sed: „bellum coepisse" [3]).

*Menelai* autem et *Paridis* pugna singularis aptissima est illi loco quo eam collocavit poeta, recenti iniuria et sub ipsum belli initium. Uxorem reddi sibi poposcit Menelaus: denegata est; iam cum exercitu adest ad sua repetenda, et armatus ei opponit se Paris. Annos intersere novem — an maior numerus dicendus est? — et languent omnia.

Principes hactenus commemoravimus solos, et dixerit fortasse quispiam, e carminibus antiquioribus talia fuisse transsumta; Iliadis poetam ipsum quidem decennale sibi finxisse bellum, sed imprudentem multa in carmen suum admisisse quae cum temporis decursu conciliari non possent. Hoc si quis dicat, infeliciter profecto disputet; non enim psittacus fuit Iliadis poeta! Sumamus tamen eiusmodi quid obici nunc aut obici posse. Indicabimus igitur crebros locos, ubi non Menelai Helenae Hectoris ceterorum, qui diu ante Homerum a priscis cantoribus sunt celebrati, fit mentio, sed secundarum et tertiarum partium qui fuerunt heroes eo consilio commemorantur ut varia et vivida fiat ea,

1) Cf. Eur. Cycl. 182 sqq.
2) Cf. B 794.
3) Cf. B 797.

quam verbis poeta pingit, belli imago. Ibi profecto suus est poeta, sui ingenii fetus edit, non aliena refert. Indicabimus *Mercurium*, cum sub finem Iliadis Myrmidonum aliquem esse se fingit, iuvenis πρῶτον ὑπηνήτου sumta figura prodeuntem, iuvenes igitur ut plurimum vicenarios, non viros tricenarios Achillis milites esse docentem [1]). Indicabimus *filiolum Sarpedonis*, quem pater in bellum profectus reliquit infantem, sub belli finem etiam νήπιον ὄντα [2]). Indicabimus Troianorum socios plurimos, quos nuper in bellum profectos testantur quae de iis narravit poeta: *Pandarum* [3]), *Dioclis filios* [4]), *Iphidamantem* [5]), *Imbrium* [6]), *Othryoneum* [7]), *Melanippum* [8]), *Euphorbum* [9]). Indicabimus *Nestorem*, quomodo bellum sit gerendum milites docentem [10]) . . . postquam per novem annos bellaverunt? Indicabimus *vallum* illud [11]), circa quod praelia interpretum diu aestuarunt vix minus acria quam fuerunt ipsorum Achivorum et Troianorum, aptissimum si belli initio structum fuit propterea quod urbs primo impetu capi non potuisset, mirificum si nono demum belli anno exacto Achivi eiusmodi consilium inierunt. Indicabimus locos ubi ipsa *verba*, quae ante bellum inceptum Achivi et Troiani inter pocula iactarint, etiam in eorum memoria vivere apparet [12]), — donec „desine tandem!" ille clamet: „sat verborum, do manus; belli initium, „non ultimam eius partem, in Iliade cantari concedo".

Aliis fundamentis innititur Odyssea. Cuius carminis poeta saepius professus est Troiam decimo demum belli anno esse captam. Easne igitur res, quae in Iliade narratae sunt, initio anni ultimi gestas esse sumsit? An bellum etiam post mortem Patrocli Hectoris Achillis per annos aliquot continuatum esse? Non liquet, sed hoc fortasse suspicari licet, quoniam rem quae ante illorum heroum obitum gesta esset poeta nullam indicavit, quae vero postea, complures; Memnonis enim et Neoptolemi et equi lignei haud uno Odysseae loco fit mentio. Quicquid id est, —

---

1) Ω 347 sq. + 397.
2) Ε 478—480 + 688.
3) Ε 192 sqq.
4) Ε 550—560.
5) Λ 227 sqq.
6) Ν 172—175.
7) Ν 363 sqq.
8) Ο 547—551.
9) Π 811.
10) Β 362—366.
11) Η 337 sqq.
12) Θ 229 sqq. Υ 84.

nam in ea quae sciri nequeant inquirere non expedit, — viventem temporis mensuram, ut ita loquamur, in Odyssea praebet Telemachus, Ulixis filius adultus [1]). Bellum habuit initium ante annos viginti quam acciderunt res quae in Odyssea enarrantur: per decem annos Ulixes bellum illud gessit, dein per annos alteros decem oberravit.

Subest autem Odysseae, ut Iliadi, magna fabularum ipso poeta vetustiorum copia; in quibus fabulis item decennale fuisse bellum Troianum vel errores Ulixis per duo lustra fuisse protractos, non est cur putemus. Immo Telemachum a fabula, quae fuit de Ulixis reditu, aliquando fuisse alienum, — ut Neoptolemum a fabula quae fuit de Achille, — quivis sentit, et cum bello Troiano Ulixis errores olim ne cohaesisse quidem aut certum est aut veri simillimum. Sed de origine materiei, qua Odysseae poeta usus est, non iam disputamus, seduli semper caventes ne quae ad carminum materiem et quae ad carminum compositionem pertineant inter se commisceamus. Ipsam autem Odysseam cum spectamus, Telemachum ex hoc carmine sine vi evelli non posse statim apparet, firmiter enim locum suum inde ab ipso carminis exordio usque ad finem obtinet. Patrem quaerit, dein agnoscit, dein agnitum adiuvat: — exime eum e carmine, et ipsum carmen perit in fragmenta misere divulsum.

Tantum igitur temporis intervallum intercessit inter compositionem Iliadis et compositionem Odysseae — non dicimus: inter compositionem carminum antiquiorum, unde uterque poeta materiem suam duxit, de quorum carminum nunc deperditorum et nobis ignotorum aetate ne conici quidem cum probabilitatis aliqua specie potest quicquam, veri autem haudquaquam est dissimile poetam Odysseae vel antiquiores fabulas in usum suum convertisse quam poetam Iliadis, — sed inter natales Iliadis et natales Odysseae tot anni sunt praeterlapsi quot satis fuerunt ad hominum opinionem de spatio temporis, per quod ante Troiam bellatum esset, tantopere mutandam. Nam nisi multa obstarent quominus poetae Odysseae Iliadem ignotam fuisse crederemus, suspicari possemus non annorum potissimum sed locorum magno discrimine alterum carmen ab altero fuisse

---

1) Eodem tendit mentio Neoptolemi.

separatum: aliam in alia regione famam secutum esse poetam Iliadis, aliam Odysseae. Qui vero credibile id esse negat, — neque aut alii sunt qui perhibeant aut ego perhibeo, — statuat necesse est Odysseam multis annis esse recentiorem quam Iliadem; hanc non partim sed totam et talem qualem hodie eam legimus — exceptis versibus nonnullis spuriis [1]) et aliis vitiis, quae textus postmodo contraxerit, — dudum extitisse ante Odysseam conditam. Quamdiu? Unumne saeculum intercessit an maius minusve fuit temporis intervallum? Nescimus.

Neque idem tempus, neque vero eandem poetarum indolem utrumque carmen prodit. Magni poetae sunt ambo, maior tamen fuit poeta Iliadis. Hic Musa confisus in aurem sibi quaelibet insusurranti cantat quae vera esse scit: ille argumentatur et ratiocinatur [2]). Iliadis poeta verbis pingit quae mente vidit, et imaginibus abundat eius dictio, quia imagines plurimae, tam clarae et tam variis coloribus distinctae quam ipsa praebent vita et solis lux, ante eius mentem versantur et crebras comparationes ei offundit ingenium versatile: poeta Odysseae narrat. Et optime quidem narrat, suavissime saepe, nunquam taedium movens, mentem audientium aliorsum aberrare ne per minimum quidem temporis articulum sinens, saepe cor iis demulcens atque percellens, dum arte egregia et artem tamen celans ad finem deducit rerum quas refert telam multifariam perplexam. Iliadis poeta hominum varia ingenia, varias virtutes et vitia pingit manu peritissima, et efficit ut sentiant omnes qui ad eum animum advertant ita fieri debuisse quae audiant facta esse: Odysseae poeta et ipse homines ad verum ita pingit ut moventes et agentes videamus, sed cordis studia et varii affectus in iis difficilius agnoscuntur; rerum varii casus dum nobis enarrantur, exquisito verborum lenocinio detinemur admirabundi et quid porro acciderit scire avemus, quid futurum fuerit raro praesentimus. Illic regnat necessitas, hic fortunae potius res humanae permissae videntur. Itaque cura sollicita Odysseae poeta dat operam ut veri similia videantur quae enarret; qualem curam aspernabatur

1) Cf. p. 372 sq.

2) Optime congruit id quod docuit Croiset, „abstractas" quae dici solent notiones in Odyssea multo esse frequentiores quam in Iliade (8 : 3), nomina enim in *-ίη*, *-σύνη*, *-τύσ* exeuntia Iliadem habere 39, Odysseam 81.

poeta Iliadis, addubitari enim non posse quae Musa eius ore loqueretur. Minerva cum Penelopes in clauso cubiculo dormientis lectum adit, quomodo dea illuc pervenire potuerit auditores certiores facit poeta Odysseae: per rimam videlicet iuxta vectis lorum patentem irrepsit [1]). Ad Calypso in remotissima insula vitam solitariam viventem cum accedit Mercurius, „eum norat tamen dea", poeta ait: „omnia enim inter se cognita sunt numina" [2]). Ulixi apud Calypso cenanti alius cibus alia potio apponitur atque deae: alioquin enim immortalis ille futurus erat [3]). Arcam Ulixes constringens nodo utitur artificioso, qui ab aliis solvi et refingi nequeat: „hunc nodum eum docuerat Circe" [4]). Verba quae Iuppiter Soli apud se conquesto respondit referens Ulixes „haec Calypso mihi narravit", addit, „cui dixerat Mercurius" [5]). Multa quae sunt huiuscemodi habet Odyssea; qualia Iliadis poeta solebat neglegere et veluti contemnere.

Musam uterque poeta invocat carmen incepturus, sed non idem utrique est vocis sonus. „Incipe carmen, Musa" ille ait: hic „dic mihi Musa virum". Non post Musam poeta Odysseae, ut Iliadis, latitat, non ut ille humiliter superbiens Musam suo ore locuturam profitetur, sed ipse narraturus est quae Musa se edocuerit. Esse aliquem se, esse aliquid sua carmina scit et palam proloquitur, alios cantores honorifice saepe commemorando se ipse urbane commendans aurem praebentibus [6]). Dis veluti familiariter utitur: a deabus Calypso et Circe heroem suum humaniter amatum finxit, Minervam veluti comitem et sociam ei eiusque filio in vitae quotidianae negotiis adiunxit [7]). Demodoci autem cantoris ore amores Martis et Veneris ita cecinit ut in iocos impios abierit priscus hymnus qui erat de illorum caelitum nuptiis rite celebratis. Sed ad ipsas deorum sedes non tetendit eius ingenium; quas Iliadis poeta mentis oculis olim viderat splendida luce perfusas, cum solis nuntia illuc accederet Aurora roseis digitis peplum croceum continens: — „aiunt illic degere numina" poeta Odysseae ait ipse [8]).

1) Cf. δ 802.
2) Cf. ε 79 sq.
3) Cf. ε 196—199.
4) Cf. θ 448.
5) Cf. μ 389.
6) Cf. γ 267—270 λ 368 ρ 518 χ 347.
7) Cf. praesertim ν 363 sqq. τ 33 sq.
8) Cf. ζ 42.

Duobus igitur poetis agnitis probamus sententiam τῶν χωριζόντων ἐκείνων, quibus Aristarchus ut docte sic invita Calliope olim est oblocutus, non vero recentiorum illorum interpretum, qui non solum Odysseam secreverunt ab Iliade sed et utrumque carmen in frusta complura diremerunt. Et in illum quem modo reliquimus locum reversi rogamus denique quae igitur causae effecerint ut bellum Troianum post eam aetatem, qua vixit poeta Iliadis, per maius sensim temporis spatium in carminibus recentioribus protraheretur. In promptu est quod respondeatur: fabulis, quibus illud bellum celebratum est, famam obscuriorem variarum expeditionum a Graeciae gentibus in oram Asianam susceptarum partim inde ab initio subfuisse, partim postmodo esse subditam; plura identidem vetustorum heroum nomina, e variis Graeciae regionibus illuc aliquando profectorum, recepta esse intra orbem fabularum quas primi coloni Achivi e Thessalia olim in Asiam secum transvexissent; plures identidem fabulas fallacibus genealogiae vinculis inter se esse colligatas, et crescente rerum ambitu crevisse spatium temporis quo ingentem illam rerum copiam comprehendi necesse fuit, dum cavebant poetae ne heroes, quorum laudes cantabant, patrum vel etiam avorum suorum aequales viderentur.

Quomodo igitur Iliadis poeta carmen suum — non finxit de nihilo, sed cuiusmodi argumentum carmini quod moliebatur substruxit, materie usus quam e carminibus antiquioribus desumsisset? Ipse dixit in carminis exordio. Iram Achillis et huius irae effectum funestum cantaturum se profitetur. Iram illam et quae inde profluxerunt ipse excogitavit, non tamen in inani mentem versans neque nubibus ardorem poeticum nutriens, sed materiem quae praesto erat — denuo id dicimus — prouti e re videbatur et tunc usurpans. Nam principes, qui e variis Graeciae regionibus olim copias in eandem Asiae oram deduxerunt famae et lucro intenti, quin altercati saepius fuerint, fortasse et inter se dimicaverint, alter alteri invidentes, dubitari nequit, et eiusmodi rixarum echo quandam in carminibus Homero antiquioribus fuisse perceptam facile intellegitur. Quid quod Odysseae versus quidam, minus quam vellemus perspicui, tales tamen ut quadamtenus possint explicari, eam ipsam rem, quam veri similem

modo dicebamus, ita ad oculos demonstrant ut prorsus certam potius vocandam esse appareat; nam prima argumenti Iliadis elementa ille Odysseae locus exhibet, partim iisdem, quibus ipse Iliadis poeta usus est, nominibus ornata, et tamen Iliadi dissimilia [1]). „Apollo Agamemnoni ante initum bellum Troianum „se interroganti respondit urbem illam hostilem prius capi non „posse quam rixam iniissent Achivorum principes; gavisus igitur „est Agamemnon cum Achilles et Ulixes graviter aliquando sunt „rixati". Apollinis et principum rixantium duorum nomina vinculo quodam poetico coniuncta videmus: Apollinis et duorum principum rixantium nomina coniuncta praebet exordium Iliadis; sed alter princeps illic Agamemnon audit, hic Ulixes. Agnoscimus igitur in Iliadis exordio rudimenta fabulae ante poetae aevum natae, sed nihilo minus confidenter et illud exordium et totum carminis argumentum e materie, quam prisca carmina praebuerint, ab ipso Iliadis poeta fictum dicimus. Suam fecit materiem in formam ab ipso inventam cogendo.

Cur autem in hanc formam, non in aliam?

Inepti fortasse videtur hominis id rogare, ventum enim flare quo velit et poetae ingenium eo ferri quo ducant spiritus instinctusque divinus.

Est tamen meteorologiae quaedam ars, quae etiam in ventorum causas haudquaquam frustra inquisivit et quae caeco casui deberi diu visa erant probabiliter explicata certis legibus teneri docuit. Et ad eam quoque quam modo protulimus quaestionem responderi potest.

Quae res ut bene possit cedere, hoc unum mente tenendum est: Iliadis poetam, perinde atque ceteros omnes qui vixerunt viventve mortales, sui temporis fuisse filium, de plurimis igitur rebus aliter sensisse atque priorum aetatum homines, aliis studiis, aliis moribus, aliis placitis de rebus humanis et de divinis ipsum esse innutritum, alia in antiquioribus carminibus invenisse; ne ipsa quidem linguae qua utebatur vocabula idem ei significasse omnia atque illorum carminum poetis, multa nomina propria quae ab iis essent celebrata eum ignorasse, multa igitur in fabulis priscis non satis recte interpretatum esse. Itaque

1) Cf. θ 73—82.

cum carminis materiem tractabat a maioribus acceptam, passim offendebat quae sibi essent obscura vel molesta. Quo autem erat mentis acumine et qua sollertia ingenii, non satis habuit mirari aenigmata vetusta et veri ignorationem fateri, sed fecit id quod post eum fecerunt plurimae illae hominum aetates, quibus in ipsis Iliade et Odyssea multa erant obscura et difficilia. Hi carmina epica legentes varias quaestiones sibi et aliis proposuerunt, quibus solutis illustrarentur et expedirentur quae in carminibus illis vetustis minus intellegerent. Etiam Iliadis poeta varias quaestiones ad prisca carmina pertinentes sibi proposuit, quas solvit ut potuit. Est Ilias *ἀποριῶν τριῶν λύσις* — non a ludi magistro aliquo, qui artis poeticae esset expers, excogitata, sed a poeta ingeniosissimo, cui magis quam vulgo mortalium faverent Musae.

I. Quaestionum quas dicimus prima haec est:

Cur in multis carminibus laudes heroum qui ante Troiam pugnarunt habentibus inter Aiacis Ulixis Diomedis Idomenei aliorum clara nomina desideratur nomen Achillis omnium clarissimum?

Respondit sibi poeta: heroem igitur illum ceteris Achivorum ducibus aliquantisper comitem in pugnam non ivisse.

Cur autem?

Quod nollet videlicet! Nam volentem quis prohibiturus erat quominus hostes peteret!

Ergone noluit aliquando bellum gerere iuvenis ille generosus, fortis et audax et laudis appetentissimus? Quam ob causam? Quinam affectus in eius pectore plus valere potuit quam famae studium?

Fuit ira. Iniuriam sibi illatam indigne ferebat Achilles cum a pugna abstinuit. Irae illius causa est quaerenda: poetae erit hanc probabiliter fictam enarrare.

II. Quaestio secunda haec est:

Cur Apollinem, deum vere Graecum *πατρῷον καὶ μάντιν*, in Phocidis antro Pythio cultum, ubi multarum aetatum pietas opes ingentes cumulavit [1]), non Achivis sed Troianis opitulatum ferunt plurima quae ad bellum Troianum spectant carmina vetusta?

1) Cf. I 404 sq.

Ergo — poeta ait — deum illum belli initio ab Achivis aliquo ipsorum delicto abalienatum esse apparet; nam antea iis faverat et vel per maris ignoti fluctus inter insulas et caecos scopulos iter indicaverat ore Calchantis vatis [1]). Cur inimicum e patrono factum senserunt cum illuc venissent?

Huius odii causam invenire et exponere Iliadis poeta suum duxit.

III. En autem quaestionem tertiam, secundae cognatam et similem:

Cur prisca quaedam carmina Iovem Troianis ostendunt faventem, non Achivis, quibus ipsa tamen eius uxor Iuno auxiliaretur?

Respondet poeta: fieri non potuit ut Iuppiter, deus Olympius, Achivis Troiam oppugnantibus — et optimo quidem iure oppugnantibus — perpetuo se praestaret infestum; apparet igitur certam fuisse causam ob quam aliquantisper Troianis opem tulerit Iunoni adversatus.

Quaerenda est ea causa: Iovi quae consilia tum fuerint cum Achivorum hostibus se sociavit a poeta exponi oportet.

Iamque poeta expromens quae fertile ei praebet ingenium — vel, si quis mavult, nam aliis verbis idem sic dicitur: priscam materiem cogens in formam quam ipse finxit — trium quas diximus quaestionum solutiones ab ipso excogitatas sic coniungit in novi carminis hocce argumentum:

Sacerdoti cuidam *Apollinis* brevi post Achivorum in Troadis littus adventum contumelia est facta, quam ipse ille deus letiferis suis sagittis est ultus. Ea calamitate perterriti cum concionem fecissent Achivi, regibus inde nata est rixandi causa, et Agamemnon dux exercitus eo aberravit ut *Achillem* verbis et re ipsa laederet. Iratus Achilles Agamemnoni nullum porro adversus Troianos auxilium se laturum professus est et apud matrem Thetidem de iniuria sibi illata est conquestus. Thetis autem *Iovem* permovit ut Achillem ulcisceretur cladem Achivis inferendo.

Sic poeta solvit tres illas, quae male eum habuerant, quaestiones epicas; sic interpretatus est quae ipsius opinionibus contraria praebebant carmina vetusta.

---

1) Cf. A 71 sq.

At hoc argumentum postquam carmini quod conditurus erat substruxit, materiem quam prisca illa carmina ei praebebant parum ductilem identidem est expertus, neque semper ei contigit ut in eam imaginem, quam mentis oculis videbat, ita componeret omnia ut nulla pars asperior, nulla dura aut horrida videretur. Nam *Apollo* ille, qui circa carminis initium Achivis stomachabatur, mox pestilentiae quidem, quam iis immiserat, finem fecit a sacerdote exoratus [1]), cum satis sibi esset datum, sed nihilo minus acriter etiam exinde iis est adversatus, Troianis nunquam non opem ferens, per totam Iliadem Hectorem et re et consilio adiuvans, animi deliquium passo vires restituens [2]), in ipsam victoriam eum ducens [3]); quem tum demum deseruit cum fato debitum etiam protegere non licuit [4]). Et *Iuppiter* postquam Troianos aliquantisper superiores fore decrevit, non quod ex animi sententia iis faveret, sed in gratiam Thetidis et Achillis, talem per totum carmen Troianis se praestitit socium ut dubitari nequeat quin vero et vivido amore eos dilexerit, caram sibi Troiam palam professus [5]), gaudens cum Troiani rem bene gesserunt, lacrimas flens sanguinolentas cum Sarpedoni, ipsius filio, auxilium iis ferenti institit mors [6]), Hectorem, qui ipso semper fuit confisus, servaturus si fata sivissent [7]), mortuo autem iusta certe fieri iubens [8]).

Ergone poetam vituperaturi sumus propterea quod ἀσύγκλωστα συγκλώθειν ei non concesserit rerum natura? Fecit quod potuit; sed in ipsius, ut in aequalium mente vivebant prisca illa carmina, unde sui operis materiem duxit, ipsa vetustate nobilitata et veluti consecrata: his aperte contraria dicere non licebat, etiamsi libuisset. Multa autem illa carmina praebebant a cantoribus vetustis pulcherrime inventa, ipsius carmini decus insigne additura, etiamsi cum huius argumento satis bene conciliari non possent: graviterne ferimus quod ea quoque sua fecit et contextui utcumque adaptavit?

An culpabimus eum virum, qui quae in artis vetustioris operibus

1) A 451—456.
2) O 239 sqq.; cf. Aeneas morti ereptus et sanatus E 344—346, 432 sqq.
3) O 355—366.
4) X 213.
5) Δ 44—49.
6) Π 459.
7) X 168—185.
8) Ω 66 sqq.

repperit, partim non satis recte est interpretatus, suas ipsius opiniones in priscum aevum transferens, suum ipsius Iovem, suum Apollinem, suam Iunonem in carminibus maiorum agnoscere sibi visus? Poetae idne exprobrandum videtur quod poeta fuerit et artis poeticae studiosus, non eruditionis potissimum appetens, non res vetustas et aetatum praeteritarum homines ex vero cognoscere verbisque depingere quam maxime cupiens, non inter quaestiones archaeologicas mythologicas historicas geographicas vitam terens? Quod Homerus fuerit, non alter aliquis Thucydides?

Non tam erimus iniqui; non tam ineptam sententiam laturi sumus, sed grati accipiemus quae poeta dedit, non insuper ab eo poscentes quae dare non potuerit. Eas quibus in arte sua excelluit virtutes cum admirabundi agnoscamus, non arbitrabimur fieri non potuisse quin et aliis igitur virtutibus insignis esset, quas sicubi in eius opere desideremus, „manus alienas nos deprehendere" statim ideo suspicaturi. Non veri dissimile quodve credi nequeat esse perhibebimus, eum virum, qui priscas hominum aetates parum haberet cognitas, ita tamen exposuisse priscorum hominum indolem atque ingenium ut vivos sibi ante oculos versari credere possent qui aurem ei praeberent; non negabimus eiusdem viri fuisse imagines quae omnes artis numeros explerent verbis pingere et eas imagines minus feliciter inter se coniungere. Sui iuris ubi fuit poeta Iliadis, ea ipsa quae ferax eius ingenium peperisset proferens, et ea pingens quae omnium aetatum omniumque locorum fuerunt, praestantissima finxit quaeque intimum cor nobis sero natis lectoribus permoveant: vetusta ubi verbis suis inclusa enarravit, frustra plus semel dedit operam ut in unum coniungeret quae temporis decursus et ipsa rerum natura dissociassent, quadrata rotundis adaptare se velle interdum ne animadvertens quidem, dum imaginibus aevi praeteriti et hominum sedes remotas obtinentium admiscet quae ipsius aetatem, ipsius gentem referant.

Uno certe exemplo quae ultima diximus videntur illustranda: aptum praebent currus bellici [1]). Cognita poetae fuerunt prisca carmina, quibus celebrarentur praelia heroum peditum, et cognomen quo Achillem inde ab Iliadis initio ornavit *πόδας ὠκύς*

---

1) De his quae habebam dicere protuli Mnem. 1906 p. 251—265.

sive *ποδωκής* [1]) inde est natum; optime congruit imago quam pinxit Aiacis per navium tabulata ingentibus passibus incedentis [2]) vel Hectoris in urbem recurrentis clipeo in tergum reiecto [3]), et aliae imagines plurimae. At eidem e carminibus vetustis innotuerant heroes curribus bellicis usi: inde cognomen duxit *γερήνιος ἱππότα* Nestor et Troianorum nomini accrevit epitheton *ἱπποδάμοι*, ipsa Troianorum nomina propria equorum studium profitentur Hippothous Hippodamus Melanippus alia multa, regis Troiani equi creberrimi et stirpe divina orti passim celebrantur. Haec ita inter se conciliavit poeta ut potuit, revera igitur non conciliavit, fieri enim id non poterat, sed eam priscis heroibus tribuit praeliandi rationem quae viris veri belli peritis non potuerit non infelicissima videri; fecit enim curru usque ad aciem hostilem vectos, dein vero inde egressos ut pedites pugnarent. Sarpedon e. g. adspecto Patroclo

*ἐξ ὄχεων σὺν τεύχεσιν ἆλτο χαμᾶζε,*
*Πάτροκλος δ' ἑτέρωθεν ἐπεὶ Ϝίδεν ἔκθορε δίφρου* [4]).

Attamen in curru stabat Diomedes cum ipsum Belli deum Minerva adiuvante vulneravit [5]), et Nestor ille, qui bellandi et equorum longe fuit peritissimus, suos milites de curru desilire vetuit [6]): utiles igitur currus — id quod vel sic putabamus — heroibus fuerunt ad hostes non assequendos tantum vel effugiendos sed et profligandos. Nunc igitur, si unquam, manifestum tenemus poetam diversa et inter se non congruentia in unam belli imaginem coniungere conatum.

Talia non carpemus, neque vero perhibebimus non esse factum id quod factum sit tamen, aut recte habuisse *λύσιν* trium illarum *ἀποριῶν* supra indicatarum, quae carminis argumentum poetae praebuit. Suas virtutes habet carmen quod ex illo argumento est deductum, sed ipsum argumentum e poetae erroribus est natum; non ars dialectica virtutes illas carmini tribuit, sed sacer ille impetus, quo qui permoventur, verbis pingere conantur quae mentis oculis viderint.

Veri tamen minus simile videtur, carmen epicum ex errore

---

1) Α 58 al.
2) Ο 676 sqq.
3) Ζ 116—118.
4) Π 426 sq.
5) Ε 851—858.
6) Δ 303—307.

poetico esse natum? En igitur exemplum ex historia poesis Graecae desumtum et minime ambiguum, nam et carminis novimus argumentum, et errorem unde illud argumentum est natum, et poetam qui illum errorem erravit. De quo errore verba iam fecimus plus semel. Fuit is quo Helena aetatibus recentioribus adultera scelesta est visa. Tunc igitur homines rogarunt qui potuisset fieri ut bello exacto mulier illa impudica locum reginae Spartae denuo obtineret, Menelai uxor cara et honorata, qualem eam ostenderet Odyssea. Hanc, quam Ilias et Odyssea *ἀπορίαν* praebebant hominibus saeculo VI$^{0}$ viventibus, poeta Stesichorus ita solvit ut immeritum illud adulterii crimen fuisse sumeret, fallacem aliquam Helenae imaginem a Paride Troiam esse abductam, de hac igitur umbra bellatum esse, ipsam interea castam et tutam apud Proteum regem in Aegypto delituisse, a Menelao Troia capta oberranti ibi inventam esse, dein domum reductam ceteram vitam feliciter et sine labe transegisse.

Sic finxit Stesichorus veri partem — innocentem fuisse Helenam — perspiciens et ingenio liberrime indulgens, materie autem usus e priscis fabulis et carminibus desumta. Nam dea caelestis, non terrestris mulier aliquando fuit Helena *ἡ Διὸς ἐκγεγαυῖα*, et imaginem a numine ex aëre compactam, de qua Achivi et Troiani inter se certassent, Stesichorus duxit ex Iliade, in quo carmine Apollo Aeneae ex turba pugnantium abrepti aliquam umbram Diomedi obiecit [1]), Proteum autem et Aegyptum, ubi Helenam per tempus belli Troiani delituisse finxit, praebuerat ei Odyssea, ubi vel dona quaedam a rege Aegyptio Helenae data commemorantur [2]). Exorsus igitur ab his versibus:

*οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος,*
*οὐδ' ἔβας ἐν νηυσὶν εὐσσέλμοισ',*
*οὐδ' ἵκεο Πέργαμα Τροίης*

composuit carmen quod postea secutus est Euripides in Helena dramate, commemoravit Plato loco notissimo [3]).

1) E 449—453.
2) δ 125 sqq., 228 sqq.
3) Plat. Phaedr. 243 *a*, *b*.

Ergo Stesichorus e materie, quam praebuerant ei Ilias et Odyssea, effinxit carmen novum, ut ingeniose sic audacter et parum probabiliter excogitatum, e certo autem errore natum, quo errore luculenter ostendit in sua mente plus valere aequalium de Helena opinionem quam carmina illa vetusta, in quibus celebrabatur Helena sine ulla sua culpa a praedone abrepta.

Haud aliter aliquot ante Stesichorum hominum aetatibus poeta Iliadis versatus fuerat in materie carminum ipso vetustiorum tractanda, quae in priscis fabulis obscura sibi essent ut poterat interpretatus. Nihilo cautius, nihilo magis ex vero hic respondit ad quaestiones, quas sibi posuisset, quam post eum Stesichorus respondit ad quaestionem ipsis Homeri carminibus sibi motam.

Nam ad tres illas quas novimus quaestiones haec responderi oportuit, quae perspicere non potuit Iliadis poeta quamvis ingeniosus, nunc sero nati homines perspiciunt facillime:

*Achillis* nomen a multis carminibus vetustis propterea afuit quod non omnibus poetis epicis hic heros fuit cognitus; Aiacis vel Diomedis vel Agamemnonis vel Idomenei virtutem qui olim cantabant, tacebant de Thessalo illo heroe, cuius famam aut ignorarent aut non curarent. *Apollo* autem Achivis et tum cum primum ad Troadis litus appulerunt et per ceterum belli cursum infestus fuit propterea quod non Pythius ille deus erat, quem coluerunt Homerus et posteriores, sed Troiae patronus, in huius urbis arce Pergamo habitans. Et *Iuppiter* Troianis propterea favit quod primitus non is fuit cui Homeri aetate sacra passim fiebant, deus Olympius, sed deus Idae montis, ad cuius radices Troia sita fuit; ex illo stirpem duxerunt Dardanus et ceteri Troiae reges [1]), ille Tithonum [2]) et Ganymedem [3]) principes Troianos in sedes suas olim recepit, Troianis igitur πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε ex vero dicendus; ille Gargara locum sacrum in huius montis cacumine obtinuit, ex edito illo loco urbem suam studio intentissimo defendens fulmina in hostes Achivos mittendo, acriter igitur adversatus Iunoni et Minervae Achivorum copias in bellum ducentibus, sed his deabus impar

1) Cf. Υ 215.

2) Cf. Υ 237 Λ 1.

3) Cf. Υ 232 Ε 266.

viribus [1]), impar etiam consilio, deceptus videlicet a Iunone, cum vel corporis sui copiam ei facere ad victoriam populo suo parandam non esset dedignata.

Haec agnoscere non potuit poeta ille, cui Iuppiter esset *ἐρίγδουπος πόσις* Ἥρης, pater deorum, in monte Thessalo sedem habens. Itaque in eius carmine deus Idaeus deo Olympio sive ipse sibi Iuppiter saepius est adversatus, et Iuno facta est uxor litigiosa atque fallax.

De aliis eiusdem generis molestiis, quales sunt Neptunus moenium Troianorum conditor et tamen Troianis infestus, vel Minerva urbis dea tutelaris eademque hostium patrona, nunc tacemus. Sed ut rem intricatiorem exemplo denique simplicissimo, notissimo, nulli ambiguo illustremus: Iliadis poetae, suae ipsius aetatis opinionibus nomina Iovis Iunonis Apollinis aliorum numinum adaptare conato, idem accidit quod postea accidit *ἀρίστου, δείπνου, δόρπου* nomina in Iliade vel in Odyssea legentibus. Ea quibus ipsi utebantur nomina hi inveniebant in priscis illis carminibus, sed vim horum nominum post Homeri aetatem cum ipsis hominum moribus mutatam esse non sentiebant propterea quod ipsis ea nomina etiam vivebant: meridionale igitur tempus a poeta commemorari putabant cum *ἀρίστου*, vespertinum cum *δείπνου* in Iliade vel in Odyssea fieret mentio, et *δόρπῳ* proprium diei tempus cum non invenirent, poeticum id fuisse vocabulum, idem quod *cenam* valens, sibi persuadebant, misere sic corrumpentes complures vitae heroicae imagines, ipsum quoque carminum Homericorum textum vitiis ex hoc errore prognatis corrumpi sinentes. Non *prandium* dic sed *Iovem*, non *cenam* sed *Iunonem* vel *Apollinem*, si parva licet componere magnis, et apparet cur fieri non potuerit quin Iliadis — vel Odysseae — poeta in priscis fabulis interpretandis saepius erraret.

Iliadis argumentum pepererunt errores quidam poetae, qui homo prius fuit quam carmina pangere coepit, sui igitur aevi filius, sui aevi opinionibus innutritus, sui aevi errores necessario errans.

---

1) Fabulae antiquioris vestigium servatum est A 400: Iuno Neptunus Minerva Iovem vincire conati sive numina Achiva Troianum; ipsius vero poetae aetati convenit Iuppiter ceteris Olympiis cunctis validior Θ 18 sqq.

Haec causa effecit ut in carmen, quod ex suo ipsius ingenio ille exprompsit, multa irreperent quae carminis argumento non satis convenirent. Quod carmen ab eius inde aetate usque ad nostram non sane sine labe est servatum, nam et spurii versus inserti sunt multi et verbis nonnullis alia sunt substituta et eam formam multa verba induerunt quam recentius demum aevum iis tribuit, sed levissimi haec omnia videntur momenti cum primaria illa errandi causa comparata.

Malusne igitur historicus, malus topographus, malus theologus fuit Iliadis poeta? Fuit, et tamen — vel potius hanc ipsam ob causam — magnus poeta fuit, generis humani deliciae, cuius opus post saecula plurima vivido etiam iuventutis splendore nitet neque sine maximo ipsius humanitatis detrimento in oblivionem aut in contemtum abire poterit unquam.

---

## ADDENDUM.

Paginae huius parte quae superest utar ut de *Chryseide* pauca quaedam addam. Quam *Thebae,* non *Chrysae* captam esse multi sunt mirati. Videtur Thebae mentionem poeta propterea fecisse quod huius urbis ab Achille captae clarissimum in fabulis vetustis esset excidium. Sed quicquid de hac quaestione statuimus, nihil id potest valere ad ea quae de Chryseide narrantur in infamiam aliquam adducenda. Nam manifestum est eiusmodi quid a nostro poeta aut fingi aut aliunde sumi necessario debuisse. *Chrysen* urbem si ab Achivis captam esse sumsisset, — id quod *non* factum esse aperte dixit Α 37, 390, 431, sed si captam esse sumsisset, puellam autem tunc temporis illic in patris Chrysae aedibus degisse, sumere praeterea debuisset eam non esse abductam a victoribus, sed liberam mansisse, quemadmodum ipse pater mansit liber neque bonis est exutus, utpote dei antistes in dei nemore habitans. Sic et alter Apollinis antistes Maron Ismaro urbe capta cum suis incolumis evasit (cf. ι 199—201). Itaque licet nesciamus cur Thebae captam Chryseidem dixerit poeta Iliadis, id certe scimus, quod plane sufficit de carminis compositione disputantibus, cur non Chrysae dixerit captam.

---

# AD PANEGYRICOS LATINOS ALIOSQUE SCRIPTORES OBSERVATIONES.

SCRIPSIT

W. A. BAEHRENS.



In tertio capite dissertationis meae (Panegyrici Latini, Groningae 1910) iam quinquaginta fere locos Panegyricorum Latinorum defendi, ubi temere editores proprietates posterioris Latinitatis — ut fieri solet — delerunt. Me ipsum prolusisse neque omnino rem usque ad umbilicum perduxisse persuasum iam ipsa qua doctor litterarum classicarum promovebar hora habebam: hodie studiis posterioris Latinitatis magnopere deditus, quam multa tunc me fugerint, ipsis illis studiis doctus ad lacunas nunc supplendas summis viribus propero. Sed non solum Panegyricos tractabo: ubicumque eiusdem indolis locos praepostere editores temptaverunt, de iis quoque hoc loco disputabo, ita ut singuli loci invicem se defendant et quam maxime rationem meam stabiliant.

Pan. IV 1. 2 legimus haec: 'a quo (sc. tribunali) ego me fateor, quamquam mihi sedes ista iustitiae et ⟨ad⟩ agendum et ad dicendum amplissima videretur, diffisum tamen ingenio meo ... conscientiae trepidatione revocari'.

Pan. IV 8. 2: 'Quae universa cum in consuetudinem venerunt (ita recte M), ⟨ad⟩ omnia deinceps officia vitae et ad ipsa quae diversissima videntur militiae atque castrorum munia convalescunt'. — Utroque loco w '⟨ad⟩' inseruit et cum eo faciunt

editores, minus recte, ut opinor: equidem refero ad usum quendam posterioris potissimum Latinitatis, quem parum adhuc viri docti attenderunt, quem memorat quidem Schmalz in nova grammaticae suae editione (Monaci 1910) p. 686 (cf. Ennius sc. 277 V.[2] (Lindsay Synt. Plaut. p. 11 Anm.), Tac. Dial. 6, Thes. L.L. IV 1377 s. v. 'cum'), sed exempla perpauca hodie nota sunt: in posteriore Latinitate saepissime praepositio in priore membro omittitur et e posteriore ad prius supplenda est, Germanice ut dicam 'durch Rückwirkung'; ego confero Cl. Donati Interpretationes Vergilianas: p. 1. 1. Georgii, ubi legimus: 'illos qui Mantuani vatis mihi carmina tradiderunt, postque illos quorum libris voluminum quae Aeneidos inscribuntur' cet.: 'post illos' initio scribunt nonnulli codd., sed minus recte; recte refert Georgii ad: p. 218. 17: 'hostis non tantum ingressus, verum etiam usque ad penetralia pervenit, quod fuit extremum' ('ingressus' substantivum est).

p. 382. 7: 'ecce iam maledictorum iniuria non Aenean solum, sed in omnis Troianos extenditur'.

p. 447. 12 'et deiectis nunc hanc nunc in aliam partem cervicibus'.

II p. 222. 24: 'hoc non solum Ascanium pertinebat, sed ad omnia'.

II p. 232. 24 'quae mora procul dubio et securitate veniebat facientis et ex patientium ignoratione'.

Omnibus hisce locis nil mutat Georgii; quo magis miror illum II p. 456. 27, ubi legimus: 'quoniam prius ait statuisse, ut audientum personam totum Latinus revocaverit, non ad suam' cet., cum editione posteriore 'ut ⟨ad⟩ audientum' scripsisse. Quam igitur proprietatem Cl. Donatus in usu habebat, eadem apud multos alios scriptores exstat. Primum legimus Pan. II 9. 3: 'sed neque illum virtutes tuae bellicae ⟨a⟩ liberalitate, ⟨neque te⟩ illius opes a bellicà virtute revocarunt': e supradictis satis perspicuum est hoc loco '⟨a⟩' quod cum w addunt editores, omitti posse. — Omittitur praepositio 'a' Ruricii p. 412. 11 Eng. 'Sic pietate vestra discessi, quod a vobis penitus non recessi; '⟨a⟩ pietate' Eng. — Schol. Bobb. p. 135. 3 H.: 'Nam gravius ferri debere hoc praecone dictum quam ab equite Romano'; 'a praecone' editores antiquiores et cum iis Hilde-

brandt (quippe qui iusto magis lectiones traditas sollicitet, ut optime probat Stangl in Mus. Rhen. LXV (1910) Vol. I et II). — Omittitur praepositio 'ad': Ael. Donat. Comm. Terentii II p. 50. 15 Wessner: 'ut significet aut hanc rem aut ad hunc locum, id est Cyprum; 'aut ⟨ad⟩' scripsit Wessner cum Kauero frustra.

II p. 301. 11: 'et simul quia nuper incusaverat mores senum, ⟨ad⟩ se vocare vult causam abscessionis suae, non ad filii culpam aut nurus': ita Wessner, sed illud prius 'ad' solus cod. Cuiacïi habet, cui iusto maiorem fidem habere Wessnerum alio fortasse docebo loco: 'ad' delendum est.

Caspari 'Briefe Abhandlungen und Predigten' p. 146: 'non ⟨hoc ad⟩ aliud quam ad caelibatus doctrinam pertinet', sed hic locus prorsus quadrat in illum Cl. Donati (II p. 222. 24) supra exscriptum; nil igitur addendum est.

Marc. Empir. p. 243. 28: 'Malagma ad contusionem lateris, idem facit et ad suspectas vomicas aut iam factas aperit, praeterea ⟨ad⟩ iocineris et praecordiorum duritiam et ad dolorem eorum vere convenit'. — p. 253. 23 'ad renium tumorem et dolorem remedium efficax, quod facit et ⟨ad⟩ iocineris et lienis tumorem et ad hydropicos et ad eos, qui mali coloris propter haec vitia sunt'. Utroque loco ⟨ad⟩ supervacaneum est.

Caspari 'Briefe' cet. p. 71 (Epist. de mal. doct. c. 3. 2: '⟨ad⟩ abolenda peccata proficit, non ad committenda licentius'. Sed hoc loco 'ad' hanc quoque ob causam omissum esse potest, quod, ut infra docebimus, saepius accusativo gerundivi praepositio 'ad' non adiungitur.

Praepositio 'cum' omittitur: Script. Hist. Aug. (Iul. Cap. Maxim. c. 27) II p. 25. 1 P.: 'monolinum de albis novem, reticulum ⟨cum⟩ prasinis undecim, dextrocherium cum costula de hyacinthis': prius 'cum', quod addit Peter, abundat.

Caspari 'Briefe' cet. (Ep. de Castitate) p. 144: 'non licet autem etiam ⟨cum⟩ fornicatoribus aut cum avaris aut cum maledicentibus aut cum ebriosis aut cum rapacibus cibum capere'; ita Caspari: 'cum' abundat.

Praepositio 'de' omittitur: Eugraph. p. 287. 5 Wessn.: 'ac primo roget accuset, deinde ⟨de⟩ praeterito minitetur, denique de futuro, ne recipiat Pamphilum'; 'deinde de' scripsit Wessner,

quod, quamquam 'de' facile excidisse concedendum est, supervacaneum est.

Script. Hist. Aug. (Ael. Lamprid. Ant. Hel. c. 32) I p. 243. 28 P. haec habes: 'ut una die nonnisi ⟨de⟩ fasianis totum ederet ..., item alia die de pullis, alia de pisce illo et item illo, alia de porcis' cet. Hoc loco '⟨de⟩ fasianis' scripserunt editores, sed sine necessitate.

Script. Hist. Aug. (Flav. Vopisci Aurel. c. 31) II p. 171 15 P.: 'habes trecentas auri libras ⟨de⟩ Zenobiae capsulis, habes argenti mille octingenta pondo de Palmyrenorum bonis' cet. '⟨de⟩' addidit Salmasius, frustra.

Caspari 'Briefe' cet. (Ep. de mal. doct. 15. 1) p. 94: 'quasi hoc in loco non ⟨de⟩ poenae acerbitate, sed de ignis natura tractaverit'; ⟨de⟩ abundat nec minus: Caspari 'Briefe' cet. (ep. de Castitate c. 10. 4) p. 140: 'quando ⟨de⟩ divitiarum contemptu et de virginitatis bono agitur'!

Ruricii p. 429. 11 Eng.: 'quibus nulla ⟨de⟩ beatudine animae, nulla de corporis restauratione fiducia est'; '⟨de⟩' abundat.

Addendum fortasse est: Schol. Vind. ad Horat. Artem Poet. p. 37. 33 Zechm.: 'et non determinavit, qui magis esset aptus ad scribendum de geometria et qui magis de rhetorica et caetera'; prius 'de' supra lineam additum est et fortasse delendum est (cf. sub praepositione 'pro').

Praepositionem 'ex' uno inveni loco omissam: Ael. Donati II p. 66. 11: 'personae suis verbis aut ex alienis insinuantur'; 'ex suis' Wessner; minus iterum recte!

Praepositio 'in' saepius omittitur: Ael. Donati I p. 39. 3 W.: 'confundit saepe lectorem illud, quod persona ⟨in⟩ superiore scaena desinens et in proxima incipiens loqui non intellegitur ingressa' cet.; '⟨in⟩' unus codex D habet: quae igitur coniectura ab editoribus recepta reicienda est.

Schol. Vind. ad Horat. Artem Poët. p. 29. 27 Zechm.: 'non sic enitar ut non differant in proprietate personarum, sed potius ita nitar, ut differant et in verbis et in proprietate personarum', 'in' (ante 'proprietate') supra lineam additum est et fortasse nil est nisi coniectura.

Fausti Reiensis (Serm. 4. 8) p. 253. 23 Engelbr.: 'exhibent aurum et tus et myrrham plus ⟨in⟩ mysteriis quam in con-

scientiis offerentes': '⟨in⟩' non erat addendum. Fortasse addendum est p. 345. 30: 'sed quia fides vestra in patre est et ⟨in⟩ filio et in spiriti sancto (duo posteriora membra, quod 'est' post 'in patre' positum est, magis inter se cohaerent).

Iul. Victor in Arte Rhet. (Rhet. Lat. min. p. 439. 12 H.): 'Huius ignoratione non modo in vita, sed saepissime ⟨in⟩ poëmatis et in oratione peccatur': '⟨in⟩' addidit Halm e Cicerone, sed Iulium Victorem suo sermone exempla sua descripsisse infra ostendemus.

Sorani Gynaec. p. 60. 19 Rose legimus: 'si vero frequentius occurrendo effecta fuerit valitudo chronia, ⟨in⟩ interpellatione praedictis utimur auxiliis, in dialimmate vero primo resumimus varia gestatione' cet. ⟨in⟩ coniectura add. solus codex L et fortasse recte, quia haplographiam hic fortasse habemus, nec tamen necessario.

Praepositio 'pro' omittitur: Fausti Reiensis p. 72. 22 Engelbr.: 'et propterea minorem maiore non velut ⟨pro⟩ potentia dei, sed pro iustitia praetulit'.

Schol. Vindob. ad Hor. Artem Poet. p. 15. 8. Zechm.: 'id est, nomen pro nomine positum, quod fit aliquando ⟨pro⟩ laude, aliquando pro vituperatione'. Utroque loco editores '⟨pro⟩' inseruerunt.

Hisce sex et triginta locis nisus usum supra tractatum probare conatus sum [1]). Quam late hic usus percrebruerit, hodie nondum id accuratius definire possum. Sed analogiam quandam habemus in 'nec' pro 'nec ... nec', de qua cf. imprimis Löfstedt Spätlat. Studien p. 1 sqq., et Schmalz Berl. Philol. Wochenschrift 1909 Sp. 542, Lat. Grammatik[4] p. 498; nonnulla exempla addere velim: Cl. Donatus I p. 224. 17 G. exhibet haec: 'existimans se sacrilegum hominem neque impium fore': male 'se ⟨non⟩' scripsit Georgii.

II p. 86. 1 'ex qua solum caelum cernebatur nec terra' corrupte traditum est: 'ex qua ⟨nec⟩ sol nec caelum cernebatur nec terra' scripsit Georgii, sed prius 'nec' non traditum est et recte omittitur!

---

1) Quem iamdudum in lingua Graeca observaverunt viri docti: ad Wilamowitzii 'Heraclen' II p. 63 me vocat G. Pasquali.

Ael. Don. Ter. I p. 281. 18 W: 'etenim ⟨nec⟩ necesse habet nec potest complere orationem, qui et secum loquitur et dolore vexatur'; '⟨nec⟩', quod speciose addidit Sabaeus, omitti potest. II p. 351. 13: 'quia in comoedia prodigia facta ⟨non⟩ sunt nec tragoedias concitavimus';: '⟨non⟩' ex schol. Ricc. desumptum abundat: simul locum lucramur ceteris omnibus audacia praestantem, quocum aliquatenus comparare licet: Faust. Reiensem p. 243. 20 Engelbr.: 'Rogo vos, fratres carissimi, ut ⟨non⟩ moleste accipiatis nec nos superfluos indicetis': '⟨non⟩' minime addendum est.

Polemonis de Physiogn. liber I p. 124. 10 Förster: 'quin ⟨nec⟩ color nec res eorum consentiunt'; '⟨nec⟩' male addit Förster.

Soran. Gynaec. p. 32. 5 Rose: 'et pectus latum habeat et mammas ipsas ⟨neque⟩ rugosas neque satis breves' cet.: 'neque' minus recte addidit Rose.

Fortasse afferendum est Schol. Bobb. p. 127. 20 H.: 'nam neque agri montes' traditum est;: 'neque agri neque montes' edd.; an 'agri neque montes'?

Alias suspicor latere analogias, sed suspicor tantum Addere id solum velim me non intellegere, cur e. g. Wessner Ael. Don. Ter. II p. 317. 14: 'namque orat ⟨aut⟩ accusaturus aut commoniturus', Dombart August. De Civ. Dei XVIII 2 (II p. 257.6 D.): 'in cuius potestate est, ut quisque bello ⟨aut⟩ subiugetur aut subiuget' scribant. Post supradicta facile apparet 'aut' altero utro loco minime desiderari.

In praeclara illa disputatione 'Spätlateinische Studien p. 22 Löfstedt de 'post' pro 'postquam' agens (cf. etiam 'Beiträge zur Kenntniss der späteren Latinität' p. 27) dubitanter quaerit, num fortasse etiam eodem modo 'prius' pro 'priusquam' adhibere liceat; laudat Ps. Cyprian. de Rebaptismate c. 12: 'et tunc cum rediret prius ei manus ab episcopo imponeretur adprehensus confiteri Christum coram hominibus necesse habuerit'; ego affero:

Itin. Alex. p. 5. 13 Volkm.: 'Exin praemittit Parmeniona et Attalum duces, qui satrapas septem omnem Asiam praetendentes irritamentis a sese diducerent spargerentque, quoniam primo conflictu de summa belli decernere, prius suos in hoc erudisset,

Alexander declinabat' ita codex A; Volkmann cum Maio: 'priusquam'; sed praeter 'post' et 'prius' fortasse etiam 'ante' dicebatur:

Pan. VI 6. 1 legimus: 'qui te iam olim sibi generum, etiam ante petere posses, sponte delegerat'; 'antequam' editores omnes. Unum quidem tantum exemplum aliunde arcessere possum: Claud. Donat. II p. 405. 16 G., ubi legimus haec: 'oriente quippe aurora ante quicquam nostrorum actuum moveamus'; 'antequam' editio princeps; et facile quidem èt hic èt ceteris locis 'quam' abbreviatum excidisse potest. Magis igitur quaestionem ponere velim quam solvere, quod non fieri potest nisi totam posteriorem Latinitatem perscrutati erimus. Sed 'post', 'prius', 'ante' se inter se aliquatenus stabiliunt. Accedit, ut praeter 'post' etiam 'postea' pro 'posteaquam' traditum invenerim apud

Eugraphium p. 197. 24 W.: 'siquidem, postea cognita puella est, iam nunc debitor Chremes factus est'.

Donat. Ter. I p. 439. 10 W.: 'tum deinde, postea propius ventum est, 'post principia' refert pedem'. Habemus igitur fortasse èt 'post' èt 'postea' èt 'ante' èt 'prius' pro 'postquam', 'posteaquam', 'antequam' 'priusquam.'

Pan. II 1. 5 '... et, sit licet hic illi urbi natalis dies, quod pertineat ad originem populi Romani, vestri imperii primi dies sunt principes ad salutem'; ita recte in M legitur ('pertinent' A); 'pertinet' edd. omnes, sed 'quod pertineat' recte pro 'quod pertinet' legitur in posteriore Latinitate nec ea re solum defenditur, quod post coniunctionem 'quod' in posteriore Latinitate ut universe in sententiis relativis sine causa coniunctivus saepe ponitur, sed referendum est cum Stangl (cf. infra) ad 'quod sciam'; eodem modo 'quod pertineat' rectissime legitur in novissima Waltzingii editione Minucii Felicis c. 64. 2: 'itaque quod pertineat ad summam quaestionis', ubi Boenig quoque prave 'pertinet' scripsit (cf. etiam E. Norden Gött. Gel. Anz. 1904 p. 312); contra e. g. apud Apuleium Apol. p. 64. 21: 'quod ad sudarium pertineat' nemo — quantum scio — umquam mutavit! Idem legendum videtur apud

Salvianum De Gubern. Dei p. 19. 7 H., ubi in A quidem: 'quod ad omnes homines, non quod ad solos pertinet Christia-

nos' legimus, in ceteris autem codd. 'pertineat' recte, quamquam neque Halm neque Pauly C. S. E. L. VIII p. 33. 12 lectionem recepit. — Confer denique Stangl. in Mus. Rhen. LXV (1910) p. 116, qui lectionem in Schol. Bobb. retinet.

Pan. II 5. 2 legimus haec: 'mox ⟨ad⟩ triumphi ornamenta capienda militum manibus usurus Chaibonas tamen Erulosque non dignatus pari astu perdere ... perculisti' cet. ⟨ad⟩ add. w et cum eo editores, sed Löfstedt in suis Spätlat. Stud. p. 86 sqq. tres iam affert locos ut 'ad' in eiusmodi constructionibus omitti ostendat. Cf. etiam P. Knoell ad Eugippii vitam S. Severini Ind. p. 92, qui etiam Luciferum p. 7. 15 H. et Venant. Fortun. II 9. 46 affert et Schmalz Lat. Gramm.[4] p. 447; praeter nostrum locum alios nonnullos afferam, qui viros doctos adhuc fugerunt.

Claud. Don. II p. 224. 22 G.: 'multum enim valet confirmandum religionis affectum aetas aetati conveniens'; '⟨ad⟩ confirmandum' editores falso.

Eugipp. Exc. ex opp. S. Augustini p. 435. 1 Knoell legimus: 'aut aliquid in doctrina utili figurate significandum fit nonnullorum siderum aliqua commemoratio'; p. 907. 10 Knoell: 'ubi aliquid faciendum vel non faciendum in divinis monitis opus voluntatis exigitur': idem Knoell, qui in Vita Severini p. 20. 23 recte nil addit, hisce duobus locis altero cum editione principe, altero cum uno codice 'ad' inseruit, scilicet solum ubi 'mittere' vel eiusmodi verbum positum est, 'ad' omitti posse opinatus, minus recte ut praeter primum Löfstedtii (C.I.L. X 5348) exemplum loci a me allati ostendunt, quibus addendi sunt hi:

Eugraph. p. 278. 14 W.: 'deinde preces omnes adhibentur illa duo, quae supra posui, conficienda'; male '⟨ad⟩ illa' Wessner. — paulo infra p. 312. 23 legimus: 'denique irridendum Demeam dicit se ad similia praecepta esse monitorem'; 'an' ante 'irridendum' habet altera codicum familia, unde Lindenbrogius 'ad', sed fortasse hoc quoque loco — quamquam paulo durius — 'ad' omitti potest.

Don. Ter. II 319. 24: 'ut illud supra dictum lenitatem tenendam pertineat'; 'ad lenitatem' cet. Wessner: quaeritur num recte addiderit!!

Denique, ut alias, apud Donatum gerundium nudum in accu-

sativo positum videtur omissa praepositione 'ad': I p. 488. 17: 'sed suis votis parasitus adductus est conandum'; '⟨ad⟩ conandum' Stephanus, editores. — II p. 397. 22: 'ad hanc rem] deliberandum quod ago'; 'ad' addidit pars codicum et editores; quamquam prius exemplum ita explicare licet ut credamus 'adducere' ut saepissime in posteriore Latinitate cum accusativo esse coniunctum, quod saepissime editores neglexerunt; universe accusativus multo liberius in posteriore Latinitate usurpatur, de quo alio fortasse loco agam. — Cf. denique Marc. Empir. p. 309. 2 H.: 'Herbae vettonicae pollinis ⁊ VI ex aquae calidae cyathis tribus colico ieiuno bibendum per triduum dabis'; 'bibendos' edd. Quod cum ita sit, p. 257. 29: 'et ex eo dabis calculoso ad diem cum vino vetere bibendum ligulam unam' recte se habere videtur nec 'bibendam' cum edd. scribamus necesse est.

Pan. III 3. 2: 'ille siquidem Diocletiani auctor deus praeter depulsos quondam caeli possessione Titanos et mox biformium bella monstrorum perpeti cura quamvis compositum gubernat imperium atque hanc tantam molem infatigabili manu volvit' cet. Pro 'praeter' 'post' coniecit speciose Eyssenhardt, quod Baehrens recepit, sed refellitur eo quod eodem modo c. 19. 4 'itemque praeter victorias toto orbe terrarum partas etiam navalia trophaea promittunt', ubi necessarie 'praeter' pro 'post' positum est, quod illae victoriae terrestres iam partae iam non promitti possunt! Sed non solum 'praeter' hisce duobus locis pro 'post' usurpatur; contra 'post' pro 'praeter' adhibetur tribus Aelii Donati locis:

I p. 455. 15 W.: 'o verba servorum, quibus nihil horribile est post praesentis plagas'; 'praeter' Klotz et Wessner. — I p. 432. 3 'pavidi consilium nihil aliud continet post claustra et fugam' ita Wessner cum Klotz, sed codd. 'post' exhibent. — II p. 116. 24 'sic dicimus in his, quae post expectationem gesta sunt': 'praeter' hoc loco Stephanus et cum eo Wessner, sed hisce quinque locis nisus credo 'praeter' et 'post' inter se confusa esse in posteriore Latinitate, quod quam facillime factum esse potest! Nam 'praeter' de rebus aut personis usurpatum saepe idem prorsus valet, quod 'post' de tempore adhibitum. Atque analo-

giam quandam afferre licet; nam iam apud Plautum, deinde apud Ciceronem hic illic atque praesertim apud Apuleium (cf. Leky: 'De Syntaxi Apuleiana' Diss. Monast. 1908 p. 26) 'ante' usurpatur de re vel persona praeferenda. Eodem modo igitur 'post' non solum adhibebatur, ubi de tempore, sed etiam ubi de rebus sermo erat, i. e. differentia inter 'post' et 'praeter' ad minimum reducebatur. Quis fuerit transitus, e secundo potissimum apparet exemplo. Praepositio 'post' mea quidem sententia etiam pro 'propter' adhibebatur e. g. ab Aelio Donato cf. I 116. 6, 130. 11, 138. 3, 147. 13, 218. 21, 246. 17, 251. 21, 257. 10 cet. II 212. 3, 229. 6, 241. 20, 251. 4. 28. Quam facile is quoque transitus fuerit, perspicuum fit, si exempli gratia ponimus 'punio eum propter facinus', quod solum fieri potest, postquam facinus perpetratum est, i. e. post facinus. Minus igitur recte omnibus hisce locis cum viris doctis Wessner 'propter' restituit. De aliis vocabuli 'post' significationibus in post. Latinitate disputare non est huius loci.

Pan. III 3. 7: 'his quidem certe diebus ... instigat, ut videmus, illos a sacris certaminibus accitos'; 'a' omittunt editores iniuria; nam in ablat. instrum. non solum nominibus propriis praepositionem 'a' addi nos docet Thes. l.l. I p. 34 et 59. Unum ut saltem afferam exemplum: recte apud Ennodium p. 22. 3 H. legitur: 'si quaeras cur a silentio vestro multata non reticet prodiga frons pudoris'; male Hartel 'a' omittit.

Pan. III 4. 1: 'ex istis ergo causis stirpis vestrae patriorumque institutorum illa eveniunt, quae saepe miramur, interdum etiam ... timebamus' cet. ita editores; traditum est: 'ille veniunt'. Eodem modo Pan. X 2. 2: 'ita omnia quae ex principibus nostris prospera eveniunt continuatos fructus ferunt' legitur; 'prospere veniunt' traditum est; ego quoque recte emandasse editores pro verisimili habeo, tamen monendum censeo eodem iure nos utroque loco 'veniunt' legere posse. Nam in posteriore Latinitate 'venire' pro 'evenire' saepius legitur: ut enim in post. Latin. verba composita adamantur, ita saepe pro composito simplex legitur, cf. etiam Löfstedt 'Beiträge zur Kenntniss' cet. p. 82 sqq.; de 'venire' pro 'evenire' ego refero ad Petschenig

in Indice Victoris Vitensis (C. S. E. L. VII) p. 172, cf. Vict. III 70, Hartelium in Indice ad Cyprianum, Muncker ad Fulgentii Myth. III 6. Quod cum ita sit, minus recte:

Ael. Don. Ter. II p. 247. 21: ''est' autem pro 'evenit' dixit' editum est, cum codices 'pro venit' vel 'per venit' exhibeant, nec magis p. 334. 3 'neque quicquam illi venit ex sententia sua' mutandum est: 'evenit' Stephanus et cum eo Wessner.

Cf. porro Eugraph. p. 137. 11 ubi codice G excepto consensus librorum recte: 'exprimit deinde, quid incommodi sibi venerit ex vitiata virgine' exhibet: male rursus Wessner 'evenerit' scripsit. — Aug. Civ. Dei 17. 20 (II p. 247. 29 Domb.): 'Videamus ergo si sermones illius veri sunt et temptemus quae ventura sunt illi et sciemus quae erunt novissima illius' ita codd. praeter cod. R, qui 'eventura' habet ut Cyprianus, sed in vulgata 'ventura' legitur, quod igitur Dombart servare debuerat! Hoc addam 'ventus' pro 'adventus' iam inveniri apud Varronem Ling. Lat. 5. 94 cf. Weyman in Archiv für Lat. Lex. IX p. 139.

Eodem modo Pan. V 1. 3 'numerando' recte legi neque 'enumerando' esse emendandum iam dixi in dissertatione mea p. 51; 'numerare' saepius pro 'enumerare' in posteriore Latinitate invenitur; ego notavi Dictyn Cretensem p. 80. 23 M. Quod cum ita sit, minus recte Holder in editione sua Porphyrionis (Aeniponti 1894) p. 375. 15 compositum pro verbo simplici restituit.

Pan. III 8. 1 Moneo hoc loco 'quod' positum esse pro 'ut' consecutivo, cui indicativus adiunctus est, ut saepissime in posteriore Latinitate. Legitur enim: 'Inde igitur proxime ille impatientia vestrae pietatis erupit, quod vos nulla regionum longinquitas, nulla iniquitas locorum, nulla tempestatis asperitas retinere aut morari potuit quominus ad conspectum vestri pervolaretis?'. 'ille ⟨impetus⟩ . . . irrupit, quo' Baehrens, sed nil aliud mutandum est nisi 'ille' in 'illa'. Praesertim in Gallia saepissime eo modo 'quod' adhibitum invenimus.

Pan. IV 3. 1 'tantum abest, ut me . . . idoneum putem, ut ⟨ob⟩ hoc ipsum, quod vel uno die atque una de re in foro dicam, veniam magis possim sperare quam gloriam'; 'ob' addidit Baehrens,

'hoc ipso' edd. ant.; criticorum hodiernorum nemo de hoc loco disputavit; ego affero Sidonii Apollinaris p. 133. 22 Mohr, ubi legimus: '⟨ob⟩ hoc ipsum, quod mercennariis prosecutionibus et locaticia fatigatione cognoscitur, fama quidem sua, sed facultas crescit aliena': '⟨ob⟩' Lütjohann in editione sua edidit, quem Mohr, ceteroquin prudentissimus editor, secutus est. Utroque loco eodem modo 'ob' in codicibus excidisse valde mirum esset! Praeterquam quod eiusmodi accusativi neutrius generis saepius liberius adhibentur, refero ad illud Terentianum 'id quod' quod Donatus quoque saepius per 'ob id quod' vel 'propter id quod' explicat. De Ammiano Marcellino XXVII 7. 5 (qui quidem locus a nostro discrepat): 'triumque adparitorum potestatis vicariae per Italiam ⟨ob⟩ id necatorum atrociter, quod apud eum questus est comes' cet. iudicium suspendendum est, usque dum altera quoque optimae novae Clarkii editionis pars in lucem emissa erit (moneo Löfstedt h. l. '⟨ad⟩ id' minus probabiliter proposuisse). Denique credo in magna eorum exemplorum, quae Archiv für Lat. Lex. XI p. 376 sqq. afferuntur, parte minime latere ablativum, sed accusativum.

Pan. IV 5. 3: 'qui (sc. 'principes') ... inter illas imperatorias dispositiones, longe maioribus summae rei publicae gubernandae provisionibus occupatas, litterarum quoque habuere dilectum'; 'occupati' Baehrens (quod ego quoque ante probavi), 'litteratorum' v. Wageningen (Mnemos. 1909 p. 447), sed ut in tota posteriore Latinitate, ita in Panegyricis saepius abstractum pro concreto invenitur, cf. diss. p. 77, ubi nonnullis locis 'imperium' pro 'imperator' defendi, XII 12. 2 'regni, III 7. 5 'annos'; eodem hi loci referendi sunt. Addendum est 'dispositiones ... occupatas' perpulchre defendi Schol. Bobb. p. 165. 11. Quamquam lectio corrupta est, pro certo tradita sunt verba: 'omnesque ingenii vires ... occupatas'. Alii multi exstant loci, ubi editores usus ignari peccaverunt. Exempli gratia affero:

Caspari 'Briefe' cet. p. 111: 'videre alios ab archangelis, angelis ceterisque divinis ministeriis ('ministris' Caspari) ad regnum ... adduci'. p. 193: 'et vocabis remissionem cunctis habitationibus terrae tuae' ('habitatoribus' Caspari). — Cf. denique Eugraph. p. 108. 20 '... hoc interest, quod percontatio responsionem

habet ex scientia confirmante vel ex narratione': 'confirmantis'? minus recte Wessner in adnotatione critica.

Pan. IV 10. 1 legimus: 'Igitur ibi maxime et oportet et fas est exercere iuventutis ingenia, ubi tam propinqua sunt numina amica doctrinae, ubi ex proximo iuvat mens divina ... ubi ante aras quodammodo suas Iovios Herculiosque audiant praedicari Iuppiter pater et Minerva socia et Iuno placata'; 'audiunt' scripsit Baehrens. Locus iam ita defendi potest, ut dicamus illud 'audiant' esse coniunctivum iterativum: totiens enim audiunt Iuppiter deaeque illae, quotiens recitatur; sed monere volo èt 'ubi' saepius cum coniunctivo coniungi neque temporum variatione offendendum esse, nam 'ubi' cum coniunctivo iam legimus apud Tacitum in Hist. II 40: 'Titianus et Proculus, ubi consiliis vincerentur, ad ius imperii transibant', quem locum solus adhuc Löfstedt Beiträge p. 8 recte defendit: coniunctivum positum esse ut post 'ut' temporale, de quo usu cf. Löfstedt l.l. p. 1 sqq. Sed nemo adhuc attendit usum non solum apud Tacitum inveniri atque non solum 'ubi' de tempore adhibito, sed etiam tunc, cum locus indicatur, coniunctivum sequi. Post 'ubi' temporale coniunctivum habes:

Ael. Don. Ter. I p. 331. 9: 'hoc iterum plus intulit, nam ubi nec vestigium reperiretur, superest interrogatio' — ita recte codices. 'reperietur' Sabbadini, sed futurum ne ferri quidem potest hoc loco!

Cl. Don. II p. 401. 12 G.: 'ubi tantae extractae sunt morae, ubi pudebat tantum telorum numerum scuto portare tantaque essent, ut haec velli vel portari non possent'. Corruptelae signum posuit Georgii, sed locus integro integrior est (de modorum variatione vide infra). Post 'ubi' locale coniunctivum habes: Victor. Vitens. Hist. Pers. I 8: 'in aedificiis nonnullis magnarum aedium vel domorum, ubi ministerium ignis minus valuerit, tectis admodum despicatis pulcritudinem parietum solo aequaebant' cet. III 33: '... exilio arido et invio relegatur, ubi nullus hominum forte consolationis gratia veniendi haberet accessum'. — Passio 9: '... tenebrosis deputati sunt locis, ubi nulla miseratio adrideret lemitatis.

Itin. Hieros. Petr. Diac. (C. S. E. L. XXXVIIII p. 109. 19

Geyer) recte codex (C) exhibet: 'Inde non longe est locus, ubi erraverit dominus, quando factus est sudor eius, sicut guttae sanguinis'. male 'erravit' editores.

Schol. Bobb. p. 1. 11 'superposuit in loco angusto, ubi densior fumus animas haurientes urgeret': 'urget' quidem Hildebrandt, Leo secutus, sed frustra.

Cf. denique Caspari Kirchenh. Anecdota p. 177 (Dicta abatis Priminii c. 23): 'et nullus in ipsa ecclesia, vel ubi lectio divina recitetur, verbosare presumat. Lectionem miratur Caspari. Solus Petschenig Victoris Vitensis editor neque mutat neque miratur, quippe posterioris Latinitatis peritus. Locos Victoris in Indice p. 151 affert. — In loco supra laudato Cl. Donati habemus ut nostro loco variationem modorum, quae semper in Latinitate exstitit, saepissime autem iniuria solum vertere coacta est. Iam eam iure postliminio reducamus: refero imprimis ad Luciferi, Victoris Vitensis, aliorumque poster. Latin. scriptorum indices. Sed Leky l.l. p. 45 nos docet èt apud Plautum èt apud Apuleium hanc variationem inveniri: Apul. Ap. 16 revera illud 'accendunt' retinendum est Helm invito; quod cum ita sit, prave in Minuc. Fel. c. 17. 2 editores (praeter Waltzing): 'praecipue cum a feris beluis hoc differamus, quod illa prona in terramque vergentia nihil nata sint prospicere nisi pabulum, nos ... ignorare nec fas nec licet' cet. 'sunt' pro 'sint' scripserunt; quo cum loco quam maxime convenit Augustinus de Civitate Dei XIII 19 (I p. 582. 14 Domb.): 'ut a ceteris hominibus hoc videantur differre sapientes, quod post mortem feruntur ad sidera ... illi vero, qui stultam duxerint vitam, ad corpora suis meritis debita ... revolvantur'. Hoc solo differunt, quod hic priore loco, illic posteriore loco indicativus positus sit. Hoc quoque loco editores temere coniunctivum inseruerunt. Nec minus Georgii aliis Donati locis peccavit. Nam ut loco laudato, ita temporum variatio statuenda est:

I p. 180. 8, ubi legimus: 'quisquis funem contigisset vel rotarum lapsus adiuverat, laetabatur existimans diis sese talibus officiis placiturum'; 'quisquis' in posteriore Latinitate saepius cum coniunctivo coniungitur: hoc loco igitur vetustior et recentior constructio confusae sunt! eodem modo II p. 449. 6: 'ut ostendat qui quae passi sunt et in quibus locis vel per quos

illis supplicia inflicta sint. (Saepissime in interrogatione obliqua coniunctivus et indicativus alternantur: cf. e. g. Plaut. Amph. 17: 'Nunc quoius iussu venio et quam ob rem venerim dicam simulque ipse eloquar nomen meum', ut de permultis posteriorum exemplis taceam.) Cf. denique II p. 632. 14 sqq.: 'cum longe vidisset Iuturna stridere serpentem et volatu Diram esse cognovit', ubi ne Georgii quidem mutat. Afferre adhuc velim — e permultis! — tria exempla ad Panegyricorum locum defendendum utilia: Caspari Kirchenb. Anecd. p. 307: 'et haec tua in domino non cadunt, quia est inextimabilis, immensus, infinitus et quia locum non capiat'; miratur Caspari!

Sorani Gynaecol. p. 33. 9: 'quoniam, cum in utero esset ad perferendum digestionem, mater eius officio laboraret ('laborabat' solus h, Rose) et sic ei digestum lac transmittebat. — p. 97. 29: 'signa autem inductae cicatricis, quod et loca ipsa sicca sunt et alba et sine dolore et nullus humor ibi inveniatur ita cod. l, invenitur Rose cum h, sed h, ut saepius, coniecit tantum. Quae omnia cum ita se habeant, licet defendere:

Pan. X 25. 1, ubi M: 'quid ego referam post tantam et tam gravem pugnam, quod apud Brixam (ita recte!!) magnus quidem et acer equitatus esset fuga quam vi sua tutior et primo impetu suo pulsus Veronam usque contendit ad praesidia maiora', ubi temere editores pro 'essent', 'sed' scribunt et 'et' delent, sed rursus habemus variationem modorum. Cur imperfectum 'essent' excipiatur perfecto 'contendit' luce clarius est, quod imperfectum equitatus qualitatem significat, perfectum id, quod semel factum est, reddit. Coniunctivum post 'quod', 'quia' 'quoniam' frequentissimus est in post. Latinitate, quamquam hoc quoque editores obliti sunt e. g. Georgii Don. I p. 115. 28: 'beneficia haec haut difficulter praestiterat quia (ita L. 'que' R) mater fuisset et dea': 'quae' Georgii propter 'fuisset'; eodem modo coniunctivum habes: II p. 539. 15: 'quia secundum ipsum Vergilium habeat aliam apud inferos poenam' . . . 'habet' Georgii male! Nec minus Faust. Reiens. p. 77. 4 'quia . . . possint', p. 87. 26: 'quia . . . sint' legendum est. Ipse Engelbrecht p. 278. 21: 'sed quia . . . possimus' retinet! Sed talia iam ipsi editores corrigant.

Moneo adhuc in Panegyricis in sententiis relativis coniunc-

tivum inveniri praeter locos, quos iam in dissertatione p. 77 defendi:

Pan. V 1 i. f.: 'quo facilius maiestatis tuae recordatione confisus possim ('possum' editores) illa quae tunc dicta sunt praeterire' sqq.

Pan. XI 3. 1 'quae in hac Romani imperii parte gloriosissima sint ('sunt' w edd.) famae laude celebrata' cet.

Praesertim in comparationibus coniunctivus in sententia ponitur secundaria; ego defendi Pan. XII 39. 2: 'sermo iste prolixior est quam illa res fuerit; refero nunc ad Mohr in Archiv für Lat. Lex. VI p. 618 et in Praef. ed. Apollinaris Sidonii p. XIX, qui e posterioribus scriptoribus saeculi quinti et sexti p. Chr. nat. exempla affert. Unum adhuc exemplum afferre velim: Glossae in Sidon. (Anecdota Oxon. 1[5]) p. 30. 18 legimus: 'quoniam sicut panni textiles post texturam facilius contrahuntur quam extendantur, sic facilius pueri a magnis revocantur quam ad magna invitentur'. Utroque loco editor indicativum restituit! Nonnulla alia afferam exempla: coniunctivus mea quidem sententia invenitur post 'tantum — quantum'.

Claud. Don. II p. 624. 23 'tu, qui tantum eras periculis propior, quantum superata fuerint cetera, putas' cet. Corruptelae signum posuit Georgii ante 'superata'.

Schol. Bobb. 'in quantum igitur laudem Filippi fratris eius extulerit, in tantum hunc defloravit, qui dissimilis extiterit'. Ita cod. C., editor nimirum postremus cum edd. aut. indicativum scripsit!

Faust. Reiens. p. 242. 22 E. '... divitiae ... quae amatoribus suis, quantum fuerint maiores, non adferunt satietatem, sed inflammant cupiditatem?' — 'quantum possimus' habes e. g. ibidem p. 304. 12, 312. 25.

Eodem modo post 'qualis' et 'sicut' coniunctivus sequitur, cf. exempla quae Hartel in indice Luciferi p. 338 congessit. Male igitur Petschenig in Vict. Vit. Hist. Pers. p. 56. 10 'sicut splendor ab igne genitus gignenti manifestetur aequaevus' contra maiorem codicum partem 'manifestatur' scripsit.

Cf. Script. Physiogn. Förster I p. 9. 7: 'quidam autem ex moribus superapparentibus (sc. 'distinguebant'), quales mores dispositionem sequantur': 'sequuntur' unus codex P., Förster.

Post 'quomodo' coniunctivum habes Faust. Reiens. p. 285. 4: 'et quomodo in quadragesima quasi tristitiam habeamus ... sic et in hoc saeculo' cet.

Cf. porro Caspari 'Briefe' cet. p. 29 (Tract. de Divitiis c. 5) 'eo enim magis augetur cupiditas, quo materia eius contagiosa densetur' ('densatur' male Caspari!).

Aliud exemplum, ubi comparatio coniunctivum gignit, habemus apud C. Iulium Victorem in Arte Rhet. p. 400. 16 H., ubi exstant haec: 'Quibus illud colligitur, ut, si dissimilia sint ea, quae obiciuntur, atque ea fuerint, quae alii obiecta sunt, causa quoque dispar sit' cet.; 'fuerunt' edd. et Halm. Ut igitur post 'tantum ... quantum', 'talis ... qualis', 'sicut', 'quomodo ... sic', ita post 'alius ... atque' quoque coniunctivum adhibitum invenimus. Ut opinionem meam stabiliam, affero:

Ael. Don. Ter. II p. 52. 6: 'adeo illi aliud ⟨ait⟩, atque ille secum disputaverit'. Ex supradictis iam satis apparet hoc quoque loco coniunctivum minime cum editoribus esse sollicitandum. Sed iam satis de coniunctivo, quem, antequam e Latinitate posteriore eiciamus, quanta sollicitudo adhibenda sit, iam spero ex hac brevi disputatione perspicuum esse factum.

Pan. IV 11. 2 'sed ut trecena illa sestertia, quae sacrae memoriae magister acceperam, in honore privati huius magisterii addita pari sorte geminarent': 'in honorem' Thörnell proposuit, sed iam Geyer in Ann. Burs. 98 (1898) p. 72 affert Script. Hist. Aug. Trig. c. 4. 1, 11. 1, ubi eiusdem indolis locus apud Servium exstans defenditur; sed quoniam facile 'm' littera, scilicet linea tenui scripta, excidisse potest, certiorem ut reddamus rem, alia exempla addenda sunt.

Apud Dictyn Cretensem p. 94. 20 legimus: 'dein, ubi tempus visum est, convivium coeptum in honore ducum' cet.

Iul. Val. p. 65. 13: 'condi Thebas esse permissum in honore scilicet trium deorum' cet. Èt Meister èt Kübler accusativum scripserunt.

Schol. Vindob. ad Horatii Artem Poët. p. 28. 30: 'effutire id est effundere. quoddam genus sacrificii fiebat in honore Cereris'.

Caspari 'Briefe' cet. (Ep. de mal. doct. c. 23. 1) p. 110: '... quod quidam nostrum in honore potentissimi nominis tui

daemonia eiecerunt' cet. Utroque loco editores 'honorem'. — Hic locus Hegesippi de Bello Iudaico I 24. 3 afferendus est: 'quibus egregie Caesar delectatus in honore Antipatrum quo oportebat inter amicos recepit'. — Hisce igitur omnibus locis nisus lectionem traditam ubique retineo, nec mirum est, cur ablativus positus sit: non enim tam ut fiat honor quam ut sit perpetuus, intentio honorantium est. Analogiam etiam afferre possum: apud eundem Dictyn p. 87. 26 legimus: 'haec omnia in gratia Helenae gesta, scilicet eius mulieris, quam ne Graeci quidem recipere gestiunt'. Rursus Meister 'in gratiam' scripsit, sed locum defendere supersedeo. Afferre licet etiam Itin. Alex. p. 10. 8 Volkm., ubi exhibetur: 'hic machinamentis admotis disiectisque muris et internicione incolis caesis, optimates tamen pauci ⟨in⟩ (minus recte additum) Herculis templo reperti honore numinis sospitantur'. Hoc loco Volkmann 'in honorem' suasit legere; praestat fortasse '⟨in⟩ honore' legere, si omnino aliquid addendum est.

Pan. V 1. 3 'quo in genere orationis quanta esset cura ..., sensi etiam, cum in cotidiana illa instituendae iuventutis exercitatione versarer, quamvis enim prima tunc in renascentem rempublicam patris ac patrui tui merita ... possem tamen censere numerando'. 'Enim' in dissertatione mea p. 51 delevi, sed nunc dubito; nam 'enim' saepissime in posteriore Latinitate quasi omnino abundat. In ipsis Panegyricis VIII 3. 3 legimus 'sed enim', pro 'sed' ut saepius apud Apuleium, cf. Helm Philol. S. B. IX p. 575; cf. 'quod enim' praesertim apud Apuleium cf. Leky l.l. p. 49, Hartel Patr. Stud. II 39. 1, Iul. Val. III 56, Firm. Matern. p. 77. 25 Kroll-Skutsch; cf. etiam 'vel enim'; cf. Dombart in indice Commodiani s. v. II 5, 4. 8, 8. 19. Apol. 820 et 980 (enim = profecto, sane, ut in prisca Latinitate, cf. etiam Aen. VIII 84, cf. Gr. δή). Quod cum ita sit fortasse nostro quoque loco 'enim' ferendum est; 'enim' ab editoribus deletur aliis quoque locis: Eugipp. Excerpta ex opp. S. Augustini p. 1003. 30 Kn., ubi legimus: 'quod ut intellegas, non simulatione, sed caritate fieri, qua infirmis hominibus, tamquam nos simus, compatimur, ita enim monet alio loco dicens' cet. 'enim' seclusit Knoell, sed fortasse pro 'sane' explicandum est.

Caspari 'Briefe' cet. p. 99 (Ep. de mal. doct. c. 16. 6): 'nec aliud nobis, quam promittunt, eventurum esse credamus, enim definitionis memores, quoniam Deus veritas est'. 'enim' in 'illius' editores mutaverunt.

Legimus apud Cl. Donatum II p. 421. 23 G.: 'nam cum remearet ad castra, veniebant enim ex urbe Latina missi, qui rogarent et veniam precarentur' cet.; fortasse nil mutandum est ('iam' otiose Georgii), sive pro 'sane' sive pro pleonasmo explicas; de eiusmodi pleonasmo cf. e. g. Acta Apost. Apocr. (ed. Lipsius-Bonnet) II p. 260: 'suscipiet autem episcopatum throni tui iste tamen imperator, quem' cet. Bonnet in adnotatione critica: 'tum?' Caspari Kirchenhist. Anecd. p. 87: 'Videtur mihi immutatio quaedam facta esse sic quasi hoc mihi videtur velut conversio aliqua qualitatum magis': quicquid mutas, pleonasmus: 'quasi ... velut' semper manebit. Sed ipsum vocabulum 'enim' fortasse bis positum est Acta Apost. Apocr. Lips.-Bonnet II p. 250: 'factum est enim cum ingrederetur lectulum in palatio, vidimus enim nos omnes quomodo Matheus surgens de lecto ad caelum ascendebat ('enim' 2 delendum?' Bonnet).

Pan. VI 5. 1 '. . . idque ipsum coram gaudeas praedicari: 'quicquid tu iuste ac liberaliter feceris, filium Constantii necessario praestitisti''. Ita codices; 'praestitisse' Langius, qui acc. c. inf. a 'gaudeas praedicari' pendere facit; eum secuti sunt editores, minus recte, nam quemadmodum tunc ille transitus a persona secunda ad 'filium Constantini' explicandus sit, non video, sed eam ob causam mutarunt viri docti primum ut coniunctivum 'feceris' explicarent, deinde ut constructionem 'filium Constantini praestitisti' evitarent; sed de 'quicquid' cui pronomini coniunctivus adiunctus est, cf. ad Pan. VII 12. 3 'quicquid fuerit pecoris, raptum aut trucidatum est', et quae disputavi de hoc loco in dissert. mea p. 70; 'praestare aliquem' invenitur Aen. XI 438: 'praestare Achillem', Suet. Caes. 16, Tiber. 33; conferendae sunt etiam constructiones analogae, cf. Cl. Don. II p. 271. 29 G. 'quod talem se esset exhibiturus nepoti, qualem Anchisae avo in armis et in pace praebuerat'; 'armis ⟨se⟩' Georgii minus recte; cf. 'gerere magistratum'; cf. Ap. Metam. X 28 'qualem exhibuerat uxorem'; — cf. 'fingere benignum' Script.

Hist. Aug. I p 485. 1 P. et 'ostendere scurram' p. 98. 1; hoc loco addendum est apud Don. Ter. I 495. 10 legi: ''Et bene saxum' de stulto milite et ipsum ⟨se⟩ Sisyphum fecit'; ita edd., haud nescio an ⟨se⟩ omitti possit; ut 'fingere aliquem' ita 'facere aliquem' ferendum est; neque sententia loci obstat ne lectionem traditam servemus.

Pan. VI 9. 2: 'non quidem tu rei publicae neglegentia ... ductus, sed ... pietate fraterna, ne ... nevel illius ... laudi cederes'; 'neve' Livineius et editores, sed Birt in Archiv für Lat. Lex. XV p. 161 ad Corpus Gloss. referens (C. Gl. V p. 528) 'nevel' pro 'neve' in Carmine Fratrum Arvalium et apud Ausonium vindicavit; recte se habere opinionem Birtii confirmatur et hoc Panegyricorum loco et Script. Hist. Aug. I p. 231. 6 P. (vita Anton. Hel. c. 15): 'et ut Alexander custodiretur, nevel illi aliqua vis adferretur, simul ne Caesar quempiam amicum Augusti videret' cet.; 'neve' Baehrens, Peter, sed 'nevel' habent codices. Ausonii, Lampridii, Panegyrici nostri locis nisi Gloss. testimonio adhibito iam sine ullo dubio 'nevel' pro 'neve' retinere debemus singulis locis.

Pan. VII 22. 1 'quorum scaturigines leni tepore nebulosae arridere, Constantine, oculis tuis et osculis sese inserere velle videantur'; ita codices, edd. Livineio auctore 'videntur' scripserunt, sed iam clausula (casu quodam locum in dissertatione mea non tractavi) 'videantur' restituit, nam 'videntur' exitum praebet heroicum, 'videantur' contra pulchram dat clausulam A[1]: ⏒́ ⏑ ⏑̀ ⏑ ⏒́ ⏓. Nec minus recte se habet coniunctivus c. 21. 7 'iam omnia te vocare ad templa videantur, praecipueque Apollo noster' cet.; 'videntur' se rursus editores. Quomodo coniunctivus sit explicandus? Non ut apud Luciferum, Aetheriam, Chironem aliosque coniunctivus sine causa pro indicativo a Panegyricis positus est in enuntiatione principali, sed in 'videri' vis aliqua potentialis semper inest, quae ut vis magis perspicua redderetur, facile coniunctivus adhibitus esse potest etiam in sententia principali; alia exempla exstant: Virg. Gramm. p. 17. 4 Huemer: 'videatur mihi commodum esse' in enuntiatione principali, p. 40. 18: 'vidantur

(i. e. videantur) [1]) autem mihi nominum et verborum affinitates humanae genealogiae similitudinem habere' cet. In toto Virgilii opere quinquies tantum coniunctivus sine causa in enuntiatione principali positus est:. 'videatur' bis inveniri casui attribui non potest! Quod cum ita sit, non dubito quin Cl. Donati II p. 196. 11 male Georgii coniunctivum cedere iubeat: 'si enim iubeas et recedas, potest iussio neglegi, praesentia vero etiam cum nihil iubet tacita videatur urguere': 'videtur' Georgii cum editione principe. — Affero porro:

Caspari 'Briefe' cet. p. 216: 'Sed nefandus ille corruptor potius animarum quam corporum, dumque adulescens, subdolus draco sub specie iustitiae videatur versari, antequam sumat imperium' ita codex vetustior S. Gallensis, minus recte cum Würzb. Caspari 'videtur' scripsisse videtur. Monere velim hoc loco fortasse eodem modo compluribus locis coniunctivum verbi 'posse' explicandum neque mutandum esse, quamquam res saepe incerta est, cum 'i' in 'u' mutato indicativus saepe restitui possit. Certiorem ansam praebere possunt loci quales Sorani Gynaec. p. 71. 14: 'ille ergo fluxus, qui sine vulnere et dolore est, ut solus humor feratur, praedictis omnibus auxiliis curari possit' ('potest' unus codex h, Rose); p. 115. 21: 'si quidem et cavernam modicam habuerit, et purgatio qualiscumque fieri possit et conceptus' ('potest' h, Rose).

Pan. VII 22. 5: 'sedemque iustitiae in tantam altitudinem suscitari, ut se sideribus et caelo digna et vicina promittant'; 'digna' mutant viri docti: Baehrens 'contigua', alii alia; 'digna' retinendum est; quod attinet ad 'sideribus' explicari potest ita ut simul sit èt dativus et ablativus (cf. quae disputavi in diss. mea p. 28), sed ne hoc quidem ut hoc loco concedamus necesse habemus; nam in posteriore Latinitate 'dignus' cum dativo coniungitur, qua de re cf. nunc Schmalz[4] p. 380; quamquam exempla haud ita pauca sunt, ut putat Schmalz, qui e Vopisc. Prob. 24. 6 'digna memoratui', Arnob. 18. 4 'condigna auditui' aliosque laudat locos; ego affero:

1) Male Huemer in editione sua codicem expressit nulla fere littera mutata. Quae ratio edendi ipsam editionem damnat. Quod eo magis dolendum est, quod editione optima huius et Latinistis et Romanistis pretiosi operis quam maxime indigemus.

Ps. Iul. Val. p. 191. 8 Kübl.: Epist. Alexandri ad Aristotelem: 'ne aut fabulae aut turpi mendacio dignus efficiar'; ita L. M. H. Kübler ceteros codices esse secutum (hoc loco moneo quasi semper ubi altera pars codicum alterum exhibet, id quod minus usitatum est, recte se habere) eo magis miror, quod p. 209. 10 in eadem epistula legimus: 'si quid etiam unum videre possem dignum ad admirationem aut memoriam' (ubi rursus pessime pars codd. ablativum exhibet!)

Eodem modo Script. Hist. Aug. II p. 136. 18 P. (Treb. Poll. Claud. c. 5) recte legitur: 'denique iudicio suorum militum apud Mediolanium Aureolus dignum exitum vitae ac moribus suis habuit' neque cum Madvigio 'vita' restituendum est.

Pan. VIII 2. 1 'Nunc itaque, cum in hac urbe, quae adhuc assiduitate praesentiae tuae prae ceteras fruitur... totus tibi amicorum tuorum comitatus et omnis imperii apparatus assistat' cet. Ita codices, 'prae ceteris' solus A edd., minus recte, ut opinor, nam ut de Petronii locis taceam, ubi lingua vulgari quis locutus 'prae' cum accusativo iungit (cf. c. 39, 46), premendum est e. g. duobus locis apud Iulium Valerium eodem modo accusativum inveniri, priore (p. 41. 19 K.) in trimetris: 'prae cuncta vitae commoda est mortalibus', posteriore (p. 165. 12 K.): 'Vulcani quoque eum appellatione salutabant, quod hunc prae ceteros deum illa pars arbitraretur orientis', ubi igitur eodem modo 'prae ceteras' atque nostro loco 'prae ceteros' legimus!

Pan. IX 7. 5 'quae gratulatio principum civitatis! qui plausus populi! quae securitas intuentium te matrum te virginum! quaeque duplici fructu fruebantur' cet. ita codices: 'virginum! quae' Livineius Baehrens, 'te matrum [te] virginumque! quae' cet. editores ant.; sed fortasse lectio tradita retinenda est, nam constat in posteriore Latinitate saepius pronomini relativo sine causa 'que' adiunctum esse neque id difficile est explicatu; ut pronomini demonstrativo, ita per analogiam pronomini relativo 'que' adiungebatur, ut nuperrime audivi Berilonensem quendam locutum sic: 'ihn schätze ich und wem ich sogar mein ganzes Vertrauen schenken könnte'; de usu cf. e. g. Bonnet Le Latin de Grég. de Tours p. 302, quamquam fere semper editores id neglegunt.

Itin. Alex. p. 2. 3 Volkmann: 'scilicet ut dum iuventae conatus paternis maturitatibus admoliris, inclitorum quam maxime principum merita supervadas; quorumque protinus tete in omni hac parilitate nec consilii paeniteat nec vero fortunae'; quorumque' hoc loco retinet Volkmann, male 'quorum quidem principum' proposuit Koch. — p. 3. 18: 'solis id modo Lacedaemoniis rennuentibus non merito indigni, verum pudore posthabiti sui nominis, quoniam imperium sola res est, cuius pretium periculis aestimatur. Quibusque Alexander expeditis' cet. 'Quibus' editores sed non magis lectio tradita sollicitanda est quam supra atque p. 6. 21: 'Fuit tamen Alexandro etiam Halicarnassi anceps bellum quamque obsidione vix cepit et diruit': 'quam' scripsit Volkmann cum Maio, sed rursus frustra. Igitur iam in Itin. Alex. hic usus exstat.

Cf. porro Histor. Apoll. regis Tyri, ubi p. 112. 5 R. legimus: 'Tharsia iubet in conspectu suo adduci Theophilum villicum. Quique cum adductus fuisset' cet. Quo nisus loco etiam p. 80 12, ubi solus P quidem exstat et 'quique' habet, lego: 'Contigit ut Athenagora ... consideraret celeritatem navium. Quique dum singulas notat naves' cet. — Cf. Act. Apost. Apocr. ed. Lips.-Bonnet II p. 22: '... iussit eum flagellis caedi extensum; quique cum septem terniones transisset' cet. — Item Iul. Val. p. 56. 13 codex A habet: 'ipse quoque ad Scamandrum ducem suarum partium — quique curabat tunc Macedoniam sese profecto — scribit omnis phalangis quas ⟨haberet⟩ amare' — 'qui' P et Kübler. Ego rursus P interpolasse credo et 'quique' retineo.

Cf. Schol. ad German. Aratea p. 149. 19 Breysig: 'quidam a sole persecutam arbitrantur vocatamque Electram; quaeque non sustinens videre casus pronepotum fugerit' 'quae' Breysig cum uno codice G. Sed exempla afferre et defendere iam taedet. — Nec minus in posteriore Latinitate saepius 'que' omittitur, cuius usus iam Löfstedt in Spätlat. Studien p. 77. sqq. nonnulla affert exempla: ita invenimus 'unusquis' pro 'unusquisque' (cf. etiam Geyer Ann. Burs. 1898 p. 64), 'plerus' pro 'plerusque', 'uter' pro 'uterque', 'quicum' pro 'quicumque'; 'uter' primus Löfstedt quattuor locis, 'quicum' duobus exstare demonstrat; ego inveni iam in Historia Augusta legi èt 'unusquis' (cf. Flavii Vopisci Vit. Probi c. 1 II p. 200. 6 P.: '... qui

unius cuius facta descripserint', 'unius cuiusque' edd.) èt uter (cf. Ael. Lampr. Vict. Alex. Sev. I p. 269. 26 P: 'quamvis utrum defenditur a bonis scriptoribus': 'utrumque' cod. P manus tertia, editores) èt 'quicum' (cf. Trib. Poll. Vita Tyr. Trig. II p. 107. 2 P.: 'occidendus est quicum male dixit contra me' cet.: 'quicumque' edd.) Quod cum ita sit non dubito quin èt Iul. Cap. Max. II p. 4. 7 recte tradatur: 'magnitudinem corporis Severus miratus primum eum cum lixis composuit, sed cum fortissimis quibus' èt Treb. Poll. Vita Tyr. Trig. II p. 119. 23: 'Est hoc familiare populi Aegyptiorum, ut velut furiosi ac dementes de levissimis quibus usque ad summa rei publicae pericula' cet. recte traditum sit nec cum edd. utroque loco 'quibusque' scribendum. 'Quis' pro 'quisque' saepius invenitur, sed primus — quantum scio — etiam in huiuscemodi constructionibus 'quis' pro 'quisque' inveniri demonstravi. (Addendum fortasse est Aurel. Vict. p. 6. 11 Pichlm.: 'dehinc atrocius accensa nobiliore⟨s⟩ quas nuptas et virgines scortorum modo secum prostituerat' ita codices, 'quas⟨que⟩' scripsit Schott et cum eo Pichlmayr). Quinque hisce locis peccasse librarium collatis illis ceteris locis iam a viris doctis allatis vix credam. Quod utinam animadvertisset olim Dessau; quantum hinc argumentum arripere potuisset ad opinionem suam de Scriptoribus Hist. Aug. stabiliendam! Postremum moneo 'quicum' adhuc Faustum Reiensem p. 236. 26 Eng. exhibere: 'ecce tibi loquor, quicum dicis, quod in amore inimicorum non possis imitari dominum nostrum'; 'quicum⟨que⟩ edd. male; nam 'uter' pro 'uterque' apud eundem Faustum inveniri Löfstedt ostendit. — Ut ad 'que' abundans revertamur, moneo 'que' etiam apud Script. Hist. Aug. abundare cf. Iul. Capit. Gord. Tres. II p. 41. 26: 'nam et viginti viri consulares contra nos lecti sunt; quibusque resistendum est nobis fortiter agentibus, vobis feliciter dimicantibus'; 'quibus' rursus editores. Apparet igitur iam tertio saeculo post Chr. n. pronominum formas alteras 'que' in fine exhibentes, alteras 'que' carentes inter se confusas esse et assimilatas ita ut pron. relat. 'que' adderetur, aliis 'que' interdum adimeretur. Quod fortasse inde originem ducit, quod prius 'quique' pro 'qui', 'quis' pro 'quisque' (quae pronomina sunt usitatissima), deinde 'uter' pro 'uterque' usurpabatur (et haud dubito quin prius 'quique' pro 'qui'

cet. tunc 'quis' pro 'quisque' adhibitum sit et ob causam supra allatam et quod in Latinitate vulgari h. e. in sermone populi formis brevioribus saepissime longiores substituebantur); postremo secundum analogiam etiam illae formae 'quicum' et 'plerus' exortae videntur. Quae omnia cum ita se habeant, fortasse nostro quoque loco in Panegyricis 'quaeque' retinendum est, quamquam aliud in Panegyricis exemplum non exstat.

Denique moneo in Itin. Alex. traditum esse (p. 5. 10 Volkm.): 'apud Ilium litant, ubique hasta humi fixa omen sibi facit Asiae bello quaerendae' cet.; fortasse ut 'quique' pro 'qui', ita hoc loco pro 'ubi' analogia 'ubique' positum est: fortasse ut 'hique' formam 'quique' genuit, ita 'ubique' ex 'ibique' originem ducit; 'ibique' editores. Refero demum ad p. 8. 15 ubi exhibetur 'cum summa utrubi fuerit' 'utrobique' edd., hic fortasse 'utrubi' rursus defendi potest: differentiam inter 'utrobi' et 'utrobique' secundam analogiam, formae cum et sine 'que' postquam semel confusae sunt, paulatim sublatam esse. Sed quemadmodum omnia haec pronomina et adverbia inter se confusa sint, nondum satis constat neque huius loci est fusius de hac re disputare: spero me non ad Kalendas Graecas quaestionem solvendam dilaturum.

Pan. X 25. 3 extant haec: 'ipsa autem Verona farta immanibus copiis ... facta est parumper metu cautior, non ratione felicior: muris se ab impetu vindicant': ita M. 'vindicavit' Baehrens, speciose quidem, sed minus, puto, recte.

Pan. V 11. 4: 'ad hoc natio etiam tunc rudis et soli Britanni Pictis modo et Hibernis assueta hostibus adhuc seminudis, facile Romanis armis signisque cesserunt' Baehrens primus recte locum corruptum esse statuit et recte 'Britanni' seclusit et 'solis' scripsit, sed iam clausula correctionem eius: 'cessit' refellit. Ego ante 'Britanni' transposui, nunc deleto hoc vocabulo 'cesserunt' nihilominus retineo. Nam premere velim in posteriore Latinitate magis constructionem, quae ad synesim vocatur, inveniri quam adhuc creditum est. Utroque loco subiectum logicum est plurale: 'Veronenses' et 'membra gentis'. Multa possumus afferre exempla, atque adeo ea, quae eadem ratione 'gens' cum plurali verbi forma exhibent (cf. Schmalz[4] p. 342):

Cl. Donat. I p. 495. 2 G.: 'gens nostra mala fatorum sorte progenita omnis est adversis destinata suppliciis, habuerunt aliquid meriti simul interire' cet. (male Georgii proponit: 'habuerat'?)

Aurel. Victor. p. 21. 21 P.: 'quod equidem gentis nostrae reor, quae fato quodam bonorum parce fecunda, quos eduxerit tamen, quemque ad sua celsos habet. ...; qui quamquam exacta aetate mortuum iustitio elogioque lugendum sanxere, struentes illum iustum nasci aut emori minime convenisse'. Non solum plurali forma sed etiam 'qui' hoc est masculino genere excipitur 'gens'. Praeter Commod. A. 893 cf. Anecd. Caspari p. 197: 'omnes gentes resurgent, quive ex Adam trahunt originem: 'quive' = 'quique' = 'qui', miratur Caspari! Cf. Caspari 'Briefe' cet. p. 213: 'quia operietur mundus a nequissimis gentibus, quorum aspectus ferarum magis quam hominum esse videtur' ita alter codex et addit Caspari: 'möglicherweise richtig' quod pro certo habeo, nam in proximis uterque codex habet: 'gentes enim illae horribiles nimis, profanissimae et coinquinatae qui nec vivis parcunt' cet. Quod cum ita sit, haud nescio an non recte mutaverint editores Script. Hist. Aug. I p. 8. 9 P.: 'gentis regebat quos' ubi editores 'quas' scripserunt. (An 'qui' = 'quae'?) — Cf. porro Act. Apost. Apocryph. II p. 147 Lips.-Bonnet: 'et cum omni populo civitatis suae et vicinarum urbium, qui (ita pars codd., Bonnet: 'fortasse recte') ad eius regnum pertinebant, credens baptizatus est. — Alia exempla habes haec: Faust. Reiens. p. 28. 14 Eng.: 'quam dolenda civitas Iudaeorum viam negato salvatore perdiderant et errorem suum scire nolebant': singul. scripsit Engelbrecht! Cf. Script. Hist. Aug. Flav. Vop. Sat. II p. 226. 1 P.: 'et utinam melius esset morata civitas, digna profecto, quae pro sui fecunditate, quae pro sui magnitudine totius Aegypti teneant imperium'; 'teneat' editores male.

Aurel. Vict. p. 3. 11: 'quorum modestia atque immaturo, absque Octaviani, interitu vulgus ... permovebantur: 'permovebatur' male viri docti nescientes apud Apuleium Metam. IV 2 (p. 76. 2 H.) legi: '... quos ... vulgus indoctum rosas laureas appellant' cet.! E prisca Latin. affertur Cass. Hemina fr. 11.

Schol. Bobb. p. 36. 18 Hild.: 'Mores illustrantur eius, quem non potuerunt Asia multiformi voluptate corrumpere': male 'potuerit' edd.

Scr. Hist. Aug. Aelii Lampr. Alex. Sev. p. 290. 28: 'Artaxerxen, potentissimum regem tam in re quam nomine, fusum fugavimus ita ut eum terra Persarum fugientem viderent'; 'videret' editores male; nam alia apud Scriptores Hist. Aug. exstant exempla: primum apud eundem Aelium Lampridium in eadem vita I p. 283. 27: 'rationales cito mutabat eosque, etsi boni essent, oderat, ita ut nemo nisi annum complerent', cet. 'compleret' editores, sed ferenda fortasse est pluralis forma, quod 'nemo nisi' idem valet atque 'omnes' et 'nemo nisi' praedicativam quandam habet vim. Sed quod maioris est momenti: bis apud Victorem Vitensem post 'nullus' prius singularis, deinde pluralis posita est: Hist. Pers. III 15, II 46: 'ut cum nostrae religionis illorum mensam nullus communem haberet neque cum catholicis omnino vescerentur' (cf. Petschenig Ind. p. 152). — Cf. Ael. Lampr. p. 286. 11: 'prorsus ut Romanam rem publicam intellegerent, quicumque Alexandri vidisset exercitum'; 'intellegeret' editores, quod recte videatur, sed ego legi in Dictis abbatis Priminii (Kirchenh. Anecd. p. 165. 16 Caspari): 'qui dormierit cum noverca ... morientur, et qui coierit cum uxore patrui ... morientur', ubi recte nil mutat Caspari, attamen quanto durior pluralis est post 'qui' quam nostro Hist. Aug. loco post 'quicumque'. Cf. etiam Lactant. de mortibus pers. p. 215. 19 Br.: 'et tamen si quis ⟨in manus eius⟩ inciderat, mari occulte mergebantur' Faust. Reiens. p. 309. 24 E.: 'adamantur et qui noluit amari' recte se habet, 'adamatur' Engelbr.; interpungendum est: 'adamantur: et qui noluit amari'.

In Iulii denique Capitol. Vita Maxim. duorum II p. 13. 6 P.: 'nec solum Romani, sed, quia et in milites saeviebat, exercitus, qui in Africa erat, subita et ingenti seditione Gordianum senem, virum gravissimum, qui erat pro consule, imperatorem fecerunt'. Ita codices: prius 'erat' in 'erant' mutavit Kellerbauer, quem sequitur Peter, sed de compluribus exercitibus sermonem esse vide, quam parum sit verisimile. Hactenus de Historia Augusta.

Apud Iul. Val. p. 95. 14 legimus haec: 'Uterque igitur cernuantes in profundum fluminis ruunt'; 'uterque' editores, sed alios licet afferre locos similes (inde a prisca Latinitate usus exstat): Victor Vitensis Hist. Pers. III 60: 'dum uterque sepulturam suam in vultu portarent'. Cf. Apul. Metam. 11. 29: 'nimirum

perperam vel minus plene consuluerunt in me sacerdos uterque', cf. Lact. de Mortibus Persec. c. 40. 2: 'sed utraque ob eximiam pulchritudinem corporis ac pudicitiam necabantur'. Neque in eo, quod adiectivum plurale scriptum est, offendendum est.

Aliam huius usus variationem habes hanc: Marc. Emp. p. 36. 13: 'nucleorum vero persici forma cum melle et aceto fronti illita prosunt' ('prodest' Helmreich). — p. 251. 3: nasturcium cum farina permixtum et ex aceto calido lumbis medentur' ('medetur' Helmr.). — p. 43. 6: 'puerili lotium nitro admixtum ulcera quae erumpunt lauto capite mire delinunt', ('delinit' Helmr.). Primus locus etiam defenditur locis qualis extat: Acta Apost. Apocr. I p. 60 (Lips.-Bonnet): 'pervenit canis ad Petrum sedentem cum turba (sc. quae canem sequebatur) ut viderent faciem Petri': male Bonnet: lege 'videret'. Cf. etiam Thes. L.L. IV p. 1377, Schmalz[4] p. 340: exempla per totam Latin. exstant.

Exempla addere velim cetera fortasse audacia superantia: Aurel. Vict. p. 12. 26 P.: 'petitoque ex industria gladiatoris, quorum pugnae visebantur, gladio': 'gladiatorum' Opitz, sed explicatione locus non eget.

Acta Apost. Apocr. I p. 64 Lips. Bonnet: 'ille autem introductis duobus iuvenibus, quos nemo vidit, magico carmine facto et abreptis ornamentis tuis non comparuerunt' Lipsius: expectes 'comparuit'.

Kirchenh. Anecdota p. 195 Casp.: 'Tunc diabolus videns ignaros homines ... errare coeperunt se illis in diversas formas ostendere' ante 'coeperunt' supplet nonnulla Caspari, sed in proximis legimus: 'et loqui cum eis, ut ... templa illis (= sibi) aedificarent'. Pluralis forma eo videtur exortum, quod diversis in formis se ostendit diabolus!

Quae omnia cum ita se habeant, fortasse licet defendere etiam Pan. V 7. 3: 'ut nemo dubitaret portum illum, qui piratae, ne suis opem ferrent, occlusus fuisset, vobis ad victoriam sponte patuisse': 'ferret' editores, sed piratae est collectio piratarum, quam ob causam 'ferrent' recte se fortasse habet. — Animi denique causa commemoro Itin. Hier. Petr. Diac. (C. S. E. L. XXXVIIII) p. 114. 2 Geyer nos legere: 'mons est altissimus, in quibus sunt duae speluncae lucidissimae'; num pluralis 'quibus' eo defendi possit, quod mons compluribus constat partibus, explo-

rare nolo nec possum. Locum tetigi tantum. — Aurel. Vict. qui, ut iam vidimus, audacter grassatus est, p. 35. 22 exhibet: 'et patres quidem praeter commune Romani malum orbis stimulabant proprii ordinis contumelia'; 'stimulabat' viri docti, sed pluralis eo defendi potest, quod èt malum Romani orbis èt ordinis contumelia stimulabant.

Contrarium quoque exstat h. e. ubi pluralem expectamus, singularis occurrit forma: e. g. ubi plurale quoddam tantum exhibetur: cf. e. g. Kirchenh. Anecdota p. 156 Caspari (Dicta Abbatis Priminii c. 7): 'inde nascitur inimicitiae' quod recte retinet Caspari; licet igitur defendere Iul. Val. p. 85. 4, ubi legimus: 'huiuscemodi sententiae Alexandro litteras mittit (sc. Parmenion), qua Philippum hunc clandestina tractasse cum Dario consilia commoneret'; male mea quidem sententia 'quibus' scribitur ab editoribus. Nam èt psychologice locus facile explicari potest èt hoc quaero: quomodo librarius illud 'qua' errore scribere potuit? Adde quod audaciam alteram apud Iul. Val. p. 95. 14 (cf. supra) invenimus et eiusmodi constructiones ad synesim per totam Latinitatem inveniuntur: cf. Plautus Trin. 403 sq. (cf. Brix ad locum): 'minas quadraginta accepisti a Callicle. ... Quid factum est eo?', Apul. Apol. 23: 'profiteor mihi ac fratri meo relictum a patre HS XX paulo secus idque a me longa peregrinatione imminutum', Apul. Apol. 71: 'avus modicum reliquerat, mater sestertium quadragies possidebat, ex quo sane aliquantam pecuniam ... filiis debebat' (cf. Leky l.l. p. 13). Adnotavi porro: Eutrop. p. 122. 16 H.: 'bellum Britannis intulit, quam nullus Romanorum post Gaium Caesarem attigerat, eaque devicta' cet.! Eodem referundi sunt duo loci, qui leguntur apud Caspari 'Kirchenh. Anecd.' p. 92: '... imitatione dei diligant meliora (sc. homines (et angeli)). Et merito iam haec sua dicentur bona, quae imitatione bona meruit adipisci': 'meruerunt' Caspari, sed universe de homine sermo est, ut p. 120: 'quid opus erat eum etiam baptismi gratiam consequi'; ipse Caspari adnotat: 'Der aus Seele und Leib bestehende Mensch'. Antecedit: 'de natura corporis'!

Haec sufficiant, quae editores moneant, ne emendare properent huiusmodi proprietates posterioris Latinitatis, quae quomodo magis magisque in litteris Romanis occurrant, adhuc explorandum est;

iam iam videmus studia syntactica, quod attinet ad posteriorem Latinitatem, adhuc in limine versari aedis vastae, in qua filum quoddam Ariadnaeum historica quaedam posterioris Latinitatis grammatica exhibere possit.

Pan. XII 30. 3 et Pan. XII 42. 1 'quando' pro 'quomodo' ego defendi (diss. p. 73). Tres enim Cl. Donati attuli locos: ad Aen. II 590: 'quando enim alicui crederem, nisi eadem se meis obtutibus sine fraude obtulisset?' — ad Aen. VI 890: 'quando enim tantum camporum vel tantam multitudinem animarum sermone posset includere?' — ad Aen. VII 235: 'gentes enim plures, plurimi populi, quos nulla quaerendorum auxiliorum necessitas cogeret, quando poterant aliorum adminiculum quaerere nisi quia muniri fortiore manu et meliorum causa ornari cupiebant?' — Nunc autem alia exempla afferre possum: Ael. Don. Ter. I p. 290. 1: 'quando enim ausurus esset Parmeno adornare Chaeream ad vitiandam virginem, si praescisset civem esse?' 'quomodo' Westerhovius et cum eo Wessner. — II p. 42. 11: 'Aequam omnibus] quasi dicat, ubi non est, quando Aeschinus loquitur' cet.: 'quomodo' Rabbow et cum eo Wessner; eundem usum invenimus apud Vict Vit. Hist. Pers. II 13 p. 28. 25 Petsch.: 'qui in suo ita crudelis effectus est sacerdote, quando nostrae religioni vel nobis parciturus est iste?' Recte Petschenig nil mutat. Idem 'quando' exstat p. 103. 8: 'Si disputare nitebatur de fide nobiscum barbara ferocitas et heresis Arriana rationabiliter disputaret — sed quando tenuit rationem, quae a patre deo deum filium separat salvatorem?', quem quidem locum non in indice commemorat Petschenig, tamen huic seriei inserendus est.

Decimum, quem possum afferre locum, exstat apud Eugipp. Excerpta ex opp. S. Aug. p. 23. 24 Kn.: 'Quando caritate sancti Cypriani hi qui per illius sententiam se volunt excusare damnentur'; ita cod. V. h. e. codex qui facillime principem tenet locum (in altero codice 'quod' legitur); 'quod' Knoell quamquam dubitanter recepit. Mirum est neminem haerere in eo, quod 'quomodo' pro 'quando' usurpatur (qua de re cf. e. g. Rönsch It. und Vulg. p. 403), a 'quando' pro 'quomodo' fere omnes abhorrere. Sed id premendum est: si alicui vocabulo

alterum substituitur, quam facile, confusio duorum vocabulorum postquam semel exorta est, etiam pro hoc illud adhiberi potest. Adverbia demonstrativa et interrogativa proprie ad tempus pertinentia saepius in compluribus linguis postea causam et modum indicant: referre velim ad 'quoniam' quod apud Plautum adhuc de tempore adhibetur (nec minus in posteriore Latinitate, nec solum apud Apuleium qui Plautum imitatus esse potest Apol. 17), sed plerumque de causa usurpatur.

Quae omnia cum ita se habeant, vereor ne minus recte Halm in Iulii Vict. Arte Rhet. p. 426. 4 auctore Quinctiliano: 'quare etiam, si non erit docendus, sed aliquo modo afficiendus, narrabimus' scripserit: traditum enim est: 'aliquando': ut 'quando' pro 'quomodo' ita fortasse 'aliquando' pro 'aliquo modo' adhibitum esse potest: thesaurus linguae Latinae tacet. Atque revera Quinctilianum magis iusto in Iulio Victore edendo secutus est Halm: uno exemplo opinionem meam stabiliam: p. 405. 26 'at qui deferat aliis iuris iurandi condicionem' Quinctiliano duce Halm 'defert', sed èt ratio nostra, quae supra demonstravit in sententiis relativis saepissime inveniri coniunctivum, lectionem codicis tuetur èt ipsius Victoris nonnulli loci, e. g. p. 404. 4: 'neque enim de omnibus causis quisquam potest dicere, quae sint ('sunt' editores) infinitae et numero et varietate'. — p. 416. 4: 'non honestum est argumentum, quod ... aut ea re, de qua agatur ('agitur' edd.), indignum est'. Sequitur ut nostro quoque loco Quinctiliani testimonio parva fides attribuenda sit. Monendum denique videtur universe saepius editores fugisse grammaticos, rhetores ceterosque imperii Romani chalcenteros in exscribendis quoque exemplis suorum temporum linguae proprietates esse secutos.

Pan. X 16. 2: 'qui est omnium quin opitulari tibi deum credat' cet.

Pan. XI 26. 2: 'qui nescit aliorum imperatorum hilarem diritatem cachinnantemque saevitiam?' Altero loco 'quis' scribere iubet Novák, altero 'quis' scripserunt editores cum codd. dett., sed moneo in Latinitate vulgari 'qui' pro 'quis' usurpatum esse, quod iam satis demonstrant linguae Romanicae, cf. Koerting Lat.-Roman. Wörterbuch s. v., Bonnet le Latin de Grég. de

Tours p. 391. Neque in scriptis posterioris Latinitatis vestigia huius usus, quae permulta exstant, delenda erant, ut prave fecerunt editores! Invenimus enim apud nonnullos scriptores 'qui' relativum pro 'quae' et 'quod' usurpatum, quod editores partim agnoscunt partim reiciunt. Qui usus tunc solum explicari potest, si illum agnoscimus; nam ita res explicanda est: pronominis relativi forma etiam pro interrogativo adhibebatur; sed sola forma 'qui' adhibebatur (ut sola forma 'quis' interrogationem inducit), quoniam is qui rogat nescit, utrum vir sit an femina an res. Postquam 'qui' in interrogationibus pro 'quae', 'quod' adhibebatur, tunc demum secundum analogiam 'qui' etiam in sententiis relativis pro 'quae', 'quod' usurpabatur. Qui igitur 'qui' relativum pro 'quae', 'quod' agnoscit, prius 'qui' interrogativum pro 'quis' apud scriptores posterioris Latinitatis exstitisse non neget necesse est. Exempla temere mutata afferre est γλαῦκας εἰς Ἀθήνας. Haec sufficiunt.

Pan. III 15. 1: 'sed, ecce, suggerunt: 'adhuc potest dicere de salubritate temporum et fertilitate terrarum'; 'potes' edd. et fortasse recte. Tamen operae pretium est commemorare hunc quoque locum recte fortasse se habere: nam 'potest' impersonaliter usurpari nos docuerunt Rönsch Sem. Beiträge III 64, qui tres, et Löfstedt Spätlat. Stud. p. 61, qui decem affert exempla: idem usus in nostrum locum quam maxime quadrat; suggerunt: 'es könnte einer noch über die Glückseligkeit der Zeiten reden' ut Germanice pulchre vertere possumus. Huius igitur est loci de illo usu accuratius quaedem afferre. Exempla latent: Caspari Kirchenh. Anecdota p. 73: 'Non enim potest ex duobus ingenitis unum esse immutabilem et unum mutabilem'; Caspari 'Briefe' cet. p. 207: 'Ergo ⟨ut⟩, quotiens vobis lectio ista fuerit recitata, facilius, quae in ipsa recitantur, possit agnoscere, breviter, ⟨quae⟩ diximus, recitamus.' Caspari: 'possitis agnoscere' et in apparatu critico: 'an possit agnosci'?

Script. Physiogn. II p. 137. 3 Förster: 'ut autem etiam proprietates possit animalium colligere, pauca ex Loxo exempla proponemus'. ('possis' edd. sed in antecedentibus nusquam secunda persona ita usurpatur!)

Faust. Reiens. p. 224. 21: 'quicquid ergo non vis invenire in

domo tua, quantum potest, labora, ut non inveniat deus in anima tua'; 'potest' Engelbrecht, sed cf. p. 241. 12: 'ingredere mecum, si potest ('potes' Eng.), in sanctuarium dei': 'quantum potest' iam apud Plautum legitur! Adde quod 'dicit' quoque impersonaliter usurpatur apud Faustum Reiens. ut apud alios scriptores (cf. Löfstedt Spätlat. Studien p. 57 sqq., qui octo affert exempla): p. 66. 29: 'secundum in evangelio dicat' 'secundum' in 'cum dominus' mutat Engelbrecht; vides, quam parum verisimiliter; — p. 86. 17: 'et ideo in eadem epistola dicit: 'cum' cet.: '⟨apostolus⟩ dicit' Engelbrecht sine causa (neque 'apostolus' ex antecedentibus audire licet). — Addendum porro est Caspari 'Briefe' cet. p. 216: 'sicut dicit ('dicitur' Caspari) in psalmo'. Kirchenh. Anecdota p. 84 Caspari scripsit: '⟨si vero aliquis⟩ dicat ipsam materiam in deo fuisse, similiter interrogabimus, utrum' cet. Sed rursus nil addendum est: 'Dicat ('einer könnte sagen') ipsam materiam in deo fuisse: similiter interrogabimus' cet. — Sed ut ad 'potest' impersonaliter usurpatum redeam, fortasse adhuc exstant haec exempla: apud Eugippium e. g. p. 36. 1 'aliud est enim quod nescire malum est, aliud quod scire ('sciri' edd. cum minore codd. parte) vel non potest vel non opus est vel ad vitam quam quaerimus indifferens est'. — p. 40. 20: 'quod vero ignavia fuerit ... aegre persuadere potest' (ita pars altera codd., altera 'persuaderi'), sed valde dubie hisce locis res se habet nec minus apud Salvianum de Gubern. Dei p. 18. 21 et 60. 22, Cl. Donati I p. 60. 23, 88. 18, 187. 14 G., II p. 494. 26, 619. 9: 'tela torquebant tanta copia, ut obumbratum caelum videre non posset'. — Script. Hist. Aug. Treb. Poll. Tyr. Trig. (II p. 108. 3 P.): 'fuit quod negare non potest', sed ut hisce locis facile 'videri' et 'negari' legi potest, ita aliis locis res dubia est. — Löfstedt l.l. p. 63 apud Eugen. Ep. III 3 'valet' impersonaliter adhibitum esse statuit; ego affero: Itin. Alex. p. 33. 12 Volkm.: 'quorum (sc. fontium), qui olei erat, laboris atque sudoris index aestimabatur, quia mederi valet olivi unguento, qui vero vini, lasciviae et laetitiae de Dei munere', 'unguentum' scripserunt editores. — Etiam Cl. Donat. II p. 324. 15 addendum est: 'quam difficile est quaeri unumquemque per mare, in quo tanta latitudo est, nec sciri qua in parte reperire valeat': 'reperiri'

edd. fortasse recte. — Löfstedt l.l. p. 59 sqq. novem exemplis probat 'debet' impersonaliter esse usurpatum; ego inveni: Eugraph. p. 284. 25 W.: 'quid illi egerint inter se, curare non debet'. — p. 322. 2: 'si non rei veritate tibi dolor est, debet saltem effingere' legitur; utroque loco Westerhovius 'debes' et cum eo Wessner.

Cf. Hegesippum de Bello Iudaico I 1. 7: 'cessit impietas religioni, soluta obsidio est, sed eo magis Ptolemaei excitata immanitas, ut, quorum obiectu poenam evaserat, eos iugulari deberet'; hic nullum inveniri potest remedium!

Caspari 'Briefe' cet. p. 117 (Ep. de possib. peccandi 4. 1): 'absque peccato esse homo nullo pacto potest, ante considera, utrumne vel peccatum definire debeat', quamquam hic facile cum edd. 'definiri' legi potest. — P. Addendum denique est fortasse 'nascitur' impersonaliter usurpatum esse: Aug. de Civit Dei II p. 167. 17, 168. 18, Dombart: 'si mihi centum annos habenti nascetur' et p. 178. 14: 'si mihi annorum centum nascetur'. Omnibus hisce locis nonnulli codices ⟨filius⟩ addunt,. sed non semper iidem codices, quod probat 'filius' nil esse nisi posteriorum additamentum.

Pan. IX 11. 1: 'Cum enim ... recepisses, cunctique se tibi dedissent quos obsidendo servaveras, ignovisti omnibus' cet.; ita codices recte ('dedidissent' edd.), nam 'se dare' pro 'se dedere' in posteriore Latinitate legitur, cf. e. g. Aurel. Vict. p. 5. 10 P: 'tamquam ex imperio omnes dedere se'. — Lactant. de Mort. Persec. p. 225. 17 Br.: 'cum milites non fide, sed paucitate diffisi se ipsos dederunt', ubi sine causa Baluzius et Bentleius 'dediderunt' scripserunt. Quod cum ita sit, in eodem libello p. 203. 1 scribendum est 'dedit se ipse vestemque ... reddidit': 'dedit de se' codex (P.): 'dedidit se' Brandt cum Heumanno; 'dedit sese' Balazius fortasse recte, sed 'de' nil aliud videtur nisi dittographia esse. — Cf. porro Amm. Marc. XVII 2. 3 (p. 108. 2 Clark): 'sponte se propria dederunt' ubi Clark quoque 'dediderunt' male scripsit! cf. porro Hegesipp. I 24. 2.

Pan. V 6. 4: 'uno illo, ut res est, loco aut potentiae vestrae maiestatis inferior aut pro debito vobis honore clementior' ita

codd. — 'potentia' w edd., sed monendum est universe in in posteriore Latinitate saepius dativum comparativum inveniri (cf. Schmalz[4] p. 385) atque praesertim 'inferior' iam a Sallustio cum dativo coniungi, cf. Sall. Hist. 2. 37 M.: 'vir gravis et nulla arte cuiquam inferior'. Si porro Cassianus: 'inferior nulli' adhibet, cur — quamquam hoc loco dativus non est pronomen — altero Gallo nostro eandem constructionem abiudicemus?

Pan. X 14. 6: 'ducebat hos, credo, Constantius pater qui terrarum triumphis altiori tibi cesserat, divinas expeditiones iam divus agitabat'; '⟨dum⟩ divinas' Baehrens, 'qui ⟨dum⟩' Schenkl, sed iam Thörnell nil addendum censet. Ego affero primum ex ipsis Panegyricis: VII 5. 1: 'qui adscitus imperio primo adventu suo innumerabili hostium classe ferventem exclusit oceanum, exercitum illum, qui Bononiensis oppidi litus insederat terra pariter ac mari saepsit' cet. '⟨et⟩ 'exercitum' Baehrens, 'exercitumque' edd. ant. — Pan. IX 16. 5: 'Quid enim aliud eum sperasse credendum est? qui iam ante biduum palatio emigraverat, cum uxore ac filio in privatam domum sponte concesserat'; '⟨et⟩ cum' edd. Sed revera in sententiis relativis asyndeton usurpari apparet ex aliis locis, quos temere editores mutaverunt:

Iul. Val. p. 184. 23 K.: 'vel Enceladi sepultura, qui violentis ausibus aggredi coelum manibus voluit, premitur tumulo montis igniti': 'qui ⟨quia⟩' Kübler.

Schol. Bobb. p. 20. 21 H.: 'et tertius ille Curio tribunicius, qui bello civili Pompeiano in Africa periit cum esset partium Caesaris, oppressus est ab equitibus Iubae regis'; facile apparet minus recte 'est' a Beier et Hildebr. deleri, neque recte alium editorem aliud scribere, nam schol. praesertim Bobb. hic usus proprius est; cf. p. 39. 28: 'igitur ea lege praefinitum videbatur, quot numero comites debere haberent, qui in provincias irent, accusationem de pecuniis repetundis instruerent'; '⟨ut⟩ accusationem' edd. — p. 45. 20: 'animadverte, quam feliciter laudationem suam videri velit integri fuisse iudicii, e contrario calumniosa eorum testimonia, qui pro accusatore consentiant'; ita codd.; '⟨et⟩ e c.' Stangl. et cum eo Hildebrandt (cf. etiam p. 83. 23 '... ut recte ac necessario P. Sestius ar-

matos habuisse videatur, propterea sit maxime praesentis criminis invidia liberandus': '⟨ac⟩ propterea' Stangl minus verisimiliter.

Cl. Donat. II p. 304. 26: 'quid quaeris temptare, ubi bella congesta sunt, et movere eos qui sunt naturaliter feri, non facile sedari possunt, cum fuerint moti?' '⟨qui⟩ non' editores.

Script. Hist. Aug. Ael. Lampr. I p. 294. 20 P.: 'eosque ... cohortatus est. qui subito plures armatique ingressi inermes et obsistentes contruncarunt, ipsum plurimis ictibus confoderunt'; '⟨et⟩ ipsum' edd., sine causa.

Pan. XII 17. 4: 'quicquid familiaribus tuis tribuis, non expendi, potius sed rependi putemus'. 'sed potius' Livineius, sed altero loco eandem habes collocationem: c. 14. 3: 'nonne cognovimus cuiusdam retro principis non prandia, saepe sed fercula sestertium milies aestimata patrimoniorum equestrium pretia traxisse?', ubi quidem Baehrens: 'sed fercula saepe' scripsit, sed alter locus alterum tuetur. Universe porro in posteriore Latinitate saepius coniunctiones postponuntur, quod qui accuratius explorare velit, adeat e. g. indicem ad Vict. Vit. s. v.: 'collocatio verborum'; quod attinet ad 'sed', e. g. (ut de poetis Augusteis ceterisque taceam) apud Venantium Fortunatum saepissime secundo ponitur loco (cf. Leo in indice p. 417), sed ne ad poëtam refugiamus: Cl. Don. II p. 358. 23: 'et iste caedebat medios non occidendi adfectu, quoniam properabat sed ardore transeundi'! Adnotat Georgii: 'sed' ante 'quoniam' exspectes; sed neque hic quicquam mutandum videtur neque Ael. Don. Ter. II p. 274. 9: 'non ergo quid fiat, utrum sed per nos fiat, scilicet quarendum est', ubi editores: 'sed utrum' cet. legunt.

Cf. porro e. g. Caspari Kirchenh. Anecd. p. 63: 'siquidem, etiam ut vos dicitis, de fructu arbor cognoscitur' ('ut etiam' transposuit Caspari). — 'Briefe' cet. p. 125 (Ep. de Castitate): 'iam quando ... denegetur' (Caspari: 'quando ... iam denegetur').

Pan. X 38. 1: 'Quid igitur his temporibus fortunatius cum beneficio Constantini maximi, qui tam mature nobis Caesares dedit, ut utamur maximis eorum commodis et integra aetas supersit'. Pro 'cum' Baehrens scripsit 'evenit', delet Novák, moneo fortasse

'cum' ferendum esse, quod Schmalz[4] p. 409 et Thes. L. L. IV p. 1352. 45, 1353. 20 (cf. etiam p. 1369—1370 Bonnet l.l. p. 603) exempla afferunt, quae satis demonstrant 'cum' etiam ablativo instrumentali esse adiunctum. Non multo durior locus noster est quam Amm. Marc. 16. 8. 13 'qui ... satiari numquam potuit cum possessione multo maiore' et Greg. Tur. h. Fr. 1. 8. 'Iob cum filiis iocundatus est'; recte vertit Bonnet: il eut la joie d'avoir des fils. Adde, quod Schol. Bobb. p. 111. 18 legitur: 'Poenus Hannibal, cum multos per annos Italiam gravissimis cum cladibus affecisset', [cum] delet Mai et revera potest esse dittographia, sed quod in 'afficere aliquem aliqua re' 'aliqua re' est abl. instrumentalis, lectioni traditae acquiescendum est. Aliae quoque praepositiones ut 'de', 'ex' comparandae sunt. Quod attinet ad 'ex', hodie quoque non omnes editores illum usum noverunt cf. e. g. Hist. Aug. II p. 199. 9 P.: 'et rumoribus, e quibus premebatur'; 'e' delent edd. Sed ne omnia afferam exempla, id solum addere velim me nunc quoque aliquatenus defendere posse praep. 'ex' in Pan. VI 2. 5: 'id ex omnibus duret aetatibus, imperatores semper Herculii'; editorum alius aliud scripsit; ego confero: Caspari 'Briefe' cet. p. 160 (Ep. de Castitate c. 17): 'non ignoramus enim quibus artibus ... modo per cogitationes proprias te ex hoc tempore (= 'per hoc tempus') pudicitiae semper et perfectione invidus inimicus infestet', 'in' scripserunt editores, sed quomodo, quaeso, 'ex' irrepsit? Praeterquam quod loci se invicem tuentur, facile rem explicare licet. Praepositioni, quae longitudinem temporis, per quod aliquid fit, exprimit, altera substituebatur, quae inde a quo tempore aliquid fiat, docet; e. g. in Panegyrici loco: 'ex omnibus aetatibus' pro: 'ex hoc tempore per omnes aetates' positum est. Eadem ratione in posteriore Latinitate invenimus 'post' h. e. 'post initium certi temporis' pro 'per' adhibitum, de quo usu cf. Löfstedt Beiträge p. 64. Ita Hor. Carm. III 7. 6 'post Caprae sidera' significat: per id tempus, quod post Caprae siderum ortum sequebatur; in omnibus linguis eiusmodi variationes inveniuntur. Concedo Pan. locum ceteris esse duriorem.

Addere volo etiam quod attinet ad orthographiam saepius Panegyricos congruere cum scriptoribus posterioris Latinitatis;

quoniam Neue-Wagener[3] satis lectorem docere potest, tangere tantum velim Pan. I 2. 2 recte 'commemorabor' pro 'commemorabo' A H i. e. M exhibere, recte I 6. 4 'flagrantibus' pro 'fragrantibus' legi (quod in multis posteriorum auctorum editoribus saepe adhuc prave mutatur: illa enim dissimulatio apud scriptores quoque sescenties exstat). — I 6. 5 'die' (gen.!) pro 'diei, cf. Cypr. Carm. 6. 41! — VII 22. 1 'hanella' pro 'anhela', qua de re cf. Bonnet le Latin de Greg. p. 169 (forma Gallica videtur fuisse!) — VII 12. 2 'paludium' ut XII 7. 1 'laudium', cf. Sidon. Carm. 23. 31! — X 16. 6 'lactantem'. — An Pan. X 6. 4: 'honus' pro 'honos' recte legatur, incertum est, sed revera ut 'dolus' pro 'dolor', ita 'honus' pro 'honor' in litteris Latinis exstitisse probant aliquatenus Havet Mém. Soc. Ling. III (1879) p. 255 et Bonnet l.l. p. 169[2]. — XII 33. 2 recte 'hisdem' traditum est. Pronomen 'hicdem' primus Engelbrecht Wien. Sitzungsber. 1885 p. 518 vindicavit, neque tamen constat, quam late hic usus percrebuerit. Moneo iam apud Scriptores Hist. Aug. saepissime 'hisdem' in codd. legi: I p. 142. 6, 173. 21, 184. 10, 238. 22, 246. 9. II 56. 4, 121. 21, 130. 1, 215. 13, 239. 2 i. e. saepius quam ut librario tribui possit haec forma, ut de multis aliis posteriorum temporum auctoribus sileam. In dissertatione mea p. 78 formas 'auguriare' et 'inauguriare' defendi. Nunc analogiam possum afferre: ut 'auguriare' ab 'augurium' deducendum est, ita Apuleius Ap. p. 93. 14 H. novam quandam formam 'subnerviasti' adhibuit, ut recte adnotat Helm, a vocabulo 'nervia' originem ducentem. Rectene se habet forma 'vigiliare' apud Faust. Reiens. p. 31. 19; ducitne haec forma originem a 'vigilia'? — An Pan. IX 14. 3 recte bis 'desinant' pro 'desinunt' traditum sit, incertum est cf. Neue-Wag. III[3] p. 291; apud Festum p. 72 legimus: 'desivare' = 'desinere'; mea quidem sententia 'desinare = desinere' sine dubio legendum est.

Finem faciam, postquam duos adhuc locos tractavero, qui non ad posteriorem Latinitatem pertinent: Pan. X 33. 6: 'qui (sc. Constantinus) solita ⟨cura⟩ (ita recte Guil. Meyer) non modo id egit, ut recuperatis quae amiserat, non doleret, sed etiam ut novorum adeptione gauderet'; subiectum in sententia relativa

deest; quam ob causam Livineius: 'amiseras ... doleres ... gauderes', Baehrens: '⟨quisque⟩ quae' scripsit, sed quoniam in subsequentibus legimus: 'praetereo privatim reddita omnibus patrimonia', hoc loco sermo est de beneficiis quae accepit respublica, quod vocabulum (semper in M per 'resp.' abbreviatum) ego ante 'recuperatis' insero; vides quam facile exciderit. In subsequentibus quoque de reipublicae commodis non semel sermo est.

Pan. X 24. 1: 'diducta acie irrevocabilem impetum hostis effundis'; 'hostis' esse genetivum docet clausula (A –⏑–––); minus igitur recte editores '⟨in⟩ irrevocabilem impetum' scribunt; sed lectioni traditae minus pulchrae, sed summo iure ferendae acquiescendum est.

Sed iam tempus est abire. Spero me ad notitiam posterioris Latinitatis aliquid attulisse, hic illic demonstrasse non secundum schema quoddam scholasticum operandum esse, sed psychologiae praesertim in illis editoribus edendis rationem habendam esse, qui legibus illis Ciceronianis iam non constricti nec imbuti liberius grassati sunt; qui tunc quoque, cum revera Ciceronem vel alia exempla praeclara imitari conati sunt, suis prognati temporibus suae quoque aetatis proprietates etiam inviti vel potius nescii adhibuerunt. — Moneo me hoc loco haec tantum tractasse, quae ad Panegyricos Latinos, quos hoc anno in bibliotheca Teubneriana edam, aliquatenus pertinent. Alia alio loco tractabuntur.

---

## ADDENDA.

Opusculo sub prelo iam versante nonnulla rationem meam stabilientia inveni, e quibus addo haec:

'in honore' pro 'in honorem' (cf. supra p. 411) hisce locis adhuc inveni: Schol. Ps.-Acron. I p. 287. 16 K.: 'da noctis med.] (Carm. III 19) i. e. bibamus in honore mediae noctis et novae lunae et auguris Murenae'. — I p. 316. 10: 'haec omnia in tuo honore iam diu servantur apud me': qui locus usum quam maxime stabilit! — Nec minus fortasse p. 294. 8: 'ipsa Lucifera

in honorem Lucinae', p. 315. 5 'carmen est quod mortuis cantabatur in honorem inferorum', p. 327. 25: 'matri deum, in cuius honorem tibiae deputatae sunt' cum codd. parte ablativus legendus est. — Cf. porro Schol. Bern. in Luc. p. 155. 8: 'propter quod Caesari bene restiterant, libertas Phocaeae data in honore coloniae'; Usener: fortasse 'in honorem'; sed cf. p. 239. 20 'quasi in honore Thyestae noctem esse voluerit Iuppiter' p. 274. 25: 'lustra suae Phoebes] in honore Isidis colitur Apis'. — 'In gratia', quod supra attuli, legitur apud Iul. Val. p. 24. 5 K.: 'qui cum in gratia regis admordere adolescentulum vellet' cet. — cf. denique e. g. Schol. Luc. p. 318. 4: 'intellexit Aegyptios Caesar non in suo favore occidisse Pompeium sed insita invidia', Schol. Acr. I p. 322. 26: 'in litterarum laude (ita maior codd. pars) dicit corpore se moriturum'.

---

## INDEX LOCORUM.

# ANNOTATIONES CRITICAE AD PLUTARCHI OPERA.

SCRIPSIT

J. J. HARTMAN.

(*Continuantur ex huiusce vol. pag.* 336).



*Marcellus* XXIV Sanum esse non potest *τὰς Σαυνιτικὰς πόλεις μεγάλας ἀφεστώσας.*

ib. Notandum *τῶν ἀρχαιρεσιῶν ἐπειγόντων.* In „deterioribus" codicibus est *ἐπειγουσῶν.*

C. XXVI Dicit tandem perfidus Hannibal: semper nobis cum isto viro proelium erit

*ᾧ τοῦ τολμᾶν ἀεὶ καὶ τὸ θαρρεῖν εὐτυχοῦντι καὶ σφαλλομένῳ τὸ αἰδεῖσθαι πρόφασίς ἐστι.*

Nihil hic cum Nabero mutandum: eleganter compositae sententiae structura haec est: *καὶ εὐτυχοῦντι τὸ θαρρεῖν καὶ σφαλλομένῳ τὸ αἰδεῖσθαι πρόφασις αὐτῷ ἐστὶ τοῦ τολμᾶν ἀεί.*

*Pelopidae et Marcelli comparatio* c. I *τῶν δὲ κατὰ τὰς φύσεις καὶ τὰ ἤθη κοινοτήτων ὥσπερ ἐφαμίλλων ὄντων . . . ἐκεῖνο δόξειεν ἂν διαφορὰν ἔχειν μόνον.*

Mire dictum et fortasse corruptum. Qui enim possunt ea quae Marcellus et Pelopidas communia habent propemodum paria esse, sed ita ut una re inter se discrepent?

Nec minus molestum mihi est quod paulo post sequitur:

*ὃ ῥᾳδίως ὑφ' ἑτέρου στρατηγοῦ γεγονὸς οὐχ ἱστόρηται*

hoc sensu: „haud facile invenias alterum tantae virtutis exemplum". Quis unquam mortalium ita est locutus?

ib. Ἀννίβας φοβερὸς μὲν κτἑ.
Excidisse coniunctionem, quae haec praecedentibus annectebat, suspicor.

ib. ὃ δὴ κατὰ λόγον ... καθισταμένων.
Non bene decurrit sententia, idque, ut equidem opinor, librariorum potius quam Plutarchi culpa.

ib. Et alia milites suos docuit Marcellus et
ἀρνεῖσθαι παρὰ μικρὸν ἐνδόντας
quae obscura mihi sunt, manentque etiam postquam contuli Aristophaneum illud:
εἶτ' ἠρνοῦντο μὴ πεπτωκέναι.

C. III Mire dictum hoc quoque:
τὸ τέλος αὐτὸ τῆς νίκης ἐν τῷ πεσεῖν τὸν τύραννον ὁρώμενον.
Causa haec vel praecipua fuisse dicitur quae Pelopidam ad fortiter agendum incitaverit.

C. III Reprehenditur Marcellus tamquam totam suam splendidissimarum victoriarum gloriam
Ἴβηρσι καὶ Νομάσιν ὑ π ο β α λ ώ ν.
Significatne hoc: „quod tamquam praedam *obiecerit*?" An προβαλὼν legendum?

*Aristides* c. II Habere indolem Aristides dicebatur
ψεῦδος καὶ βωμολοχίαν καὶ ἀπάτην οὐδ' ἐν παιδιᾶς τινι τρόπῳ προσιεμένην.
Ut opinor, pronomen τινί hic ferri nequit.

ib. Ἀριστείδης δὲ καθ' ἑαυτὸν ὥσπερ ὁδὸν ἰδίαν ἐβάδιζε διὰ τῆς πολιτείας, πρῶτον μὲν οὐ βουλόμενος συναδικεῖν τοῖς ἑταίροις ἢ λυπηρὸς εἶναι μὴ χαριζόμενος, ἔπειτα (δὲ ins.) τὴν ἀπὸ τῶν φίλων δύναμιν οὐκ ὀλίγους ὁρῶν ἐπαίρουσαν ἀδικεῖν ἐφυλάττετο, μόνῳ τῷ χρηστὰ καὶ δίκαια πράττειν καὶ λέγειν ἀξιῶν χαίρειν τὸν ἀγαθὸν πολίτην.

Intelligi haec utcunque possunt, sed tam languida est ista repetitio *οὐ βουλόμενος συναδικεῖν . . . ἔπειτα ἀδικεῖν ἐφυλάττετο* ut credere non possim haec sic scripsisse Plutarchum. Si omissis vocabulis *συναδικεῖν* et *ἤ* legimus: *πρῶτον μὲν οὐ βουλόμενος τοῖς ἑταίροις λυπηρὸς εἶναι μὴ χαριζόμενος, ἔπειτα δὲ κτὲ.* certe duas res habemus diversas, sed quae iunctae egregie, atque ita ut nil desideretur, significent quae sint incommoda subeunda viro politico, qui amicis sit obnoxius: iniuste agere eum saepe ipsorum causa cupiunt (id autem Aristides facere noluit: *ἀδικεῖν ἐφυλάττετο*) et, si non impetrant ab eo quod petunt, moleste ferunt (*μὴ χαριζόμενος λυπηρός ἐστι*).

C. III *βέλτιον ἡγούμενος παρελθεῖν ἔνια των συμφερόντων τὸν δῆμον.*

Potestne hoc verbum significare „effugere" (ita ut populus ea non obtineat)?

ib. Contentionis suae cum Themistocle adeo Aristidem pigebat, ut semel, cum eum in comitiis vicisset, diceret
*ὡς οὐκ ἔστι σωτηρία τοῖς Ἀθηναίων πράγμασιν, εἰ μὴ καὶ Θεμιστοκλέα καὶ αὐτὸν εἰς τὸ βάραθρον ἐμβάλοιεν.*

Inutilis crudelitas et dictum parum rebus ipsis respondens. Pro *καὶ* ... *καί* lege *ἤ* ... *ἤ*.

ib. Notetur locutio *οὐ χρημάτων μόνον ἀλλὰ καὶ δόξης προῖκα καὶ ἀμισθί* hoc sensu: „sine ulla vel pecuniae vel honoris mercede".

C. VI *κακῶς φρονοῦντες, ὡς* ...

Paulo rarius hic *ὡς etenim* significat.

C. VII *ἐκαλεῖτο μὲν δι' εὐπρέπειαν κτὲ.*

Insolite pro *εὐπρεπείας ἕνεκα.*

C. X *ἐπεὶ δὲ πάλιν ἐγκαλῶν ὁ Ἀριστείδης προσῆλθεν, οἱ δὲ σὺν γέλωτι ληρεῖν αὐτὸν ἔφασκον καὶ καθεύδειν κτὲ.*

Praeclara est Naberi emendatio *ὑθλεῖν* pro *καθεύδειν*, sed praeterea pro *προσῆλθεν* legendum est *παρῆλθεν*: surgit enim in contione Aristides.

C. XI *τῶν δὲ βαρβάρων τὸ μὲν ὅλον τῆς στρατοπεδείας παρὰ τὸν Ἀσωπὸν ποταμὸν παρεκτεταμένης οὐδεὶς ἦν ὅρος διὰ μέγεθος, περὶ δὲ τὰς ἀποσκευὰς καὶ τὰ κυριώτατα τεῖχος περιεφράξαντο τετράγωνον.*

Donec me docet aliquis hic quid sint *τὰ κυριώτατα*, legendum suspicor *τὰ καιριώτατα*: exercitus, ita ut corpus, loca habet *ὅπου μάλιστα καίριόν ἐστι.*

C. XIII De optimatium in exercitu coniuratione facto indicio, Aristides decrevit:

*μήτ' ἐᾶν ἀμελούμενον τὸ πρᾶγμα μήθ' ἅπαν ἐκκαλύπτειν ἀγνοούμενον εἰς ὅσον ἐκβήσεται πλῆθος ὁ ἔλεγχος, τὸν τοῦ δικαίου ζητῶν ὅρον ἀντὶ τοῦ συμφέροντος. Ὀκτὼ δή τινας ἐκ πολλῶν συνέλαβε.*

Si, ceteris omnibus omissis consciis, de octo tantum poenas sumit Aristides, utrum *iustitiae* an *utilitatis* observat fines? Utilitatis opinor. Lege ergo: *ἀντὶ τοῦ δικαίου τὸν τοῦ συμφέροντος ζητῶν ὅρον.*

Ex octo illis duo aufugerunt: *τοὺς δ' ἄλλους ἀφῆκε θαρσῆσαι διδοὺς καὶ μεταγνῶναι τοῖς ἔτι λανθάνειν οἰομένοις ὑπειπών, ὡς μέγα δικαστήριον ἔχουσι τὸν πόλεμον ἀπολύσασθαι τὰς αἰτίας.*

Distingue: *τοὺς δ' ἄλλους ἀφῆκε, θαρσῆσαι διδοὺς καὶ μεταγνῶναι τοῖς ἔτι λανθάνειν οἰομένοις, ὑπειπὼν κτέ.* Illo enim dicto effecit ut qui se nondum indicatos putarent simul bono essent animo (= non, de salute sua desperantes, irreparabile aliquod committerent facinus), simul ad sanam redirent mentem. Non poterat illud dicere *τοῖς ἔτι λανθάνειν οἰομένοις*: quot enim illi essent nesciebat, ut modo dictum est; dicebat iis quos dimisit, sed ita ut omnes audire possent.

C. XV Nuntiat Alexander Aristidi cras Mardonium pugnae signum daturum petitque ne illud cuiquam prodat:

*ὁ δ' οὐ καλῶς ἔχειν ἔφη ταῦτα Παυσανίαν ἀποκρύψασθαι, ἐκείνῳ γὰρ ἀνακεῖσθαι τὴν ἡγεμονίαν, πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους ἄρρητα πρὸ τῆς μάχης ἔδοξεν ἔσεσθαι, νικώσης δὲ τῆς Ἑλλάδος οὐδένα τὴν Ἀλεξάνδρου προθυμίαν καὶ ἀρετὴν ἀγνοήσειν.*

Quantocius istud *ἔδοξε* dele. Omnia enim quae citavimus respondentur ab Aristide.

C. XVI *ἀξιῶν τοὺς Ἀθηναίους ἐπὶ τὸ δεξιὸν μετατάξαι καὶ κατὰ τοὺς Πέρσας ἀντιταχθῆναι.*

Ecquid delendum ultimum vocabulum? Nimis enim dura ista structurae mutatio.

ib. *ταὐτὰ μὲν ἐκείνοις τόξα ὡς ἐκείνοις.*

Satis iocose se Plutarchus pulchra sententia impedit, nam priore *ἐκείνοις* significantur *Persae,* secundo Athenienses qui Marathone pugnaverunt; atque sic locus nascitur tantum non sensu cassus: „qui nunc nos adoriuntur eadem arma et eandem habent ignaviam *atque illi* qui Marathone cum Atheniensibus pugnaverunt, nos contra eadem habemus arma sed maiorem fiduciam, et non solum pro patria et urbe pugnamus *ut illi.*"

ib. *τὰ πλησίον νάματα καθύβριστο καὶ διέφθαρτο.*

Estne *καθύβριστο* „per lasciviam absumpta erant" an latet vitium?

C. XVIII Notetur *ἐφάνη τὰ ἱερά* pro *ἐγένετο τὰ ἱερά.*

C. XX *παρὰ πᾶσαν ἀγοράν*: in unoquoque foro urbium Boeoticarum et Locrensium (?).

C. XXIV De iustitia et aequitate Aristidis scurriliter iocatur Themistocles

*ἀνομοίως ἀμυνόμενος τὴν Ἀριστείδου παρρησίαν*

a quo olim graviter quidem sed urbane eius fuerat notata avaritia. De *ἀνομοίως* dubito: exspectaverim adverbium quale est ipsum illud, „scurriliter".

C. XXV Dicit Theophrastus Aristidem privatim iustissimum fuisse sed publice

*πολλὰ πρᾶξαι πρὸς τὴν ὑπόθεσιν τῆς πατρίδος ὡς συχνῆς ἀδικίας δεομένης.*

Verba notata interpres Didotianus vertit „ut patriae commodis inserviret", atque eiusmodi aliquid hic requiritur, sed quomodo hinc eum sensum extundamus, vel quid omnino illud *πρὸς τὴν ὑπόθεσιν* significare possit me latet.

ib. Refertur nobile Aristidis dictum quo Calliam dona sibi offerentem reppulit:

*ὡς μᾶλλον αὐτῷ διὰ πενίαν μέγα Φρονεῖν ἢ Καλλίᾳ διὰ πλοῦτον προσήκει· πλούτῳ μὲν γάρ ἐστι πολλοὺς ἰδεῖν εὖ τε καὶ κακῶς χρωμένους, πενίαν δὲ Φέροντι γενναίως οὐ ῥᾴδιον ἐντυχεῖν.*

Adduntur etiam haec:

*αἰσχύνεσθαι δὲ πενίαν τοὺς ἀκουσίως πενομένους*

non a Plutarcho sed a sciolo: sunt enim plane supervacanea, debilitant fortissimi responsi vigorem et, quod gravissimum est argumentum, sine ulla causa ab oratione directa ad indirectam transitur.

C. XXVI Affertur Crateri narratio de Alcibiade condemnato iudicio quodam, deque voluntario eius exilio in quo interierit. „Sed nullo" ait Plutarchus „hic utitur documento publico ad rem illam stabiliendam"

*καίπερ εἰωθὼς ἐπιεικῶς γράΦειν πάντα τὰ τοιαῦτα.*

Ego *πάντα* inserui, ratus sic demum *ἐπιεικῶς* recte poni

C. XXVII In ultima huius capitis parte haereo: quid sibi velit *μνημονεύειν*, cum sequentia perlego, me latet; *cuius* mater hic commemoretur nescio, neque quis sit (*ὁ*) *ψήΦισμα γράψας* (certe non Demetrius ipse; sequitur enim: *αὐτὸς μέντοι ὁ Δημήτριος ἐψηΦίσατο*).

*Cato Maior* c. III. Cato, utpote qui Fabium Maximum prae ceteris suspiceret, veritus non est est adversari magno illi Scipioni:

*νέῳ μὲν ὄντι τότε, πρὸς δὲ τὴν Φαβίου δύναμιν ἀνταίροντι.*

Hactenus omnia perspicua. Sed sequuntur haec:

*καὶ Φθονεῖσθαι δοκοῦντι*

quae quid hic sibi velint non video. Interpres Didotianus, scilicet ratus, ut opinor, nihil referre dicaturne Graece *Φθονεῖν* an *Φθονεῖσθαι*, sic vertit „invidia, ut putabantur, adductus". Sed ne in *καὶ Φθονεῖν δοκοῦντι* quidem ea sententia inesset, neque omnino iuvenis seniori invidere solet. Fabius Scipioni invidere dicebatur et invidia non prudentia motus obstare consiliis eius audacibus (Fab. Max. c. 25), et ad illam opinionem vulgi verba

καὶ φθονεῖσθαι δοκοῦντι sunt referenda, quae tamen non a Plutarcho sed a sciolo aliquo addita puto, nam prorsus non sunt huius loci et satis inepte obscureque illos rumores populi significant.

Reprehendebat ergo Scipionem Cato

ὅτι διαφθείρει τὴν πάτριον εὐτέλειαν τῶν στρατιωτῶν ἐφ' ἡδονὰς καὶ τρυφὰς τῷ περιόντι τῆς χρείας τ ρ ε π ο μ έ ν ω ν.

Ecquid χρωμένων legendum? Ad luxum et libidines superflua illa pecunia utebantur milites.

Quid illud sit quod Scipio dicitur

ἐν τῇ παρασκευῇ τοῦ πολέμου τὴν νίκην ἐπιδειξάμενος

me latet. Interpres „cum in ipso belli apparatu victoriam praemonstrasset". Ad sensum recte fere: „iam praesagiebant hominum animi, magnificos illos contemplantium apparatus, victoriae laetitiam". Sed eiusmodi aliquid non inest in Graecis vocabulis. Scripsitne Plutarchus: τῇ π. τοῦ π. τὴν νίκην ὑ π ο δειξάμενος?

C. IV Dicitur imperium Romanum

κρατεῖν πραγμάτων πολλῶν καὶ ἀνθρώπων.

Suspectum mihi est πραγμάτων, pro quo aptissime hic legatur ἐπαρχιῶν. Exponitur enim qui factum sit ut peregrini mores in urbem reciperentur.

C. V Latior patet campus clementiae quam iustitiae: hac enim tantummodo adversus homines uti possumus:

πρὸς εὐεργεσίας δὲ καὶ χάριτας ἔστιν ὅτε καὶ μέχρι τῶν ἀλόγων ζῴων ὥσπερ ἐκ πηγῆς πλουσίας ἀπορρεῖ τῆς ἡμερότητος.

Insere τι post ἀπορρεῖ. E clementia tamquam ex uberrimo fonte *redundat aliquid* quo uti possimus ad bene faciendum animalibus.

C. VII Plato Socratem dixit

ἔνδοθεν σπουδῆς καὶ πραγμάτων μεστὸν εἶναι δάκρυα κινούντων.

Vehementer illud πραγμάτων displicet. Ecquid ῥημάτων legendum?

C. IX Foederis Achaici obsides, cum tandem aliquando a senatu impetrassent ut sibi in patriam redire liceret, iterum

per Polybium senatum adire volebant ut in sua quisque civitate pristinum honorem obtineret. Qua de re sententiam rogatus Cato

*μειδιάσας ἔφη τὸν Πολύβιον, ὥσπερ τὸν Ὀδυσσέα, βούλεσθαι πάλιν εἰς τὸ τοῦ Κύκλωπος σπήλαιον εἰσελθεῖν τὸ πίλιον ἐκεῖ καὶ τὴν ζώνην ἐπιλελησμένον.*

Lepidissimi loci et facetissimae imaginis omnis perit venustas nisi verba *ὥσπερ τὸν Ὀδυσσέα* delemus. An forte apud Homerum Ulysses in antrum Cyclopis redit ad pileum zonamque petenda?

C. XII Dicitur Graece orationem ad Athenienses habuisse Cato

*ὡς ζηλῶν τε τὴν ἀρετὴν τῶν παλαιῶν Ἀθηναίων τῆς τε πόλεως διὰ τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος ἡδέως εἴη γεγονὼς θεατής.*

Et propter structuram et propter sententiam istud *εἴη* est eximendum. Non argumentum orationis hic affertur, sed quibus rebus motus Graeco sermone Cato usus sit exponitur.

C. XVI (Censores) *καὶ τὰ τιμήματα τῶν οὐσιῶν λαμβάνοντες ἐπεσκόπουν καὶ ταῖς ἀπογραφαῖς τὰ γένη καὶ τὰς πολιτείας διέκρινον.*

Mire dicta haec et, ut opinor, corrupta.

ib. Qui liberius vixerant Catonis censoris metuebant

*αὐστηρίαν ἀπαραίτητον ἐν ἐξουσίᾳ καὶ χαλεπὴν ἐσομένην.*

Post *αὐστηρίαν* inseratur *ὡς*.

ib. *τῶν δ' ἄλλων* (praeter Valerium Flaccum, quem sibi in censura collegam expetebat, Cato dicebat)

*ὁρᾶν ἕκαστον ἄρξαι κακῶς βιαζόμενον ὅτι τοὺς καλῶς ἄρξοντας δέδοικε.*

Ut pro vocabulis sensu cassis sententiam obtineas acutissimam prudentissimamque, istud *κακῶς* dele: ideo illorum quisque censor fieri studebat, quia habebat cur bonos censores reformidaret.

C. XVIII Scopas Thessalus

*αἰτουμένου τινὸς τῶν φίλων παρ' αὐτοῦ τοιοῦτον ὃ μὴ σφόδρα ἦν χρήσιμον ἐκείνῳ, καὶ λέγοντος ὡς οὐδὲν αἰτεῖ τῶν χρησίμων καὶ ἀναγκαίων*

respondit: „ipsa illa quae inutilia et superflua sunt beatum

divitemque me reddunt". Ne locus facetissimus inepta vocabulorum corrumpatur repetitione, ista *χρησίμων καὶ* deleantur.

C. XXII De philosophis Graecis, qui Catone iam sene legati Romam venerant, et alia narrantur et haec:

*μάλιστα δὲ ἡ Καρνεάδου χάρις ... μεγάλων ἐπιλαβομένη καὶ Φιλανθρώπων ἀκροατηρίων ὡς πνεῦμα τὴν πόλιν ἠχῆς ἐνέπλησε.*

*'Ακροατήρια* sive hic aedificia dicuntur, in quibus Carneades declamare solebat, sive homines, qui ad eum audiendum confluebant, inepte *Φιλανθρώπων* additur.

Legendum est *πολυανθρώπων*, quo nullum est adiectivum ét usitatius ét aptius ad locos significandos quo magna pars populi convenire solet.

C. XXIII Cum Cato audivisset Hippocratem magna mercede ad Regem Persarum vocatum affirmasse se nunquam Graecorum hosti operam navaturum

*ἔλεγε κοινὸν ὅρκον εἶναι τοῦτον ἰατρῶν ἁπάντων καὶ παρεκελεύετο Φυλάττεσθαι τῷ παιδὶ πάντας.*

Lege *ἐκείνων* ut referatur ad *'Ελλήνων τοὺς ἰατρεύοντας ἐν 'Ρώμῃ*, quod praecedit. Neque enim commune est omnium medicorum iusiurandum, quo se, ut olim Persarum, nunc Romanorum hostes futuros declarant, sed Graecorum tantummodo; et a Graecis, non ab omnibus, medicis ut caveat Cato filium admonet. Annotatio in textum recepta vocabulum a Plutarcho scriptum expulit.

C. XXIV Catonis ad Salonium, filiam eius cum uxorem sibi petebat, haec fuisse verba legimus:

*καὶ μὴν ἐγώ σοι εὕρηκα κηδεστὴν ἐπιτήδειον, εἰ μὴ νὴ Δία τὰ τῆς ἡλικίας δυσχεραίνοιτο.*

Lege *δυσχεραίνοιο*: non enim ita hic locus est compositus ut verbi subiectum esse *filia* Salonii possit.

*ὡς οὖν ὁ Σαλώνιος ἐκέλευε ταῦτα Φροντίζειν καὶ διδόναι τὴν κόρην ᾧ προαιρεῖται πελάτιν οὖσαν καὶ δεομένην τῆς ἐκείνου κηδεμονίας κτὲ.*

Immo vero *μὴ Φροντίζειν*: „aetatem curare noli" respondit Salonius „filiam meam, clientem tuam da cui tibi placuërit.

Necessarium non videtur nunc pro καὶ διδόναι legere ἀλλὰ διδόναι, quamquam lenis ea sit correctio.

C. XXV In libris de re rustica Cato etiam de placentis faciendis et de fructibus servandis egit

ἐν παντὶ φιλοτιμούμενος περιττὸς εἶναι καὶ ἴδιος.

Quam vim adiectivum ἴδιος hic habeat me fugit.

C. XXVII Quo magis erat afflicta Carthago eo magis eam reformidabat Cato

πόλιν ἀεὶ μεγάλην νυνὶ δὲ νήφουσαν ὑπὸ συμφορῶν.

Post ἀεί excidit μέν.

*Comparatio Aristidis et Catonis* c. IV μέγα δ' εἰς πολιτείαν ἐφόδιον οὐχ ὁ πλοῦτος ἀλλ' αὐτάρκεια, τῷ μηδενὸς ἰδίᾳ τῶν περιττῶν δεῖσθαι πρὸς ο ὐ δ ε μ ί α ν ἀσχολίαν ἄγουσα τῶν δημοσίων.

Immo vero οὐδέν. Vir qui privatim paucis est contentus ad *quodvis* negotium publicum vacat semper.

*Philopoemen* c. I Ecdemus et Megalophanes, philosophi Academici, Philopoemenis educandi curam in se receperunt

ὡς κοινὸν ὄφελος τῇ Ἑλλάδι τὸν ἄνδρα τοῦτον ὑπὸ φιλοσοφίας ἀπεργασάμενοι.

Utique recipienda Corais emendatio ἀπεργασόμενοι, quam se non probare Sintenisius annotat. In deliciis ille habuisse videtur quaecunque corrupta, turbata, obscura essent, praesertim si lenissima medicina sanari et venusta perspicuaque reddi possent. Verum vidisse Coraën vel una particula ὡς demonstrat: „*persuasum* philosophis erat illis se iuvenem illum doctrina sua effecturos commune toti Graecia bonum". Ab hodiernis Sintenisiis — ii enim nunc in summo sunt honore, Coraae spernuntur — doceri velim quid sit illud: adolescentem in se recipere educandum *postquam* iam ad plenam perfectamque pervenerit sapientiam.

„Hunc enim" sic scriptor pergit „in deliciis habebat Graecia"

ὥσπερ ὀψίγονον ταῖς τῶν παλαιῶν ἡγεμόνων ἐπιτεκοῦσα τοῦτον ἀρεταῖς.

Pulcherrimam venusteque enuntiatam sententiam corrupit qui

primus, post *δψίγονον*, in textum recepit annotationem inutilem *ἐν γήρᾳ*.

C. IV *τὸν δὲ οἶκον ἀπὸ τῆς γεωργίας αὔξειν ἐπειρᾶτο δικαιοτάτῳ τῶν χρηματισμῶν.*

Nullam causam video cur non *δικαιοτάτου* legamus: ipsa agricultura quaestuum omnium iustissimus est.

C. VIII „Saepe fit" scriptor ait „ut in fluvio corpuscula inter se cohaereant donec tandem aliquando ipsum aquae cursum detineant".

*οὕτω τῆς Ἑλλάδος ἀσθενοῦς καὶ εὐδιαλύτου Φερομένης κατὰ πόλεις ἐν τῷ τότε χρόνῳ πρῶτον συστάντες οἱ Ἀχαιοὶ καὶ τῶν κύκλῳ πόλεων τὰς μὲν ἐκ τοῦ βοηθεῖν καὶ συνελευθεροῦν ἀπὸ τῶν τυραννικῶν ὑπολαμβάνοντες, τὰς δὲ ὁμονοίᾳ καὶ πολιτείᾳ καταμιγνύντες εἰς ἑαυτοὺς ἓν σῶμα καὶ μίαν δύναμιν κατασκευάσαι διενοοῦντο τὴν Πελοπόννησον.*

Primum, ne res ipsa et imago ineptissime inter se confundantur totaque comparatio, venustissime structa, intereat, delendum est *κατὰ πόλεις*. „Graecia similis erat infirmis et male cohaerentibus corpusculis, quae flumine abripiuntur": nullus est inter haec vocabula istis *κατὰ πόλεις* locus. Tum cum Bryanno *τυραννίδων* legendum pro *τυραννικῶν*, denique verba *τὰς μὲν . . . ὑπολαμβάνοντες* sic accipienda ut Achaei dicantur „nonnullas civitates in suam curam recepisse, *postquam* (*ἐκ τοῦ*) iis in libertate recuperanda et tyrannis expellendis opem tulissent".

C. IX *εἶδος δὲ τάξεως* (apud Achaeos) *καὶ σχήματος εἰς σπεῖραν οὐκ ἦν σύνηθες.*

Si sana haec sunt, sic vertantur: „non erat apud eos in usu id aciei genus quod ex turmis cohortibusque constat" ut *εἶδος* sibi appositum habeat *εἰς σπεῖραν.*

ib. *ταῦτα* (sc. vitia quibus exercitus Achaeorum laborabat) *διδάξας ἔπεισεν αὐτοὺς* (omnia mutare).

Pro *διδάξας* exspectes participium qualia sunt *μαθών, συνείς* al.

ib. Persuasit civibus Philopoemen ut omnia sua studia ad usum belli converterent:

*ἦν οὖν ἰδεῖν τὰ μὲν ἐργαστήρια μεστὰ κατακοπτομένων κυλίκων θηρικλείων* (sic recte Didotiana; inepte Sintenisius *κυλ. καὶ θηρ.*), *χρυσουμένων δὲ θωράκων καὶ καταργυρουμένων θυρεῶν καὶ χαλινῶν, τὰ δὲ στάδια πώλων δαμαζομένων καὶ νεανίσκων ὁπλομαχούντων, ἐν δὲ ταῖς χερσὶ τῶν γυναικῶν κράνη καὶ πτερὰ βαφαῖς κοσμούμενα καὶ χιτώνων ἱππικῶν καὶ στρατιωτικῶν χλαμύδων διηνθισμένων.*

Haud temere Reiskius ante *καὶ χιτώνων* excidisse quaedam suspicatus est, non enim bene decurrit sententia. Equidem tamen crediderim potius ipsius Plutarchi id culpa factum, qui admodum sibi placens in illa enumeratione qua locum notissimum in Aristophanis Archarnensibus sit imitatus atque adeo aemulatus, novos adiiciat genitivos immemor se illorum seriem accusātivis *κράνη* et *πτερά* interrupisse.

C. XIII Dum Philopoemen in Creta militabat, Megalopolis ipsa sic ab hostibus obsidebatur

*ὥστε τοῖς μὲν τείχεσιν ἐνοικεῖν σπείρειν δὲ τοὺς στενωποὺς περικεκομμένους τῆς χώρας καὶ τῶν πολεμίων σχεδὸν ἐν ταῖς πύλαις στρατοπεδευόντων.*

Deleatur *καί* istud: *ratio* enim redditur cur Megalopolitani agris suis arceantur.

C. XVII Postquam victo Antiocho Romani magis magisque se Graecorum inmiscebant negotiis iamque Achaeos in suam redigere incipiebant potestatem,

*ἡ δ' ἰσχὺς ἐπὶ πάντας πολλὴ μετὰ τοῦ δαίμονος ἐχώρει κτέ.*

In his *ἐπὶ πάντας* parum intelligo. Aliquanto magis perspicuum quod Didotiana praebet *ἐπὶ πάντα* sed ne hoc quidem nulli dubitationi est obnoxium. Intelligere mihi videor verba *πολλὴ ἐχώρει*, quae in mentem mihi vocant notum illud *ῥεῖ πολύς*, cum praesertim in apodosi Philopoemen dicatur gubernatoris instar *navigium contra fluctum* direxisse. Sed nunc et nimis exile videtur *ἡ ἴσχυς* ad significandas *imperii Romani* vires et vox *πάντα* iusto obscurius orbem terrarum indicat.

(*Continuabuntur*).

---